



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

3 3433 08160775 0

2705



Alexander Cochrane,

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

BIBLIOTHECA GRAECA

3705
SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE TERTIVM RECOGNITA ET PLVRIMIS LOCIS AVCTA

EDITIO QVARTA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

B. I. A. FABRICII ET CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEÑ SECVNDVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXI

LIPSIAE, EX OFFICINA BREITKOPFIA.



I L L V S T R I S S I M O

A T Q V E

E X C E L L E N T I S S I M O

C A R O L O A V G V S T O

B A R O N I

D E H A R D E N B E R G

**POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM ET SERENISSIMI MARGGRAVI ONOLDINO - CVLM-
BACENSIS A CONSILIIS INTIMIS CVI SVPREMA CVRA VTRIVSQVE PRINCIPATVS BRAN-
DENBVRGICI IN FRANCONIA ET REDITVVM CVM POTESTATE ET IMPERIO
EST COMMISSA**

**EQVITI RENOVATI ORDINIS BRANDENBVRGICI RVBRAE AQVILAE NEC NON REGIORVM
POLONICORVM ORDINVM AQVILAE ALBAE ATQVE STANISLAI**

VIRO SVMMO ATQVE INCOMPARABILI

IN CVIVS PECTORE ET VULTU

GRATIAE RESIDERE VIDENTUR

ET IN QVO NUM PRUDENTIAM SAPIENTIAM ET PROMITTENDAM

AN LITTERARVM AMOREM VRBANITATEM ET COMITATEM

QUILIBET CVI ADITVS AD EVM PATET

MAGIS ADMIRETUR ET VENERETUR

DUBITABIT

CVIVS BENEFICIA ET MERITA IN FRIDERICO-ALEXANDRINAM

TANTA CERTO ERUNT

QUANTA HELMSTADIENSIS LITTERARVM VNIVERSITAS

CVIVS TUTELA QVONDAM FUIT

ADHVC CELEBRAT

MAECENATI SVO PLVRIMIS NOMINIBVS VENERANDO

ET OB PLVRA ATQVE SINGVLARIA MIRAE HVMANITATIS ATQVE BENIGNITATIS
SPECIMINA

OMNI PIETATIS CVLTU PROSEQVENDO

SECUNDVM HOC VOLVMEN
TAMQVAM PIGNVS GRATISSIMI
ET RELIGIOSI ANIMI
S A C R V M E S S E I V B E T
IDEMQVE TANTI VIRI PATROCINIO CVRAE FIDEIQVE
IN POSTERVVM SE SVOSQVE COMMENDAT

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES
CVLMBACO - FRANCVS

LECTORI BENEVOLO

S. D. PL

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES

Si hominum eruditorum indulgentia atque adplausus et laus eorum, qui ipsi in summa laude sunt, optimum praeonium laborum, qui immensi videntur, et dulcissimum miseriarum, quae aborbendae sunt, leuamentum iure censentur: equidem huc vsque sorte mea contentus mirifice laetari consensione virorum doctissimorum cum in laudando primo volumine, tum erroribus varii generis excusandis, et aperte declarare possum, meam opinionem atque expectationem esse victam. Idem tamen candide fateor, tantum afuisse, vt sententiis doctissimorum censorum, qui de mea opera passim iudicarunt, et quibus gratias palam ago maximas, honorificas, praecipue superbis *Wernsdorffii* atque *Heynii*, virorum summorum, qui in hoc litterarum genere habitant, iudicii, in ephemeridibus litterariis, Helmstädiensi ac Gottingensi, latis, ad fastum et arrogantiam, homine litteras bonas docente indignam, abriperer, vt potius, infirmitatis ac tenuitatis virium conscius, nec ignarus, quantum desit ad operis perfectionem, timidior fierem, ne, dum in magna VV. DD. sunt expectatione, hanc in sequentibus frustrarer voluminibus. Saltem iis excitatus sum ad gratias deo, me adiuuanti, deuotas persoluendas et ad maiorem eorum operi impendendam. Quorumdam doctorum virorum monita gratus legi et accepi, iisque, quantum fieri poterit, suo tempore vtar. Immo vero, quaecumque addenda, aut corrigenda viris doctis visa iam sunt, aut postea videbuntur, colligam, et in supplementis, si deus vitam viresque concesserit, diligenter indicabo. Atque ego ipse, quum dies diem doceat, haud pauca, quae commissae sunt a me, aut omissa, congeffi, atque animaduerti, etiam inter scribendum calamus interdum aberrasse, neque vel ea, quae mihi haud incognita fuerunt, vel interdum eos libros, praecipue minoris molis, quos ipse habeo, in tempore venisse in memoriam manusque. Quod vero in libellis minoribus, disputationibus et programmatibus interdum materia egregia collecta est, aut vberior hominum rerumque, de quibus peculiari studio agitur, notitia datur, iique rariores sunt inuentu, frequentem

quentem illarum commemorationem lectoribus haud ingratam fore existimaui. Ne tamen, quod lectoribus omnino crearet molestiam nauscamque, supplementa supplementis perpetuo sint addenda, ego, quando iusta illorum erit copia, siue a me parta, siue ab aliis suppeditata, simul exponam. Post hanc tamen praefationem pauca adnotabo, ne ea interea temporis memoria manibusque excidant, aut casu pereant. Neque vero, quum ipse sentiam, me imparem esse, omnibus numeris explendis, nec omnia, quae huc facerent, legere atque diiudicare poterim, nec ea, quae quondam, de B. Gr. Fabriciana denuo edenda ne per somnium quidem cogitans legeram, memoria teneam recenti, deerunt Momi maleuolique censores, qui multa culpent, multa, quae illis, vel in amplissimis bibliothecis sedentibus fors, vel, in vno alteroque auctore legendo pertractandoque diutius diligentiusque versatis, diuturnus vsus obtulit, aut forsitan ipsi possident, indeque melius scire ac iudicare possunt, aut casu, qui vel hac in re multum valet, invenerunt, in hoc opere tam vasto desiderent, omnia in malam partem interpretentur, errata, siue ab infirmitate humana profecta, siue tarditate typothetarum commissa, anxie venentur, magno conuitio exagitent et immoderate calumniuntur; ea vero, quae bona aliis probis, aequis cordatisque viris videntur, maligne transeant, et in aliis carpendis et vituperandis famaue aliorum laceranda, gloriolam, nescio quam? aut animi sui improbi tumidique voluptatem quaerant: ut nuper quidam in actis litterariis haud obscuris, omni bile atra in me et in libellum quemdam, a me iam pridem editum, effusa, fecerat. Non perpendunt isti, quam turpiter, dum rure inficeto sunt inficetiores, commaculent suam ipsorum famam, et litterarum, quae ab humanitate nomen habent, dignitatem: ut nihil dicam, quam nefarie doctrinae et diuinae, et humanae, de moribus, de aequitate atque vrbantate praecepta, quae haud didicisse videntur, migrent atque violent. Sed quae istis, mihi non plane incognitis, responderi possint ea iam in praefatione ad primum volumen, partim aliorum testimoniis vsus, occupavi. Nec dubito, ea, quae *Valckenarius*, at quanti nominis vir! in praefatione ad Ammonium grammaticum pag. x. scripsit, mea facere. „Qui alios reprehenderim, ut vicissim corrigar, aequo animo, uti par est, feram. Censurae candidae et eruditae semper videbuntur amabiles; reliquas, etiamsi ab illis profiscantur, qui quorundam opinione censentur nobiles, despicere didici.“ — Atque ego, ut omnia, quae viri copia litterarum et eruditione non minus quam vrbantate elegantiaque morum conspiciui, nec conuitiandi libidine, aut potius furore incensi, sed communis vtilitatis amore ducti, mihi, quod quidem opto, amice indicabunt, cum significatione grati animi palam laudabo, in meumque vsum, et vero publicum conuertam; ita hominum inuidorum ac superborum iudicia,

iudicia, quae si vera sunt certaue, et emendationes, aut supplementa, lubens quidem agnoscam, quum vel ab aduersario hosteque discere, haud dedecet,) eorum vero ludibria et crimina spernam.

Sed missis hisce, de hoc volumine iisque, quae sequuntur, quaedam dicenda videntur. In hoc volumine et summos, quos Graecia tulit, viros, legumlatores, poetas, historicos, philosophos atque oratores, in quorum vita, fatis librisque enarrandis omnino necessarium fuit, ut paullo diutius commorarerur, et multos homines, quorum memoria vel exigua est, vel admodum obscura, sed eo maiorem peperit laborem atque difficultatem, recenseri, quilibet sine ullo negotio reperiet atque cognoscat. Quae vero singula capita aliorum studio et labore accessiones nata sint, facile patebit ex indice praemisso. Primum igitur in hoc volumine caput de graecis legumlatoribus a *Richtero*, Professore quondam Lipsiensi, cuius praematuram mortem lugent Musae, doctissimis vberimisque observationibus est illustratum. Atque ego doleo, morte mihi ereptum esse solum promptum paratumque non minus, quam eruditum, qui non solum reliqua capita, quae ad iurisprudentiam legesque graecas pertinent, sed quaedam quoque, in quibus de historicis graecis agitur, retractanda locupletandaque susceperat. Caput de Hippocrate plane immutatum atque egregie elaboratum auctorem habet *Ackermannum*, Doctorem et Professore medicinae Altdorfinum celeberrimum mihiq; amicissimum, quem non modo artis suae peritissimum, sed etiam in omni antiquitate ac litteratura versatissimum esse, omnes, qui de his litteris iudicare possunt, diu norunt atque praedicant. Atque ego viro doctissimo non minus quam humanissimo, qui reliquarum de medicis graecis sectionum geret curam, gratias palam ago maximas. Partem denique, in qua de Anacreonte differitur, doctis ornavit supplementis *Degenius* meus, primum de Gymnasio Onoldino, in praesenti de schola Neostadiensi ad Aischum optime meritis. Reliqua, quae in hoc volumine continentur, de poetis, philosophis, historicis atque oratoribus capita, quantum mihi, in tanto rerum antiquarum quasi oceano natanti, nec raro vicissim in terra veluti deserta necdum satis culta erranti perficere atque praestare licuit, ipse pertractavi et pro virili, nullum laborem, nullamque molestiam detrectans, absolui. Nam ut de manco Fabriciano editionum indice taceam, multa, quae vel effugerant memoriam atque diligentiam praestantissimi Fabricii, vel post illius aetatem inuenta, aut melius rectiusque sunt exposita, fuerunt colligenda, supplenda et digerenda. De rebus et hominibus horumque scriptis atque opinionibus, ne ieiuna sterilisque fieret compilatio, interdum iudicare, aut meam dicere sententiam,

(in quâ si quando ab aliis viris doctissimis disceffero, id nolim illi tribuant arrogantiae aut libidini litigandi et contradicendi; quippe qui, meliora edoctus et conuictus lubenter daturus sim victas manus,) id satius ad communem utilitatem, et ad aliorum sollertiam atque diligentiam excitandam haud incommodum videbatur. Et tamen multa vel mihi quidem ignota, vel consulto, ne moles libri nimis amplificaretur, a me praetermissa esse, haud diffiteor. Atque iam exsisterunt viri docti, qui per litteras mihi significarent, fuisse, qui metuerent, ne, si reliqui tōmi tam largis sliparentur accessionibus, ego rerum copia opprimerer, et emtores magnitudine operis voluminumque, quae futura essent, multitudine deterrerentur. Suaferunt igitur, vt vela contraherem, et parciorem fierem in supplementis conscribendis. Accedit metus et voluntas bibliopolae, viri honesti, cuius consilium et sententia in opere, haud exiguos sumtus exigente, magnum omnino pondus habeat necesse est. Enimuero penes eruditos sit iudicium. Mihi quidem, quae sint omittenda, aut abscindenda, dum alia aliis necessaria memoratu, aliis leuiora, aut aliis relinquenda videbuntur, certo definire, res erit saepe incerta et periculosa, saltem summis implicita difficultatibus. Atque praeuideo, inuidis quibusdam hominibus largiorem futuram esse calumniandi materiem et frequentiore occasionem, tela sua inimica atque veneno quasi tincta contra me acuendi. At illorum quoque conuitiis, vti par est, spretis, tamen per se, et, ne iis, quae reuera a multis, tum popularibus, tum exteris VV. DD. scitu plane utilia et notatu necessaria existimari possent, praetermissis, in probabilem aequorum iudicium et vere eruditorum hominum reprehensionem, aut ignauiae, tarditatis aliusque vitii suspicionem incurram, timor, quid sit statuendum et agendum, me saepe habebit sollicitum. Nihil igitur restat, nisi, vt, omissis amplioribus vitarum et rerum expositionibus, ea potissimum, quae scitu imprimis necessaria, et a Fabricio neglecta, aut post eum melius explicita animaduertero, paucis attingam, et ad libros, mihi quidem cognitos, in quibus amplius et copiosius, aut rectius de rebus hominibusque, de quibus sermo est, agitur, tantum prouocem. Neque vero metus, ne opus ingenti amplitudine et voluminum copia suspicionem atque multorum facultates superet, tantus esse debet, in quantum opinionis error quosdam adducit. Constat enim, Fabricium in primo veteris editionis volumine multo iustoque parciorem, interdum tenuem fuisse, multa transisse silentio, quae notatu essent digna, multa adferre non potuisse, quae recentiore demum aetate a viris doctis inuestigata, aut inuenta, aut melius disputata sunt; in sequentibus autem, praecipue postremis, interdum copia laborasse, multaque immiscuisse, quae mea quidem sententia a B. Gr. melius abessent. Et tamen in volumine illo
primo

primo homines producti sunt, qui fundamenta quasi litterarum iecerunt, et femina omnis humanae scientiae per orbem tunc cognitum sparserunt, aut principes et fontes humanae sapientiae atque benefactores humani generis exsisterunt, aut facem lumine ingenii sui praetulerunt suis ciuibus atque posteritati, aut quorum fata atque opiniones viros doctos in diuersas traxerunt sententias. Illorum igitur notitia vberior ad historiam et cognitionem humani ingenii, litterarumque et ciuitatum interiorem omnino necessaria est. Hinc, amplissimis spicilegiis et vero segetibus, post Fabricii operam, colligendis ordinandisque, euenit, vt tam largae accessiones ad capita de Homero, Hesiodo, Pythagora eiusque schola, de legumlatoribus, de tragicis poetis principibus, de philosophis graecis, de Hippocrate aliisque celebribus antiquis nominibus fierent, et ex vno Fabriciano volumine duo quasi necessario enascerentur. De iis praeclaris hominibus, quorum scripta, ab iniuria temporis sequata, ad nostram peruenerunt aetatem, horumque fati atque editionibus, vt plura verba facerem, institutum et ratio B. G. poscebat; nec id, credo, apud eruditos longa egebit excusatione. Tamen fateor, me ferre poenitere et consilii, quod enumerationem codicum msstorum promisi, et temporis, quod in illa conquirenda triui, et nescio, an perdiderim. Nam primum admodum paucis licet adire Corinthum. Tum catalogis quibusdam ob raritatem aut caritatem aegre carui. Denique nonnullis parum fidei est habendum. Sic ab eruditis viris per litteras est mihi nuntiatum, Montfauconum in Bibliotheca bibliothecarum MSS. in iis, quae quidem ille de codd. in bibliothecis italicis latentibus retulit, ducem esse valde incertum, et catalogum msstorum in bibliotheca regia Parisiensi seruatorum esse mancum, sterilem, nec ab erroribus immunem. Alii, vt catalogi bibliothecarum Breslauiensis, Britannicarum aliarumque sunt nudi, nec tuti plenique librorum scriptorum indices. Bibliothecam Monacensem in Bauaria, scio, plures continere codd. msstos, quam in catalogo, alioqui rarissimo, enumerantur. Quot codices desint in catalogo msstorum, in bibliotheca Veneta D. Marci seruatorum, et ostendit cel. *Villoison* in altera Anecdotorum graecorum parte, et pluribus demonstrabit venerab. mihiq; amicissimus *Morellus* in opere, quod de illis promisit, et in quo conficiendo iam a pluribus annis diligenter versatur. Sylburgianus librorum msstorum, qui olim in bibliotheca Heidelbergensi fuerunt, catalogus hodie parum prodest, quia et multi codices mssti in direptione vrbis praedaeque bibliothecae amplissimae discerpti perierunt, et ii, qui in bibliothecam Vaticanam illati sunt, hodie vel reliquis immixti, vel in alio ordine locoque positi difficulter reperiuntur. Quod tamen Vaticana bibliotheca thesaurum paene infinitum, certe ingentem codicum msstorum offert, optandum est, vt ab erudito quodam reique

perito homine diligens, adcuratus et ad vtilitatem certamque notitiam plenus conficiatur catalogus, qualem Lambecius de mssis gr. in Caesarea Vindobonensi, et Iriarte de codd. gr. in regia Matritensi custoditis concinnare coeperunt. Atque etiam in votis mecum quilibet habebit, ut Lambecii atque Iriarti catalogi pari studio et intelligentia ad finem perducantur.

Insuper si, quid ego sentiam, dicere fas est, equidem probo laudoque grammaticorum et criticorum sedulitatem atque sollicitudinem in conquirendis explicandisque paucis eorum fragmentis, quorum reliqua scripta perierunt, et in historia eorum diligentius enarranda; qui quidem vel nihil scripto consignatum reliquerunt, vel quorum libri iam diu iniuria temporis sunt absumti, aut adulterati, aut falso illorum nomine circumferuntur; sed qui vel magna quondam apud suos floruerunt auctoritate, vel nouis inuentis, ingenioque et studio siue litteras egregie ornarunt, siue aliis facem praetulerunt, et doctrinas subtiliores, dispulsis tenebris, varia licet ratione variaque fortuna illustrarunt. Ideo capita de Aesopo, Pythagora, Socrate et reliquis graecis philosophis studiosius pertractaui, et, quantum licuit, atque instituti ratio permisit, insigniter amplificavi. At enim obscuras eorum, praecipue poetarum, memorias, quorum vel nomina semel iterumque tantummodo memorata reperiuntur, nec vllum fragmentum, aut admodum paucae nec splendidae lacinae supersunt, vel quos nihil aut parum ad honorem et incrementum litterarum contulisse constat, post Meursii, Vossii Ionsiique sedulitatem atque diligentiam, anxie conquirere, aut homines eiusdem nominis nec vlllo modo memorabiles, sollicitè colligere, equidem, quantum vtilitatis adferat, arte longa, vita breui, quum vel omnibus bonis praesentibus liceat paucissimis frui, non video. Interea, ne calumniis fenestram aperirem, haud omnino deesse volui opinioni et voluntati aliorum. At in sequentibus voluminibus quod Fabricius vsu annorum et librorum meliora edoctus plura ipse congeffit, haud improbabiler mihi in additamentis breuiori fieri saepius, quam in primo alteroque volumine, licebit. Immo vero Fabricius, aliis negotiis districtus, haud pauca, quae minus essent necessaria, immo vero superuacanea, ne typothetas moraretur, in B. Gr. intulisse videtur. Plura igitur refecanda arbitror, quo quidem metus, ne nimis crescat operis moles, credo, prorsus minuetur. Quae igitur omitti possint, indicabo, atque, num recte iudicari, ut viri eruditi me doceant, valde expeto. Quaedam, quae Fabricius inseruerat, si pluribus placebit emtoribus, in volumen quoddam supplementorum separatim iunctimque cogi posse, iam in praefatione ad vol. I. declaravi. Quae igitur posse, sine vlllo damno, tutius abesse videantur mihi, ea sunt, quae sequuntur.

Causas

Caussas vero, quare illa eximenda arbitrer hac noua editione, viri eruditi facile perspicient.

Exfulare igitur possunt vol. III. lib. V. cap. V. index commentariorum *recentium* in N. T. latine editorum, et harmoniarum euangel. scriptorum recentiorum: libr. IV. cap. IX. sect. XII. notitia scriptorum recentiorum, qui pro- verbia collegerunt. In vol. V. plura occurrunt, quae num omnia reici, an quaedam ad supplementorum volumen ablegari debeant, an plane seclufa a B. Gr. separatim edantur, adhuc haereo. In vol. VI. praeter alia forsan, lib. V. cap. 5. ex Eudociae violario excerpta, tum notitia cerimonialis MS. Constantini Por- phyrog. et Anselmi Bandurii conspectus operum Nicephori CPol. cur repetantur typis, non video. In vol. VII. lib. V. cap. 8. scriptores recentiores de veritate religionis christianae. ibid. cap. IX. et alibi *Libanii* orationes atque epistolae; lib. V. cap. 16. metaphrascs Psalmorum recentiores, et Phile scripta: in vol. VIII. lib. V. cap. 26. Procli hymni, cap. 31. Choricii orationes; in vol. IX. lib. V. cap. 38. Xenocratis libellus de alimento ex aquatilibus: vol. XI. lib. VI. cap. 1. cano- nes concilii V. adu. Origenem. ibid. cap. II. plurima de conciliis eccles. eorum- que collectionibus; index geographicus episcopatum etc. in vol. XII. lib. VI. cap. IV. Mantissa de recentibus historiae eccles. scriptoribus; cap. V. Plut. dial. de nobilitate, et alia excidere possunt: de capite VI. iudicent Icti. vol. XIII. Stephani comm. de Hippocratis theologia, catalogus medicorum Arabum, Sexti Platonici liber de medicina etc. Vindiciani epistola ad Valentinianum et maxi- ma capitis X. pars exfulare debent. Pari iure alia forsan poterunt commode ex- scindi. Quamobrem, accessionibus necessariis amplius relinquetur locus, nec numero voluminum is accedet cumulus, quem nonnulli metuunt.

In sequenti volumine quia membra quaedam inconcinne disiecta iacent, capita, in quibus de philosophis et quorundam adscclis agitur, commodius meliusque coniungam. At si qui de breuitate, aut paucitate addendorum, quae tamen haud adeo sterilia paucaque erunt, conquerentur, id ne meae segnitiei et tarditati, aut voluntati, sed aliorum consilio metuique adtribuant, iterum iterumque moneo rogoque. Ceterum diligentia *Beckii* atque *Keilii*, V. V. C. C. quorum dexteritatem, humanitatem atque curam singularem iam in praefatione ad primum volumen praedicaui, et in praesenti quoque cum significatione grati animi celebro, in hoc etiam volumine sollicitè cauit, quo- minus multa errata typographica deturpent librum aut impediunt lectoris studium; atque *Beckii* V. C. qui adhuc in Vniuersitate litterarum Lipsica

fasces tenuit academicos, liberalitati insignique eruditioni gratus debeo praec-
lara additamenta doctasque insertas animaduersiones. Superest, vt indul-
gentiam non minus quam auxilium humanissimorum atque eruditorum vi-
rorum implorem, atque enixe rogem, vt in posterum illi mihi meisque co-
natibus faucant. Scr. Erlangae, d. XII. O&. MDCCLXXXI

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES.

Aliquoties

Aliquoties laudaram humanitatem atque liberalitatem cl. *Siebenkeesii*, Prof. Altdorfini, qui, in Italia aliquot annos versatus, e codicibus mssis multa collegit, et nonnulla scholia inedita e codicibus *Platonis* in bibliotheca Veneta D. Marci nr. CLXXXIV. et CLXXXIX. atque cod. romano in biblioth. Angelicā, quae fragmenta aut nomina quorundam graecorum poetarum praebent, mihi, quum magna huius voluminis pars iam in manibus esset typothetarum, beneuole commisit: quae ne perirent, hic subnectere placuit, omiſſis iis, quae suis locis inferueram.

ARISTOPHANES.

Schol. ad Platonis Phaedon.

p. 101. Edit. Serrani τὴν αὐτῆς σκίαν. τὴν ἑαυτῆς σκίαν δέδωκεν, ἐπὶ τῶν σφόδρα δα-
λοτάτων. μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις.

Schol. ad Plat. Hipparch.

Ἀριστοφάνης, Τελμισεύσιν· ὡ γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα, ὥσπερ τέως ἦν.

ad Lach. Plat.

ἐν πᾶσι ἡ κεραμικὴ γίγνεται. κεχρηται δὲ αὐτῇ Ἀριστοφάνης ἐν προαγωγῇ

ad Euthydemum.

ἀλλ' ἡ δὲ Κορινθία. μέμνηται δὲ ταύτης ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ ἐν τοῖς ΣΤΡΩ-
ΜΑΣΙ, καὶ ἐν Τάγηνιαις.

ibid.

καλὰ δὲ πάντα. πολλὰς δὲ λέγεται καὶ κατ' ἐξοχὴν, Ἀριστοφάνης Γεωργικ.

Schol. ad Phileb.

το τρίτον ὃ Σωκράτης] ἐκ μεταφορᾶς εἰρηται τε ἐν ταῖς συστάσει εἶπεν. ΣΟΦΟ-
ΚΛΗΣ ἐν Ναυπλίῳ καταπλεοντι· ἐκινῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς κρατῆρες τρεῖς. καὶ
τον μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἐλεγον· τὸν δὲ δεύτερον,
ἥρωαν, τὸν δὲ τρίτον σωτήρος. ὡς ἐνταυθα τε, καὶ ὅτι καὶ ἐν Πολυταῖα. ἐλε-
γον

γον δε αὐτον καὶ τελειον, ὡς Ευριπίδης, Ανδρομεδα, καὶ Αἰσφοφάνης Τάγην-
νισσας.

Aristophanis Gḗra citantur in Schol. ad Hipp. minor.

ALEXIS COMICVS.

Schol. ad Plat. Menexen.

ἴσθον ὅτι ὁ κωμικὸς Ἀλέξις φησι, τῶν ἑπτὰ νησῶν, αἷς δαδαιχεν ἡ φύσις θνητοῖς
μεγίστας, Σικελίας μὲν ὡς λόγος ἐστὶ μέγιστη, πρὸ δὲ Σαρδός δευτέρα, τρίτη δὲ
Κυρῆος, καὶ τετάρτη θ' ἡ διος κρητὴ τροφός. Εὐβοία πεμπτὴ σαινοφύης, ἕκτη
Κυπρὸς, Λεσβὸς δὲ ταξὶν ἑβδόμην λαχούσ' ἔχει.

CRATINVS.

Schol. ad Theag.

Κρατίνος Ὁραῖς, ἔδει παρεχέναι, ὅτι τις εὐζαῖτος (sic) (leg. εὐξέτος) ἐμβραχυ.

EVPOLIS.

Schol. ad Menexen.

Εὐπόλις φίλοις τὴν Ἀσπασίαν χερῶν καλεῖ, ἐν δὲ προσπαλτίοις καὶ ἤσαν.

MENANDRI.

Δαισιδαίμων Schol. ad Theaetet.

Δελιοὶ δευτέραι Schol. ad Phaedrum.

CLEARCHVS.

in Schol. ad Hipp. minor.

SOPHOCLES.

Electra et *Troilus* citantur in Msc. Angelicae Bibliothecae μαχαλιδήση τότε.

AESCHYLVS.

ibid. p. 238. δεδοκα μῶρον καρτὰ πυραυσοῦν περῶν.

ARISTOPHANES.

fol. 35. occasione prouerbiū ἀπαιδευτοτέρος Φιλωνίδε τῆ Μελιτῆας.

fol. 36.

- fol. 36. πρου. απ' ἀεροφυσίων λογος ἐκδεικνυται.
 fol. 86. πρου. δια δακτυλίας γ' αν ἐλκύσαις cit. Aristoph. Plutus.
 fol. 92. εγγαστριμυθας και πιθων ου συγχανεις Aristoph. Vespa.
 fol. 175. πρου. Ομολοίος Ζευς.
 ibid. Ονας αχας μυσηρια.

BACCHYLIDES.

fol. 35.

MENANDER.

fol. 150. Χαλκηδονία ἄδοντα λαυτέρην απ' ἀρίστη τέως.

DIPHILVS.

fol. 160. ὡν δ' ἐν αὐτῇ διετρεφε νεοττία.

In Scholiis ad Platon.

AESCHYLVS. GLAVCON.

ad Cratylum.

ἀγων γὰρ ἀνδρας εἰ μὲν ἐιλελειμμεν.

EVRIPIDIS MEDEA.

Schol. ad Hippiam maior.

SOPHOCLIS OEDIPVS.

Schol. ad Phaeton. πολυς ὁμος μεν θυμιαμάτων γεμας, ὁμος δὲ παισων τε και σε-
 ναγματων.

Schol. ad Phileb. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίου *) καταπλεοντι· ἐκινῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς κρα-
 τῆρες τρεῖς.

SOPHOCLIS AMPHIARAVS.

Schol. ad Convivium· ἐτ' αὖ ὥσπερ αἰλις πληγας, ἐνῶν διδασκαλον.

ad Charmid. Σοφοκλῆς κηθαλιωνι. τοῖς μεν λογαις τοῖς σοῖσιν εἰ τεκμαίρομαι, εἰ μαλ-
 λον ἢ λευκῷ λίθῳ, λευκῇ σαθρῇ.

SOPHOCLIS

*) Ναυπλιε Cod. Angel.

SOPHOCLES LEMNIAE.

Schol. ad Hipp. Mai. ταχὺ δὲ αὐτὸ δείξει τοῦργον, ὡς ἐγὼ σαφῶς.

Euripidis Telephus cit. Schol. ad Phileb.

Euripidis SALAMINA cit. Schol. ad Lach.

Euripidis Antiope cit. in Schol. ad Ion.

Cod. Vatic. Chartaceus nr. CCCCVII. continet Euripidis Rhesium etc.

Argumentum huius trag. praebebat sequentem locum.

Προλογοὶ διττοὶ φερονται. ὁ γοῦν δικαίαν ἐπιτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τῷ ῥήσθι γραφεὶ κα-
τα λέξιν ἔτως· νῦν εὐσελῆρον φεγγος ἢ διφρηλάτος. καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντι-
γραφῶν ἑτέρος τις φερεται προλογος, πεζος πανυ καὶ ἔς περὶ τῶν Εὐριπίδῃ. καὶ
ταχὺ αὖ τινες τῶν ὑποκριτῶν δισκευασκοτες εἶεν αὐτὸν. ἔχει δὲ ἔτως.

Ὡ τῷ μεγίστῃ Ζηνὸς αἰλκίμον τέκος
Παλλὰς, παρῶμεν· ἐκ ἔχρην ἡμᾶς ἐτι
μέλλειν Ἀχαιῶν ὠφελῆν τρατεύματα,
νυν γὰρ κακῶς πρᾶσσουσιν ἐν μακρῇ
λογχῇ βίαιας Ἑκτόρος τραβήμενοι.
ἔμοι γὰρ εἰδὲν ἐστὶν αἰγίον βαρος
ἐξ ἑ γ' ἔκριναι Κυπρίῳ Ἀλεξάνδρῃ θεῶν
καλλεὶ προσήκειν τῆς ἐμῆς εὐμορφίας
καὶ σῆς Ἀθηνᾶ φίλτατ' ἔμοι θεῶν·
εἰ μὴ κατασκαφείσαν ὄψομαι πολὺν
Πριάμῃ βίᾳ προρριζὸν ἐκτετριμμένην.

Haec sunt anecdota, a cel. Siebenkeesio mihi tradita, quae gratus accipiet
harum deliciarum amans. Quae alias addi possint, siue ad emendanda, siue ad
locupletanda ea, quae adscripti Fabricii verbis, ea alio tempore colligam.

INDEX CAPITVM

LIBRI SECVNDI

CAPVT XIV

De Zaleuco, Charonda, Zamolxi, Lycurgo, Dracone, Solone, aliisque Legumlatoribus. pag. 1

CAPVT XV

De Pindari scriptis editis ac deperditis, editorumque editionibus atque interpretibus. Catalogus scriptorum in Scholiis ad Pindarum citatorum. Et notitia aliorum Lyricorum Gracorum, eorumque Poematum, quorum pleraque interciderunt. pag. 57

CAPVT XVI

De Thespide et Aeschilo Tragicis, Tragoediisque Aeschyli editis ac deperditis, editarum interpretibus et editionibus, et Catalogus scriptorum, in Scholiis ad Aeschylum citatorum. pag. 126

CAPVT XVII

De Sophocle eiusque Tragoediis editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus, et Catalogus scriptorum, in utrisque ad eum scholiis citatorum. pag. 193

CAPVT XVIII

De Euripide atque illius Tragoediis editis ac deperditis, editarum interpretibus et editionibus, et Catalogus scriptorum, in Scholiis ad Euripidem citatorum. pag. 234

CAPVT XIX

Notitia Tragicorum Gracorum, qui interciderunt, eorumque Tragoidiarum, digesta ordine alphabeti. pag. 279

CAPVT XX

De Herodoto eiusque interpretibus atque editionibus. pag. 327

CAPVT

CAPVT XXI

De Aristophane eiusque Comoediis editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus, et Catalogus scriptorum, in scholiis ad Aristophanem citatorum. pag. 356

CAPVT XXII

Notitia Comitorum Graecorum, qui interciderunt, eorumque Comoediarum, digesta ordine alphabeti. pag. 405

CAPVT XXIII

De Hippocrate et eius scriptis, editionibusque atque interpretibus. Epistola clariss. Renaudoti e Gallico versa de exiguo operae pretio, quod ex collatione versionum Hippocratis Syriacarum et Arabicarum peti potest ad Hippocratem emendandum. pag. 506

CAPVT XXIV

De Philosophis plerisque ante Socratem, tum de Socrate, Cebete et aliis Socraticis, itemque Eleaticis Philosophis. pag. 611

CAPVT XXV

De Thucydide et Ctesia. pag. 721

CAPVT XXVI

De decem Oratoribus Atticis, eorum orationibus editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus. pag. 745



IOANNIS ALBERTI FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI II

Vol. I. p. 530 P 531

CAPVT XIV

DE ZALEVCO CHARONDA ZAMOLXI LYCVRGO DRACONE
SOLONE ALIISQVE LEGVM LATORIBVS. 1)

I. *Zaleucus Locrensum legislator inclytus.* II. *Pythagora forte antiquior, perinde ut Numa, quem aliqui falso Pythagoricum esse tradiderunt.* III. *Falli eos, qui nullum fuisse Zaleucum existimant. Quaedam Zaleuci leges.* IV. *Clarissimi Bentleii sententia de supposita Zaleuco legum συναγωγή. Zaleuci et Charondae res inter se confusae.* V. *Charondas num Pythagorae discipulus?* VI. *Quibusnam [P] leges tulerit?* VII. *An versibus scriptas leges ab ipso Charonda?* VIII. *Utrum ei suppositae, quas legerunt Diodorus Sic. et Stobaeus?* IX. *De Zamolxi legislatore Getarum.* X. *De Thalete et Lycurgo.* XI. *Πῶς sive leges Lycurgi scripto non comprehensae. Earum decantatio, interpolatio, neglectus etc.* XII. *De Rhadamantho.* XIII. *Minoe.* XIV. *Triptolemo.* XV. *Dracone.* XVI. *Et Solone.* XVII. *Scriptores deperditi de legibus et legislatoribus.* XVIII. *Catalogus alphabeticus legislatorum veterum celebriorum.* XIX. *Legislatores frequenter mediocris conditionis homines, non principes ipsi.*

Primi Graecorum leges scriptas *) habuisse dicuntur Locrenses, (non illi, *) qui Phocidi proximi sunt, sed Epizephyrii, qui in magna Graecia) auctore ZALEVCO. Marcianus Heracleota siue potius Scymnus Chius v. 313.

Τῆτος δὲ πρῶτος Φωκὶ χρήσασθαι νόμον
Γρανπτοῦ, ὡς Ζάλευκος ἐκείνου δόκω.

Atque

1) Fabulas ac figmenta veterum poetarum de Themide, seu iuris origine, ex antiquitate primus exposuit Steph. Pighius, cuius *Themis Dea, seu de lege divina* prodiit Antwerp. 1568. 8. comprehensa Iac. Gronovii *Thes. Graec. Antiq. Vol. IX. p. 1137. seqq.* Secundum autem et tertium dialogum, Vol. II.

quos adhuc ad legis diuinæ argumentum desiderari fatetur litteris ad Nic. Florentium Themidi subiectis, non edidit. Idcirco hanc abyssum, ubi omnia tenebris sunt atque caliginosa nocte circumfusa, denuo ingressus plurima Pighio acutius vidit, adcuratiusque explicuit Io. Frid. Hombergius opusculo

A

Atque ita intelligendus Clemens Alex. I. *Strom.* p. 309. Ζάλευκος τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἰσόρηται νόμοις θεοῖσι, scriptos nimirum, nam de Locrensis et Strabo *Lib. VI.* p. 259. πρῶτοι δὲ, inquit, νόμοις ἐγγραπτοῖς χρῆσασθαι πεπιστευμένοι εἰσι.²⁾ Is itaque Zaleucus, seruus et pastor, sed ob merita deinde libertatem consecutus, (vide Suidam in Ζάλευκος et Scholia Pindari ad *Od. X. Olympionic.* p. 97.) leges suas, quas a Minerua per infomnium accepisse se professus

eulo exigtae quidem molis, sed exquisitae ac reconditae eruditionis, quod inscribitur *Themis*, seu de ortu legis aeternae secundum sententiam Graecorum liber singularis *Marb. Catt.* 1725. 4. Quo quidem si vsi fuissent tum Car. Ferd. Hommelius *Diff. de Apolline iurisperito* *Lips.* 1748. qua ostendere voluit, oracula primis temporibus non de futuris, sed de iure consulta fuisse, tum Aug. Corn. Stockmannus *Prolus. de Cerere legifera* *Lips.* 1782. qui ultimam iuris originem ex mente veterum ad Cererem referendam esse existimauit: non dubito, quin vtrique de argumentis propositis paullo aliter fuisset disputaturus. A fabulosis autem iuris apud Graecos originibus si discesseris, vetustissima legislationis Graecae vestigia ad historiae fidem sollicite inuestigauit Ant. Iuo Goguetus doctissimo et vtilissimo libro *de Origine Legum, Artium et Disciplinarum, earumque apud antiquos populos progressu*, (de l'origine des Loix, des Arts, et des Sciences, et de leurs progrès chez les anciens peuples) Montesquiano operi, siue vastam eruditionem, siue adcuratam philosophandi rationem species, longe anteferendo, *Paris.* 1758. *Tomis III.* 4. *Hag. Com.* eodem anno duodenis recuso, cuius exempli paginas in sequentibus, vbi necesse erit, semper addam, et in linguam vernaculam sine vlla accessione translato a Georg. Christoph. Hambergero *Lemgov.* 1760 — 62. *Tomis III.* 4. *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5. et Tom. II. Lib. I. c. 4.* Parum hoc in genere praestitit Germ. Forgetus, cuius exstat liber exiliter scriptus, *Les Paraphrdses sur les Loix des Republiques anciennes* *Paris.* 1577. 8. Ceterum quae Fabricius hoc capite de antiquissimis legum latoribus copiose differuit, ea strictim complexus est Christ. Gottfr. Hofmannus *Succincta Legum Graecarum imprimis Atticarum historia, Collectioni Legum Graecarum atque Atticarum praemissa*, *Hist. Iur. Rom. Iust. Vol. II. P. I. p. 67. seqq.* Praeclaram in hac legislationis veteris historia illustranda operam collocauit etiam Iac. Bruckerus *Hist. Crit. Philoj. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. §. 2. Tom. I. p. 435. seqq.* Feceritne operae pretium Gul. Goul. Vangerovius *Comment. de*

Graecis legislatoribus *Hal.* 1765. iudicem: alii. C. G. RICHTER.

a) Νόμος de lege scripta proprie accipitur. Schol. Euripidis ad *Hippolytum* v. 90. Νόμος τὸ γυγραμμένον δῖονγμα, τὸ κερτῆν καὶ γυγραμμένον. Ἐδεῖ δὲ τὸ μὴ γυγραμμένον.

b) Fallitur itaque Theodotitus, qui *Lib. IX. de curat. Graecar. affection.* p. 124. Locros intelligit Acarnanibus Phocensibusque vicinos. De vtrisque Locris vide Salmasium ad *Solinum* p. 66. seq. De Epizephyriis praeter alios Pindarum *Olympionic. Od. X.* His leges a Zaleuco datas recte scribit Nicephorus Gregoras *XXIII. p. 695. edit. praeclarae Boiuiniana.* Zaleuci effigies laureata occurrit in Iac. Gronouii *Tom. II. Antiquitatum Graecar. tabula 48.*

2) Locri quidem primi Graecorum legibus scriptis vsi esse recte perhibentur, si ad Magnae Graeciae respublicas illud restringatur, vt etiam Strabo *Lib. VI. p. 397. edit. Almelou.* procul dubio intellexit, qui paullo post p. 398. auctore Ephoro memorat, ex Cretensium, Laconum, et Arcopagitarum institutis leges suas Zaleucum composuisse: vniuerse tamen maiori iure de Cretibus id adfirmare licet, quibus Minoem leges scriptas dedisse, Plato in *Minoe* *Tom. II. Oper. p. 320. edit. Serran.* testatur, et Apollodorus *Lib. III. Biblioth. c. 1. sect. 2. p. 176. edit. Heyn.* innuere videtur. Item Nic. Damascenus *Excerpt. Peiresc. p. 525. Κρήτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον Μίνως θεμελν.* Quae sententia adrisit etiam Gogueto *de Origine Legum* *Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 152. seq. et art. 9. p. 154.* locis tamen, excepta Platonis auctoritate, ad probandum minus idoneis, ac manifesta, quam deinceps notabimus, temporum perturbatione ad eam amplectendam inducto. Iam Fabricius cum in hac veterum legum latorum recensitione, neglecta temporum ratione, quod factum non oportuit, §. I — VIII. de Zaleuco et Charonda, legibusque Locrorum, Catanaeorum, Sybaritarum, Thuriorum, aliarumque Magnae Graeciae et Siciliae ciuitatum dicere exorsus sit: ab hoc loco, credo,

professus est, teste Chamacleonte Heracleota libro de ebrietate, Aristotele in *Rep. Locrorum* apud Clementem *I. Strom.* p. 352. Scholiaste Pindari loco laudato, tum Valerio Max. *Lib. I. c. 2.* Plutarcho libro de sui laude, p. 543. ³⁾ illas, inquam, leges expresserat ex consuetudinibus legibusque non scriptis Cretensium, Lacedaemoniorum et Atheniensium, et poenas primus definiuerat, quas ante eum leges permiserant iudicibus. Idem Strabo p. 260. ex Ephoro: Τῆς δὲ τῶν Λακέρων νομογραφίας μνησθεὶς Ἐφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν ἔκτε τῶν Κρητικῶν νομίμων καὶ Λακωνικῶν καὶ τῶν Ἀρεοπαγитικῶν Φησὶν [P] ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τὸν τὸν Ζάλευκον, ὅτι τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρέψάντων ὀρίξεν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς αἰδικήμασιν, ἑκάστος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν. Atque legum illarum quantumuis severiorum (vt notat Zenobius *IV. 10.* Diogenianus *IV. 94.* et Apostolius *IX. 50. Prouerb.*) beneficio, *ἐνομώτατοι* per longum tempus fuere Locrenses, vt praeter eundem Strabonem agnoscunt Pindarus, Plato ac Demosthenes, et Proclus in *Timaeum Lib. 1. p. 22.* Vicissim Sybaritae neglectu legum Zaleuci periire, notante Scymno Chio *v. 345. seq.*

II. Hunc vero Zaleucum Pythagorae fuisse discipulum, diserte tradit Diodorus Siculus *Lib. XII. p. 84.* Cui succinit Seneca *epist. XC.* Laertius *Lib. VIII. sect. 16.* tum Nicomachus

A 2

chus

credo, haud alienum erit iunctim et serie continua commemorare doctissimas et elegantissimas commentationes, quas de ciuitatum Graecarum per *Magnam Graeciam et Siciliam institutis et legibus* in academia Gottingensi nomine publico proposuit Christ. Gottl. Heynius. Sunt autem numero quindecim, et temporis, quo prodierunt, ordine quae sequuntur. I. *Legum Locris a Zaleuco scriptarum fragmenta.* Disputatio prior et II. *Disputatio posterior* 1767. III. *Legum Charondae fragmenta.* Sectio prima 1768. IV. *Sectio altera* 1769. V. *Sectio tertia* et VI. *Sectio quarta* 1770. VII. *De Sybaritarum ac Thuriorum republica et legibus.* Sectio prima et VIII. *Sectio altera* 1771. IX. *Sectio tertia* 1772. X. *De Crotoniatarum republica et institutis*, et XI. *De reliquis, post Sybaritas et Crotonienses, Magnae Graeciae ciuitatibus, quae Achaicis institutis et iuribus sunt usae* 1774. XII. *Instituta et leges ciuitatum stirpis Doriensium, nunc quidem Tarentinorum* 1775. XIII. *Instituta et leges Heracliensium, quae Tarentinorum fuit colonia* 1776. XIV. *absolutur commentatio de rebuspublicis Magnae Graeciae et Siciliae, deque earum legibus et institutis* 1777. XV. *Observationum ad leges et instituta rerumpublicarum Magnae Graeciae et Siciliae complementum et spicilegium* 1786. Quas quidem prolusiones, nouis accessionibus locupletatas, *Opusculorum Academicorum Vol. II.* Gotting. 1787. 8. complectitur. RICHT.

3) Sollemnem plerisque fere priscis legum latoribus artem, reuelationem diuinitus sibi factam mentiendi, legesque suas, vt in sequentibus videbimus, variis numinibus acceptas referendi, persecutus est Gul. Warburtonus reconditae eruditionis copiis pariter ac vanarum opinionum commentis refertissimo opere, quo, vel ipso Popio iudice, relictis tritis, inusitatae vias indagauit, in scripto *Diuina Legatio Moysi demonstrata*, (*The Divine Legation of Moses demonstrated*) quartum edito Lond. 1765. *Voll. V. 8.* qua editione vtor, et in linguam Germanicam, adiectis adnotationibus, translato a Io. Christ. Schmidio *Francof. et Lips. 1751 — 53. Tomis III. 8. Lib. II. sect. 2.* collata *Lib. III. sect. 6.* A quo tamen equidem dissentire cogor, vt ante me dissenserunt procul dubio alii, quando varam legum latorum calliditatem hoc praecipue spectasse contendit, vt religionem stabilitam propagarent. De quo vberius differere hic locus nec postulat nec patitur. Commode in mentem venit illustris locus apud Dionem Chrysostomum *orat. XII. Vol. I. p. 392. seq. edit. Reisk.* dignus, qui hac de re euoluatur. Ceterum de his aliisque, quibus veteres legum latores vsi sunt, articulis breuiter commentatus est etiam Io. Sal. Brunquellus *Prolus. de variis veterum legibus suis sanctitatem auctoritatemque conciliandi modis, Ien. 1729.* et *Opusc. edit. Henr. Io. Ott. Koenigii Hal. Magd. 1774. 8. Tom. I. N. XIV. p. 519. seqq. RICHT.*

chus apud Porphyrium in *vita Pythagorae* p. 14. et Iamblichus c. 7. 24. 27. et 30. qui Pythagoram Locrensis leges per Zaleucum sanxisse affirmat, denique Suidas, qui illum vocat Πυθαγόρεον Φιλόσοφον. Sed quemadmodum Numa, qui Romanis leges tulit, et Pythagoram aetate longe antecessit, tamen Pythagorae auditor est vulgo existimatus, quoniam ii, qui, ut ait Cicero *Lib. IV. Tusculanae Quaest. sub init. cum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent, regisque eius aequitatem et sapientiam a maioribus suis acceperunt, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuisse crediderunt.* Confer quae de libris Pythagoricis in Numae sepulcro repertis Liuius, Plutarchus, et ex Cassio Hemina Plinius *Lib. XIII. c. 13.* quaeque de conuenientia legum Numae cum Pythagorae dogmatis notat idem Plutarchus in *Numa.* Vnde Pythagoreum faciunt Clemens *I. Strom. p. 304. et V. p. 548.* Ovidius *Lib. XV. Metamorphos.* alique, quorum sententiam pridem fabulis adscribere Liuius *Lib. I. c. 18. Lib. XL. c. 29.* et Dionysius Halicarnasseus *Lib. II. p. 120.* *) Licet Plutarchus initio statim vitae Numae ex Clodii indice temporum obseruat, magnam fuisse iam olim de aetate Numae concertationem, monuissent, ex quibus certiora peti poterant, per Gallos combustis. Eundem in modum Zaleucus quoque a quibusdam videtur Pythagoricus appellatus fuisse, qui Pythagora ipso fuit antiquior, ut ex Demosthenis *oratione aduersus Timocratem p. 469.* (ubi ait, *) per plures quam ducentos annos vnam solummodo legibus Locrensis accessisse,) ex Eusebii Chronico, qui Zaleucum refert ad Olympiad. XXIX. et ex aliis argumentis euincit vir clariss. Richardus Bentleius in *Apologia Anglice edita dissertationis de Epistolis Phalaridis p. 339 seqq.* *) Sane Porphyrius ipse in *Pythagorae vita p. 38.* narrat Pythagoram, [P] cum scelus Cylonium effugiens ad Locrenses se contulisset,

ab

4) Historici cum in aetate Numae lapsi fuerint, ut patet e Plinio *Lib. XIII. Nat. Hist. c. 13.* et Diodoro Sic. *Excerpt. Peiresc. p. 230. et Tom. II. p. 549. edit. Wesseling.* multo magis ignoscendum est Ouidio, quod et *Lib. XV. Metam. init. et Lib. III. Fast. v. 153.* vulgari fama deceptus Numam Pythagoreum existimauit. Licet enim poetis vulgo receptas opiniones, etiam falsas, sequi, ut recte notauit Herc. Ciofanus ad *Metam. d. l. v. 60.* scriptoribus autem ecclesiasticis, praeter Clementem, ab hoc errore sibi non cauerunt Cyrillus Alex. *Lib. VI. contra Iulian. Tom. VI. Oper. p. 193. edit. Aubert. et Hieronymus Lib. II. aduersus Iovin. c. 38. Tom. II. Oper. p. 384. edit. Valart.* a Dauisio ad *Cic. Lib. IV. Tusculanae Disp. c. 1.* hoc nomine notati. Fabulam de Numa ad audiendum Pythagoram profecto confutauit etiam Pagan. Gaudentius de *philosophia apud Romanos initio et progressu cap. II. et Addend. cap. I.* Omnino de aetate Pythagorae, variis variorum opinionibus sententiisque valde controuersa, nemo vberius adcuratusque disputauit Christoph. Meinerio *Historia Litterarum nascentium, crescentium et interuentium apud Graecos et Romanos, (Geschichte*

des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom) Lemgou. 1781. 82. 8. *Lib. III. c. 2. Vol. I. p. 304. seqq.* Confer Diet. Tiedemannum de *Vitis et Sententiis vetustissimorum Graeciae Philosophorum, Orphei, Pherecydis, Thaletis et Pythagorae (Griechenlands erste Philosophen, oder Leben und Systeme des Orpheus, Pherecydes, Thales und Pythagoras)* Lips. 1780. 8. *P. IV. sect. 1. c. 7. RICHT.*

c) Oratio Demosthenis habita fuit Olympiad. CVI. anno 4. Pythagoras vixit in Italia post Olympiadem L. vel vt alii LX. Vide Benedicium libro laudato p. 50. et 59. seq.

5) Eusebium culpa eorum, quos secutus fuit, Zaleuci legislationem ad Olympiadem XXIX. retulisse, cum Pythagoreus fuerit, Pythagoras autem Olympiade LX. floruerit, notauit Ios. Scaliger ad *Euseb. Thes. Temp. edit. Amst. 1658. p. 81.* Eundem quoque, quod mirere, manifesti erroris postulauit Iac. Perizonius ad *Aelian. Lib. II. V. H. c. 37.* Sed, quidquid huius rei est, ita extra omnem dubitationem posuit Bentleius, vt ne Warburtonus

ab iisdem dimissum fuisse his verbis: Ἡμεῖς δὲ Πυθαγόρας σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀνέρο-
μεν, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ἰδίῃς νόμοις ἔθεν ἔχομεν ἐγκαλεῖν, αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πε-
ρασόμεθα μένεν. Τὸ δ' ἐτέρωθι περὶ βιάδιζε. Meminit et Pythagorae a Locris Tarentum di-
missi Themistius *Orat. IV. (XXIII.) p. 285.*

III. Fuisse vllum Zaleucum legum conditorem, iam olim negavit Timaeus, audacter
magis quam recte, quin Polybii iudicio, vbi reprehensi a Timaeo circa Locrorum rempubli-
cam Aristotelis et Theophrasti meminit, *Excerpt. Peiresc. p. 51.* manifesti erroris convincen-
dus. Cicero *Lib. II. de Leg. c. 6.* Quid quod Zaleucum ipsum negat vllum fuisse Timaeus?
*At Theophrastus auctor hand deterior, mea quidem sententia melior: cum multi nominant,
commemorant vero ipsius ciues, nostri clientes* ^o, Locri. Et *Lib. VI. ad Atticum epist. 1.*
*Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Ti-
maeo tuo familiari reprehensum est.* Meminerat Zaleuci Theophrastus opere περὶ νομοθετῶν,
quod in libros quatuor distributum inter eius scripta recenset Laertius *Lib. V. sect. 44. 45.* post
libros XXIV. de legibus, alphabeti serie digestis, (cuius operis librum tertium decimum laudat
Suidas in ὅτι οἱ ἀλόντες) et Epitomen legum, libris decem. Sed et ante Theophrastum
Aristoteles de Zaleuco egerat in *Rep. Locrorum* (teste Clemente Alex. *I. Strom. p. 352.*) et
Lib. II. Politic. c. 10. inter legumlatores primo loco meminit Zaleuci: Νομοθέται δὲ ἐγένον-
το Ζάλευκός τε Λοκροῖς Ἐπιζεφύρειος. Idem facit Plutarchus in *Numa*, et Aelianus *Lib. III.*
c. 17. Var. Hist. qui *Lib. II. c. 37.* legem quandam Zaleuci refert, Athenaeo quoque *Lib. X.*
p. 429. memoratam, de vino extra medici praescriptum non bibendo, et *Lib. XIII. c. 24.*
de adulteris effossione oculorum puniendis, cui legi cum filius ipse obnoxius fieret, pater al-
terum oculum ^o sibi erui est passus, quod narrat etiam Valerius Max. *Lib. VI. c. 5. extern. 3.*
et Heraclides in *Politiis*, licet hic non adulterio, sed furto illam poenam a Zaleuco propo-
sitam tradit, quod tanto minus credo, quo minus verisimile est, Zaleuci filium furti crimine se
obstrinxisse: praeterea oculorum effossio accommodata adulteris poena, qui capere et capi
ocellis solent, vt recte animaduersum erudito Aeliani interpreti Iacobo Perizonio. Sed forte
non adspernanda Eduardi Simsoni coniectura, qui in *Chronico Catholico ad A. M. 3560.* no-
tat, apud Heraclidem per furtum [P] intelligi non quaecunque, sed Veneris, ὅδωρ κλοπῆς
γλυκερὸν *Prou. IX. 17.* de quo Pindarus apud Clementem in *Paedagogo III. p. 252.* γλυκύτι
κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος, siue vt Aelianus *Lib. I. c. 2.* vocat, κλέμμα ἐρωτικόν. Aliam

A 3

Zaleuci

burtonus quidem, quem in hac de Zaleuco eius-
que legibus altercatione Bentleius grauissimum ha-
buit aduersarium, *Diu. Legat. Mosi Lib. II.*
sect. 3. Vol. I. p. 173. seqq. quidquam, quod re-
prehenderet, haberet, imo potius probatam Bent-
leii sententiam nouis argumentis fulciret atque cor-
roboraret. Eandem sententiam ad sensu suo com-
probauit etiam Petr. Wesselingius ad *Diodor. Sic.*
Lib. XII. c. 20. vbi de aetate et natalibus Zaleuci
agit. Idem tamen rursus fluctuat ad *Herodot.*
Lib. VI. c. 21. Nuper etiam Heynius *Legum*
Locris a Zaleuco scriptarum fragm. Disp. I.
Opusc. Acad. Vol. II. p. 17. Zaleucum Olympia-

di XXIX. ante C. N. 684. atque ideo Pythagora
multo antiquiorem, vindicauit. Quibus dudum
ad liquidum perductis, sane admodum suavis est
Goguetus *Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 153.*
qui Solonem centum fere annis Zaleuco antiquio-
rem facit. RICHT.

d) Hinc Zaleucum ciuitate a Romanis donatum
scribit Symmachus *Lib. X. epist. 25.* ad Theodo-
sum.

e) Vtrum recte hoc fecerit Zaleucus, vide dis-
quirentes Grotium *de Satisfactione Christi p. 62.*
Jej. et Martinium in Ethica p. 416.

Zaleuci legem profert Polybius *eclog. e libro XII. p. 920.* vt rem controuerſam, pendente adhuc lite, poſſideret is, penes quem erat; cum in ius fuit adducta. Idem teſtatur, Zaleucum ſanxiſſe, vt, qui de legis alicuius ſententia diſſerere vellent, hoc facerent in conſeſſu mille virorum, laqueis de collo pendentibus, quique male legem explicaiſſe eſſet iudicatus, mox laqueo vitam finiret. Hierocles quoque apud Stobaeum *Serm. XXXVII. p. 229.* affirmat, Zaleucum conſtituiſſe, vt, quiſquis nouam legem ferre vellet, laqueo circa collum poſito hoc faceret. Et Stobaeus *Serm. XLII. p. 280.* ex prooemio legum Zaleuci haec refert ad verbum: *Ἐὰν δὲ τις βάλῃται τῶν κειμένων νόμων κινεῖν, ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον αἴρας τὸν τραχὴλον λεγέτω τοῖς πολίταις περὶ αὐτῶν. Καὶ εἰάν μὲν διαψηφισμένων* etc. Diodorus vero Siculus a Charonda conſtitutum hoc narrat *Lib. XII. p. 82.* vt legem aliquam emendaturus collum laqueo infereret, emendationeque ſua in concilio populi comprobata ſolueretur, reiecta periret. Eodem loco tres leges per totum illud tempus hac conditione emendatas refert, quarum vna eſt lex talionis a Charonda inſtituta, ſed ab vnoculo quodam, cui per vim nescio quis vnum, qui ſolus illi erat, oculum excuſſerat, ita correſta, vt, qui vnoculum hominem lumine priuaſſet, amboſ amitteret. At hoc apud Locrenſes in Zaleuci lege accidiſſe ſcribit Demotheſenes *oratione aduerſus Timocratem*, vnde a Diodoro Siculo Charondam cum Zaleuco conſuſum mihi perſuadeo. 6) Prooemium legum Zaleuci elegantiffimum refert Stobaeus *Serm. XLII.* quod lectum ſibi teſtatur etiam Cicero *Lib. II. de Leg. c. 6.* ſcribens Zaleucum et Charondam ante leges ſuas de legum laude dixiſſe. 7) Tum idem Diodorus, qui et ex prooemio illo verba quaedam de Diis ante omnia colendis refert, et leges nonnullas Zaleuci recitat *Lib. XII. p. 84. ſeq.* inter alia obſeruans, hunc legiſlatorem delictis ſeminarum non multam pecuniariam, ſed ignominiae notam poenae loco ſtatuſſe.

IV. Verba quaedam ex lege Zaleuci ſeruauit Heſychius in *Λεπταλέον*, etſi ibi *λεῦκος* legitur pro *Ζάλευκος*, vt notatum Salmaſio contra Cercoetium, Gronouio *de Seſtertius*, et Rich.

6) Eadem eſt opinio Bentleii, qui aptis rationibus oſtendit, Demotheſenem hac in re Diodoro eſſe praefarendum. Lueſſentus ille Demotheſenis de legibus Locrenſibus locus in editione Reiskiana legitur *Vol. I. p. 744.* Weſſelingius autem ad *Diodor. Lib. XII. c. 17.* exiſtimat, Diodorum in eiſmodi legum exemplum inciſiſſe, quod Charondam eiſ conſtitutionis auctorem perhiberet, cum et alia ex legibus, quae Zaleuco adſcribebantur, Charondae fuerit largitus. Tandem Heynio *Legg. Charondae fragm. Seſt. IV. not. c. Opusc. Acad. Vol. II. p. 113.* viſum eſt veriſimilius, cum omnia haec non niſi exciſis iam iſtis ciuitatibus a ſcripto-ribus recentioris aetatis litteris conſignata ſint, incerta iam tum rerum hominumque memoria, in auctore legum eſſe variatum. Ceterum de iure talionis, apud varios populos legibus conſtituto, elegans ac docta exſtat Io. Andr. Danzii *Diff. Originis talionis ad mentem Gentilium, Iudaeorum ac Chriſtianorum examinata*, inſerta Io. Ger. Meu-

ſchenii *Nou. Teſt. ex Talmude et Antiq. Hebr. illuſtr. Lipſ. 1736. 4. p. 488—568.* qua *ſ. VIII.* et *IX. not. g.* talionis ſanctionem Charondae adſcribendam eſſe fuit arbitratus. RICH T.

7) Prooemium legibus Zaleuci praemiſſum, quod ipſi Ciceroni fraudi fuit, ſiſtum eſſe commenticiumque, quidquid ad tuendum illud adſerendumque protulerit Warburtonus *d. l.* et Heynius laudata *Disp. I. not. c.* et *g.* idoneis argumentis recte contendit Meinerſius *Hiſtoria doctrinae de vero Deo, omnium rerum auctore atque rectore, Lemgou. 1780. 8. P. I. ſeſt. 6. p. 221. ſeqq.* Illo enim admiſſo, ſtatuendum eſſet, ceteros Graecos omnes, praeter Locros, in ſuiſ de ſummo numine ſententiis inſaniſſe. Locros autem non minus, quam reliquos, in natura diuina turpiter erraſſe conſtat. Atque etiam Heynium de hoc prooemio legum aliam ſententiam amplexum eſſe, intelligitur ex *Epimetr. II. de Zaleuco, Opusc. Acad. Vol. II. p. 71. ſeqq.* RICH T.

Rich. Bentleio, qui ex eo ipso loco, et aliis argumentis (quod v. g. meminit *νόμος* et *τραγωδίας*, quod non scripta est dialecto Dorica etc.) contendit, legum Zaleuci *συναγωγὴν* Diodoro Sic. Stobaeo, aliisque lectam totam esse suppositam post tempora historici Timaei, insertis quibusdam legibus vere antiquis, [P] apud Demosthenem et alios eius aetatis memoratis. Vide *Apologiam dissertationis de Phalaridis Epistolis* p. 343. seqq.⁸⁾ Aliam Zaleuci legem

8) Copiosa et adcurata Rich. Bentleii de legibus Zaleuci disputatio in *Responsione, qua dissertatio nem suam de epistolis Phalaridis vindicat a censura Caroli Boyle*, cum notis et observationibus virorum aliquot doctorum recusa Lond. 1777. cuius editionis nondum compotes fieri potuimus, ex Latina versione Io. Dah. a Lennep Groning. 1777. 4. legitur p. 185 — 199. et in Bentleii *Opusc. Philolog. Lips. 1781. 8. p. 336 — 351*. Sex omnino, praeter Timaei auctoritatem, ac Pythagorae disciplinam Zaleuco recentiorum, Bentleius vitur argumentis, ex ipsis fragmentis, quae supersunt, petitis, ut corpus illud legum Zaleuci suppositum esse, et a sophista quodam conflatum probet: primum, quod eadem Charondae adfecta fuerunt, quae Zaleuco: deinde e verbis Atticis, *παλαιὰ δρχμῆ*, Locris haud intellectis: porro e commemoratione panni Milefii: tum e mentione *νόμος*: amplius e nomine *τραγωδίας*: denique e dialecto communi, cum scriptum esse debuisset Dorica. Quae quidem ad argumenta fere omnia late respondit Warburtonus d. I. p. 165. seqq. legumque Locris a Zaleuco scriptarum fragmenta, a Diodoro et Stobaeo seruata, genuina esse, aduersus Bentleium adserere elaborauit. Ego vero quamquam non ita arrogans sum, ut inter tantos viros, quibuscum neque ingenij subtilitate sum, neque iudicii acumine, neque doctrinae copia villo modo comparandus, me arbitrum sedere posse existimem: modeste tamen dicam, quod sentio, neque Bentleium, nimia Timaei temeritate, ex diuersa de natalibus Zaleuci narratione fortasse orta, fretum, et disputandi calore metam transgressum, tot aliis probatae fidei scriptoribus consentiente voce reclamantibus, iustam suspicionis habuisse causam, nullum umquam fuisse Zaleucum, neque Warburtonum argumentationibus effecisse suis, ut fragmenta, quae apud Diodorum et Stobaeum exstant, indubitatae fidei esse auctoritatisque censenda viderentur. Quibus tamen haud infrior veras Zaleuci leges inesse, praemissis sine vlla veri specie senioris philosophiae locis communibus, quibusdam Charondae sanctionibus perperam admixtis, loquendi formulis recentioris originis, aliaque,

ac scriptae essent, dialecto ad posteritatis memoriam propagatas. Post Warburtoni contra Bentleium disputationem, nondum tamen, ut suspicari licet, lectam, quodam modo in huius partes concessit Wesselingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 21.* qui deinceps ad *Herodot. Lib. VI. c. 21.* sententiam suam ex parte retractauit, legemque vestibus ex lana Milefia, quibus Sybaritae ad rimium aestum mitigandum utebantur, honestis apud Locros maribus, ne molles fierent atque effeminati, interdicens, motus Herodoti d. I. auctoritate, Zaleuco nominatim vindicauit, Warburtono insuper de ceteris ad partes vocato. Contra ea Gottfr. Mascouius ad *Pufendorf. Lib. I. de Iur. Nat. et Gent. c. 6. §. 4. not. 8.* de omnibus omnino, quae Zaleuco tribuuntur, legibus Bentleio suffragatur. Iam Heynius *Legg. Locris a Zaleuco script. fragm. Disp. II. p. V. seq.* quidquid huius est literarige contentionis, primum paucis complexus est, quae hic adponere iuuat, praesertim cum in repetita editione frustra quaerantur. *Potest ab aliquo, inquit, qui paullo difficilior in his rebus sit, recte in dubitationem vocari, num leges illae, quas supra e Diodoro et Ioanne Stobensi attulimus, ab ipso Zaleuco profectae, nec potius sub eius nomine, ut grauior esset auctoritas, sint venditatae. Et fuit sane Bentleius, qui senioribus temporibus illud legum Zaleuco tributarum digestum concinnatum esse censeret. Recte vero, si de verbis quaeritur. Fuisse enim antiquum aliquem scriptorem probabile est, qui suis historicis leges eas suis verbis intexuerat, e quo et Stobensis et Diodorus sua repetiere, ille quidem paulo accuratius. Deinceps autem, quinquennio interiecto, de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. p. III. seqq. locum hunc difficilem et salebrosam vberius tractauit, et potiora Bentleii argumenta persecutus, omnia enim excutere noluit, legum cum prooemio, quae a Diodoro et Stobaeo sub Zaleuci nomine in medium sunt prolatae, ne ipsarum auctoritas infracta iacere videretur, contra omnem subditi a recentiore sophista foetus suspicionem, ab Anglo motam, vindicias egit. Quibus quidem intento studio acerrime perlectis, propositisque*

gem de non danda pro foenebribus pecuniis syngrapha memorat Zenobius *V. Prouerb. 4.* Libello singulari leges Zaleuci latine collegit et vtcunque illustrauit Io. Wilh. Engelbrechtus *Lips. 1699. 4.* ⁹⁾ Cui addes Ioannis Lodei Nannetenfis *dialogum de iustitia et pietate Zaleuci Locrorum*

positisque in vtramque partem rationibus rite ponderatis, ingenue fateor, et condonabit viri doctissimi humanitas candori animi mei, mihi fere accidisse, id quod de euoluendo diligenter diuini Platonis Phaedone sub alterius persona proficitur Cicero *Lib. I. Tusc. Disp. c. 11. Feci mehercule, et quidem saepius, sed nescio quo modo, dum lego, adsentior: cum posui librum, et mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, adfensio omnis illa elabitur.* Et quidni? Ipse enim Heynius extrema disputatione in haec verba est locutus: *Non itaque improbabile est, prooemia illa legum, cum paucis legum fragmentis, ex Pythagoreo aliquo philosopho esse exscripta, a quo vestigia nonnulla, satis obscura quidem, Pythagoreae disciplinae in iisdem impressa supersunt.* Iam publici instrumenti fides quando quibusdam momentis vacillat, et vnum sese alterumue fraudis indicium exserit: tum illud, quantum quantum est, adulterinum esse spuriumque iure existimatur. Nuperrime quidem Heynius, diuisa de Zaleuco et Charonda disputatione, *Epimetr. II. de Zaleuco Opusc. Acad. Vol. II. p. 62. seqq.* controuersiam de Zaleuci legibus ad plures enunciationes reuocauit, ac de singulis discrete pronuntiando obductas toti huic argumento nebulas dispellere studuit. Hanc extricandae rei viam ingressus adserit, leges Locris olim a Zaleuco scriptas adhuc superstites fuisse senioribus temporibus, quibus a scriptoribus consignari potuerint: consignatas autem esse non ipsis legum verbis, sed quemlibet scriptorem vim et argumentum earum suis verbis expressisse: vtrumque, et Ioannem Stobensem, et Diodorum, aut in eundem fontem, aut in eos incidisse, qui ex vno eodemque fonte hauserint: prooemium denique, quale nunc habemus, siue ad orationis copiam et vbertatem, siue ad sententiarum rationem et indolem spectes, a Zaleuco quidem non esse profectum, neque tamen prorsus commenticium, et a falsario suppositum. Quid hae repetitae vindiciae, quarum summam dedi, effecturae sint apud alios, nescio: me certe, argumentis aequa trutina pensatis, a sententia, quam supra sum professus, necdum dimouere potuerunt. Nonnullas quidem Zaleuci leges, a Ioanne Stobenfi et Diodoro traditas, ab aliorum scriptorum testimonio fidei firma-

mentum accipere largior: totum autem legum digestum, quale cum prooemio apud vtrumque exstat, in quo verus quaestionis cardo vertitur, propter complura eaque haud obscura fraudis vestigia, nullam auctoritatem habere posse, mihi sane est persuasissimum. RICH T.

9) Integra libelli inscriptio haec est: *Leges Locrensiarum, Zaleuco auctore promulgatae, ex Demosthene, Polybio, Diodoro Siculo, Strabone, Valerio Maximo, Plutarcho, Aeliano, Stobaeo, et aliis excerptae, et ex Legibus Naturae, Romanis, ac doctrina maxime Peripateticorum illustratae.* Qui quidem, ab intertribris doctrinae copiis plane destitutus, nugarum vero plenus, non potest non magnum legentibus taedium creare. Effugit vero Fabricii diligentiam, neque Engelbrechto cognita fuit Contr. Rittershusii *Oratio de Charonda et Zaleuco, et nomothesia vtriusque Altorf. 1591.* eiusdem *Commentario in IV libros Institutionum Imperialium Diui Iustiniani Argent. 1618. et 1649. 4.* praefixa, qua praecipuae leges Zaleuci commemoratae sunt atque expolita. Nec silentio praetermittendus est Vbbo Emmius *Vet. Graec. Tom. III. de republica Locrensiarum in Italia, in Gronouii Thes. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 593. seqq.* vbi plerasque leges Zaleuco tributas breuiter fuit persecutus. De Zaleuci legibus consule etiam Lud. Malquytium *Lib. II. Ver. Itor. Philos. c. 23. in Gundlingii Triga libell. rariss. Hal. Magd. 1727. 4. p. 106. seqq.* Sed superiores omnes longe superauit Heynius *Legum Locris a Zaleuco scriptarum fragm. Disp. II.* vbi omnes leges tum publicas tum priuatas Stobaei ac Diodori auctoritate adcurate recensuit, adpersique animaduersionibus philologicis, historicis, et prudentia ciuili depromptis praeclare illustrauit. Iudicium Christ. Thomasio de Zaleuci legislatione legitur in eius *Lect. de prudentia legislataria, cum praef. Gottl. Stollii Francof. et Lips. 1743. 8. c. IX. §. 11.* Quae quidem dictata, quod in transitu notamus, in vsum auditorum a Thomasio aliquanto negligentius, vt ipse alibi fatetur, conscripta, secundis curis emendata suo tempore praecipuum locum occupare debebant tractatus de *optima republica*: quem parasse quidem virum immortalem, sed, aliis curis laboribusque distentum, in

Locrorum Regis. Paris. 1513. 8. Mentio Zaleuci apud Origenem quoque *III. contra Celsum* p. 155. aliosque quam plurimos, in quibus interdum corrupte vocatur *Saleucus*, vt apud Petrum Blesensem *epist. XCV.* Dicitur ipse ferro districto incubuisse, atque ita se interfecisse, cum forte belli tempore armatus in concionem prodiisset, quod alioqui facere legibus ipsius capitali supplicio erat interdictum. Eustathius ad *Iliad. α. p. 62.* Φέρεται δὲ καὶ περὶ Ζαλεύ-
κῃ τῷ Λοκρῷ ἱστορία, ὡς νομοθετήσῃ μὲν ὁ αἰνὴρ, μηδὲνα φορεῖν ὄπλα ἐν βασιλευσίῳ· ἐπεὶ
δὲ ποτε πολέμῳ ἐπικειμένῳ ἔνοπλος ὢν εἰσῆλθε κατ' ἀνάγκην ἔτῳς ἔχων εἰς τὴν βελὴν, ὑπέ-
κρυσεν μὲν τις ὡς ἦδη τὸν νόμον ὁ Ζάλευκος λέλυκεν. Ὁ δὲ ἐλύσεν ἔφη, ἀλλὰ κυρώσεν.
(Similis phrasis *Matth. V. 17.*) Καὶ ἅμα τῷ ξίφει δὲς ἑαυτὸν ἀπέβηξε τὸ ζῆν ὅπερ ἦν ποινὴ
τῷ παραβάντι τὸν νόμον. Verum hoc alii referunt ad Charondam, vt Valerius Max. *Lib. VI. c. 5. extern. 4.* et Diodorus Siculus *Lib. XII. p. 84.* qui addit, a quibusdam istud tribui Diocli, legislatori Syracusanorum. Sane res Zaleuci et Charondae frequenter confundi, pluribus iam exemplis patuit: quibus adde, quod Zaleucum Thuriis leges dedisse affirmat Athenaeus *Lib. XI. p. 508.* cum quo consentit Scymnus Chius, Sybaritis neglectum legum Zaleuci exprobrans, *v. 345. seq.* Sybaritas enim Thuriis postea esse dictos, notum est ex Plutarcho in *Pericle p. 158.* Stephano, Suida, aliisque.¹⁰⁾ Sed et Ephori verba apud Strabonem *Lib. VI. p. 260.* ita accipit clariss. Bentleius libro laudato, *p. 365.* vt Thuriis legibus a Zaleuco latis subtiliora quaedam addidisse dixerit, quibus gloriam quidem nonnullam, sed rempublicam deteriore remtulerint. Sane postquam simplicitatem legum Zaleuci celebrasset, addit Ephorus: Θυρίαι δὲ ὑπερον ἀκριβῶν θέλοντας περὶ τῶν ἀκρῶν ἐνδοξότερας μὲν γενέσθαι, χείρονας δὲ. E contrario Charondam Thuriiorum legislatorem tradunt Diodorus et alii, vt mox, vbi de eo agam, sum dicturus. [P]

V. CHARONDAS Catanaeus 9) Iamblichi iudicio vnus ex optimis legumlatoribus, Pythagorae itidem discipulus fuit, si credimus Senecae *epist. XC.* Laetio *Lib. VIII. sect. 16.* Porphyrio

in lucem dare haud potuisse, valde dolemus. Pauca de Zaleuco eiusque legibus adtulit Euer. *Otto praef. Tom. III. Thes. Iur. Rom. p. 10. seq. RICH T.*

10) Athenaeus, cum Zaleucum Thuriis leges dedisse dicit, Sybaritas, Thuriis postea adpellatos, videtur intellexisse. Zaleuci enim aetas a Thuriiorum initiiis longissime abest. Vide Bentleium *Resp. qua diff. de epist. Phalar. vindicat, p. 204. edit. Groning.* De Sybaritis ex instituto commentatus est Blancardus, cuius *Dissertatio de Sybaritis. (Discours sur les Sybarites)* exstat in *Comment. Acad. Inscript. Tom. IX. p. 163. seqq. edit. Paris. et Tom. XIII. p. 253. seqq. edit. Amst.* et fortunam Sybaritarum pariter ac Thuriiorum, ad temporum notationem reuocatam, subtilius diligentiusque, quam omnes superiores, exposuit Heynius *de Sybarit. ac Thuriior. Rep. et Legg. Sect. I.* De duplici Sybaritarum lege, luxuriae magistra, altera de vocandis ad conuiuia mulieribus, altera

Vol. II.

de praemio coquis proposito, agit If. Casaubonus *Animadu. in Athenaeum Lib. XII. c. 4. RICH T.*

f) Possunt alioqui etiam haec verba ita accipi de legibus Thuriiorum nimis circa subtilitates ingenioforum, vt non Zaleuci legibus superadditae, sed tantum hisdem subtiliores fuisse dicantur: neque *ἐνδοξότερας* aut *χείρονας* necesse est ad Thuriios referre magis quam ad νόμους. Et de Charonda Aristoteles *Lib. II. Politic. c. 10.* τῇ ἀκριβοῦς τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρότερος καὶ τῶν νῦν νομοθετῶν.

g) Patria Catanaeum fuisse, ex Aristotelis et aliorum certissimis testimoniis patet. Itaque qui Thuriis appellant, Valerius Max. *Lib. VI. c. 5.* Themistius *Orat. II. p. 31.* et alii, leges, quas Thuriis tulisse fertur, respiciunt. Conf. Mongitorii *Bibl. Sic. Tom. I. p. 136. seq.* Pro Thuriis autem quidam male legerunt Tyrios, atque inde Carthaginiensium legislatorem dixere Charondam, vt Io. Rauissius Textor in *Officina p. 622.* et Alexander Alexandrius *Lib. VI. Genial. Dierum c. 10.*

B

Marfilii

Porphyrio et eidem Iamblichio tribus in locis hoc diferte tradenti.¹¹⁾ Verum haec sententia non maiorem fortassis fidem meretur, quam eorum, quos Aristoteles *Lib. II. Politic. c. 10.* ait a temporum ratione refelli, cum affirmarunt Onomacritum primum exstitisse scriptorem legum eximium, qui se exercuerit in eo studio in Creta, cum Locrus esset, illuc autem se contulisset ob artem diuinandi: huiusque fuisse sodalem Thaletem, (Cretensem non Milesium) Thaletis autem auditorem Lycurgum et Zaleucum, Zaleuci Charondam.

VI. Leges tulit Charondas, teste eodem Aristotele, suis ciuibus Catanaeis et aliis Chalcidicis ciuitatibus Italiae atque Siciliae. Et apud Catanaeos quidem ciues suos diuinis honoribus propterea maclatum, perinde vt apud Locros Zaleucum et Timantum, refert Iamblichus *de vita Pythagorae c. 30.* quod ex numo Catanensi quoque demonstrare voluit Raphael Trichetus du Fresne in *Epistola ad Petrum Seguinum Paris. 1658. 8.* et ad calcem Seguii *numismatum p. 189. seq. Paris. 1665. 4.* et *Tom. X. Antiquitatum Graecarum* Iac. Gronouii *p. 569. seq.* effigiem enim cornibus decoram in numo illo Charondam referre contendebat. Sed illustris Vir Ez. Spanhemius *de Vsu et Praestantia Numismatum Diff. V. p. 370.* potius Silenum illa exprimi sentit, feliciore, ni fallor, coniectura.¹²⁾ Chalcidicae vero ciuitates, quibus leges Charondam tulisse Aristoteles affirmat, a Scymno Chio *X. 208 seq.* in Sicilia nominantur praeter Catanam Callipolis, Euboea, Himeram, Leontini, Mylae, Naxos, Zancle: in Italia Rhegium. Theodoritus quoque *Lib. IX. de Curat. Graec. Affect. p. 124.* Charondae meminit primi Italiae et Siciliae legislatoris.¹³⁾ Ac Rheginenses Charondae legibus vsos testatur Heraclides *de Politis*, et Aelianus *Lib. III. c. 17. Var. Hist.*¹⁴⁾ Porphyrius vero *p. 14.* et post eum Iamblichus *c. 7. de vita Pythagorae*, probaturus

Marfilius Ficinus *argumento in Minoem Platonis*, et Coelius Rhodiginus *XVIII. 19. Antiq. Lect.* notati a Vossio *de Sectis Philosophor. c. 6. §. 27.* et Io. Ionsio in *diff. I. de historia Peripatetica p. 33.* quo in loco obseruat, Charontem Carthaginensem historicum, Suidae et aliis memoratum, male aliquando confundi cum Charonda. Effigies Charondae apud Gronouium *Tom. III. Thes. ccccc.*

11) Charondae aetas licet incerta, primis tamen Catanae conditae temporibus paullo propior ex eo satis tuto colligitur, quod is cum Zaleuco, Locrorum legum latore, a veteribus plerumque coniungitur, quem, vt supra dictum est, circa Olympiadem XXIX. floruisse, ad rerum fidem exploratum habemus. Catanam autem, Charondae patriam, post Olympiadis XIII. annum primum primordia habuisse, e Thucydide *Lib. VI. c. 3.* patet. Confer Heynium *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. Opusc. Acad. Vol. II. p. 159. seq.* Charontem Carthaginensem cum Charonda Catanaeo a nonnullis male confundi, obseruauit Io. Ionsius *Lib. II. de Script. Hist. Phil. c. 7. §. 4.* RICHT.

12) Raph. Tricheti du Fresne *Epistola de Charondae effigie, in Catanensi numo expressa*, qua de hoc legum latore diligenter agitur, in compendium redacta, notisque illustrata comparat in Petr. Zornii *Biblioth. Antiq. et Exeg. Tom. I. P. II. p. 105. seqq.* Charondam ad exemplum Mosis in vetustis numis cornutum conspici, adserit etiam Petr. Dan. Huetius *Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 2. §. 11.* in aetate illius cum aliis grauiter lapsus. Sed Ezech. Spanhemii *de Praest. et Vsu Numism. Ant. Diff. VII. Tom. I. p. 400.* coniecturam, effigiem illo numo expressam Silenum potius, quam Charondam, referre, quae magis placet Fabricio, probabilior censet etiam Perizonius ad *Aelian. Lib. III. V. H. c. 17.* quem tamen valde miror vulgari errore deceptum statuere, Charondam nouae Thuriorum ciuitatis factum fuisse ciuem et legum latorem. RICHT.

13) Hoc Theodoreti testimonium nullius ponderis esse, recte contendit Heynius *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. Opusc. Acad. Vol. II. p. 160.* RICHT.

14) Rheginam ciuitatem legibus formasse Charondas, a Catanaeis in exilium eieclus, falso traditur

probaturus ab hoc philosopho libertatem vindicatam [P] ciuitatibus Crotoni, ¹⁵⁾ Sybari, Catanae, Rhegio, Himerae, Agrigento, Tauromenio, aliisque nonnullis, subiungit, leges iisdem latas esse a Pythagora, per discipulos videlicet suos, Charondam Catanaeum, et Zaleucum Locrum: quarum ope et ipsae fuerint *εὐνομάτατοι*, et per longum tempus *ἀξιόζηλωτοι τοῖς περὶ οὐκίνοισι*. Huc referendum est, quod Laertius *Lib. VIII. sect. 3.* testatur, Crotone Pythagoram leges sanxisse *τοῖς Ἰταλιώταις*, quibus verbis ad Numae Pompilii *νομοθεσίαν* respici, praeter rem suspicabatur Thomas Aldobrandinus. Apud Stephanum in *Κατάληξη* Charondas vocatur *ὁ διάσημος τῶν Ἀθηνησιν* (nisi legendum *ἐν Κατάλοις*) *νομοθετῶν*, ¹⁶⁾ non quod Athenis leges tulerit, sed quod Thurii, quibus Charondas leges tulisse multorum testimonio scriptorum traditur, fuerint coloni Atheniensium, teste Plutarcho in *vita Lysiae* et *Periclis*: et quod leges Charondae apud Athenienses celeberrimae fuerint, atque ut Hermippus libro sexto de legumlatoribus apud Athenaeum *Lib. XIV. p. 619.* auctor est, inter pocula decantari solitae sint Athenis. Quemadmodum et Mazaceni in Cappadocia legibus Charondae vsi, teste Strabone *Lib. XII. p. 539.* adhibuerunt *νομοδὸν legum decantatorem*, qui ipsis fuit legum interpres, perinde ut apud Romanos iurisconsulti.

VII. Vtrum vero hinc certo concludere liceat, versibus scriptas ¹⁷⁾ ab ipso Charonda leges fuisse, aliorum esto iudicium. Potuerunt enim postea ab eiusmodi *νομοδῶν* fuisse versibus expressae, atque adeo memoriae cantantium commendatae. Et quemadmodum, literarum vsu nondum reperto, leges apud gentes quasdam decantari suafuit necessitas, quo minus illarum obliuiscerentur: ita deinde sine necessitate idem facienda potuit obtinere consuetudo, nec iniucundus vsus, ut de Agathyrsis tradit Aristoteles *Problem. XIX. 28.* Sane fragmenta legum Charondae, quae apud Diodorum Sic. *Lib. XII.*

B 2

p. 79. seq.

ditur ab Aeliano *d. l.* cuius fidem sequitur Perizonius. Vide Heynium *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. not. f. Opusc. Acad. Vol. II. p. 159. et seq.* coll. *Prolus. XIV. de reliquis rebus. Magnae Graeciae et Siciliae, p. 272.*

RIGHT.

15) Croton, ciuitas Magnae Graeciae cum aliis studiis, tum in primis sapientiae nobilissima, Achaeorum colonia, imperio vsa populari, leges ad hanc reipublicae administrandae rationem, superioribus quoque temporibus custoditam, adtemperauit. Legibus Charondae et Zaleuci instructos fuisse Crotoniatas, ut Iamblichus *de Vit. Pythag. c. VII.* refert, a veritate haud alienum est: eas vero auctoritate Pythagorae, vtriusque legum latoris praeceptoris, accepisse, tamquam inane Pythagoreorum commentum merito exploditur. Vide Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. sect. 1. §. 10. Tom. I. p. 1013.* Tiedemannum *de vetustiss. Graec. Philosoph. P. IV. sect. 1. c. 8. p. 324. seqq.* et Meinersium *Hist. de orig. progress. et inter. litter. apud Graec. et Rom. Lib. III. c. 1. Vol. I. p. 252. 254. et 285.*

Euerfa Sybari, cum, ut narrat Iustinus *Lib. XX. c. 4.* et ipsi Crotoniatas in perditam luxuriam prolapsi essent, saluberrima Pythagorae disciplina effecit, ut ad simplicitatem morum frugalitatemque reuocarentur. Vide Heynii *Prolus. X. de Crotoniatarum republica et institutis*, ubi omnia, quae ad informandam Crotoniatarum reipublicae institutorumque notionem elici e locis veterum scriptorum cum fide aliqua potuerunt, commemorata reperiuntur. Adde *Epimectrum de Pythagora et Pythagoreis legumlatoribus, Opusc. Acad. Vol. II. p. 196. seqq.* RIGHT.

16) Stephanus Byzantinus *d. l. p. 368. seq. edit. Amst. 1678.* quodam opinionione errore deceptus, Charondam inter legum latores, qui Athenis hiliore nominis fama floruerunt, videtur retulisse. Qua culpa ut liberaretur, alia Bentleio, alia Fabricio nostro subnata fuit suspicio. De vtraque vide quae adtulit Wesselingius *praef. Tom. III. Iurispr. Rom. et Attic. p. III.* RIGHT.

h) Haec sententia est clarissimi Bentleii, libro laudato p. 373.

p. 79. seq. et Stobaeum *Serm. XLII.* atque inde Petr. Carreram *Lib. IV. Monum. Hist. Urbis Catanæ Tom. X. Thes. Antiq. et Hist. Siciliae p. 337. seq.* exstant, profa sunt concepta, non versu.¹⁷⁾ Apud eosdem, vti apud alios quoque scriptores perquam multos, legislator fuisse Thuriarum perhibetur. Et Plutarcho *lib. de curiositate p. 519. ο τῶν Θυρίων νομοθέτης* nullus alius intelligitur quam Charondas, a Xylandro in latina versione recte nominatus.

VIII. Equidem vir iam plus simplici vice mihi laudatus Cl. Bentleius *Apologia pro diff. de Epistolis Phalaridis p. 358. seqq.* variis argumentis et chronologicis rationibus euincere conatur, nec Thuriis leges tulisse Charondam, nec leges, quae a Diodoro, et Stobaeo afferuntur, genuinas Charondae, sed illi perinde vt priores illas Zaleuco [P] suppositas esse.¹⁸⁾ Ceterum nec ipse p. 377. tantum tribuit suis argumentis, vt ea plane

17) Versibus aut numeris cantui aptis scriptas non tam ab alio, quam potius ab ipso Charonda leges fuisse, non sine veri specie colligi potest ex Athenaeo *Lib. XIV. p. 619. edit. Lugd. 1612.* vbi auctore probatae fidei Hermippo refert, Charondae leges adeo celebratas fuisse Athenis, quae etiam inter pocula cantari solerent. *Ἱστορία Ἀθηναίων οἱ Χαρόνδα νόμοι παρ' οἷον.* Quod neque de decorum hymnis, neque de magnorum virorum rebus gestis, sed de legibus sensu proprio commode videtur esse accipiendum. Quam coniecturam Strabonis quoque de vsu legum Charondae apud Mazacenos in Cappadocia testimonium, *Lib. XII. p. 813. edit. Almelov.* a Fabricio iam laudatum, mirifice iuuat. Nec fragmenta legum apud Diodorum Siculum et Stobaeum, soluta oratione concepta, sublesta plane, vt Bentleius pluribus argumentis docuit, fidei, huic suspicioni villo modo aduersantur. Vide Humphr. Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 397. edit. Maittair. Lond. 1732.* Bentleium *Resp. qua diff. de epist. Phalar. vindicat, p. 209. seqq. edit. Groning.* Goguetum de *Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 1. p. 58. seq.* et Christoph. Lud. Crellii *Prolus. de primitiis legum poeticis, antiquissimo genere carminum Witteb. 1725.* RICHT.

18) Subtilis illa Bentleii de legibus Charondae quaestio ac disputatio in Latina versione Lennepii supra laudata continetur p. 200 — 212. *edit. Groning. et p. 351 — 364. edit. Lips.* Quam quidem partem etsi doctissimus eius aduersarius, Warburtonus loco saepius laudato, sigillatim ne verbo quidem adigit: vniuersae tamen legum Charondae, a Diodoro et Stobaeo posterorum memoriae traditarum, vindex existit acerrimus. Non multo post Wesselingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 11.* haecenus Bentleii sententiam suffragio suo iuuat, vt Charon-

dam Thurinum ciuem fuisse pariter ac leges Thuriis scripsisse, contra Diodori testimonium insistatur: corpus autem illud legum vtrum genuinum sit, nec ne, in medio relinquit. Post horum doctissimorum virorum studia postremus ad disceptandam hanc quaestionem accessit Heynius de *Sybarit. ac Thuriar. Rep. et Legg. Sect. II. et III.* In qua quidem duo esse discernenda statuit, vt altera dubitatio sit, fuerintne Charondas legum Thuriis scriptarum auctor, altera, eae leges, quas Diodorus ac Stobaeus seruarunt, sintne istarum legum fragmenta habenda: vtriusque confusione turbata fuisse omnia. Quod ad priorem adinet, cum Aristoteli et Heraclidi Pontico, qui Charondam Catana oriundum multo Thuriis conditis antiquiorem faciunt, quam ceteris scriptoribus, plus auctoritatis sit fideique tribuendum, fieri potuisse negat, vt Charondas ille Catanacus Thurinis ciuibz leges scriberet. Qua in re, vt hoc obiter notemus, humani quid passus est, sicut in argumentis historicis haud raro alibi, Montesquieus de *Causis Legum (de l'esprit des Loix) Lib. XII. c. 2.* Nihil tamen minus contra Bentleium, cupiditate in Boylium paullo ferocius se iactantem, ita statuendum esse censet, vt Thuriis Charondae prisca leges ad suam ciuitatem admisisse, atque haecenus Charondae legibus se vti professos esse existimus. In quo quidem non valde dissentio, licet quibusdam dubitationibus adhuc obnoxium sit, germanae Catanacae legum latoris sanctiones, tum aliis Chalcidicis ciuitatibus, tum suae olim scriptae ac promulgatae, quarum exemplo Aristoteles et Heraclides vsi sunt, an postea a Thuriis receptae fuerint, cum ab eodem Heraclide, cuius in rerum publicarum fata et instituta inquirendi diligentiae tantum tribuit ipse Heynius, teste Diogene Laertio *Lib. IX. c. 8.* ad Protagoram Thuriarum leges referantur.

plane certa atque apodictica esse affirmet ad sententiam hanc confirmandam; et quae apud Stobaeum referuntur ac Diodorum, Charondae leges, etiam ante illos lectae sunt Ciceroni, qui *Lib. II. de Legibus c. 6.* refert, Zaleucum et Charondam in prooemio suae νομοθεσίας de legum laudibus dixisse: et alibi ad legem Charondae, quae adhuc exstat apud Stobaeum, alludit, notante Petro Victorio *Lib. XVI. c. 21. Var. Lect.* Tum veteres Cornici fabulis suis leges Charondae inseruerunt, quorum verbis a Diodoro *Lib. XII. p. 80. seq.* laudatis respondent leges ipsae apud eundem Stobaeum occurrentes. Homines eiusdem familiae ὁμοσπύρες a Charonda dictos, ut ab Epimenide ὁμοκάρπυες, testatur Aristoteles *Lib. I. c. 1. Politic.* Leges quasdam Charondae illustravit singularibus dissertationibus Samuel Skunk, Theologus Vpsaliensis. Vide et Ehregot Danielis Colbergii τῆ μακαρίτης διatribῆς de Legislatoribus Graecorum Μορφαζαντίβυς.¹⁹⁾

B 3.

IX. ZA.

referantur. De posteriore vero, quando ea legum fragmenta, quae cum prooemiis a Diodoro et Stobaeo sub Charondae nomine in medium prolata sunt, Catanaeo pariter ac Loco vindicare adlaborat, nolumus quidquam eorum hic loci repetere, quae supra de incorrupta instrumentorum fide ex dialecticorum atque iurisconsultorum praeceptis monuimus. Profecto tam sobria philosophia, qualis illis legum prooemiis continetur, si quid hoc in genere video, in rudem isthanc aetatem plane non cadit. Nec me meae sententiae adhuc poenitet, disputatione illa, quam, parte eius priore ab altera sectione *de Sybarit. ac Thuriar. Rep. et Legg.* auulsa, nunc sectione tertia aliquanto auctiore complexus est Heynius *Opusc. Acad. Vol. II. p. 155 — 171.* denuo cum cura perfecta, argumentisque diligenter perpensis atque excussis. Illud quidem contendere nolim, omnes omnino Charondae leges, a Diodoro ac Stobaeo descriptas, esse commenticias. Sed tum demum vtrique constare fidem reor, si quid ab aliorum scriptorum auctoritate singulis legibus firmamenti accesserit. Integrum autem legum Charondae corpus, cui statim exordium omnem fidem detrahit, quisquis iudicii mei acumen subtilitatemque desideret, ob causas in quaestione de Zaleuci legibus supra adlatas, adulteratum opus esse, certa persuasione inductus videor posse adfuerare. Ceterum nihil impedio, quo minus de his legum, quae Zaleuci atque Charondae nomina praefuerunt, Pandectis, a Diodoro et Stobaeo seruatis, suo quisque iudicio utatur.

RICHT.

19) Praecipuas leges Charondae fide veterum scriptorum recensuit atque illustravit Conr. Rittershusius oratione supra iam laudata. Nonnulla de Charondae legibus adtulit etiam Lud. Malquytius,

eodem loco excitatus. Superiori autem saeculo Mart. Brunnerus, primum Graecarum litterarum, post Theologiae in academia Vpsaliensi professor, iuuenibus aliquot litterarum studiosis auctor fuit suasorque, ut in leges Charondae, apud Diodorum Siculum memoratas, dissertationes conscriberent, ad disputandumque publice proponerent. Cuius quidem consilio obsecuti iuvenes quidam erectae indolis in hoc argumento illustrando elaborarunt, et diuerso tempore variisque praefidibus aliae post alias disputationes academicae prodierunt. Scripsit igitur ac publice defendit dissertationum in leges Charondae I. *De nuptiis secundis*, praefide Mart. Brunneri, Vno Terserus *Vpsal. A. 1666. 8.* II. *De poena calumniarum*, praefide eodem Brunneri, Petr. Stiernman. III. *De conuersatione cum malis*, Io. Barckhausen. IV. *De litteraria institutione et litteris*, praefide Sam. Skunk, Rob. Kinnemondt *A. 1670. 8.* Eundem Sam. Skunkium suspicor et tertiae exercitationis praesidem existisse, et idcirco ignoscendum est Fabricio, quod, haud dubie aliorum fide, cum leges quasdam Charondae singularibus dissertationibus illustrasse tradit. Vnde simul emendanda sunt, quae habet Heynius *Legum Charondae fragm. Sect. I. not. a Opusc. Acad. Vol. II. p. 76.* V. *De iure a*, praefide Andr. Norcopense, Sueno Hasslebohm *A. 1678. Holm. 8.* Quem cum inopina peregrinandi occasio impediret, quo minus dissertationem iam prelo paratam ipse proponeret, defendendae eius prouinciam in se suscepit frater eius Gabr. Hasslebohm. VI. *De militia adflicta restituenda*, praefide eodem Norcopense, Io. Roedbeck *A. 1678. Holm. 8.* VII. *De severitate legum*, praefide Iul. Micandro, Dan. Lidius *A. 1686. 8.* Quarum priores quatuor, quoniam, in magna huiusmodi scriptiun-

IX. ZAMOLXIS siue SAMOLSES ²⁰⁾ Thrax, itidem Pythagorae philosophi discipulus, et seruus fuisse traditur a Laertio *Lib. VIII. sect. 2.* Iamblichō c. 23. et 30. et Porphyrio p. 9. in *Pythagorae vita*, qui Dionysiphanem auctorem laudat. Sed et Straboni *Lib. XVI. p. 762.* Pythagoreus dicitur, et *Lib. VII. p. 297.* fama de Zalmolxi Pythagorae seruo confirmatur. ²¹⁾ Ne Origenem *III. contra Celsum p. 144.* Cyrillum *Lib. VI. contra Iulian. p. 208.* Etymologicum M. Suidam aliosque iuniores laudem. Nam diu ante hos omnes Herodotus *Lib. IV. c. 95.* idem se a Graecis accepisse tradit, mox vero c. 96. addit, se existimare Zamolxin multis ante Pythagoram annis vixisse. Primus ²²⁾ Thracum Getarumque legislator fuisse consentitur, qui ei diuinos honores tribuerunt, teste etiam Antonio Diogene apud Photium *Cod. CLXVI.* pro Saturno, siue, vt Porphyrius auctor est, pro Hercule eum colentes, atque quotannis praestantissimum ex senibus ei sacrificantes, teste Clemente Alex. *IV. Strom. p. 497.* et Aenaea Gazaeo p. 43. *Theophrasti.* Vide et Lucianum *Tom. I. p. 592. edit. Amstelod. et p. 594.* vbi Anacharsis iurat per Acinacem et Zamolxin, patrios Deos. De hoc Zamolxi eiusque philosophia ac legibus, quas a communi Vesta accepisse [P] se iactabat, teste Diodoro Siculo *Lib. I. p. 48.* videndus Carolus Lundius in libro edito *Vpsaliae A. 1687. 4.* et recensito in Actis Eruditorum Lipsiensibus *Tom. II. supplementi p. 282. seqq.* ²²⁾ Zamolxididis ἐπωδὸς memorat Iulianus *Epist. ad Sallustium p. 244.* et in Caesaribus p. 309. et Apuleius in *Apologia*, e Platonis *Charmide*, quem, si placet, vide.

X. THALES

scriptiuncularum, in Succieis academiis editarum, in his Germaniae oris raritate, mihi nunc ipsi oculis usurpare non licuit, cognitae tantum habeo partim ex Io. Schefferi *Suecia Literata edit. Io. Molleri Hamb. 1698. 8. p. 214. seq. et p. 244.* partim ex *Holmia Literata Holm. 1701. 4. P. I. p. 23.* tres posteriores vero lustrandi copia fuit. Plures postea prodierint, nec ne, non habeo dicere. Id vnum adfirmare possum, eas, quas vidi, laborum iuuenilium signa ita vbique impressa habere, ac tot rebus vulgaribus, et ab argumento plane alienis esse refertas, vt viris doctis ad fructus doctrinae vel exiguos inde colligendos commendari vix mereantur. Iam porro praesenti saeculo de legibus Charondae egit Blancardus *Diff. de Sybaritis*, cuius supra mentio a nobis iam facta est, *d. I. p. 173. seqq. edit. Paris. et p. 268. seqq. edit. Amst. et paucis Euer. Otto laud. praef. ibid.* Vnus autem instar omnium in legum, quae Charondae nomen praefereunt, fragmentis explanandis est Heynius quatuor prolusionibus supra a nobis memoratis. Diodorum Siculum in referendis et commendandis Charondae legibus oratorem magis agere, quam philosophum, censet Thomasius *de prudentia legislatoria cap. IX. §. 10.* vbi illas sub examen vocauit. RICHT.

²⁰⁾ *Zalmoxis*, non *Zamolxis*, hic legum lator scribi debet. Porphyrius enim *Vit. Pythag. c. XIV.* sic nuncupatum esse tradit ex pelle ursina,

quae recens nato fuerit iniecta, quam Thracae ζαλμόν adpellent. Et in hac scriptura plerique codices Herodoti consentiunt. Alii aliter et scribunt nomen, et illius originem deriuant. Vide interpretes Hesychii in *Ζαλμόλξισ Tom. I. p. 1575. edit. Albert. Wesselingium ad Herodot. Lib. IV. c. 94. et Theoph. Sigfr. Bayeri Comment. Orig. Sinic. §. VI. Mus. Sinic. Tom. II. p. 284. seq. RICHT.*

²¹⁾ De loco Strabonis *Lib. VII. p. 456. edit. Almelou. consulendus est Meinersius Hist. Litter. apud Graec. et Rom. Lib. III. c. 1. Vol. I. p. 299. seq. RICHT.*

ⁱ⁾ Iornandes *cap. V. de rebus Geticis*, auctor est, ante Zamolxin Thracibus fuisse Zeutam quandam et Diceneum. In *Secunda* (Scythiae parte) id est *Daciae Thraciaeque et Moesiae solo Zalmoxen*, (habuisse noscuntur) quem mirae philosophiae eruditionis fuisse testantur plerique scriptores annalium. Nam et Zeutam prius habuerunt eruditum, post etiam Diceneum, tertium Zalmoxen. Post Zeutam et Diceneum tertius nescio quis Comosicus, et tum demum quartus Zalmoxis memoratur ab Abbate Vrspergensis. Idem Diceneum aequalem facit Syllae, sed eo longe antiquior fuit Zalmoxis.

²²⁾ Post Car. Lundium, cuius Ζαμολξίς, primus Getarum legislator, academica dissertatione luci publicae restitutus, a Fabricio laudatus, nondum

X. THALES quoque a nonnullis nominatus fuit idem Zamolxis, vt scriptum est a Porphyrio. Sed et ab Aristotele *Lib. II. Politic. c. 10.* Thales inter celebres nomothetas commemoratur, ⁴⁾ quem audiuerit LYCVRGVS, legislator et ipse Spartanorum nobilissimus. De vtroque dicere me memini libro superiore c. XXXV. vbi ostendi, Thaletem hunc Cretensem distinguendum esse a philosopho eius nominis Milefio, sectae Ionicae auctore. Lycurgus leges suas retulit ad Apollinem tanquam auctorem, teste praeter alios quam plurimos Diodoro Siculo *Lib. I. p. 48.* Libanio *Tom. II. p. 479.* et Aristide *Orat. I. Platonica Tom. III. p. 19.* Polybio apud Suidam in Πόπλιος. Sed et Apollo ipse apud Theodorum *Lib. X. de Curat. Graec. Affect. p. 140.* ²³⁾

Ἦκας τυνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἴγώ τοι
Δύσω.

Confer Herodotum *Lib. I. c. 65.* et Galenum *protreptico Tom. I. p. 4.* Nempe oraculum Delphicum pecunia a Lycurgo corruptum fuisse refert Polyaeus *Lib. I. Strategem. p. 16.* Cretensium porro et Aegyptiorum leges in multis imitatus est hic nomotheta, vt ostendit Nic. Cragius *Lib. III. de Rep. Lacedaemon. c. 1.* ²⁴⁾ Quanta auctoritate fuerit Lacedaemone, antequam leges conderet, vide Plutarchum *Solone p. 87.* Tempus, quando leges sanxerit Lacedaemoniis, praeter Scaligerum et alios Chronologos, inquit Io. Meursius *Lib. II. Miscellan. Lacon. c. 5.* nec desunt praeclari scriptores, hoc factum aientes annis circiter XXX. ante primam Olympiadem. ⁵⁾ Vide Dodwellum in *Annalibus Thucydideis p. 39.* ²⁵⁾ De legibus eius ita senserunt scriptores praestantissimi, Plato *Lib. I. de Legibus*, Aristoteles *Lib. II. Politic. c. 7.* Polybius *Lib. VI. Hist.* et Plutarchus in *Lycurgi vita, ὡς ἱκανῶς μὲν ἔχουσι πρὸς ἀνδρίαν, ἐνδεῶς δὲ πρὸς δικαιοσύνην.* Confer Dacerium ad *Plutarchum p. 302. seq.* Viros solum, non etiam feminas suis legibus ad virtutem et continentiam constrinxisse Lycurgum, notat

dum in manus nostras venit, vide etiam Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. I. Lib. II. c. 11. §. 7. Tom. I. p. 361. seq. P. II. Lib. II. c. 10. sect. 1. §. 12. p. 1020. seq. et Append. Vol. VI. p. 197. seq.* cuius de vanitate Pythagoreorum sententiam ad sensu probat suo Tiedemannus *de vetustiss. Graec. Philosoph. P. IV. sect. 1. c. 9. p. 333.* RICHT.

k) Apud Suidam in νομοθέταις legas, Thaletem Atheniensibus leges tulisse μετὰ Σόλωνα. Sed μετὰ ibi, vt saepe alias, reddendum praeter.

23) Oraculum ab Apolline de Lycurgo editum bis retulit Theodoretus *Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. p. 926. seq. et Disp. X. p. 960. seq. Tom. IV. Oper. edit. Schulz.* Vide quos laudat Dauisius ad *Max. Tyr. Diff. XXIX. sect. 2.* RICHT.

24) De Cretensium legibus a Lycurgo Spartam adlatis confer Perizonium ad *Aelian. Lib. II. V. H. c. 39.* et Danzium *Diff. de origine talionis §. XI. not. p.* Aegyptiacae autem ac Lycurgae legis-

lationis comparisonem ex instituto suscepit Henr. Gottfr. Scheidemantelius, cuius libellum, super hoc argumento scriptum, aptior infra recensendi erit locus. RICHT.

l) Homerum Lycurgo antiquiorem notavi *Lib. I. c. 35. Lib. II. c. 2. §. 11.*

25) Diuersas veterum scriptorum de dubia Lycurgi actate, et tempore legislationis sententias, quas operose recensuit Meursius *Regno Lacon. cap. IX. et Lib. II. Miscell. Lacon. c. 5.* conciliare, et regnante Lacedaemone Agesilao leges ab eo fuisse promulgatas, testimonio Pausaniae *Lib. III. c. 2.* probare studuit Io. Marshamus *Can. Chron. p. 450. seqq. edit. Ien. 1676.* 4. quocum conferri merentur Io. Buherius *Dissertatt. Herodot. (Recherches et Dissertations sur Herodote) Diuisione 1746. 4. cap. XIII.* et Wesselingius ad *Herodot. Lib. I. c. 65.* Auctoritas autem Lycurgi apud ciues suos postea valde imminuta fuit. Conditis enim legibus tantum in se multitudinis odium concitauit, vt quotidie

tat Aristoteles *Lib. II. Politic. c. 9.* Omitto alia, quae in illis praeter Aristotelem reprehendunt Theodorus *Lib. IX. et X. de Curat. Graecar. Affect.* [P] alique Christiani, et nuper Petrus Baelius Vir. Cl. in *Lexico Historico Critico.* ²⁶⁾ Compendium quoddam legum Lycurgi, (non adeo multae autem fuerunt, ut testatur Plutarchus in *Apophthegmatis p. 139.*) dat Suidas in *Λυκῆργος*, et ex Trogo Pompeio Iustinus *Lib. III. Histor. c. 2. seq.* adiungens eundem nihil lege vlla in alios sanxisse, cuius non ipse primus in se documenta daret. Sane in proverbium abiit nomen Lycurgi, pro viro honestatis et virtutis tenacissimo, quemadmodum apud Plautum in *Bacchidibus Act. I. Sc. 2. v. 3.* Et *καταλυσσέμεν* pro *severe ac rigide adversus aliquem agere*, apud Alciphronem *epist. 41.* Vnde et Ciceronis illud *Lib. I. epist. 13. ad Atticum, nosmet ipsi, qui Lycurget a principio fuissimus*, ad Lycurgum hunc legislatorem potius, quam alterum (de quo infra *c. ult.*) Atticum oratorem huius nominis respicere crediderim. ²⁷⁾ Fuit et alius Lacedaemone tyrannus Lycurgus iunior, cuius filium Pelopem interfecit Nabis tyrannus. Vide Diodorum Sic. in *Excerptis Peiresc. p. 285.*

XI. Non

quotidie fere conviciis proscinderetur, et in summo vitae periculo versaretur. Plutarchus *Lycurg. c. XI.* Pest obitum tamen Lacedaemonii cum diuinis honoribus coluerunt. Herodotus *Lib. I. c. 66.* et Nic. Damascenus *Excerpt. Peiresc. p. 449.* RICHT.

26) De praesentia legum institutorumque Lycurgi, ab antiquis pariter ac recentioribus, praefertim religionis Christianae hostibus, tanto opere iactata, longe aliter iudicabit, qui, praepiudicatis opinionibus non impeditus, legerit elegantem ac disertam disputationem Io. Laur. Mosheimii *Doctrina Scripturae Sacrae de moribus (Sittenlehre der heiligen Schrift) Tom. II. p. 313. seqq.* institutam adversus impudentissimum Christiani nominis hostem, qui, nescio quo infano furore percitus, eo amentiae temeritatisque progressus est, ut Iesum Christum, qui generi humano salutem dedit, cum legislatore Spartanorum ineptissime contendere conaretur. Fuit iste Albert. Radicat. Comes Passeranius, cuius infaustus liber, *Nazarenus et Lycurgus mis en parallèle par Lucius Sempronius Neophyte*, continetur in *Recueil des Pièces curieuses sur les Matières les plus intéressantes par Albert. Radicati Comte de Passerani, Amst. 1736. 8. p. 291. seqq.* Multa in legibus Lycurgi etiam prudentiae civili, et verae reipublicae felicitati contraria detexit Thomaeus *de prudentia legislatoria cap. IX. §. 13. seqq.* Nihilo tamen minus in alia omnia discessit, ac Lycurgeam legislationem, velut exemplum omnibus perfectionis numeris absolutum, praedicandam existimavit auctor *Meditationum civilium et moralium in leges a Spartiate Lycurgo latas (Politische und moralische Betrachtungen über die Spartanische Ge-*

setzgebung des Lykurgus) Lindau. 1763. 8. qui Iac. Wegelinus esse fertur. Decennio post easdem leges, paucis exceptis, nimis laudibus extulit auctor *Dissertationis de Lycurgo eiusque legibus, (von dem Lykurg und seinen Gesetzen)* quae exstat in *Promtuarium Hannoverano (Hannoversches Magazin) A. 1773. P. LXXIX — LXXXI. p. 1249 — 1294.* Cui oppositae sunt *Admonitiones de Lycurgi legibus, (Erinnerungen über die Gesetze des Lykurgus) ibid. P. C — CII. p. 1585 — 1622.* quarum auctor leges Lycurgi procaci scribendi genere paullo petulantius exagitavit, et Spartiati laudem quidem viri honesti ac boni civis concessit, sapientis vero, et non tam praesentia oculis lustrantis, quam futura prospicientis legumlatoris plane denegavit. Quibus lectis, rebusque, detracta scurrili dicacitate, ex vero ponderatis, neminem amplius tam magnifice, quam illi scriptores, de his legibus esse iudicaturum speramus. Sane verissime de Lyturgo, totaque eius legislatione iudicavit, quem nunc addimus, Pavius, (de Pauw) qui sagaci iudicio scripsit, et publico rei litterariae bono edidit *Disquisitiones Philosophicas de Graecis (Recherches philosophiques sur les Grecs) Berol. 1787. 88. Tomis II. 8. P. IV. sect. 9. §. 1. sect. 10. §. 3. et sect. 11. §. 1. Tom. II. p. 231. seqq. 346. seqq. et 379. seqq.* Legum Laconicarum cum Iudaicis consensionem ostendit Georg. Lud. Oederus *de Programmatis Graecorum Ien. 1717. 8. cap. II. p. 6. seqq.* Lycurgum cum Moise, quod ad segregationem Spartani populi ab aliis adinet, comparat Warburtonus *Div. Legat. Moisis Lib. IV. sect. 6. Vol. IV. p. 118.* RICHT.

27) Omnia tamen illa, quae de Lycurgea severitate a veteribus traduntur, uti et illud Ciceronis, ad

XI. Non praetereundum denique est, leges Lycurgi, quarum plerasque persequitur etiam Xenophon libro de *Rep. Lacedaemoniorum*, scripto *) vulgatas non fuisse, sed modo tantquam *ῥήτραις* Apollinis, totidemque oracula Delphis allatas, ut memoriae tradendas, ac sub regum custodia seruandas, nec versu concinnatas, sed prosa, ut obseruat Plutarchus de *Pythias Orac.* p. 403. Idem Plutarchus in *vita Lycurgi* p. 47. νόμος δὲ γεγραμμένος ἐκ ᾧθην — τὰ μὲν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτραις ἀνόμασαν, ὡς παρὰ τῷ θεῷ νομοζῶμενα καὶ χρησμέες ὄντα. Confer Scholia Graeca ad Lucianum *Tom. I. p. 26.* Herodotus *Lib. VI. c. 57.* de regibus Lacedaemoniorum: τὰς δὲ μαντήϊας τὰς γενομένας τύχας φυλάισσαν, συνειδέναι δὲ τὸς πύθιας. Vide Antonium van Dale de *Origine idololatrias* p. 310. *seqq.* vbi p. 314. inter alia docet, a regibus interdum aliquid tanquam nouum oraculum siue nouam legem *ῥήτραις* Lycurgi adiectum, ut a Polydoro et Theopompo regibus factum refert Plutarchus in *Lycurgi vita* p. 43. Similiter ephori Epitadae nouam *ῥήτρεαν* commemorat Plutarchus in *Agide et Cleomene* p. 797. et ei oppositam regis Agidis *ῥήτρεαν* Lyfandro ephoro consentiente latam p. 798. Mentio *ῥήτρεων* Lycurgi apud Suidam, Etymologici magni auctorem et alios. Plutarcho in *Agefilao* p. 610. et de *esu. rniūm diff. II. p. 997.* laudatur ὁ θεὸς Λυκῦργος ἐν ταῖς τρεῖς ῥήτραις. Iustinianus Imp. *Lib. I. Institutionum tit. 2. §. 10.* In his ciuitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedaemonii quidem magis ea, quas pro legibus obseruarent, memoriae mandarent: Athenienses vero ea, quas in legibus scripta comprehendissent, custodirent. [P] Videntur autem leges a Spartanis decantari solitae, modulos musicos adaptantibus Thalete Cretensi, Terpandro, Tyrtaeo aliisque. De Thalete iam superiore libro dictum a me est, et de Tyrtaeo huius libri c. XII. De Terpandro ita Clemens Alex. *I. Strom.* p. 308. Μέλος τε αὐτῷ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, τὸς Λακεδαιμονίων νόμος ἐμελοποιήσε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, vbi verbum *ἐμελοποιήσε* interpretes reddidit: *numeroſis versibus scripsit*, sed Marcus Meibomius ad *Aristoxenum* p. 76. rectius ita intelligit, ut leges Lacedaemoniorum a se, vel iam ante ab alio, versibus inclufas, modulandas atque decantandas populo exhibuerit Terpander Antissacus. **) Quod autem Cicero in *orat. pro L. Flacco* c. 26. affirmauit, Lacedaemonios per septingentos amplius annos

ad oratorem Atticum potius, quam ad Lacedaemonium legislatorem adplicanda esse arbitrantur Henr. Valeſius ad *Ammian.* *Lib. XXII. c. 9.* et Io. Taylorus *praef. ad Lycurg.* in Reiskii *Orat. Graec.* *Vol. IV. p. 108.* Conf. Petr. Baylium *Diſſ. Hiſt. et Crit.* sub *Lycurgo* not. T. RICHT.

m) Non defunt quidem, qui Lycurgum dicunt *γράφας νόμους*, ut Libanius *Tom. II. p. 476.* sed notum est, Gracos hac phraſi uti pro eo, quod Latini dicunt *leges ferre*.

28) De Terpandro, Antiffa vrbe Leſbi oriundo, in diuerſa diſcedunt diuerſarum Chronici Oxoniensis recenſionum auctores et interpretes. Humphr. quidem Prideauxius, ut ſuperiores breuitatis gratia emittamus, *lin. 49. ep. 35. p. 326. edit. Maittaire.* verba marmoris, lacunis expletis, ita ſiſtis ac vertit: Ἀφ' ἧ Τέρπανδρος ὁ Δερδενίος ὁ Λεſβιος τὰς νόμους τὰς λύρας καὶ αὐλῶν ἰδίᾳ, ἢ καὶ καλῶς ἐκινῶν.

Vol. II.

λῆνε, καὶ τὴν ἑμαρσθε δῆμα δὴν μετέστησεν, καὶ ἠΗΗΙΔΔΔΔΙ, Ἀρχοντες Ἀθήνην Δρωπίδα. A quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomos lyricos et auléticos docuit, quos cum tibiaſtibus ſimul tibiaſ cecinit, et aſſionem coram populo depulit anni CCCLXXXI, Archonte Athenis Drowpilo. Ricardus autem Chandlerus, qui ſplendidiſſimam Marmorum Oxoniensium editionem Oxonii 1763. forma maxima adornauit, *lin. 49. 50. ep. 35. P. II. p. 25. ſeqq.* alio plane ſenſu hoc modo: Ἀφ' ἧ Τέρπανδρος ὁ Δερδενίος ὁ Λεſβιος τὰς νόμους τὰς καλῶν καὶ αὐλῶν αὐλῆταις ἰδίᾳ, καὶ τὴν ἑμαρσθε δῆμα δὴν μετέστησεν, καὶ ἠΗΗΙΔΔΔΔΙ, Ἀρχοντες Ἀθήνην Δρωπίδα. A quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomos antiquos uſuare aulétas voluit, et vetuſtam muſicam mutauit, anni CCCLXXXI, Archonte Athenis Drowpilo. Drowpilius vero anno primo Olympiadis XXXIV. magiſtratum

annos *vnis moribus et nunquam mutatis legibus* vixisse, hoc non de quacunque, sed vniuersali mutatione est accipiendum, quia Lycurgi legum quarundam adhuc vsus fuit Lacedaemone sub Romanis Caesaribus, vt ex Xiphilino in *vita Neronis*, et Philostrati *Lib. IV. de vita Apollonii Tyannenſis* c. 10. constat. Alioqui non tantum a victoribus Lacedaemoniorum, Philopoemene praefectum, confer Plutarchum in huius vita p. 365. f. et Menſium *de Regno Laconico* r. 20. et *Miscell. Lacon. Lib. II. c. 5.* subinde complura in ipsorum institutis alterata sunt, sed et neglectae Lycurgi leges a Lyſandro, apud Aelianum *Lib. XIV. c. 29. Var. Hiſt.* tum ab Ageſilao, de quo clarissimus Perizonius ad eiusdem Aeliani *Lib. XIV. M. H. c. 27.* Ac superſtite etiamnum Lycurgo Lacedaemonios quaedam ex eius institutis immutare auſos tradit Tertullianus *Apologet. c. 4.* *Nonne et ipſius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auſtori ſuo doloris incuſſerunt, vt in ſeceſſu inedia de ſemetipſo iudicaret?* Hoc idem Tertullianus *ſap. 46.* vocat *apocartereſin optaſſe.* Sed aliam inediae Lycurgi cauſam reddit ſcriptor vetus apud Suidam in *ἀποκαρτερήσαντα* et in *Λυκῆργος*, atque ex Plutarcho conſtat, valde incerta eſſe, quae de obitu illius viri traduntur. Complura ſapienter et acute ab eo dicta refert idem Plutarchus in *Apophthegmatis Laconicis* p. 225. ſeqq. apud quem inter alia p. 227. interrogatus, cur leges ſcripto non ſanxillet, fertur reſpondiſſe: *οἱ τοὶ πεπαιδευμένοι καὶ ἀχθόντες τῇ προσηκόντῃ ἀγωγῇ τὸ τῆ κατὰ χρέαινον δεικνύμενοι, quia viri recte inſtituti atque educati probe perſpiciunt, quid tempus et occaſio requirat,* adeoque leges non ſcriptas pro re nata optime interpretabantur, cum ſcriptae magis ſint obnoxiae fraudibus et cauillationibus. Lycurgo legiſlatori ſuo, quem LXXXV. annos vixiſſe tradit Lucianus in *extremo libri de Macrobiis*, templum poſt fata dedicaſſe Spartanos tanquam Deo, praeter alios memorat Pauſanias in *Laconicis* p. 248. De legibus Lycurgi videndus Nic. Cragius *libris IV. de Republica Lacedaemoniorum*, (*Hafn. 1593. 4. Lugd. Bat. 1670. 8. et Antiq. Graecar. Theſauro* [P] *Tom. V. p. 2497. ſeqq.*) praecipue libro III. vbi eas duodecim Tabulis complexus fuit. De ſeueris eius ac fortibus institutis conſulendus etiam Benediclus Aueranius *Diff. XLIX — LIV. in Anthol. Tom. I. p. 127. ſeqq.* 29) Platonem Lycurgi imitatoreſ inducit Plutarchus *VIII. 2. Sympoſ.*

XII. RHADA.

giſtratum geſſit. De Terpandro, et quales eius *νόμοι* fuerint, expoſuerunt commentatores, Io. Sel- denus p. 128. ſeq. Iac. Palmerius p. 213. Thom. Lydiatus p. 259. diligentiffime autem Prideauxius p. 416. quem ſecutus fuit Ed. Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 55.* Quorum quidem omnium vel lectionis conſtituendae ratio, vel conſtitutae explicatio, cum recentiffimo Oxoniienſi exemplo collata, quatenus admittenda ſit, felicioribus ingeniis, meo qualicumque diſſuſus, diiudicandum relinquo. Quaedam haec de re notauit etiam Petr. Burmanus ad *Valeſii Lib. IV. Emendat. c. 14.* RICHT.

29) Leges Lacedaemoniorum ex collectione Nic. Cragii *de Republ. Lacedaemon. Lib. III.* exhibet Hofmannus *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. II. P. I. p. 123. ſeqq.* Adde Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica Laconum*, in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 465. ſeqq.* et Ap-

pend. p. 633. ſeqq. et Io. Iac. Rambachium *Adpend. Potteri Archacol. Graec. Lib. I.* ſubiecta, *Tom. I. p. 402. ſeqq.* qui ſingularum legum rationes pau- cis indicauit. Quid protulerit Ant. de Gueuara, cuius *de Lycurgo et legibus ab eo latis diſſertatio*, in eius *Epift. Colon. Agrip. 1640. 8. Tom. I. p. 18 — 31.* a quibusdam laudatur, dicere non poſſum. De prudentia Lycurgi in legibus ferendis diſputat Montesquieuſ *de Cauſis Legum Lib. IV. c. 6. Lib. XV. c. 17. Lib. XIX. c. 16. et Lib. XXIX. c. 13.* De republica legibusque a Lycurgo conſtitutis diſſertit Goguetus *de Origine Legum Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 2.* Egregias quoque de republica Spartanorum legibusque Lycurgi animaduersiones ſuppeditauit Car. Rollinus *de ratione bonas litteras docendi ac diſcendi (de la Maniere d'enseigner et d'étudier les Belles-Lettres) Tom. III. p. 362. ſeqq. edit. Amſt. 1745. 8.* Nec ſilen-

tio

XII. RHADAMANTHVS *) siue RHADAMANTHVS, Minois Sarpedonisque frater, Europae et Asterii Cretensium regis filius, notante Syncello p. 153. primus Cretensibus leges tulit, ³⁰⁾ ex quibus hunc versiculum affert Aristoteles Lib. IV. *Ethic. ad Eudemum* c. 3:

Εἴς τε καὶ οὗτος τὰ καὶ ἑστὶ δίκη καὶ ἰσὺς γίνεσθαι.

Quae fecit si quisque ferat, ius fiet et aequum.

C 2

De

tio praetereundi sunt quatuor alii Francogalli, quorum primus Barrius (de la Barre) dedit *Illustrationes historiae Lycurgi*, (*Eclaircissement sur l'histoire de Lycurgue*) quae exstant in *Comment. Acad. Inscript. Tom. VII. p. 262. seqq. edit. Paris.* et *Tom. X. p. 414. seqq. edit. Amst.* magna tamen temporum confusione laborant: alter Nauisius (de la Nauze) scripsit tum dissertationem *de lege Lacedaemoniorum exteris incolatum vetante*, (*de la loi des Lacédémoniens, qui défendoit l'entrée de leur pays aux étrangers*) quae comparat *ibid. Tom. XII. p. 159 — 176. edit. Paris.* tum *Commentarium de statu disciplinarum apud Lacedaemonios*, (*Mémoire sur l'état des sciences chez les Lacédémoniens*) qui *ibid. Tom. XIX. p. 166 — 202.* continetur: tertius Mathonius (Mathon de la Cour) *Dissertationem de diminuta legum Lycurgi auctoritate* (*Dissertation sur la décadence des lois de Lycurgue*) *Lugd. 1767. 8.* in lucem emisit: denique quartus Gurcius (de Gourcy) *Historiam legum Lycurgi* (*Histoire philosophique et politique des lois de Lycurgue*) *Paris. 1768. 8.* cum litteratis hominibus communicavit, de qua tamen vide Pavius *d. l. p. 232. seq.* Quibus nunc ex eadem gente adiiciendus est Bartholomaeus, (Barthélemy) qui de rebus et antiquitatibus Graccorum fabulam Milesiam, lectu iucundissimam, triginta annorum studio conscripsit, et nuper sub titulo: *Voyage du jeune Anacharsis en Grèce, Paris. 1788.* quatuor voluminibus quaternis in publicum orbis litterati conspectum produxit. Altera editio, qua nos utimur, *ibid. 1789.* septem voluminibus octonis, magna formularum stannearum chartarumque elegantia, prodit, neque vlla mora interposita publici saporis opus extra Franciae fines a latrunculis librarii furtivae impressionis beneficio dicam an maleficio fuit repetitum, et in linguam Germanicam translatus *Berol. et Libav. edi coeptum.* Bartholomaeus igitur, qui nunc doctorum pariter atque indoctorum manibus versatur, *cap. XLIII — LI. Tom. IV. p. 110 — 291. edit. II. Paris.* de Lycurgo eiusque legibus, totaque Lacedaemoniorum disciplina, tam publica quam pri-

vata, copiosam disputationem instituit, inter admiratores Lycurgeae legislationis nomen professus. E nostratibus Io. Gottfr. Hauptmannus *Diff. de Laconismo*, praefide Io. Erh. Kappio defensa *Lips. 1736. 8. III. seqq.* leges Laconicas breuiter persectus, post intervallum vndetriginta annorum hoc argumentum fusius tractandum suscepit, editis tribus prolusionibus *de causis et gradibus mutationis Laconicarum Lycurgi legum* *Ger. 1765.* Instituta Lycurgi de puerorum educandorum ratione, facta cum nostris moribus comparatione, Xenophontem et Plutarchum secutus, breuiter descripsit Abrah. Krigelius *Diff. de Lycurgi legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit* *Lips. 1726.* Ab eruditione commendari debet Iul. Car. Schlaegeri *Schediasma de iure caelibatus apud Lacedaemonios* *Helmsf. 1734. 4.* Ieiuna autem neque vllius pretii est dissertatiuncula Io. Henr. Wackeri *de Lycurgi ad matrimonium pertinentibus institutis* *Lips. 1743.* RICHT.

n) Iocorum siue γέλωτος usum a Rhadamantho ac Palamede repetit Anaxandrides apud Athenaeum *Lib. XIV. p. 614.*

30) Rhadamanthus praepostero ordine ante Minoem collocatur. Minos enim primus filium habuit Lycastum, qui ex Ida, Corybantis filia, tres suscepit filios, Minoem secundum, Sarpedonem et Rhadamanthum. Enimvero Apollodorus *Lib. III. c. 1.* Diodorus Sic. *Lib. IV. c. 60.* et *Lib. V. c. 84.* Strabo *Lib. X. p. 730. edit. Almelou.* et nonnulli alii scriptores veteres Minoem aum ac nepotem haud satis distinguunt, et vtriusque res promiscue narrant. Qua confusione etiam Fabricius deceptus Rhadamanthum Asterii et Europae filium facit, primumque Cretensium legislatorem, quem postea Minos fuerit imitatus, constituit. Cuius auctoritate motus deinceps eumdem errorem erravit Bruckerus *Hist. Crit. Philos. Tom. I. p. 437.* Vide Marshamum *Can. Chron. p. 252. seq. edit. Ien.* Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 383. seq. edit. Lond.* Mablium (de Mably) *Observ. de Hist. Graec. (Observations sur l'histoire de la Grèce) Lib. I. p. 3. seq.* et, qui de duobus Minoibus, pri-

mo

De poena talionis, quam *Ius Rhadamantheum* nonnulli vocant, erudite egit Io. Andr. Danzius singulari dissertatione, in qua etiam plura de Rhadamantho §. XII. seqq. in Meuschenii *Nov. Test. ex Talmude illustrato* p. 560. seqq.³¹⁾ Aliam legem, *ne in iurando Deos nominare fas esset*, refert Suidas in *Λάμπων*. Confer Zenobium *V. Proverb. 81.* et Helychium Apostolium ac Suidam in *Ῥαδάμανθους θεκος*. Porphyrius *Lib. III. de abstinentia a caede animal.* p. 285. *Κρησὶ δὲ νόμος ἦν Ῥαδάμανθους, θεκὸν ἐπάγεσθαι πάντα τὰ ζῶα.*³²⁾ Professus autem est Rhadamanthus a Ioue se accepisse, quas promulgaret, leges, ut docet Ephorus apud Strabonem *Lib. X. p. 476.* Vide et Schol. Euripidis ad *Hippolytum* v. 98. et quae viri docti ad Virgil. *VI. Aeneid. 566. seqq.* Diodorum Sic. *Lib. V. p. 238.* Caeterum quod in Rhadamantho Aaronem, ut in Minoe Moysen reperisse sibi visus est Christ. Wormius, ut parum credibile, omitto. Negat enim ille, Minoem et Rhadamanthum vsquam in rerum natura fuisse, in libro *de corruptis antiquitatibus Hebraearum apud Tacitum et Martialem vestigiis cap. III. p. 43 — 47* ubi inquit, vnde Tacitus Creta oriundos Iudaeos scripserit.

XIII. Rha-

mo et secundo, distinguendis breuiter differuit, Banierium (*Distinction de deux Minos*) in *Hist. Acad. Inscript. Tom. III. p. 49. seqq. edit. Paris. et Tom. II. p. 68. seq. edit. Amst.* Minos secundus omnium sui temporis classe fuit potentissimus, teste Thucydide *Lib. I. c. 4.* quam ob causam *Θυλαιοκρατής* a veteribus identidem vocatur. Vide, praeter Meursium in *Creta Lib. III. c. 3.* et Cumberlandum *Orig. Gent. Antiquiss. p. 299.* a Waffio ad *Thucyd. d. I.* laudatos, Seldenum *Lib. I. Mar. Claus. c. 9.* Schefferum *Lib. II. de Milit. Naq. Vet. c. 1.* Marshamum p. 293. et in primis pereruditam Heynii *Comment. de Castoris epochis populorum, qui maris imperium tenuisse feruntur, quae exstat Nou. Comment. Soc. Gotting. Tom. I. p. 80. seqq.* Quod quidem imperium maris ad Minoem primum cum aliis perperam retulit Io. Henr. Boeclerus *Diff. Minos maris dominus, quae est Dissertatt. Acad. Tom. II. XXXVI. p. 1073. seqq.* et, nobilissima controuersia de dominio maris, inter liberas gentes recentiore aetate agitata, simul inmixta, multa contra germanas iuris gentium rationes temere dicta complectitur. RICH T.

31) De eodem argumento differuit Io. Ortu. Westenbergius *Orat. de Iure Rhadamanthi, Lugd. B. 1726. 4.* typis descripta, quam a Io. Conr. Ruckero *Orat. IV. p. 328. edit. Lugd. B. 1749. 8.* et Io. Henr. Iungio *praef. Tom. I. Oper. Westenbergii Hanou. et Luneb. 1746. 4.* laudatam, omni data opera, oculis usurpare mihi nondum liuit. Illam quidem cum aliis Westenbergii opusculis *Tom. III.* exhibendam pollicitus est Iungius, qui vero, abiecta ab editore pariter ac librario omnia nanciscendi spe, lucem numquam vidit.

Nam qui postea sub titulo *Tomi III. Hanou. et Bgem. A. 1758.* editus est *Diuus Marcus*, non est repetitum typis Germanicus exemplum, sed, adquisito a prioribus redemptoribus iure, et, ut in tali re moris est, prima plagula mutata, ipsa apud Batauos ante facta impressio. Quare, nisi quis denuo Westenbergiani ingenii monimentis obstetricia quasi manu auxilium ferat, et hac *de Iure Rhadamanthi*, et ceteris exalciatis scriptiunculis humanioris iuris prudentiae studiosi, praesertim inter Germanos, aegre carere debent. De Rhadamantho vide etiam Huetium *Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 8. §. 12.* nec non Heynium *Not. ad Apollod. P. I. p. 335. seqq.* RICH T.

32) Rhadamanthum, ad ambages litium praescindendas, introduxisse in singulis causis iurandi usum, refert Plato *Lib. XII. de Legg. Tom. II. Oper. p. 948. edit. Serran.* Illis enim temporibus deos esse, resque humanas curare, adhuc omnes vno ore homines confitebantur. Quam simplicem iudiciorum formam, celeremque controuersiarum terminandarum rationem, in communi omnium in deos pietate, Platonis auctoritate commotus, praedicat Montesquieus *de Causis Legum Lib. XIX. c. 22.* Legem Rhadamanthi de iurando illustrarunt Iac. de Rhoe et Reiskius ad *Porphy. Lib. III. §. 16. not. 4. et 16.* Ceterum a Fabricio praeteritum esse miror insignem locum Apollodori *Lib. II. Biblioth. c. 4. §. 9.* ubi hanc Rhadamanthi legem, qua Hercules, in iudicio de caede Lini cithara percussus exercito reus, fuit absolutus, laudat: *ὅς ἂν ἀμύνεται τὸν χαρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῶν ἄναξ*, quam haud memini me alibi legere. RICH T.

XIII. Rhadamanthum, teste eodem Ephoro, imitatus est MINOS, ante bellum Troianum tertia *γενεᾷ* defunctus, Herodotus *Lib. VII. c. 171.* legisfer et ipse inclutus, Ioue *ἢ* itidem laudato auctore, fidem auctoritatemque legibus suis conciliare conatus. ²³⁾ De hoc videndus Io. Meursius in *Creta Lib. III. c. 3. et 8. 14.* Iustitiae et honestatis studiosissimum celebrat Diodorus Sic. *Lib. V. p. 237.* Minoem vero *πρεσβύτατον* vocat, Rhadamanthi fratrem ex Ioue et Europa genitum. Confer *p. 240.* et Clementem *I. Strom. p. 309.* Tabulis aeneis descriptas leges illius fuisse, testatur Plato in *Minoe*, vbi apologiam eius et laudes breuiter persequitur, et (contra quam Ephorus) Rhadamanthum scribit institutum a Minoe: *Ῥαδάμανθους δὲ ἀγαθὸς μὲν ἦν αἰνῆς, ἐπισταύετο γὰρ ὑπὸ τῷ Μίνῳ· ἐπισταύετο μὲντοι ἐκ ὅλης τῆς βασιλικῆς τέχνης, ἀλλ' ὑπηρεσία τῇ βασιλικῇ, ὅσον ἐπιστατῆν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. ὁ δὲν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι, νομοφύλακι γὰρ αὐτῶν ἐχρήτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ.* Ibidem Homeri et Hesiodi de Minoe loca, et Talum administrum Minois memorat, et inter alia hanc Minoi legem refert, *ne compotent inter sese usque ad ebrietatem, μὴ συμπίπεν ἀλλήλοισι εἰς μέθην.* Idem *Lib. I. de Legibus* testatur, Minoem prohibuisse, ne quisquam iuniorum in leges, rectene an secus latae essent, inquireret: senex vero si quid forté [P] animaduertisset

C 3

emen.

o) Libanius *Tom. II. p. 479.* Dio Chrysostomus *Orat. I. de regno p. 20. edit. Casellii et IV. p. 128.* ex Homero, qui Minoem vocat Iouis *ἐκπαισίν.* Vide et Syncellum *p. 163.* In Gnosiorum numo Minos occurrit cum labyrintho Cretensi. Vide Begerum *Tom. I. Theaur. Brandenburg. p. 400.*

33) Minos eius nominis primus, Cretum rex, Asterii et Europae filius, Pandionis I. regis Atheniensium aequalis, a Ioue leges, antrum vetusta religione consecratum frequentando, sibi traditas esse, vt populus maiore cum reuerentia eas acciperet, sanctiusque obseruaret, pio mendacio praedixit. *Marm. Oxon. I. lin. 21. 22. ep. 11. p. 64. et 324. edit. Maistair. siue P. II. XXIII. p. 21. Chandler. Homerus Odyss. T v. 178. seq. Plato in Minoe Tom. II. Oper. p. 319. edit. Serran. Stobaeus Serm. XLII. p. 294. Maximus Tyrius Diff. XII. sect. 7. Heraclides de Polit. p. 506. edit. Crag. Lugd. B. 1670. 8. Dio Chrysostomus orat. I. Vol. I. p. 56. edit. Reisk. et orat. IV. p. 154. seq. Clemens Alex. Lib. I. Strom. p. 422. et Lib. II. p. 439. edit. Potter. Theodoretus Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. Oper. Tom. IV. p. 925. edit. Schulz. Cicero Lib. II. Tuscul. Disp. c. 13. Valerius Max. Lib. I. c. 2. Lactantius Lib. I. Div. Instit. c. 22. Casaubonus ad Strab. Lib. X. p. 730. reprehendit eos, qui *ἐν τῷ ποντὶ* per nouem annos explicant, cum *δι' ἐννέα ἔτας*, nono quoque anno denotet, vt Valerius tradit. Contra quem disputat Dauisius ad Cic. d. I. Vide eundem ad *Max. Tyr. Diff. XXXVIII.**

sect. 2. vbi nouem annos legibus emendandis Minoem impendisse opinatur, et Pridesauxium in *Marm. Oxon. I. p. 383.* De aetate Minois vide Io. Seldeni *Caus. Chron. ad Marm. Oxon. I. p. 134. edit. Maistair.* Henr. Dodwelli *Tabb. Chron. in Marm. I.* ex eius *Dissertatt. de veteribus Graecorum Romanorumque cyclis, ibid. p. 351. et,* qui nuper antiquitates fabulasque Creticas eleganter illustrauit, Heynium *Not. ad Apollod. P. II. p. 531. seqq.* Marshamus vero *Caus. Chron. p. 290. seqq.* omnia, quae de legibus Minois apud veteres leguntur, contra chronologicas rationes, de Minoe secundo male interpretatur. Eidem legislatoris partes tribuisse miror Rambachium *Adpend. Potteri Archaeol. Graec. Lib. I. subiuncta Tom. I. p. 427. Meinersium Hist. de orig. progress. et inter. litter. apud. Graec. et Rom. Lib. I. Vol. I. p. 7. seq. et nuperrime Buhlium super Minois iunioris legislatione in Creta, (über Minos des jüngern Gesetzgebung in Kreta) quae commentatio existat in *Promtuarium humaniorum litterarum (Humanistisches Magazin)* curante Frid. Aug. Wideburgio *Helmst. 1787. P. II. p. 116 — 142.* Ceterum Io. Meursii *Creta, siue de Cretae rebus et antiquitatibus Libri IV.* a Io. Georg. Graeuio primura vulgati *Amst. 1673. 4.* eiusdem *Oper. ex recens. Lamii Tom. III. p. 333. seqq.* exhibentur. Adde Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica et legibus Cretensium,* apud Gronouium *Vol. IV. p. 513. seqq.* et Bartholomaeum *Descript. Itin. Anacharf. Iun. cap. LXXIII. Tom. VI. p. 256. seqq.* RICH T.*

emendandum, hoc aequalium alicui vel magistratui, nullo iuuenum praesente, indicaret. Leges ipsius magni fecere, et ex parte in suis expresserunt Lycurgus, Solon ac Plato.³⁴⁾ Pythagoram quoque Minois imitorem tradit Iamblichus in vita c. 5. antrum philosophi memorans, quod extra urbem Samiorum habuit exemplo antri Idaei in Creta Ioui sacri, quod a Minoe pridem frequentatum Pythagoras in itinere adiit, teste Porphyrio p. 11. Confer Meursium Lib. II. c. 3. Sic σπηλαίος Moysis, in quo commoratus sit postea Elias propheta, sub monte Sinai, meminit Syncellus p. 189. seq. De Minoe et eius legibus, quarum διορθώσεις nouem annos impendit, teste Heraclide de Politis, plura constarent nobis, si aetatem tulisset liber Hippostrati de Minoe, quem laudat Phlegon libro de longaeuis c. 30. vel Charontis Lampsaeni Historia, quem Minois leges recensuisse testatur Suidas in Χάρων. Antonius Verderius Bibliotheca Gallica p. 132. Bonet Paucheville de Saint Bonnet en Forests a composé en rime François la Vie de Minos, sous le nom du quel il depeint de ses vives couleurs un certain juge pedané.

XIV. Primus Atheniensibus leges tulit TRIPTOLEMVS, ex quibus tres Eleusine exstantes memorauit Xenocrates apud Porphyrium Lib. IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων p. 431. et Hieronymum Lib. II. aduersus Iovinianum: Honorandos parentes, venerandos deos, et carnibus non vescendum. Γονεῖς τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγαλλεῖν, Ζῷα μὴ σίνεσθαι.³⁵⁾

XV. Post

34) Omnes leges Cretibus a Minoe scriptae e duabus maxime causis sunt repetendae, domi concordia, foris fortitudine bellica ciuium animis instillanda. Quarum hanc quamquam adsecutus fuit; quod ad illam tamen addinet, euentus expectationi eius minime respondit. Vt enim summa consensio ad hostem communem propulsandum Cretenses coniunxit: sic contra mutuae ciuium discordiae et intestina bella rempublicam maxime labefactarunt. Vide Goguetum de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 9. ubi de legibus Creticis egregie, vt solet, philosophatur. Quocum conferri potest Pavius Disquij. de Graecis P. IV. sect. 10. §. 3. Tom. II. p. 346. seqq. RICHT.

35) Triptolemus, cuius verum nomen fuerit, an, vt Bacchus et Ceres, symbolicum, in tanta temporum illorum obscuritate, multis fabulis inuoluta, non satis liquet, Triptolemus, igitur, sub Erechtheo, sexto Atheniensium rege, MCCCCIX. ante C. N. annis Athenienses agriculturam docuisse, et multas, easque utiles et necessarias leges tulisse dicitur. Quem quidem Meursius Lib. II. de Reg. Athen. c. 3. et Io. Potterus Lib. I. Archaeol. Graec. c. 2. Eusebium secuti, minus recte ad Pandionem, quintum Atheniensium regem, referendum esse putant. Vide Marm. Oxon. I. lin. 23. 24. 25. ep. 12. 13. p. 64. et 324. edit. Maistair.

fuae P. II. XXIII. p. 20. seqq. Chandler. Apollodorum Lib. I. Biblioth. c. 5. sect. 2. Iustinum Lib. II. c. 6. Goguetum de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1. p. 57. seq. art. 8. p. 132. seqq. et Lib. II. sect. 2. c. 1. art. 1. p. 336. seqq. Sancruceum (de Sainte-Croix) Quaest. de Myster. Gentil. (Recherches sur les Mysteres du Paganisme) illustr. V. p. 530. seqq. Heynium Prolus. II. Origines panificii frugumque inuentarum initia, Opusc. Acad. Vol. I. p. 353. et Not. ad Apollod. P. I. p. 64. seq. Meinerium Hist. Litter. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. seq. De etymologia nominis vide Clericum Biblioth. Vniuers. et Hist. Tom. VI. p. 54. et 91. et Goguetum d. l. p. 351. seq. Ceterum de trium harum Triptolemi legum, quas a Porphyrio Lib. IV. de Abstinencia ab esu animalium §. 22. accepit Hieronymus Lib. II. aduersus Iovin. c. 14. genuino sensu, quem Fabricius, Hieronymi versionem secutus, parum intellexit, earumque deinceps apud Athenienses vsu vide Sam. Petitem ad Legg. Attic. Lib. I. tit. 1. p. 67. seqq. Lib. II. tit. 4. p. 245. et Lib. V. tit. 2. p. 492. ibique Wesfelingium, et Iac. de Rhoer ad Porphy. d. l. Illas, praeter alias, in sacris initiis tradendis fuisse inculcatas, animaduertit Warburtonus Diu. Legat. Mosi Lib. II. sect. 4. Vol. I. p. 195. RICHT.

XV. Post Triptoleum leges siue *Σεμνὰς* Atheniensibus tulit DRACO iam senex, circa Olympiade XXXIX. 1. (Clemens I. *Strom.* p. 309.) republica iam constituta, notante Aristotele *Lib. II. Politic. c. 10.* vbi addit, nihil proprium eius leges habuisse, quod dignum memoria sit, praeter asperitatem, propter poenae magnitudinem; vnde notum Herodici dictum apud eundem Aristotelem *Lib. II. Rhetor. c. 23. leges non hominis esse, sed Draconis:* itemque aliud iudicium Demadis, relatum a Plutarcho in *Solone, quod sanguine, non atramento, leges suas scripisset.* Adde Gellium *Lib. XI. c. 18.* Suidam in *Νῆκων*, et Tzetzen *Chiliad. V. hist. 5. 36)* De eius statutis consulendus Pardulphus Prateius in *Iurisprudencia veteri Draconis et Solonis cum Romano iure legum Regiarum ac Decemviralium diligenter collata Lugd. 1559. 8.* Vide et Io. Meursium in *Solone c. 13.* Marshamum *Can. Chron. p. 639. seq.* Dan. Frid. Iani *diff. de Dracone legislatore Atheniensium. Lips. 1707.* et Gundlingiana *P. XXXIX. 2.* De Deo et rebus diuinis, ac de virtute nihil praecepisse *σεμνὰς* Draconis νόμους, ac ne Solonis quidem, notauit Maximus Tyrius *diff. XXXIX. 37)* [P]

XVI. SOLON vtut pauper, verum vir sapiens, et qui diu in Asia et Aegypto peregrinatus erat, (Lucianus in *Scythia Tom. I. p. 595.* Diodorus Sic. in *Excerpt. Peirest. p. 233. seq.)*
ab

36) Draco primus popularem Atheniensium rempublicam, iam a Theseo quondam institutam, vt Aristoteles *Lib. II. de Republ. c. 10.* significat, legibus temperauit. Abrogato enim archontum imperio, popularique reipublicae statu constituto, cum primis temporibus fortasse nemo ita sapientia excellere in ciuitate putaretur, vt leges institutae reipublicae consentaneas posset excogitare, et effrenata ciuium licentia in dies magis magisque inualeceret: anno demum, postquam populus praefuisse reipublicae coepit, sexagesimo quarto, Olympiadis XXXIX. quarto, vt Tatianus *Orat. contra Graecos c. XLII.* in Iustini Mart. *Oper. p. 276. edit. Paris. 1742.* memoriae prodidit, quem Clemens Alex. *Lib. I. Strom. p. 309. edit. Potter.* et Eusebius secuti sunt, Draconi, cui Atheniensi, viro probitate conspicuo, multa prudentia praedito, iurisque diuini et humani perito, vt narrat Gellius *Lib. XI. Noct. Attic. c. 18.* rempublicam legibus constringendam commiserunt. Leges autem a Dracone latae ab ipso earum exordio *Σεμνὰς* dicebantur, vt Meursius *Solon. cap. XIII.* Kuhnius et Perizonius ad *Aelian. Lib. VIII. Var. Hist. c. 10.* docuerunt. Quibus Athenienses per annos viginti septem vsi sunt vsque ad Olympiadis XLVI. annum tertium, quo Solon rempublicam nouis legibus institutisque, Draconis tamen, vt deinceps videbimus, legislatione hand penitus abolita, instruxit. Qua in re grauiter lapsus est Tzetzes loco a Fabricio laudato, qui septennium dumtaxat inter Draconis et Solonis leges intercessisse scribit. Vide Car. Sigonium *Lib. I. de Republ.*

Atheniens. c. 5. Tom. V. Oper. cura Phil. Argelati p. 29. seq. et de Tempor. Atheniens. ibid. p. XXXV. Corfinum *Fast. Attic. Tom. III. p. 62.* et de causis atque indole legum Draconis Goguetum *Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 1.* Meinersium *Hist. Litter. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 16. seqq.* et Bartholomaeum *Descript. Itin. Anacharf. Iun. Introd. P. II. sect. 1. Tom. I. p. 94.* In Draconis institutis praecipue ponenda est suprema ephetarum curia ab eo ordinata, qua auctoritas senatus Areopagitici maxime fuit labefactata, a Solone postea in integrum restituta. Quam insignem rei iudicariae mutationem, a Dracone susceptam, memorat Pollux *Lib. VIII. c. 10. §. 124. seq.* de qua Sigonius *Lib. III. de Republ. Atheniens. c. 3.* et Potterus *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 20.* Ex instituto autem de hoc supremo Atheniensium, tempore Draconis, tribunali commentatus est praeceptor in illustri schola Grimmana quondam iuuenis, a quo primam in litteris Graecis lucem mihi accensam esse gratus profiteor, Io. Tob. Krebsius *Disp. de Ephetis, Atheniensium iudicibus Lips. 1740. Opusc. Lips. 1778. 8.* iunctim editorum N. I. RICHT.

37) Errorem a Maximo Tyrio *Diff. IX. sect. 5. edit. Dauis.* quam repetendam curauit Reiskius *P. I. p. 158.* hac in re commissum detexit, et aliorum scriptorum auctoritate consultauit Warburtonus *Dim. Legat. Moysi Lib. II. sect. 2. Vol. I. p. 162. seq. et sect. 4. p. 246.* et post eum Iac. de Rhoer ad *Porphyr. Lib. IV. §. 22. not. II.* RICHT.

ab Atheniensibus anno tertio Olympiadis XLVI. ^{p)} Archon electus ³⁸⁾, leges Draconis omnes fustulit, exceptis iis, quae de nece allata cuiquam scriptae forent, ut post alios traditum Aelianus

p) Ita Socrates apud Laertium *Lib. I. sect. 62.* licet Tatianus referat ad Olymp. XL. et Gellius *Lib. XVII. c. 21.* ad annum Tarquinii Prisci XXXIII. h. e. Olymp. XLIX. 3. Conferatur Meursius in *Solone c. 10.* et *Lib. I. de Archontibus c. 12.* Porro Solonem leges scribendo obscuriores, et multis cauillationibus obnoxias iudicum auctoritatem amplificasse, animaduersum Plutarcho in *Solone p. 88.* et 92. adeoque leges quaesitiores licet et plures, ut ait Tacitus *Lib. III. c. 26. Annal.* tamen dedisse non quas ipse crederet iustissimas, sed quibus Atheniensium conditio maxime indigeret, obseruat Dio Chrysostomus *diff. LXXX. p. 666.* Iureiurando adstrinxit ciues, ut per decennium saltem leges obseruarent: deinde, si improbandae viderentur, eas iterum abrogarent. Nonnus *Hist. XX. ad Gregor. Naz.* Solonis sculptoris nomen in gemmis male pro Solone legislatore acceptum, ut notauit Baudelotus *Journ. des Sav. 1718. p. 314.* Alius Solon Plataeensis. Plutarchus in *Photione p. 757.* Eunostus Solon, Rex Cypri. Athenaeus *Lib. XIII. p. 576.*

38) Solon ciuibus suis primum innotuit carminis pangendi felicitate, elegorumque a se compositorum suauitate, qua ad summam, quam postea consecutus est, nominis celebritatem, archontis dignitatem, ac legum latoris auctoritatem sibi viam munivit. Quare Solonem, tamquam poetam, veteres passim praedicarunt. Sic Aeschines *orat. in Ctesiph. Vol. III. p. 499. seq. edit. Reisk.* vocat eum ἄνδρα καὶ νομοθετῆσαν δύνατον, καὶ περὶ ποιήσῃ καὶ φιλοσοφίαν διατετραφύτα. Et Plato in *Timaeo Tom. III. Oper. p. 21. edit. Serran.* Εἶπε τις τῶν φητόρων, ὅτε ἦν δοκῶν αὐτῷ τότε, ὅτε καὶ χάριν τινα τῷ Κριτίᾳ φέρων, δοκῶν οἱ τὰ τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα, καὶ κατὰ τὴν ποιήσῃ αὐτῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. Vide quos de poetica Solonis facultate, et versuum, quos scripsit, apud complures veteres scriptores reliquiis laudauit Taylorus ad *Demosth. orat. de fals. legat. in Reiskii Appar. Crit. ad Demosth. Vol. I. p. 453. seqq.* De archontis eponymii dignitate, dicto anno Soloni concessa, vide Corsiui *Fasl. Attic. Tom. III. p. 76. seqq.* Res Solonis, post Meursium, cuius *Solon, sine de eius vita, legibus, diffis atque scriptis liber singularis Hafn. 1632. 4.* auctor in Gronouii

Thef. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1993 — 2064. et Oper. ex recens. Io. Lamii Tom. II. p. 229 — 364. sistitur, ex veterum locis diligenter collegit Thom. Stanleius *Hist. Philos. P. I. p. 28. seqq.* breuiter enarrauit Bruckerus *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. §. 4. Tom. I. p. 442. seqq.* Confer etiam Danzium *Diff. de origine italionis §. XI.* De statu Athenarum publico a Solone ordinato, omnis legibus ad ius priuatum spectantibus, eiusque tam laudibus quam morbis acute iudicauit Goguetus *de Origine Legum Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 1.* nec minori iudicii acumine hanc partem legislationis Solonis descripsit Meinersius *Hist. Litt. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 19. seqq.* quibus iungenda est *Dissertatio de Solone eiusque legibus*, in *Promptuario Hannoverano A. 1774. P. IX — XII. p. 129 — 186.* Sane quantius pretii est commentatio, ab eodem auctore, qui *Admonitiones de Lycurgi legibus* dedit, profecta, qua ius publicum pariter ac priuatum, a Solone constitutum, cum cura et iudicii acrimonia enucleatur. Nuper denique quid de Solonis legislatione in medium protulerit Bartholomaeus *d. l. p. 99. seqq. et p. 141. seqq.* inter doctos pariter ac semidoctos nostrae aetatis homines satis constat. De philosophia ac legibus Solonis disseruit Lud. Malquytius *Lib. II. Ver. ICior. Philos. c. 25 — 29.* sed parum accurate, multisque iuris Romani capitibus inepte adsutis. De legibus Solonis tam vniuerse, quam singulis quibusdam passim praeclare iudicauit Montesquieus in praestantissimo opere *de l'esprit des Loix Lib. V. c. 5. Lib. VI. c. 5. Lib. XIX. c. 21. Lib. XX. c. 15. Lib. XXVII. c. 1. et Lib. XXIX. c. 3.* et nuperrime Paulus *Disquis. de Graecis Tom. I. p. 69. seq. 193. seq. 372. seqq. Tom. II. p. 13. seqq.* Plurima vero in illis et si laude dignissima, sunt tamen aliqua, quae ad genuinas prudentiae legislatoriae regulas examinata iure reprehendi queant, ut ostendit Thomaeus *Diff. de morum cum iure scripto contentione, Dissertatt. Acad. Tom. II. LIV. §. 38. Diff. de origine successionis testamentariae, ibid. LXVI. §. 38. et Spec. Iurispr. Iudic. ex Iur. Nat. et Gent. Hal. et Lips. 1706. 4. cap. IV. vbi Solonia et Pisistrati comparationem instituit, qui et leges quasdam atque instituta Solonis obiter notauit de prudentia legislatoria cap. IX. §. 23. seq. RICHT.*

liano *Lib. VIII. Var. Hist. c. 10.* ³⁹⁾ ipse consilio Epimenidis usus, teste Plutarcho, noua iura dedit, quae partim ab Aegyptiis, ut Diodoro Sic. obseruatum, ab Hebraeis, ut contendit Christ. Wormius *de corrupt. antiq. Hebr. apud Tacitum et Martialem vestigiis cap. IV. p. 111. seqq.* partim a Cretensibus dicitur esse mutuatus, alia ipse addidisse. De legibus Solonis, qui obiit Archonte Hegestrato Olymp. LV. 1. ⁴⁰⁾ inter veteres agunt Plutarchus et Laertius in *Solonis vita*, e recentioribus Io. Meursius in *Solone c. 2. seq.* et in *Themide Atticæ suis libris duobus de legibus Atticis*, qui post auctoris fata lucem viderunt *Traiecti ad Rhem. 1685. 4. novissime recusi in Thesouro Antiquitatum Graecorum Iacobi Gronouii, Tom. V.* Videtur in hoc opere Meursius interdum fictas a rhetoribus in declamationem leges pro veris Atheniensium statutis admisisse, quod recte ac diligenter cauit Samuel Petitus egregio ad leges Atticas commentario in octo libros distincto *Parisi. 1635. fol.* ex quo leges ipsas integras Graece ac latine, additis auctorum, qui eas referunt, nominibus e Petito exhibet Ioannes Potterus, *Archaeolog. Graecae Lib. I. c. 12. Tom. XII. Thesauri Antiq. Graecar. Gronouiani p. 127—194.* Pardulphus quoque Prateius praeter *Iurisprudentiam veterem Draconis et Solonis cum legibus Regis ac Decemvirelibus Romanis collatam Lugd. 1559. 8.* paralipomena legum XII. Solonis subiecit ad calcem librorum *de iurisprudentia media Lugd. 1561.* Sat notae praeterea sunt eruditae obseruationes Desiderii Heraldi *ad ius Atticum et Romanum*, Claudiique Salmasii, eius aduersarii, *Lugd. Bat. 1645. 8.* qui in *Epistolis p. 272.* memorat collectionem legum Atticarum ineditam auctore Iosepho Scaligero, quae manu exarata exstat in Bibliotheca Academiae Batauorum Lugdunensis. Praetereo Phil. Melanchthonis *collationem legum Atticarum et Romanarum Witteb. 1546. 8.* Conradi item Rittershusii ad calcem commentarii in *Institutiones, Argentor.*

39) Solon non omnes Draconis leges sustulisse, sed multas, demta acerbitate, ad lenitatem inflexisse humanitatemque videtur. Multa enim a Dracone sapienter et e republica instituta leguntur, a Solone, nimio poenarum rigore sublato, retenta, axibusque inserta. Quod etiam Wesselingio *praef. ad Petit. init.* placuit, idemque legislationis de otioso, quem Draco ultimo supplicio plectendum, Solon infamia dumtaxat coercendum putauit, exemplo probatum iuit Tylor *Less. Lyfiac. cap. X.* Qua quidem in sententia de compluribus Draconis *θεσμοῖς* vna cum Solonis legibus apud Athenienses usu seruatis, ac posteriore quoque aetate siue restitutis siue corroboratis in primis me confirmauit illustis ille locus apud Andocidem *orat. de Myster.* quem, quoniam hac in re classicus est, ut a Reiskio *Orat. Graec. Vol. IV. p. 39.* exhibetur, adscribere haud grauabor. Δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα, ἄλλοι δὲ ἄνδρες ἄλλοι· τέτας δὲ ἐπιμελῆσθαι τῆς πόλεως, ὅς ἐν οἷς νόμοις τεθῶν· τίς δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις; καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. Ἐκαστὸν δὲ βάλῃ τε ἀπεκληρώσας, νομοθέτας τε ἄλλοις, εὖρισκον τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τῶν Δράκοντος πολλὰς ὄντας, οἳ πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν, τῶν πρό-

τερον θεῶν γινόμενον, ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐβελύσσουσι περὶ αὐτῶν, καὶ ἐψηφίσασθαι, δοκιμάσαντες πάντας τοὺς νόμους, ὅτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ τοῦ τέτας τῶν νόμων, οἳ δὲ δοκιμασθῶσι. Καὶ μοι ἀνέγνωτε τὸ ψηφίσμα. ΨΗΦΙΣΜΑ. Ἔδοξε τῷ δήμῳ· Τισαμῖνός ἐστι πολιτεύσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος; καὶ μετροῖς καὶ εὐδομοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, εἴποιε ἔχρημα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. RICHT.

40) Solon, Pisistrato rerum potito, in Lydiam ad Croesum regem profectus, ab eoque mox digressus in Ciliciam se recepit, vnde in Cyprum adpulit, ibique octogenarius, obiit archonte Hegestrato, ut auctore Phania narrat Plutarchus *Solon. c. XXXII.* anno secundo Olympiadis LV. Primo enim huius Olympiadis anno Comias magistratum gessit. Marmor *Chronicon lin. 56. ep. 41.* Errant igitur Meursius *Solon. c. XXX.* alique, qui Solonis mortem ad alium annum referendam esse putant. De itineribus et morte Solonis vide Corfinum *Fast. Attic. Tom. III. p. 94. seqq.* Buherium *Dissertatt. Herodot. cap. XVI.* et Wesselingium ad *Herodot. Lib. I. c. 30.* RICHT.

D

Argentor. 1618. tum Solonis leges latine versas vulgatasque cum additamentis Valentini Wilhelmi Foersteri *Witteb. 1616. 8.* et Gotfridi Schmidii *de Solone legistore diatribam* [P] in lucem editam *Lipsiae Anno 1688. 4.* Denique August. Milagii *Orationem de lege Solonis, qua ignominia notarat eos, qui in seditione alterutrius partis non fuissent, Helmstad. 1655. 4.*⁴¹⁾ Solonis effigies in numo apud Sponium *p. 141. Miscell.* et apud Fulvium Ursinum *p. 49. elog.* tum in Laertio Wettsteniano, et in Gronovii *Tomo II. Thesauri Antiq. Graecar. tabula 31.* Leges Solonis, quae res priuatas spectabant, scriptae erant in ἀξονας 9) ligneos roboreos quadratos, sed quae agebant de sacrificiis et publicis negotiis, in κρυβες saxeos siue aeneos (Tzet. *Chil. 12. hist. 406.*) triquetros. Aelianus *Lib. XV. c. 9. Hist. animal.* Confer Andream Schottum ad Zenobii *IV. Prouerb. 77.* Diogenianum *V. 72.* Meursium in *Solone c. 24.* Salmasium *de Modo Vsur. p. 98. seqq.* Heraldum *Animadu. in Salmas. p. 297.* Io. Philippi Pfeiferi *Antiquitates Graecae Lib. II. c. 34.*⁴²⁾ Scriptae autem erant βεσποφηδόν, vide Harpocratonem et Suidam in ὁ κάρωθεν νόμος, de quo genere scribendi dixi *Lib. I. c. XXVII. n. 4.* seruabanturque in Prytaneo, vt testis praeter Plutarchum *Solone p. 92.* est Pausanias in *Atticis p. 41.* Ex arce in curiam translatae ab Ephialte, vt tradit Harpocraton et Suidas laudato loco.⁴³⁾ Adi et Apostolium *XII. 77. Prouerb.* Legum eius ἀναρχαφους Nicomachus

41) Recensionem scriptorum iuris Attici, pro facultate mea, adcuratius ac diligentius a me institutam, et quadripartita distributione conclusam, mense Februario huius anni in cathedra iuridica, me praeside, ad disputandum proposuit, et cum praecipua dexteritatis laude defendit Iuuenis eximius ingenii animique dotibus Ornatissimus, Christ. Gottfr. Weberus, Lipsiensis. Quas quidem animaduersiones, in vsum exterorum, integras retinere, et, velut paullo longiorem excursum, ad calcem huius capitis, aliorum exemplo, reicere placuit: quod aequos harum rerum arbitros proluxae nostrae de iurisprudencia Attica bene merendi, eorumque, quibus huius litteraturae ambitus et adparatus curae est cordique, vtilitatibus consulendi voluntati facile condonatuos esse speramus. RICH T.

9) Ab eodem vocabulo carmina Saliorum videntur dicta *axamenta*. Confer Tobiam Gutberlethum *de Saliis cap. XIX.* Et *axiculi* pro tabulis apud Ammianum Marcellin. *XXI. 2.* Etiam *LXX.* interpretes inde *Numeror. I. 18.* deduxere verbum *ἄξωνιον*. Vide Barnesium ad *Hippolytum Euripidis v. 1252.* Tertiodecimi axonis legem octauam allegat Plutarchus in *Solone p. 88.* sextumdecimum axonem et primum *p. 91.*

42) Adde Sigonium *Lib. I. de Republ. Atheniens. c. 3. p. 36. edit. Argelat.* et ibi anonymum de societate Iesu *not. 98. 99. 100.* Menagium ad *Diog. Laert. Lib. I. sect. 45.* Potterum *Lib. I.*

Archaeol. Graec. c. 26. Iac. de Rhoer *Lib. II. Fer. Daentr. c. 28.* et Blasium *de Decret. Atheniens. cap. XXVIII. §. 2. seq.* RICH T.

43) Didymus in scholiis deperditis ad Demosthenem apud Harpocratonem et Suidam in ὁ κάρωθεν νόμος, Pollux *Lib. VIII. c. 10. §. 128.* hosque secutus Corsinus *Fest. Attic. P. I. D. §. I. §. 20. Tom. I. p. 24.* tabulas, in quibus leges erant descriptae, ab acropoli in forum translatas fuisse tradunt. Id quidem non de ipsis legum tabulis, sed potius de exemplo earum, Ephialte, Periclis socio, auctore facto, vt cuilibet de populo in promptu essent, debet intelligi. A quo quidem tempore Didymus et Pollux existimant dici coepisse ὁ κάρωθεν νόμος, relatione scilicet habita ad exemplum in foro adseruatum. Enimuero formula loquendi, ὁ κάρωθεν νόμος, apud Demosthenem *orat. in Aristocr. Vol. I. p. 629. edit. Reisk.* ex vniuersa orationis Demosthenicae serie longe aliter est accipienda, vt, explosis aliorum sententiis, luculente ostendit Taylorus ad *d. I. in Reiskii Appar. Crit. ad Demosth. Vol. I. p. 705. seqq.* vbi etiam de forma legum scribendarum, quae βεσποφηδόν erat, exposuit. Scilicet vexatus ille tot interpretum harioationibus locus ex mente Taylori ita est interpretandus, vt orator intelligat proximam inferiorem legem earum, quas, vt Aristocrateae rogationi opponeret, et causae suae inferuiret, e tabulis legum describi curauerat, superiori *p. 627.* iam recitatae et enarratae suppositam. Neque ideo de legum

chus multa inter describendum interpolasse et corrupisse arguitur a *Lyfia orat. XXIX. p. 448. 459. seq.* Ex Draconis et Solonis legibus viuere Athenienses etiamnum permisit Hadrianus Imp. teste Syncello *p. 349. 44)* Solonis alia scripta notauit supra *cap. XI. §. 7.*

XVII. Demetrius Phalereus *περὶ τῆς Ἀθήνης νομοθεσίας* memoratur a Laertio *Lib. V. sect. 80.* sed illud opus, cuius liber tertius laudatur a Suida in *σκαφηφόροι*, iam pridem intercidit, non minus, quam ea, quae in Solonis *Ἀζονας* scripserat Aristoteles, Seleucus et Didymus. (Consule Menagium ad *Laertium p. 202. et p. 26.*) De his aliisque legumlatoribus multa nos docere poterant, si ad nos peruenissent libri de legumlatoribus siue legiferis scripti a Theophrasto, *) et Apollodoro, qui ambo apud eundem Laertium *Lib. V. sect. 45. et Lib. I. sect. 58.* memorantur, vel a Callimacho, quem *ἐν τῷ τρίτῳ πινάκι τῶν νόμων* allegat Athenaeus *Lib. XIII. p. 585.* vel ab Heraclide Pontico, cuius liber *περὶ νόμων* Laertio *Lib. V. sect. 87.* memoratus videtur respici a Plutarcho in *Solone*, vbi Heraclidem in testimonium citat: vel ab Hermippo denique, cuius *primum περὶ νομοθετῶν* laudat Athenaeus *Lib. IV. p. 154.* et Origenes *I. contra Celsum*, secundum Porphyrium *Lib. IV. περὶ ἀποχῆς*, sextum Athenaeus *Lib. XIV. p. 619. 45)* Huc refer, quod Hermippus *ἐν Θεσμοφόροις* allegatur [P] a

D 2

Polluce

legum tabulis, sed de legum excerptarum fasciculo, scribae ad recitandum dato, Demosthenes est audiendus. Quae interpretatio probata est etiam Reiskio *Annot. ad Demosth. d. I. Appar. Crit. Vol. III. p. 1033. seq.* RICHT.

44) Hadrianus nondum Imperator supremo Atheniensium magistratu primum functus est Traiano VI. T. Sextio Africano co. id est anno quarto Olympiadis CCXXII. V. C. 865. post C. N. 112. vt e perspicuo testimonio Phlegontis *de Mirabil. c. XXV.* constat. Iterum iam Imperator anno tertio vel quarto Olympiadis CCXXVII. archon eponymus fuit, testibus Dione *Lib. LXIX. c. 16.* ac Spartiano *Hadr. c. XVIII.* Tempore vero intermedio, nempe anno secundo Olympiadis CCXXV. id est A. C. 123. Atheniensibus petentibus leges concessit. Sic totam hanc rerum ac temporum seriem, ab aliis valde perturbatam, omnibus difficultatibus remotis, optime ordinauit Corfinus *Fass. Attic. P. I. Diff. X. §. 16. Tom. II. p. 105. seqq.* consentiente nuper Blasio *de Decret. Atheniens. cap. VII. §. 8.* Illas autem leges, Atheniensibus ab Hadriano datas, Eusebius, Hieronymus, et Cassiodorus e Draconis et Solonis legibus, tot annorum intervallo magnam partem desuetudine iam iam obliuiscitis, potissimum haustas fuisse compositasque commemorarunt. Quorum fidem e recentioribus secuti sunt Conr. Rittershusius *Dodecad. Proleg. cap. I. Em. Merillius Lib. II. Obseru. c. 10.* Lud. Malquytius *Lib. II. Ver. Ictor. Philol. c. 30.* Ren. Botteravius *Hadr. Legisl. apud*

Hofmannum *Hist. Iur. Rom. Inst. Vol. II. P. II. p. 159. seqq.* Ezech. Spanhemius *Orb. Rom. Exerc. II. c. 14.* et Petr. Wesselingius *praef. Tom. III. Iurispr. Rom. et Attic. p. VI.* Illud vero, prolatum in medium rationibus, in dubium reuocauit Corfinus *Tom. IV. p. 167. seq.* Hadrianumque Draconis et Solonis instar tantum leges aliquas Atheniensium hortatu edidisse censuit. In causa admodum anceps ac dubia fideant alii iudices me intelligentiores, certamque sententiam pronuncient: mihi quidem in praesenti non liquet. RICHT.

*) De hoc Theophrasti opere dixi paulo antea *num. 3.*

45) Demetrius Phalereus *περὶ τῆς Ἀθήνης νομοθεσίας* memoratur etiam ab Harpocrate in *Ἐγκύκλιος* et *Παράνομοις*, et ab eodem in *Σκαφηφόροι* illius operis liber tertius laudatur. Theophrasti de Legibus libri laudantur quoque ab Harpocrate in *Σκαφηφόροι* et in *Φαρμακός*, et aliquoties in Digestis. Vide Abrah. Wielingii *Iurispr. Rebit. P. I. sect. I. p. 400.* De Hermippo consule Iac. de Rhoer ad *Porphy. Lib. IV. §. 22. not. 1.* De Legibus scripsit Pittacus, teste Laertio *Lib. I. c. 4. n. 5. edit. Longol.* et Suida. De Atheniensium legibus, moribus et dicasteriis Telephus, vt ex eodem Suida liquet. Idem in *Ζαμύλεις* laudat Hellanicum *ἐν νομίμοις*. Phlethone in *τοῖς περὶ νομοθεσίας λόγους* laudat Theod. Gaza *de Mens. Attic. c. I.* ex interpretatione Io. Perrelli in Gronouii *Thes. Graec. Antiq. Vol. IX. p. 983.* Confer Taylorum *Leff. Lyfiac. cap. X.* Wesselingium *praef. ad Petit.*

Polluce *Lib. X. c. 26.* Neque enim hoc nomen fabulae Hermippi Comici esse duxerim cum Meursio *Bibl. Attic. p. 1512.* sed opus de legumlatoribus, quod puto etiam respici a Plutarcho, cum in Solone subinde laudat Hermippum. De νόμοις ἀρχαίοις Atheniensium vide Valesium ad *Harpocrat. p. 97.*

XVIII. Caeterum in praesenti suffecerit nobis praecipuos legumlatores, in veterum scriptis memoratos, ordine literarum digestos lectori exhibere.

AEACVS leges tulit Aeginensibus. Confer Tzetzae *Chil. VII. hist. 133. 45)*

AESCHYLVS Atheniensibus. Suidas in *νομοθέται*, et Cedrenus. 47)

AGATHARCHIDES Lacedaemoniis.

AMASIS Aegyptiis, vt BOCCHORIS, HEPHAESTVS, MNEVIS, qui leges suas ad Mercurium referebat, SASYCHES, SESOSTRIS et TRISMEGISTVS. Vide Dioscorum Sic. *Lib. I. p. 84. seq. 43)*

ANACHAR.

Petit. p. VII. et Heynium Prolus. XV. Obseru. ad legg. et instit. rerump. Magn. Graec. et Sicil. complem. et spicileg. Opusc. Acad. Vol. II. p. 280. seqq. Inepte autem Theodorus quintus apud Laertium *Lib. II. c. 8. n. 19. ὁ περὶ τῶν νομοποιῶν περὶ γυμνασίου, ἀρχόμενος ἀπὸ Τερπάνδρου*, de legumlatoribus egisse dicitur a Io. Ionsio *Lib. IV. de Script. Hist. Phil. n. 48. cura Io. Christoph. Dornij Jen. 1716. 4.* cum vel Terpandri adiectio eum docere potuisset, Theodorum illum exposuisse de iis, qui modos musicos legibus adcommodatos composuerunt. Vide in primis Prideauxium in *Marm. Oxon. p. 397. seqq. edit. Lond. RICH. T.*

46) De Aeaco et Aeginae incolis vide copiose disputata ab Heynio *Not. ad Apollod. P. II. p. 767. seqq.* et Huetium *Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 8. §. 13. RICH. T.*

47) Vtrumque et Suidam in *Νομοθέται*, et Cedrenum *Compend. Hist. p. 67. edit. Venet.* e spuris fontibus eundem de Aeschylō Atheniensium legumlatore, de quo nihil huiusmodi in veterum commentariis exstat, errorem hausisse patet. Locum quidem Suidae mendo laborare, existimat Bentleius *Resp. qua diff. de epist. Phalar. vindicat, p. 208. edit. Groning.* factaque post *Νομοθέται* maiore interpolatione, ac Zaleuco in locum Aeschyli substituto, sensum verborum hunc esse ait, vt Thaletis et Zaleuci legislatio illa Draconis et Solonis fuerit recentior, non vero quasi Thales atque Zaleucus in Atheniensium legislatoribus sint numerandi. At enim licet Thales et Aeschylus hac ratione in ordinem cogantur, tamen e consensu

Cedreni, in eundem errorem prolapsi, apud Suidam Aeschylum non posse tolli, vnicuique manifestum est, vt recte censet Wesselingius *praef. Tom. III. Iurispr. Rom. et Attic. p. 11. seq.* vbi simul, Io. Malala *Chronogr. p. 87. edit. Oxon.* qui Cedreno ea in re paria facit, laudato, Aeschylum, archontum perpetuorum penultimum, Alcmaeonis decessorem, de quo Meursius *Lib. I. de Archont. Athen. c. 1.* designari, praeclare docet. Deprehenso igitur Suidae et Cedreni errore, librariis culpa vacantibus, nomen Aeschyli e catalogo legumlatorum necesse est expungamus. RICH. T.

48) Celebriores Graeciae legumlatores, Lycurgus, Solon, alique a Warburtono *Diu. Legat. Moysi Lib. III. sect. 2. Vol. II. p. 107. seq.* nominati, cum certatim in Aegyptum, tamquam laudatissimam sapientis legislationis scholam, commigraverint, vt inde saluberrimas leges mutuarentur, quas domum reuersi in ciuium suorum vsum transferrent: leges Aegyptiacae praecipuum sane fontem legum Laconicarum Atticarumque constituunt, quarum ideo adcuratiorem notitiam praecognitam habere iurisprudentiae Graecae studiosi debent. Henr. quidem Stephani *Appendix ad Herodotum de Aegyptiacis legibus et institutis, ex diuersis historicis, et aliis scriptoribus*, in editione Wesselingii *p. 779. seqq.* quo loco sit censenda, exinde licet colligere, quod Wesselingius, vt sub finem praefationis ait, si per eum stetit, illam totam detruncasset. Quare operae pretium fecit Io. Lud. Praschius, quod iurisprudentiam Aegyptiacam, post Athanas. Kircherum *Oedip. Aegypt. Tom. I. p. 113. seqq.*

seqq. a nemine sigillatim tractatam, illustrandam fumsit singulari dissertatione, inscripta *Nóμμος τῶν Αἰγυπτίων, sive Leges Aegyptiorum*, ac praeside Io. Henr. Boedero *Argent. 1657.* ad disputandum proposita, quae in Boederi *Dissertatt. Acad. Tom. II. N. XXIII. p. 665. seqq.* continetur. Qua quidem, praemisso, qui commode abesse poterat, loco communi de legibus, de Aegyptiacis sigillatim tam ad publicum quam ad priuatum ius pertinentibus, ac postremo de illarum auctoribus, Diodoro teste vbique citato, more Boecleriano, hoc est, superuacancis obseruationibus, e prudentia ciuili petitis, saepe numero intermixtis, exposuit. Multa tamen cautione opus esse in legenda Diodori de legibus Aegyptiorum narratione, egregie docet Iac. Cappellus *Hist. Sacr. et Exot. ad A. M. 1931. p. 47.* Exemplum de licita, exceptis sacerdotibus, polygamia *Lib. I. c. 80.* Herodoto *Lib. II. c. 92.* eam negante, adtulit Goguetus *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 4. p. 107.* Post Praschium, leuis armaturae militem, magnus processit heros, et de Aegyptiorum legibus et moribus cum magno adcuratae doctrinae multaeque lectionis adparatu commentatus est, Io. Marshamus *Canons Chronico, Aegyptiaco, Ebraico, Graeco*, qui primum *Londini 1672. fol.* editus, ac postea *Lipsiae* seu potius *Ienae 1676.* et *Franequerae 1696. 4.* formulis typographicis est repetitus. Cum Marshamo tamen, qui Aegyptiis nimum tribuendo de diuinis in republica Hebraeorum institutis cupide magis quam vere iudicauit, perpetuo coniungendus est Herm. Witius, de Themide Aegyptiaca praeclare meritis, in *Aegyptiacis Amst. 1683. 4.* cuius libri censuram egit Warburtonus *Lib. IV. sect. 6. Vol. IV. p. 26. seqq.* et *p. 67. seqq.* Loci ad ius maxime spectantes sunt *Lib. I. c. 5. Lib. II. c. 6. et Lib. III. c. 8.* Egregiam deinceps operam hoc in genere posuit Io. Nicolai, cuius diligentiae debemus *Traët. de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus insigni-ribus Lugd. B. 1706. 8.* In legum, quarum septendecim omnino enumerantur, sensum rationemque copiose et adcurate, addita Iuris Ciuilis collatione, inquisiuit *cap. VII.* Iam porro de his Aegyptiacarum legum latoribus, a Fabricio memoratis, vide quae, auctoritate veterum scriptorum, in medium protulit Goguetus *de Mueui, Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 4. p. 99. seqq.* de *Sesostride*, copiosius *Tom. II. Lib. I. c. 3.* et de re militari ab eo ordinata *Lib. V. c. 1. de Sasyche, Tom. III. Lib. I. c. 4. p. 19.* de *Bocchoride*, *ibid. p. 20. seqq.* et de *Amasi*, *ibid. p. 25. seqq.* De Sesostridis

actate aduersus Marshamum aliosque adcurate disquirat Perizonius *Aegypt. Orig. cap. VIII. seqq.* aduersus Neutonum autem Warburtonus *Lib. IV. sect. 5.* de Amasidis annis idem Perizonius *cap. XXIV.* Bocchorin, quem Diodorus *Lib. I. c. 65.* ante Sabaconem Aegypto regem imposuit, cum Herodotus, rerum Aegyptiacarum grauissimus auctor, silentio plane praetermiserit, sunt recentiores quidam temporum scriptores, qui vnum eumdemque esse cum Asychi, Diodoro plane incognito, cuius singularem de pecunia mutua, cadauere patris pignori tradito, accipiendam legem, a Diodoro *Lib. I. c. 93.* minus plene relatam, plenius Herodotus *Lib. II. c. 136.* memorauit, arbitrentur. Vide quae ad illustrationem huius constitutionis dicta sunt a Warburtono *Lib. II. sect. 4. Vol. I. p. 310. seqq.* et Valckenario ad *Herodot. d. l.* De iure a Bocchoride constituto, quo debitor, si iuraret, nihil se accepisse, liberabatur, vide Claud. Salmasium *de Mod. Vsur. cap. XI. p. 475. seqq.* Memorabilis in primis est lex Amasis, ab Herodoto *Lib. II. c. 177.* relata, qua Aegyptii tenebantur singulis annis apud magistratus demonstrare, vnde viuerent: et qui aut hoc omitteret, aut honestam viuendi rationem non demonstraret, is morte adficeretur. Quam ex Aegypto petitam Herodotus et Diodorus *Lib. I. c. 77.* Solonem ciuibus tulisse suis dicunt, Draconi tamen, vt supra *n. 39.* vidimus, rectius adtribuendam. Digna profecto, quae nostris temporibus, quibus multi inerti turpique otio impune torpescunt, adhibita Solonis moderatione, in vsum reducat. Cuius de ratione vsuque apud alios populos egerunt Nic. Abramius ad *Cic. orat. pro Sext. c. XLVIII.* Perizonius ad *Aelian. Lib. IV. Var. Hist. c. 1.* Taylorus *Leit. Lysiac. cap. X.* et Valckenarius ad *Herodot. d. l.* Ceterum de indole legum Aegyptiacarum paucis iudicauit Thomafius *de prud. legis. cap. IX. p. 9.* vberius autem et cum summo iudicii limati acumine Goguetus *Tom. I. d. l. p. 103. seqq.* et *Tom. III. d. l. p. 27. seqq.* laudanda non minus quam vituperanda in legibus Aegyptiorum institutisque fuit persecutus. Postremo haud contemnenda quidem est Henr. Gottfr. Scheidemantellii *Legum quarundam Aegyptiorum cum Atticis Spartanisque secundum regulas prudentiae ciuilis comparatio Ien. 1766. 8.* qua, quod inscriptio pollicetur, Herodotum et Diodorum Siculum secutus, non sine omni laude praestitit: cui vero, praeter antiquiores harum legum interpretes, quod mirare, plane incognitus fuit Goguetus, quo quantum in censendis sit diiudicandisque legibus Aegyptiorum

- ANACHARSIS Scythis. Suidas in *Σκυθῆς ὁρᾷ*.⁴⁹⁾
 ANDRODAMAS Rheginus Chalcidenſibus. Ariſtoteles II. c. ult. *Politic*.
 APIS Argiuis. Theodoritus *Lib. IX. Curat. Graec. Affect.* Porphyrius *Lib. III. περὶ ἀπο-
 χῆς*. Ἄπῖς δὲ λέγεται πρῶτος νομοθετῆσά παρ' Ἑλλήσιν.⁵⁰⁾
 ARCHIAS Cnidiis. Idem Theodoritus.
 ARCHYTAM legislatorem facit Hubertus Golzius, forte ex Aeliani *Lib. III. c. 17. Var. Hiſt.*⁵¹⁾
 ARISTOCRATES Rheginis. Iamblichus c. 30. *vit. Pythag.*
 ARISTOTELES Stagiritis et Abderitanis. Plutarchus *contra Colotem* p. 1126. Stagiritarum
 lex, quod non poſuiſti ne tollas, apud Aelianum *Lib. III. c. 46. Var. Hiſt.*
 ARIBAS Epirotarum. Iuſtinus *Lib. XVII. c. 3.*
 BACCHVS Θεσμοφόρος apud Orpheum.⁵²⁾ Sic Ceres Θεσμοφόρος, quae Siculis leges
 dedit.

BACCHO-

Scheidemantelius inferior, vel vna *ſ. XVII.* qua
 de lege, quae liberis artem, quam parentes proſi-
 tebantur, ſequendi neceſſitatem impoſuit, egit,
 cum egregia Gogueti de hoc genere diſputatione
 collata, abunde docet. Inſigniores Aegyptiorum
 leges fide Diodori memoratae leguntur in *Hiſtoria
 Orbis Vniuerſa*, a Guthrio, Graio, aliisque vi-
 ris doctis in Anglia conſcripta, *Lib. II. c. 2. Tom.
 I. p. 166. ſeqq. edit. Germ.* vbi tamen octo libris
 perſcriptae fuiſſe ſine auctoritate dicuntur. Pro-
 cul dubio et Pavius leges Aegyptiacas animaduer-
 ſione dignas habuit: cuius vero *Diſſertationes de
 Aegyptiis (Recherches philoſophiques ſur les
 Egyptiens)* Berol. 1773. *Voll. II. 12.* mihi haec
 ſcribenti ad manus non fuero. RICHT.

49) Anacharſis Scythia anno primo Olympiadis
 XLVII vt oſtendit Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III.
 p. 79.* Athenas proſectus a Solone ſapientia ciuili
 fuit imbutus. Plutarchus *Solon. c. V.* Lucianus
*Anacharſ. c. XIV. Tom. II. Oper. p. 892. ſeq.
 edit. Reiz.* et Laertius *Lib. I. c. 8.* Vide de eo
 Stanleium *Hiſt. Philoſ. P. I. p. 88. ſeqq.* et Bruc-
 kerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. I. Lib. II.
 c. 11. ſ. 5. Tom. I. p. 358. ſeqq.* RICHT.

50) Apis, inter varios variarum gentium legum
 latores a Theodoretō *Graec. Adſect. Curat. Diſp.
 IX. Oper. Tom. IV. p. 927. edit. Schulz.* commem-
 oratus, Phoronei filius, regnique ſucceſſor, le-
 gibus a patre iam latis haud dubie nouas adiecit.
 Vide Goguetum *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5. ſ. 2.*
 et Heynium *Not. ad Apollod. Biblioth. P. I.
 p. 242. ſeq.*

Hic loci, pro inſtituta a Fabricio ratione, me-
 morandus eſt APOLLO, a quo Arcades ſe leges
 ſerunt accepiſſe, Νόμος propterea adpellatus. Ci-
 cero *Lib. III. de Nat. Deor. c. 23.* et ibi Erneſti.
 Strabo *Lib. IX. p. 646. edit. Almelou.* et Suidas
 in Νόμος κειμενόμενος. Vide Huetium *Demonſtr.
 Euang. Propoſ. IV. c. 8. ſ. 3.* et Goguetum *Tom.
 I. Lib. I. c. 1. art. 1. p. 59.* RICHT.

51) Tarentini, Dorica ſtirpe oriundi Spartaque
 proſecti, qua formula ciuitatis uſi fuerint, ex Ari-
 ſtotele *Lib. IV. de Republ. c. 3.* docuit Heynius
*Proluſ. XII. Inſtituta et leges Tarentinorum,
 Opus. Acad. Vol. II. p. 221. ſeq.* Archytas, ae-
 qualis et amicus Platonis, qui ſummum apud eos
 magiſtratum, cui Strategi nomen fuit, ſapientius geſ-
 ſit, ea de cauſa ab Aeliano *Lib. III. V. H. c. 17.*
 vna cum Zaleuco, Charonda, aliisque inter philo-
 ſophos, reipublicae adminiſtrandae legumque ſe-
 rendarum peritia celebritatem nominis conſecutos,
 relatus, paullo poſt Olympiadem CV. e vita di-
 ceſſit. Vide Andr. Schmidii *Diſſ. de Archyta Ta-
 rentino* Jen. 1683. Stanleium *Hiſt. Philoſ. P.
 VIII. p. 820. ſeqq.* et Bruckerum *Hiſt. Crit. Phi-
 loſ. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. ſect. 2. ſ. 12.
 Tom. I. p. 1128. ſeqq.* Inſigne fragmentum ex eius
 libro de lege et iuſtitia ſeruauit Stobaeus *Serm.
 XLI. p. 268.* Confer Warburtonum *Diſ. Legat.
 Moſis lib. II. ſect. 3. Vol. I. p. 165.* RICHT.

52) De Baccho, multisque fabulis in eius nomen
 cumulatis elegans obſeruatio occurrit apud Hey-
 nium *Not. ad Apollod. P. II. p. 571. ſeqq.* Apud
 Orpheum Θεσμοφόρος dicitur *Hymn. XLI. v. 1.*
 RICHT.

BOCCHORIS Aegyptiorum. Syncellus p. 184.

BRACHMAN scripsit νόμους Βραχμάνων καὶ πολιτείαν, si credimus Suidae.

CECROPS Atheniensibus,⁵³⁾ vt CLISTHENES, CRITIAS, de quo Dio Chrysostomus *orat. XXI. p. 270.* DEMETRIVS⁵⁴⁾ PHALEREVS,⁵⁴⁾ HIPPARCHVS, ION, notante praeter alios Plutarcho *contra Colot. p. 115.*⁵⁵⁾ LYCVRGVS Orator, PERICLES,⁵⁶⁾ PISISTRATVS, SOPHOCLES,⁵⁷⁾ THESEVS.⁵⁸⁾ Demosthenes quoque apud Libanium *Tom. I. p. 449.* μετὸν γὰρ [P] τὸ μητρῶον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων καὶ νόμων. Sed ita omnes magistratus et Archontes legiferis adscribere fas esset.

CEPHALVS

53) De Cecrope, primo Atheniensium rege et legum latore, et institutis eius, maxime Areopago, cum magno adcuratae doctrinae adparatu disseruit Goguetus *Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1. et 8.* Confer tamen Meinersium *Hist. de orig. progress. et inter. litter. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. seq.* De eodem pauca suo more adtulit Bartholomaeus *Descript. Itin. Anachars. Iun. Introd. P. I. Tom. I. p. 4. seqq.* RICHT.

54) Demetrium cum Athenas pro Cassandro regeret, rempublicam optime digessisse, ait Cicero *pro Rabirio Post. c. 9.* Confes Plutarchum *Aristide p. 335.* Aelianum *III. 17. Var.* Syncellum *p. 273. et 274.* vbi Demetrius ei audit *ὁ τρίτος νομοθέτης Ἀθηναίος*, post Draconem scilicet ac Solonem. Duris apud Athenaeum *Lib. XII. p. 542.* de Demetrio: *ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὶ καὶ τὰς βίαις τῶν αὐτομαθῶντων ἱκανῶς τὸν βίον κατεσκεύαζεν.* ●

54) Demetrius Phalereus, anno tertio Olympiadis CXV. accepto a Macedonibus summo Athenarum imperio, anno quarto Olympiadis CXVII. eponymi archontis munere functus, tum Solonis legibus robur reddidit, tum nouas easque praestantissimas constituit. Plutarchus *Aristid. c. XXVII.* Vide Potterum *Lib. I. Archaioi. Graec. c. 26.* Wesselingium *praef. ad Petiti Comment. in Legg. Attic. p. V. et Corsinum Fast. Attic. Tom. IV. p. 58. et 63.* RICHT.

55) Ion, Xuthi filius, dux Atheniensium in bello aduersus Eumolpum et Eleusinos sub Erechtheo gesto fortissimus, bello feliciter confecto, in magna apud Atticos exultatione fuit, et, postquam Erechtheus in bello contra Immaradum, Eumolpi filium, occubuerat, totius regni administrationem consecutus, sacra constituit, primusque omnium populum Atticum in quatuor classes descripsit. Herodotus *Lib. VIII. c. 44.* Pausanias *Lib. II. c. 14. et Lib. VII. c. 1.* Strabo *Lib. VIII. p. 588. edit. Almelou.* Plutarchus *aduersus Colotem Vol. X. p. 626. edit. Reisk.* Confer Meursium *Lib. II. de*

Reg. Athen. c. 10. Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 390. edit. Maittair.* Goguetus *de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1. p. 59.* et Heynium *Not. ad Apollod. P. II. p. 867.* RICHT.

56) De Periclis legibus vniuerse iudicat Plutarchus *Pericl. c. III.* Lex de ciuitate ab illo lata, vt utroque parente ciue Atheniensi nati soli ciues essent, quod iam ante cum lege Solonis cautum fuerat, memoratur ab Aeliano *Lib. VI. V. H. c. 10. et Lib. XIII. c. 24.* vbi vide quae ad priorem locum notauit Perizonius. Confer Petitem in *Legg. Attic. Lib. II. tit. 4. p. 213. seqq. edit. Wesseling.* RICHT.

57) Sophocles, Amphiclidis filius, Sunienfis, anno tertio Olympiadis CXVIII. famosam illam legem, a Laertio *Lib. V. c. 2. n. 5.* Polluce *Lib. IX. c. 5.* atque Athenaeo *Lib. XIII. p. 610. edit. Lugd. 1612.* memoratam, tulit, qua philosophos, nisi licentia eius rei a senatu populoque impetrata, publicas scholas habere vetuit, qui secus faxit, capite damnetur: cuius Athenienses sequenti statim anno adeo puduit, vt eam non abrogarent modo, sed Sophocli quoque multam quinque talentorum irrogarent. Vide Meursium *Fortuna Attica cap. VIII.* Petitem ad *Legg. Attic. Lib. III. tit. 8. p. 390. seq.* et Corsinum *Fast. Attic. Tom. IV. p. 67. seq.* RICHT.

58) Legem Thesei inscriptam pilae lapidariae, sua aetate adhuc superstiti, memorat Demosthenes *orat. in Neaer. Vol. II. p. 1370. edit. Reisk.* Satis cognitus est Io. Meursii *Theseus, sive de eius vita rebusque praeclarissime gestis liber singularis*, liberalitate Sam. Pusendorfii in publicum productus a Io. Georg. Graeuio *Vltrai. 1684. 4.* repetitus *Thef. Gronou. Vol. X. p. 481. seqq. et Oper. ex recens. Lamii Tom. I. p. 909. seqq.* Vide Meinersium *Hist. Litter. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. seq.* et Bartholomaeum *d. l. p. 18. seqq.* RICHT.

- CEPHALVS et DIONYSIVS Corintho missi Siculis. Plutarchus in *Timolonte* p. 248.⁵⁹⁾
- CERCIDAS Arcadibus. Stephanus in *μεγάλη πόλις*. Ptolemaeus Hephaestionis apud Phorium. Apud Eustathium ad *Iliad.* β. p. 199. edit. Basil. pro *Κερδίας* legendum *Κερκιδίας*. Plura Perizonius ad *Aelian.* Lib. XIII. Var. Hist. c. 20.
- CERES *Θεσμοφόρος* variis populis. Vide Diodorum Siculum Lib. V. p. 201. 232. Petr. Burmanni *Diff. de Cerere legifera.* Trai. 1712. 4. Mongitorius *Bibl. Sic. Tom. I. p. 135. seq.*⁶⁰⁾
- CHARONDAS Catanacis et aliis ciuitatibus Italiae ac Siciliae, Thuriis item et Mazacenis. Vide quae de hoc supra.
- CLISTHENES Atheniensium legislator. Meminit praeter Plutarchum *Pericle* p. 153. Theodorum et alios Themistius *Orat. XXIII. p. 287. edit. Harduini.* Apud Max. Tyrium *diff. IX. male Κληδοσθένης.*⁶¹⁾

CREM

59) Timoleon Syracusanis, Corinthiorum opem implorantibus, anno tertio Olympiadis CVIII. auxilio missus, adhibitis Cephalo et Dionysio, viris prudentibus, popularem reipublicae formam ad exemplum legum Dioclis, de quo mox, restituit, vt Plutarchus *Timol. c. XXIV.* et Diodorus Siculum Lib. XVI. c. 70. et 82. litteris consignarunt. Nouis deinceps seditionibus ortis, oppressaque libertate, Syracusarum ciuitas regem Agathoclem accepit. Vide Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica Syracusana*, in Gronouii *Thef. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 531. seqq.* Heynium *Prolus. XIV. de rebus publicis Magnae Graeciae et Siciliae stirpis Doricae, tum de Chalcidicis et reliquis, Opusc. Acad. Vol. II. p. 256. seqq.* et Bartholomaeum *Descript. Itin. Anacharf. Iun. cap. LXIII. Tom. V. p. 320. seqq.* RICHT.

60) Ceres, tamquam persona symbolica, quo sensu variis populis leges dedisse, et inde *Θεσμοφόρος* apud Diodorum Siculum Lib. I. c. 14. Lib. V. c. 5. et 68. aliosque veteres scriptores passim dicatur, in procliui est intelligere. Hoc enim, inquit Macrobius Lib. III. Saturn. c. 12. ideo fingitur, quia ante inuentum frumentum a Cereve passim homines sine lege vagabantur, quae feritas interrupta est inuento usu frumentorum. itaque ex agrorum diuisione inuenta sunt iura. Confer Villosionum *de triplici Theologia Mysterisque Veterum* p. 250. seqq. De quo argumento ex instituto scripserunt Io. Clericus, qui dedit *Explicationem historicam fabulae de Cerere, (Explication historique de la fable de Cérés)* quae reperitur in *Biblioth. Vni. et Hist. Tom. VI. p. 47. seqq.*

D. A. Kellerhusius *Diff. de Cerere legifera Ien. 1700.* et nouissime Aug. Corn. Stockmannus *Prolus. de Cerere legifera Lips. 1782.* Quibus iunge Gouetum *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 2. Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 132. seqq.* et Lib. II. *sect. 2. c. 1. art. 1. p. 336. seqq.* nec non Sancreuceum *de Myster. Gentil. Sect. III. art. 3. et illustr. IV. p. 523. seqq.* RICHT.

61) Clisthenes, Megacelis filius, Clisthenis Sicyonii ex filia nepos, pulsus anno tertio Olympiadis EXVII. ex Attica Pisistratidis, anno sequenti Athenis archon, restituta plebis auctoritate, non Solonis modo leges instaurauit, sed etiam nouas tulit, vt Herodotus Lib. V. c. 69. Isocrates *Areopag. p. 284. edit. Gul. Battie Cantabr. 1729. 8.* Plutarchus *Pericle. c. III.* et Scholiastes in *Aristoph. Nub. v. 37.* memoriae tradiderunt: quae vsque ad belli Peleponnesiaci tempora, republica primum per quadringentos viros, deinde per triginta tyrannos labefactata, viguerunt. Quibus fluctibus sedatis, pristinae leges in ciuitatem reductae sunt archonte Euclide anno secundo Olympiadis XCIV. cuius ideo frequens apud scriptores Graecos mentio occurrit. Postea vero aliae sunt Diocle, Aristophonte, ceterisque principibus ciuitatis suasoribus sancitae. Vide Potterum Lib. I. *Archaeol. Graec. c. 26.* Corfinum *Fast. Attic. Tom. III. p. 126. seqq.* et p. 275. et Perizonium ad *Aelian. Lib. XII. Var. Hist. c. 24.* et Lib. XIII. c. 24. Apud Maximum Tyrium *Diff. XXV. sect. 1. edit. Dauis.* vulgo quidem *Κληδοσθένης* scribitur. Ad veram scripturam diserte referre Harleianum codicem, eamque Paccium in suo quoque reperisse, testatur Dauisus, laudatis

CREM siue CREMVS, Auarum. Suidas in βέλγαροι. ⁶²⁾

DEMONAX Cyrenaeis. Theodoritus *Lib. IX. curat. Graec. affect.*

DEVCALION Graecis. Plutarchus *contra Colotem p. 1125.* ⁶³⁾

DIAGORAS Mantinenfibus. Vide infra, in Nicodoro.

DICENEVS Scythis, teste Iornande, qui addit leges illius conscriptas *Bellagines* appellari. Vide Loccenium *Antiquitat. Suse Gothie. p. 49. seq.* ⁶⁴⁾

DIOCLES Syracusius Olymp. XCI. 4. Diodorus Sic. *Lib. XII. p. 84. Lib. XIII. p. 161. 163.* ⁶⁵⁾

DORYMACHVS Aetolis. Polybius in *Excerpt. Peirest. p. 38.*

DRACO Atheniensibus, de quo supra.

EVDOKVS Milefiis, siue potius Cnidiiis. Vide Menagium ad *Laertium p. 390.* ⁶⁶⁾

GEYTHELOR legislator Scotorum, de quo Ioannes Fordun in *Scotichronico*, quod edidere Thom. Gale et Thom. Hearne.

HABIS Cunctibus in Hispania. Iustinus *Lib. XLIV. c. 4.*

MELIANAX, Stefichori frater, teste Suida, legislator fuit, unde suspicio est, eum leges tulisse in aliqua ciuitate Siciliae. Conf. Mongitorium *Bibl. Sic. Tom. I. p. 268.*

MELICAON Rheginis. Iamblichus *c. 30. vit. Pythag.*

HERA-

laudatis simul aliis, qui Clifthenis meminerunt. Confer Io. Frid. Fischerum ad *Aeschinis Dial. III. sect. 4.* RICHT.

62) Adponendus hic est DEIOCES, Medorum legislator, de quo Herodotus *Lib. I. c. 96 — 100.* De controuersia, idemne fuerit, atque Arphaxadus, cuius historia libello, qui *Iudithae* nomine insignitur, *c. I.* narratur, an Phraortes potius, egerunt Schroererus *Orig. Assy. Sect. IV. f. 5. seqq.* et Leon. Offerhusius *Spicil. Hist. Chronol. p. 145.* laudati a Wesselingio ad *Herodot. Lib. I. c. 96.* De legislatione eius, ad dominatum absolutum nullisque limitibus circumscriptum stabiliendum composita, nimisque poenarum atrocitate corroborata, iudicium tulit Goguetus *Tom. III. Lib. I. c. 3.* RICHT.

63) Inferi hic in numerumque legum latorum referri potest DIAGONDAS Thebanus, qui, teste Cicerone *Lib. II. de Legg. c. 15.* omnia sacra nocturna lege perpetua sustulit. Quam quidem legem Warburtonus in luculenta illa ac praeclarissimae eruditionis ex interioribus litteris adparatu referta de mysteriis veterum disputatione, qua per vetera, sed plerisque inaudita sunt dicta, *Diu. Legat. Moysi Lib. II. sect. 4. Vol. I. p. 248. seqq.* egregie illustrauit. RICHT.

Vol. II.

64) Diceneus, regnante Boroista, eo tempore, quo Romae Sulla rerum potitus est, ad Gothos traditur venisse. Iornandes *de Geticae gentis origine ac rebus gestis*, in Frid. Lindenbrogii *Diuers. Gent. Hist. Ant. Script. Hamb. 1611. 4. p. 92. seqq.* Conradus, coenobii Vrspergensis Abbas, *Chron. p. 72. edit. Argent. 1609. fol.* Confer Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. I. Lib. II. c. 11. f. 8. Tom. I. p. 363.* RICHT.

65) Diocles, Syracusanarum legum conditor, a Diodoro Siculo *Lib. XII. c. 19.* memoratur, historiam autem illius, et legum Syracusis latorum anno primo Olympiadis XCII. expositam legimus *Lib. XIII. c. 33. et 35.* Multa eum a Zaleuco et Locrensiu constitutionibus mutua summis, recte suspicatur Wesselingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 21.* De varia legum Dioclis apud Syracusanos fortuna vide Heynii *Prolus. XIV. p. 257. seqq.* RICHT.

66) Eudoxus Cnidius exeunte Olympiade LXXXIX. natus, annum tertium et quinquagesimum agens obiit Olympiade CIII. vt e Laertio, Eusebio et Suida probabiliter coniecit Corfinus *Fast. Attic. Tom. III. p. 242. seqq. et Tom. IV. p. 11.* Eudoxum Cnidii leges dedisse, refert Plutarchus *aduersus Colotem Vol. X. p. 629. edit. Reisk.* Milefiorum legislatorem eum fuisse, auctor est Theodo-

E

HERACLITVS Ephesius suis leges ferre rogatus abnuuit, teste Laertio *Lib. IX. sect. 2. 67*)

MIERO. De eius legibus vid. Mongitorium *Bibl. Sic. Tom. I. p. 272.*

HIPPODAMVS Milesiis. ⁶⁸)

LACRITVS, Isocratis discipulus, Atheniensibus. Plutarchus in *Isocratis vita*. Photius *cod. 266.*

LYCVLLVS Cyrenacis. Plutarchus in eius vita p. 492.

LYCVRGVS Lacedaemoniis, de quo supra. Agefilas vero post pugnam Lenctricam a Lacedaemoniis creatus legislator non novas leges condidit, sed per vnam diem tantum iussit veteres dormire, ne, qui e pugna aufugerant, ignominia afficiendi essent. Plutarchus *Agefilao p. 612. seq. [P]*

LYCVRGVS Rhetor Atheniensibus. Aelianus *Lib. XIII. c. 24. Var. Hist.* Plutarchus in *Vitis decem Rhetorum.* ⁶⁹)

MACAREVS Lesbiis. Diodorus Sic. *Lib. V. p. 240.*

MERCVRIVS Aegyptiis. Vide Aelianum *Lib. XIV. Var. Hist. c. 34. 70*)

MINOS Cretenfibus, de quo supra.

MNESION

Theodoretus *Graec. Adfcl. Carat. Disp. IX. p. 927. edit. Schulz.* Vide Io. Andr. Schmidii *Diff. de Eudoxo, mathematico, medico, et legislatore*, praefide Iust. Christoph. Boehmero defensa *Helmst. 1715. Stanleium Hist. Philos. P. VIII. p. 825. seq.* et Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. sect. 2. §. 17. Tom. I. p. 1140. seqq.* RICH T.

67) Heracitus Ephesus, a ciuibus suis ad leges, quibus pessimi ciuitatis mores corrigerentur, ferendas irritis precibus inuitatus, Olympiade LXIX. floruit, vt, praeter Laertium, Suidas in *Ἡράκλειτος* testatur. Vide Corfinum *Fest. Attic. Tom. III. p. 132. Stanleium P. IX. p. 827. seqq.* et Bruckerum *Per. I. P. II. Lib. II. c. 12. §. 1. Tom. I. p. 1208. seqq.* RICH T.

68) Hippodamus Milefius apud Aristotelem *Lib. II. de Republ. c. 8.* memoratus, primus inter eos, qui nullo reipublicae regendae vsu instructi essent, de optima reipublicae administrandae ratione dicere conatus fuit, ideoque perperam inter legum latrores relatus. Vide Heynii *Observ. ad legg. et inst. rerump. Magn. Graec. et Sicil. complom. et spicileg. Opusc. Acad. Vol. II. p. 281.* et de Hippodami patria Marc. Ant. Muretum *Lib. I. Var. Lect. c. 14.* et *Lib. XV. c. 18.* Petr. Victorium *Lib. XXXVIII. Var. Lect. c. 2.* Hear. Valefium ad *Harpocrat. p. 40. Lib. IV. Emendat. c. 10.* et ibi Petr. Burmannum. RICH T.

69) Lycurgus, Lycophronis filius, circiter Olympiade XCIII. nobilissima familia oriundus, non eloquentiae modo laude apud ciues suos floruit, sed tanta quoque vitae integritate, ac moderationis fama, republica domi forisque bene administranda, conspicuus fuit, vt quacstor rei militaris, praeter receptum ciuitatis morem, solus constitueretur. Multis sapienter ab eo sancitis, dignus est, qui in legum Atticarum latoribus referatur. Fuit autem tam rigida morum disciplina, tamque tristi severitate, vt in custodia vrbs et cognitione de facinorosis extra ordinem ei demandata, veluti ater Draco, non atramento, sed sanguine leges suas atque edicta scripsisse diceretur. Vide omnino Taylorum *praef. ad Lycurgum Cantabr. 1743. 8.* et in Reiskii *Orat. Graec. Vol. IV. p. 105. seqq.* qui vitam Lycurgi tam erudite eleganterque enarrauit, vt Dau. Ruhnkenio *Hist. Crit. Orat. Graec. in Reiskii Orat. Graec. Vol. VIII. p. 122. seqq.* nihil prorsus spicilegii relinqueretur. Confer ss Io. Gottfr. Hauptmannum *Comment. I. in fronte Lycurgi orat. contra Leocr. Lips. 1753. 8.* RICH T.

70) Mercurius, quem, vt tradit Cicero *Lib. III. de Nat. Deor. c. 22.* et ex eo Lactantius *Lib. I. Diu. Instit. c. 6.* Aegyptii *Thoth* adpellant, Νόμιος, non, vt quidam putant, a pecudum pastu, sed, vt rectius Phurnutus siue Cornutus *de Nat. Deor. c. XVI. in Opusc. Mythol. Amst. 1688. 8. p. 170.* a legum latrone vocatur. Dicitur Sesostridem leges et iura edocuisse. Aelianus *Lib. XII. V. H.*

MNESION Phocensibus. Vide Lambecium *III. Commentar. p. 66. 71*)

NESTOR Pyliis. Theodoritus *Lib. IX. curat. Graecar. affect.*

NICODORVS Mantinensibus leges dedit auctore Diagora Melio, vt refert Aelianus *Var. Lib. II. c. 23. qui c. 22. εὐνοματάρης* fuisse testatur Mantinenses, non minus quam Locrenses, Cretenses, Spartanos et Athenienses. Confer Baelii Dictionarium in *Diagora, nota (H)* Noli tamen credere, Diagoram tanquam atheum fecisse εὐνοματάρης Mantinenses. Neque enim probari potest tunc, cum leges ferret, iam in atheismum prolapsum fuisse. Certe illum in legibus suis dissimulauit, atque, vt credibile est, reiecit, alioqui non laudandis ab Aeliano atheorum, si quisquam, hoste et prouidentiae assertore strenuo. 72)

NUMA POMPILIUS Romanis. Vide Dionem Chrysostomum *orat. XXV. p. 283. et Plutarchum in Numae vita*, qui inter alia testatur, illum leges suas Nymphae 7 Aegeriae in acceptis retulisse, quod tradit etiam Liuius, itemque alii. Ennius *Annal. Olli respondet*

E 2

c. 4. Tantam autem inter fabulosum illum Aegyptiorum Mercurium et Mosem, populi Iudaici ducem ac legislatorem, detectis fabularum inuolueris, similitudinem reperisse quidam viri docti sibi persuasum habuerunt, vt valde credibile esse dicerent, quod Artapanus, scriptor antiquus, cuius fragmenta quaedam seruauit Eusebius, *Lib. IX. Praepar. Euang. c. 27.* memoriae prodidit, Aegyptios Moslem, ob praecleara in ipsos merita, et sacrarum litterarum interpretationem, inter deos relatum sub Mercurii nomine coluisse. Quod quidem, verisimilibus coniecturis ductus, ingeniose et erudite pluribus exsecutus est Huetius *Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 4.* paucis vero Witfius *Lib. III. Aegyptiac. c. 2. §. 4. 5. 6.* et Christoph. Aug. Heumannus *de philosophia veterum Aegyptiorum §. XXIII. seqq. in Actis Philos. P. XI. sect. I. Tom. II. p. 687 — 691.* Verum enim vero hanc sententiam ingeniosius excogitatam esse, atque artificiosius expolitam, quam quae ad veritatem paulo propius accedere videretur, censuit praestantissimus theologus, et in antiquitate sacra Aegyptiorum facile princeps, Paul. Ern. Jablonski *Lib. V. Panth. Aegypt. c. 5.* aliamque exornauit, qua nomen Mercurii mysticum esse dicitur, quo non homo aliquis, sed vis diuina significetur. Confer Warburtonum *Diu. Legat. Mosi Lib. IV. sect. 4. Vol. III. p. 80.* et Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Append. Vol. VI. p. 109. seqq.* Quidquid rei est, viris doctis, qui in hoc litterarum genere habitant, curiosius exutiendum relinquere modestia nos iubet. RIGHT.

71) Phocacensium leges quales fuerint, quodam modo cognoscere licet ex institutis Massiliensium,

qui Phocacensium fuerunt colonia, cum, vt ostendit Warburtonus *Lib. IV. sect. 6. Vol. IV. p. 119. seq. itemque Heynius Prolus. II. de veterum coloniarum iure eiusque causis, Opusc. Acad. Vol. I. p. 315.* coloniae, innato patriae amore, plerasque metropoleos leges sancte custodirent. Vide Petr. Hendreich *Massiliam*, quae in Gronouii *Thef. Graec. Antiq. Vol. VI. p. 2939. seqq.* inuenitur, vbi *sect. II.* de administratione reipublicae Massiliensis, eius legibus institutisque egit. RIGHT.

72) De Diagora Melio, turpissima atheismi macula apud veteres infamato, multa in vtramque partem a viris doctis disputata esse inter omnes constat. Cuius causam aduersus impietatis accusatores in primis egerunt Iac. Frid. Reimmannus *Hist. Atheismi cap. XXXI.* et Zimmermannus *Epist. de atheismo Eucmeri et Diagorae*, quae exstat *Mus. Brem. Vol. I. P. IV. art. 3. p. 714. seqq.* quibus iunge Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. II. Lib. II. c. 11. §. 26. Tom. I. p. 1203. seqq.* qui Baylium, acutissimum atheismi atque disertissimum defensorem, nodos in scirpo quaerere ait, quod eum admiratio subeat, hominem deos tollentem potuisse tam egregias leges condere, in eandemque sententiam, quam Fabricius noster verisimillimam iudicauit, inclinat, illum, cum Mantineam legibus ordinaret, impietatem mundum publice fuisse professum. Omnino autem aduersus hanc Bayliani pro atheismo apologetici partem legi meretur Warburtonus *Diu. Legat. Mosi Lib. I. sect. 5. Vol. I. p. 120. seqq.* RIGHT.

73) Vide, si placet, eius antiquam iconem aere descriptam *Tom. II. Thejsauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani tabula 28.*

det suavis sonus Egeriai. Quanquam hoc pro fabula habet Cicero *Lib. I. de Legibus sub init.* Sed perinde Romulus suas se accepisse leges aiebat a Conso. *) Et Lycaon Pelasgi filius Arcadibus persuadebat, Iouem subinde ad se accedere viri peregrini specie *εἰς ἐπεψιν δικάων καὶ ἀδικῶν, ut inspiceret iustos et iniustos*, teste veteri scriptore apud Suidam in *Λυκάων*, quem vide etiam in *νόημα*. Leges duodecim tabularum, a Decemviris latae, in aes fuerunt incisae, ut testatur Liuius *Lib. III. c. 57.* Ex libris Solonis translatae affirmat Aurelius Victor *cap. 21. de viris illustribus.* Numam in legibus ferendis perinde ut in aliis rebus imitatus est Hadrianus Imp. Vide H. Dodwelli *Prælect. Cambd. VII. 9.* De legibus Numae Georg. Christ. Gebauer in *Diff. de Numa, philosophorum rege, legislatore.* Lips. 1719. 73)

ONOMACRITVS Locrus Cretensibus. Aristoteles *Lib. II. Politic. c. ult.*

PAGONDAS Achaeis. Theodoritus *Lib. IX. Curat. Graec. Affect.*

PARMENIDES Eleatis. Laertius *Lib. IX. sect. 23.* Plutarchus *contra Colotem p. 1126.*

PHALEAS

v) Plura eiusmodi legislatorum leges suas ad Deos referentium exempla collegit Balthasar Bonifacius *Historiae ludicrae XIX. 1.* E veteribus Diodorus Siculus *Lib. I. p. 48.* et Valerius Max. *Lib. I. c. 2.*

73) Effigies Numae Pompilii in numismate argenteo ex thesauro Christinae Reginae, cum hac inscriptione: *Numa Pompilius urbem Romam, a Romulo vi et armis conditam, legibus et pietate munivit*, est in Gronouii *Thes. Graec. Antiq. Vol. III. yyy.* Vitam eius nouissime descripsit Iac. Meyerus, cuius *Delineatio vitae gestorumque Numae Pompilii* in lucem exiit *Berol. 1765. 8.* De eiusdem libris vide Christ. Gottl. Ioecheri *Prolus. de Numae Pompilii libris publica auctoritate Romae combustis* Lips. 1755. et Christoph. Saxii *Epicrisin philologicam, siue Strictures in nuperum Franci cuiusdam libellum de incerto historiae Romanorum antiquissimae sect. II. Misc.* Lips. Nou. Vol. II. P. III. p. 487. et P. IV. p. 669. Ceterum neque instituti mei est, neque huius loci de legibus regis et XII tabularum pluribus dicere: de quibus consulendi sunt tum noster *Biblioth. Lat. Lib. IV. c. 9. Vol. I. p. 805. seqq.* et Vol. III. p. 786. *seq. edit. V. Hamb. 1721.* et Io. Aug. Ernesti *Biblioth. Lat. Fabric. Lib. IV. c. 6. Tom. III. p. 477. seq.* tum qui de fati iurisprudentiae Romanae scripserunt, Christ. Gottfr. Hofmannus *Hist. Iur. Rom. Iust. Vol. I. Lib. I. c. 1. per. 1. et III. et Vol. II. vbi p. 1 — 64.* collectio legum regiarum et fragmenta iuris Papi-riani, et p. 129 — 304. fragmenta XII tabularum,

praemissa notitia litteraria, exhibentur, Io. Sal. Brunquellus *Hist. Iur. Rom. Germ. P. I. c. 1. et 3.* Io. Gottl. Heineccius *Hist. Iur. Ciu. Lib. I. c. 1. 2.* et ibi Io. Dan. Ritterus, denique Io. Aug. Bachius *Hist. Iurispr. Rom. Lib. I. c. 1. 2.* Illud adhuc obiter notandum est, Georg. Christ. Gebaue- rum, quem de legibus Numae tantum Fabricius laudauit, *Romulum, Numam Pompiliium, et Tullum Hostilium, observationibus varii generis illustratos*, olim Lipsiae tribus dissertationibus propoluisset, quae nunc eiusdem *Exercitationum Academicarum, Erf. 1776. 77. 4.* iunctim editarum, Vol. I. p. 1 — 78. continentur. Integrum commentarium ad XII Tabb. quem olim iuuenis promiserat Saco Herm. Idsinga *praef. Var. Iur. Ciu. et cap. XVI. p. 139.* haud dubie ob forensia, quibus postea implicatus fuit, negotia, lucem non vidisse, valde dolemus: quem paruae quidem molis, sed bonae frugis librum, quo Idsinga, curriculum studiorum academicorum nondum emensus, egregia interpretationis legum decemviralium specimina edidit, plane incognitum fuisse Buchaldo, qui ceteroqui recentiores interpretes fere omnes laudavit, merito miramur. Contra obtrectatores Decemviro- rum, post Iac. Voordam patrem, cuius *Orationes duae de prudentia Romanorum in condendis XII tabularum legibus, Elektorum libro singulari Trai. ad Rhen. 1749. 8.* subiectae, satis cognitae sunt, diserte et eleganter dixit etiam Bauius Voorda filius *Orat. de arte legislatoria ex tabulis Romanorum decemviralibus comparanda* Franeq. 1763. 4. RIGHT.

PHALEAS Chalcedoniis; Aristoteles *Lib. II. c. 7. Politic.* non Carthaginiensibus, ut scribit [P] Christophorus Hendreich *de legibus et Rep. Carthaginiensium* differens p. 166. et 329. ⁷⁴⁾

PHIDO Corinthiis.

PHILOLAUS Corinthius Thebanis. Aristoteles *Lib. II. Politic. c. ult.*

PHORONEVS Graecis primus leges iudiciaque constituit, teste Isidoro Hisp. *Lib. V. Originum c. 1.* Argiuis leges tulisse innuit etiam Clemens Alex. in *protreptico* p. 67. Confer Syncellum p. 67. et 125. ⁷⁵⁾

PHYTIVS Rheginis. Iamblichus *c. 30. vit. Pythag.*

PISISTRATVS Atheniensibus, etsi plerasque Solonis leges seruauit. Plutarchus *Solone* p. 96. ⁷⁶⁾

PITTACVS Mitylenaeis. Aristoteles *Lib. II. Politic. c. ult.* Clemens *I. Strom.* p. 300. ⁷⁷⁾

PLATO ⁷⁸⁾ (de cuius opere de legibus infra dicturus sum suo loco) Arcadibus, Cyrenacis et Thebanis rogatus leges ferre noluit. Vide Menagium ad *Laertii Lib. III. sect. 23. p. 148.* et de Cyrenacis Plutarchum *Lucullo* p. 492. Sicilia et Thracia per eius dogmata tyrannis liberata. Idem p. 155. Professus quidem est Plato, virum sapientem leges patriae

E 3

suae

74) Phaleas Chalcedonius minus recte inter legum latrores refertur, notante Heynio laudato *Obseru. Complem. et Spicileg. Opusc. Acad. Vol. II. p. 281.* Institutum eius de aequandis ciuium fortunis, ab Aristotele *d. l.* traditum, iure reprehendit Montesquieu *Lib. V. de Caussis Legum c. 5.* **RICHT.**

75) Phoroneus regnum Argiuorum, ab Inacho patre acceptum, legibus stabilivit, et iudicia ordinavit, ut tradit Eusebius *Chron. Lib. II. p. 65. edit. Amst. 1658.* Qua via homines ab efferrata nomadum vita ad liberaliorem cultum traduxit, ut ait Tatianus *Orat. aduersus Graecos c. XXXIX.* in Iustini Mart. *Oper. p. 274.* Marshamus vero *Can. Chron. p. 15. et 84. seq. edit. Ien.* seriem regum Argiuorum ab ipso Phoroneo, omisso Inacho, non regis, sed fluminis nomine, inchoandam esse putat. Sed vide Perizonium *Aegypt. Orig. cap. III.* Heynium *Not. ad Apollod. Biblioth. P. I. p. 238. seqq.* ac de institutis Phoronei Goguetum *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5. §. 2. p. 143. seqq.* **RICHT.**

76) De initio ac progressu tyrannidis Pisistrati eiusque filiorum, annis duodeseptuaginta vsurpatae, diligentissime quidem exposuit Io. Meursius, cuius *Pisistratus, sive de eius vita, et tyrannide liber singularis* Lugd. B. 1623. 4. ex ipsius auctoris chirographo auctus exhibetur in Gronouii *Thef. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1397. seqq.* et in Meur-

si *Oper. ex recens. Lamii Tom. I. p. 1017. seqq.* vniuersam autem illorum temporum seriem, rerumque vicissitudines multo certius adcuratiusque digessit Corfinus *Fast. Attic. Tom. III. p. 94. seqq.* Confer Buherium *Dissertatt. Herodot. cap. XIV.* et Bartholomaeum *Descript. Itin. Anachars. Iun. Introd. P. II. sect. 1. Tom. I. p. 130. seqq.* **RICHT.**

77) Pittacus quarto Olympiadis XLVII. anno patriae suae dominationem lactis populi suffragiis sibi delatam suscepit, eaque post decennium rursus deposita, quod reliquum aetatis fuit, priuatus vixit. Dio Chrysostomus *orat. XXXVII. Vol. II. p. 103. edit. Reisk.* Vide Perizonium ad *Asiam. Lib. III. Var. Hist. c. 17.* Corfinum *Fast. Attic. Tom. III. p. 81.* Stanleium *Hist. Philos. P. I. p. 65. seqq.* Bruckerum *Hist. Crit. Philos. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. §. 6. Tom. I. p. 446. seq.* et Bartholomaeum *d. l. cap. III. Tom. II. p. 59. seq.* Fuit et alius Pittacus, minor adpellatus, legum lator, cuius Phauorinus et Demetrius meminerunt, teste Diogene Laertio *Lib. I. c. 4. n. 7.* **RICHT.**

78) Plato genus suum maternum referebat ad Solonem. Vide Laertium *Lib. III. sect. 1.* Olympiodorum in *Platonis vita* et Proclum *I. in Timaeum* p. 25. Themistium *Orat. II. p. 32.* Sarriberiensem *VII. 5. Policratisci* etc.

suae laturum esse, nisi per summam plebis corruptionem indicavit, operam suam reipublicae inutilem fore. Laertius *Lib. III. sect. 78.* ⁷⁸⁾

POLYBIUS Achaeis. Pausanias *Arcadici* p. 663. et Excerpta Peiresciana p. 195.

POLYDORUS Syracusanis, teste Diodoro Sic. *Lib. XIII. p. 163.*

PROTAGORAS Thuriis. ⁷⁹⁾

RHADAMANTHVS Cretensibus, de quo supra.

SALAETHVS Crotoniatis, qui cum grauissimam in adulteros legem sanciuisset, ipse non diu post in adulterio fratriae suae deprehensus fuit, teste Luciano in *Apologia pro mercede conductis* Tom. I. p. 486.

SAON Samothracibus. Diodorus Sic. *Lib. V. p. 223.*

SCOPAS Aetolis. Polybius in *Excerptis Peirese* p. 58. et ex eo Suidas in *Σκώπας*.

OLON Atheniensibus: a quibus per decemuiros deinde leges eius mutati sunt Romani. Vide Meursium in *Solone* c. 23. Suidam in *σομολογία*. ⁸⁰⁾

THALES cum Lycurgo Lacedaemoniis.

THEAETETVS Rheginis, et TIMARATVS Locrensis, quos e Pythagorae schola produxisse auctor est Iamblichus in eius vita c. 30. ⁸¹⁾

TRIPTOLEMVS Atheniensibus.

TZINCIS,

78) De legislatoria Platonis prudentia confer Fabricium *Bibliogr. Antiq. cap. XV. §. 6. p. 738. edit. Paul. Schaffshaus. Hamb. 1760. 4.* Stanleium *P. IV. c. 10.* Bruckerum *Per. I. P. II. Lib. II. c. 6. sect. 1. §. 31. Tom. I. p. 726. seq.* et Warburtonum *Diu. Legat. Moysi Lib. III. sect. 3. Vol. II. p. 155.* RIGHT.

79) Protagoras Thuriorum legum lator, auctore Heraclide Pontico, memoratur a Laertio *Lib. IX. c. 8.* qui Olympiade LXXXIV. cum floruisse dicit, consentiente Eusebio, ut notauit Corfinus *Fast. Attic. Tom. III. p. 217.* quo tempore Atheniensium colonia Thuriis fuit deducta. Certe Thuriis, si Achaeorum fuerunt, ut tradunt Scymnus *Perieg. v. 325.* et Liuius *Lib. XXV. c. 15.* ex pluribus Graeciae ciuitatibus conscripti, Atheniensium colonia videri voluerunt. Vide Heynium de *Sybarit. ac Thuriar. Rep. et Legg. Sect. I. sub fin.* Hinc tuncius *Resp. qua diss. de epist. Phalar. vindicat, p. 211. seq. edit. Groning.* grauissimum argumentum petit, Charondam Thuriorum legum latorem perperam haberi. De Protagora non eloquentiae tantum studio, sed philosophiae quoque peritia, cuius luculenta sunt testimonia leges Thuriis ab eo latae, clarissimo egit Brucke-

rum *Per. I. P. II. Lib. II. c. 11. §. 24. Tom. I. p. 1200. seqq.* paucis Bartholomaeus d. l. c. XXIX. *Tom. III. p. 160.* RIGHT.

80) Inferendus est hoc loco TENES, qui Tenedii leges tulit. Cicero *Lib. I. in Verr. c. 19.* Heraclides de *Polit. p. 514. edit. Crag. Lugd. B. 1670. 8.* De quo, et republica Tenediorum, legibus ab eo firmata, plura nobis constarent, si actatem tulissent Aristotelis de *Tenediorum Republica* liber, cuius vnum modo fragmentum seruaui Stephanus Byzantinus de *Vrbibus voc. Thedos p. 648. edit. Amst. 1678.* et Zoili rhetoris *Tenediorum Encomium*, cuius meminit Strabo *Lib. VI. p. 417. edit. Almelou.* Quidquid interim ex antiquitatum tenebris erutum in aliqua luce collocari potuit, erudite exposuit, numisque illustrauit Lud. de Hemmer *Republica Tenediorum Hafn. 1735. 8.* ubi cap. V. de legibus Tenediorum disseruit. RIGHT.

81) Timares vel Timaretus, Pythagoricae disciplinae alumnus, et fortasse alii viri prudentes leges Zaleuci seriore aetate, qua adhuc Locrorum res publica iaculumis aetis, nouis curis emendarunt et expoliuerunt, ut bene suspicatur Heynius *Epimetr. I. de Locris, Opusc. Acad. Vol. II. p. 50.* RIGHT.

TZINCIS Tocharis ad Caspios portus habitantibus. Pachymeres Mich. Palaeolog. V. 4.

ZALEVCVS Locris Epizephyriis.

ZAMOLXIS Thracibus et Getis: de quo, vt de quatuor praecedentibus quoque, supra dictum. [P]

ZARADES Persis. Theodoritus Lib. IX. *Curat. Graec. Affect.* et Agathias. Incertum an idem cum *Zarata*, Pythagorae praeceptore, qui aliis *Zabratur* vel *Nazaratus*. Hunc eundem qui esse putant cum propheta Ieremia vel Ezechiele, eos non magis audiendos esse existimo, quam Alexandrum Polyhistorum, qui apud Suidam in Ἀλέξανδρος tradidit, Hebraeam fuisse mulierem *Moso* nomine, quae leges scripserit Hebraeis. ⁸²⁾

ZATHRAVSTES Arianis, vel, vt aliqui codices, Arimaspis. Hic leges suas retulit ad ἀγαθὸν δαίμονα, teste Diodoro Sic. Lib. I. p. 84. ⁸³⁾

XIX. Obſignabo hanc de legiſlatoribus diatribam obſervatione Ariſtotelis Lib. IV. *Polit.* c. II. Τὰς βελτίſτας νομοθέτας εἶναι τῶν μέſαν πολιτῶν, optimos legum ſcriptores exſiſtiſſe (non ipſos principes ſed) e medijs ciuibus. Σόλων τε γὰρ ἦν τέτων, ἀλλοὶ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως, καὶ Λυκῦργος, ὃς γὰρ ἦν βασιλεὺς, καὶ Χαρεὼνδας, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖſται τῶν ἄλλων. Solon enim vnus horum fuit, declarat hoc ipſe ſuis verſibus: et Lycurgus, non enim fuit rex, et Charondas, et ferme plurimi aliorum. ⁸⁴⁾ Hoc Ariſtotelis ipſius, Zaleuci, Eudoxi, et Protagorae exemplis confirmat Bentleius in *Apologia pro diſſertatione de Epistoſis Phalaridis*, p. 496.

⁸²⁾ De Zarade conſule Huetium *Demonſtr. Evang. Propoſ. IV. c. 5. §. 2. p. 152. et p. 458.* ſeq. RICH T.

⁸³⁾ Vtra ſcriptura apud Diodorum Siculum Lib. I. c. 94. verior ſit, de Zathrauſte omnia ſibi obſcura eſſe ingenuè conſeſſus, decernere dubitauit Weſſelingius, neque adſenſus eſt Huetio d. I. p. 152. qui eundem eſſe ac Zoroaſtrem, Perſarum legiſlatorem, arbitratur. RICH T.

⁸⁴⁾ Ex hac obſervatione, a Warburtono *Diu. Legat. Moſis Lib. III. ſect. 2. Vol. II. p. 108. ſeqq.* egregie illuſtrata, clariffime adparet, legiſlatoris nomen in hoc recensu, a Fabricio inſtituto, intellectu iuris publici pro eo, qui iure ſummi imperii legum ferendarum poteſtate gaudet, non vbique adhiberi. Quod, cum talia tiromibus haud ſcribantur, vsquequaque operoſe adnotare, priuatoſque a principibus ſegregare, putidae ſane diligentiae ac ſuperuacaneae operae fuiſſet. Lectu dignum eſt iudicium, quod de omnibus omnino legum latoribus tulit Dionyſius Halic. Lib. II. *Antiq. Rom. c. 24.* Laudari quoque hic meretur diſſertatiuncula Dionis Chryſoſtomi *orat. XXII. Vol. I. p. 509. ſeqq. edit. Reisk.* Quod reliquum eſt, ad recta de vetuſtiſſimorum legum latorum ſapientia informanda iudicia legiſſe iuuabit Heynium tribus

locis, *Proluſ. de iudicio, quod deſunſſis Aegyptiorum regibus ſubeundum erat, Opusc. Acad. Vol. I. p. 139. ſeqq. Proluſ. qua delibantur nonnulla in vitae humanae initijs a primis Graeciae legumlatoribus ad morum manſuetudinem ſapienter inſtituta, ibid. p. 207. ſeqq. et Legum Locris a Zaleuco ſcriptarum fragm. Diſp. I. Vol. II. p. 14. ſeqq.* Nobis vero liceat obſignare noſtrum qualecunque de priſcis legum latoribus ſpicilegium egregia ac vera ſententia, quam, acri meditatione edoctus, acutiſſimus Goguetus de *Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 2. p. 77.* elocutus eſt his verbis: *Quand on penſe à tous les moyens qu'il a fallu employer pour établir, régler et maintenir le corps politique, on ne peut ſ'empêcher de regarder les loix comme le chef d'oeuvre de l'eſprit humain.* Quae quidem cogitatione perpendenti, atque adſertione adprobanti mihi commode in mentem venit illud Ciceronis *orat. de haruſp. reſp. c. IX.* in cauſa quidem conſtitutarum caerimoniarum religionumque de maioribus minori proſecto iure ab eo pronunciatum, ſed antiquiſſimis legum conditoribus iure optimo maximo adaccommodandum: *Quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, vt ſatis ſuperque prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam adſequi, ſed, quanta fuerit, perſpicere poſſint.* RICH T.

ANIMAD.

ANIMADVERSIONES

DE

SCRIPTORIBVS IVRIS ATTICI

AD

LIB. II. CAP. XIV. §. XVI

Notitia scriptorum iuris Attici, a Fabricio hoc loco suppeditata, cum nimis manca sit atque imperfecta, aliquanto emendatior ac plenior *Bibliogr. Antiq. cap. XV. §. 6. p. 737. seq. edit. Paul. Schaffshaus. Hamb. 1760. 4.* nec tum Burc. Gotth. Struvii *Bibliotheca Iuris Selecta*, a Christ. Gottl. Budero emendata et locupletata, *cap. II. §. 4. p. 27. seq. edit. Jen. 1756.* tum Mart. Lipenii *Bibliotheca Realis Iuridica*, vbi *Tom. I. p. 560. seq. edit. nouiss. 1757.* scripta, quae ad iurisprudentiam Atticam spectant, enumerantur, hac parte perfectiores atque absolutiores reperiantur, hasque Lipeniani operis lacunas neque Aug. Frid. Schottus, qui congeffit *Supplementa ac Emendationes Lips. 1775. p. 209.* neque Renat. Car. Senkenbergius, qui *Supplementorum ac Emendationum volumen secundum* collegit ediditque *ibid. 1789. p. 186.* expleuerint: susceptae a nobis prouinciae ratio postulat, vt, quidquid a renatis litteris ad hunc vsque diem viri docti ad interpretandum illustrandumue ius Atticum vel moliti sunt, vel luci publicae exposuerunt, diligenter adcurateque indicemus, addito vel aliorum praecipuae auctoritatis virorum, vel nostro qualicumque iudicio, et sic quasi bibliothecam criticam iuris Attici adornemus, vt, qui postea in hoc litterarum Graecarum genere studium velint industriamque exercere suam, omnia iurisprudentiae Atticae subsidia cognita penitus habeant atque perspecta. Nostra autem recensio vt iusto ordine procedat, operae pretium existimamus vniuersum iuris Attici adparatum, in certas classes distributum, distincte describere. Quare omnia, quae in hunc censum veniant, ad quatuor capita reuocare visum fuit: quorum primo de *Legum Atticarum Collectionibus*, siue tentatis, siue editis, altero de *iuris Attici interpretibus vniuersim*, tertio de *his, qui singularia iuris Attici argumenta ex instituto pertraxerunt*, denique quarto de *Legum Atticarum atque Romanarum collationibus* exponemus.

CAPVT I

CAPVT I

DE LEGVM ATTICARVM COLLECTIONIBVS
SIVE TENTATIS SIVE EDITIS

Primo diluculo reuiuifcentis faeculo sextodecimo iurisprudentiae Atticae comparuit Pardulphi Prateii *Iurisprudentia vetus, fuis Draconis et Solonis, nec non Romuli, Romanorum regis, ac XII Tabularum Leges collectae* Lugd. 1559. 8. inserta Euer. Ottonis *Thef. Iur. Rom. Tom. IV. p. 381 — 480.* Hoc libro proponuntur I. Δράκοντος, Ἀθηναίς, αἰμαίτων νόμοι, Draconis, Atheniensis, sanguinariae leges, numero vndecim. II. Σόλωνος, Ἀθηναίων Ἀρχόντες, ἀρκονκοὶ νόμοι, Solonis, Atheniensium Principis, tabulares leges, numero quinque et octoginta. Successerunt eiusdem *Iurisprudentiae mediae Libri IV. Catapodisium Libri II. et Διαμολογίας Liber singularis* ibid. 1561. 8. qui eiusdem *Thef. Tom. III. p. 305 — 612.* reperiuntur, vbi in calce sunt adiectae Solonis leges reliquae, numero duodecim, in *Iurisprudentia vetori* praetermissae. At enim haec collectio, sequenti saeculo repetita a Christ. Woldenbergio in *Principiis Iuris Romani*, libro rudi Minerva compilato, *Rost. 1668. 4. p. 3 — 38.* non modo perpaucas leges, sed ex impuris quoque fontibus interdum ductas completitur, vt recte iudicauit Otto *praef. Tom. IV. p. 18. seq.* Confer *Obserr. Sel. ad rem litter. spec. Tom. I. obs. 8.* Nihilo tamen facius exilis Prateii opera vel hoc nomine aliquam laudem meretur, quod excellentiora ingenia ad maius aliquid hoc in genere praestantiusque audendum excitauit, atque hinc lactior deinceps venerandae Legum Atticarum maiestati lux adfulsit.

Igitur haud multo post primus in Atticarum Legum collectoribus nomen professus est Henr. Stephanus, qui consilii sui rationem *dedicat. Orat. Vet. 1575. fol.* ad Petr. Boulliodum exposuit his verbis: *Sperabam fore, vt omnes leges, non solum quae apud istos oratores, et quae apud Demosthenem sunt, sed etiam quae in aliis omnibus Graecis scriptoribus extant, in vnum corpus collectae, et cum aliis recentioribus comparatae, in calce huius voluminis ponerentur: sed quod hic praestari in praesentia non potuit, alibi alioque tempore Deo fauente praestabitur.* Sed quo minus promissis staret, temporum iniquitate, plurimisque viri indefessi occupationibus factum esse opinatur Wesselingius *praef. ad Petit. p. VIII.* Quod Stephani institutum memorat etiam Taylorus *Leff. Lyfiac. cap. XI.*

Intermissam a Stephano Legum Atticarum collectionem postea, nec tamen edendi consilio, sed in vsus suos, suscepit Ios. Scaliger. Sic enim *Lib. IV. Epist. 343.* Carolo Labbaeo scribit: *Leges Atticas, de quibus agis mecum, numquam in animo habui edere, vt nec multa alia, quae in primatas vsus meos collegi.* Qua re magnam sane iurisprudentia Attica iacturam fecit. Iacet nunc haec collectio, qua, praeter alios, et Hugo Grotius *Epist. CCCLVII.* se vsum esse testatur, tamquam thesaurus reconditus in bibliotheca academiae Lugduno Batauae, et, teste Casaubono *praef. ad Scaligeri Opusc. Post. p. 19.* Scaliger testamenti sui tabulis cauit, ne vnumquam euulgaretur. Hunc Pandecten Scaligeranum oculis vsurpatum Wesselingius *d. l. p. XI.* ita descripsit: *Completitur excerptas ex Oratorum, Grammaticorum aliorumque scriptis leges plerasque omnes, sed aliter aliosque in titulos (scilicet ac Petitii collectio) descriptas. Replicatio adiecta est rarsa aut nulla. Omnia denique ita sunt comparata,*

F

Vol. II.

comparata, ut facile adpareat, priuato in usus diuini virum ingenii ea adornasse, accuratius, ubi sese occasio dedisset, retractanda atque expedienda.

Digestum igitur Scaligeranum, prohibente vltima auctoris voluntate, cum publicis vñbus inferuire haud posset: ne homines eruditi plena Legum Atticarum collectione diutius gessere cogerentur, hunc defectum se suppleturum recepit Io. Meursius, in antiquitate Attica vir omnium longe versatissimus. Vide Petr. Cunaei *Epist. CLXXIX. seq.* Quibus promissis etiam cumulate satisfecit. Nam praeter ea, quae in *Solone*, quem iam alibi laudauimus, *Areopago*, de quo suo loco dicturi sumus, et *Atticarum Lestionum Libris VI. Lugd. B. 1617. 4.* in Gronouii *Thes. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1757 — 1928.* et in Meursii *Oper. ex recens. Io. Lamii Tom. II. p. 1021 — 1296.* passim delibauit, plerisque omnibus Draconis et Solonis legibus inuestigatis, et vndique collectis, integrum iuris Attici corpus instruere adgressus est in *Themide Attica, sive de Legibus Atticis Libris II.* qui, quod in fati esse Themidis Atticae videtur, Meursio rebus humanis dudum exempto, in lucem demum producti sunt a Io. Georg. Graeuio *Vltrai. 1685. 4.* recusii postea tum a Gronouio *ibid. p. 1945 — 92.* tum a Lamio *ibid. p. 1 — 164.* Interdum autem Meursium fictas a rhetoribus exercitationis causa leges veris sanctionibus admiscuisse, praeter Fabricium nostrum, in eo reprehendit etiam Wesselingius, dissentiente tamen Hauptmanno *de Legibus Atticis singulatim ab Andocide memoratis p. 4. not.* et in Reiskii *Orat. Graec. Vol. VIII. p. 387.* et nuper etiam Blasio *de Decret. Atheniens. cap. XXXI. §. 6.* quem tamen hunc Fabricii locum fugisse mirari subit.

Meursio igitur viuo ac spirante cum Legum Atticarum sylloge, ab eo promissa, in adspectum haud prodiret, mirum non est, alios viros iuris Attici adprime peritos eodem studio certatim flagrasse perfectum iuris Attici corpus concinnandi. In his primo loco memorandus est Phil. Iac. Maussacus, qui in notis in Harpocratonis *Dictionarium in decem Rhetores Paris. 1614. 4.* frequenter, exempli causa, in *Ἀλῶνα*, in *Περὶ πολὺς*, in *Ποδοστράβη*, et in *Ἰπποφόνιος*, meminit *Synagoges Legum Atticarum*, eiusque editionem pollicetur. Cuius perficiendae ac posteritati prodendae consilium cur deinceps repudiarit, et aliorum quoque scriptorum, quae, praeter *Synagogen Legum Atticarum*, a Paul. Colomesio *Biblioth. Sel. (Bibliothèque Choisie) Oper. curante Io. Alb. Fabricio Hamb. 1709. 4. p. 450.* commemorantur, publicandorum spem destituerit, ignoramus. Procul dubio, occupationibus forensibus ac muneris publici curis distractus, tanto otio haud abundabat, quanto ad absoluendum illud opus indigebat.

Prouinciam igitur adhuc vacuum eodem fere tempore occuparunt duumviri egregii, Sam. Petitus, theologus, a Blasio *d. l. cap. XVI. §. 5.* in iurisconsultorum numerum male relatus, et Henr. Valesius, iurisconsultus, vterque praestanti eruditione, Valesius tamen ingenii felicitate, et iudicii acumine superior. Sed festinata industria et laboris assiduitate Petitus Valesium praeuertit, et postea a toto edendi proposito plane abalienauit. Viso enim Petiti opere, Valesius a Legum Atticarum collectione, cuius modo spem fecerat in *Excerpt. ex Nic. Damasceno p. 65. (A. 1634.)* prelo mandanda destitit, et quae magna diligentia digesta ac parata habebat, ut ipse *not. in Harpocrat. p. 16. 55. in not. Maussaci p. 121. 129.* et *Lib. V. Emendat. c. 6.* indicat, summo Musarum Graecarum detrimento, publicis vñbus subtraxit. Vide *Vitam Henr. Valesii* ab Hadr. Valesio scriptam, et a Petr. Burmanno Valesii *Emendationum*

num

num et de Critica libris *Amst.* 1740. 4. praefixam. Hac tali modestia viri superiori saeculo in litteris principes conspicui erant, ut praeventi ab aliis labores suos, luce dignissimos, libenter suppresserent: qualem nostra aetate semidocti chartarum conscribillores, et vani litterariae scientiae iactatores vix adhibere solent. Quantumvis autem, presso Valefii, viri ab omnibus praefidiis, ad eam rem necessariis, paratissimi, labore, ac multo magis, si is fortasse plane intercederet, magnam iacturam fecerit ciuitas litteraria, quam post Burmannum praef. ad *Valefii Emendat.* cui tamen nonnihil spei superest, merito dolet etiam Wesselingius: iure tamen inde colligere mihi videor, operam a Petito in Leges Atticas studiose collatam magni fuisse ab ipso Valefio aestimatam.

Prodiit Petiti opus, octo libris distinctum, et in certos titulos redactum, hoc titulo: *Leges Atticae. Samuel Petitus collegit, digestit, et libro commentario illustravit Paris.* 1635. fol. De quo, post Taylorum *Leit. Lysac. cap. X.* Petiti industriam et eruditionem praedicantem, vere ita iudicauit Wesselingius p. XI. *Legum Atticarum Commentarius scriptus est incredibili diligentia et cura, quae tanto est admirabilior, quod ab homine theologo sit profecta. et p. XII. Petiti ob digestas leges et diligentissime explicitas nemo debita laude fraudauerit, tumetsi fortasse optarit, ut aut parcius coniecturis indulgisset, aut ab interiore sermonis Graeci actitia paratior ad eas accessisset.* Hinc variae maculae venustum corpus passim deformarunt; quibus eluendis viri doctissimi gnauiter operam dederunt. Ex instituto autem Ant. Maria Saluinius scripsit *Animaduersiones in Sam. Petiti Leges Atticas*, quae cum notis D. C. hoc est Car. Andr. Dukeri publicatae sunt *Miscell. Obseru. Vol. III. Tom. III. p. 440 — 444. Vol. IV. Tom. I. p. 149 — 152. Tom. II. p. 251 — 261. Vol. V. Tom. II. p. 173 — 191.* postea repetitae in praestantissima Petiti editione, cum animaduersionibus Iac. Palmerii a Grentemefnil, A. M. Saluini, C. A. Dukeri, et P. Wesselingii, quam *Iurispr. Rom. et Attic. Tomus III. Lugd. B.* 1741. fol. continet, cum doctissima Wesselingii praefatione, qua de Legum Atticarum latoribus et collectoribus egregie fuit commentatus, ac nobismet ipsis in hoc recensu vna cum Taylora viam praecituit. Palmerii animaduersiones excerpfit Wesselingius ex eius exemplari, quod ex Steph. Morini libris emtum Corn. Bynkershoekius illi transmisserat. Ipsius Wesselingii notae etsi paucae sunt, neque enim illi, Diodori Siculi editione tunc occupato, consilium et otium erat omnia excutere, omnes tamen exquisita sunt eruditione refertae, ut merito dolendum sit, viro incomparabili non licuisse in hanc curam solam esse intento. Postea amicus Wesselingii, nec minore Graecarum litterarum scientia ornatus, Lud. Casp. Valckenarius in operosa adnotatione ad Herodotum, quae in splendidissima Wesselingii editione *Amst.* 1763. fol. compareret, multa sparsim contulit ad Leges Atticas egregie illustrandas, et Petiti hallucinationes cauendas et emendandas, qui loci facile colligi peruoluendo possunt.

Manent interim Legum Atticarum Pandectae, a Petito digestae, et omni suspitione Scaligeranae collectionis ab eodem in usus suos conuersae, quam Taylorus temere iniicit, a Wesselingio iure liberatae, praecipuus hoc in genere liber, quem ideo, qui deinceps collectiones Legum Atticarum dederunt, plerique omnes fuerunt secuti. Itaque Io. Potterus, cuius *Archaeologia Graeca* primum *Oxon.* 1697. 89. iterum auctior *Lond.* 1706. Voll. II. 8. Anglice publicata, et saepius deinceps repetita, postremo, quod sciam, 1776. ex Latina versione, cuius auctor tamen neque Latine, neque grammatice ubique scripsit, non solum The-

fauri Gronouiani *Vol. XII.* subiuncta, sed etiam separatim edita *Lugd. B. 1702. fol. ac Venet. 1734. Tom. II. 4.* typis renouata est, quam nuper etiam in linguam vernaculam transtulit, animaduersionibus et nouis commentationibus locupletauit Io. Iac. Rambachius *Hal. 1775. 76. 78. Voll. III. 8.* Potterus, igitur, *Lib. I. c. 26.* postquam de legibus Atheniensium vniuerse disseruit, leges ipsas, secutus Petitem, additis nonnullis, adiecit: quarum obscuriores, causis indagatis, Rambachius passim illustrauit. Porro *Collectio Legum Atticarum*, ex Petiti ac Potteri recensione, omiſſis tamen Graecis, exstat apud Christ. Gottfr. Hofmannum *Hist. Iur. Rom. Inst. Vol. II. P. I. p. 77. seqq.* Denique Lamius Meursii *Themidi Atticae d. I.* e Petito *Syllogon Legum Atticarum* subiunxit.

Enimvero Claud. Salmasius, illustri nominis fama, qua Petitus splendebat, haud deteritus, nouam et integram *Legum Atticarum collectionem* cum commentario animo fuit meditatatus. Hoc tradit Taylorus, loco tamen, vbi propositi sui mentionem fecerit Salmasius, non adscripto. Wesselingius in hanc rem laudat *de Mod. Vsur. cap. XV. et XVII.* Sed in his capitibus, et omnino in toto illo libro talis commentationis, a Salmasio promissae, nec volam nec vestigium inuenio. Rectius autem huc videtur esse referendus locus *Misc. Defens. cap. X. p. 304.* Ac fortasse hoc consilio rogauit Io. Frid. Gronouium *Lib. I. Epist. 120. accurante Ant. Clementio Lugd. B. 1656. 4.* vt collectionem Legum Atticarum, a Scaligero olim compilatam, et in bibliotheca publica academiae Lugduno Batavae positam, ab Heinsio, illius praefecto, ad aliquot dies sibi vtendam impetraret. Sed ab opere perficiendo graues illae cum Heraldio altercationes, ac fortasse ipsius Heraldii *Lib. III. Animadu. in Salmasii Obs. ad Ius Att. et Rom. c. 16. ff. 17.* amarae irrisiones eum postea videntur retraxisse, neque ideo inter libros adfectos et inchoatos, quorum indicem dedit Clementius *Proleg. de laudibus et vita Salmasii p. LXVII. seqq.* illius mentionem reperimus. Idem in animo habuisse Petr. Lambecium, vt ex eius *Prodromo Historiae Literariae* liqueat, ait Taylorus, qui etiam G. Critonii, professoris regii Parisiensis, *Praefationem in Draconis et Solonis leges*, in *Cod. MS. CCCCXLIX. Biblioth. Caes.* laudat.

Surrexit tandem nostra aetate nouus fugientis Themidis Atticae stator, Io. Taylorus, vir profundae eruditionis, et ab vſu sermonis Attici et oratorum veterum instructissimus, quem, maximo eloquentiae et iurisprudentiae Atticae damno, acerba fata mortalibus eripuerunt. Qui quidem cum in notis suis ad Lysiam, Demosthenem et Aeschinem permulta ad Themidem Atticam pertinentia, quibus Meursius, Petitus aliique praecipui nominis interpretes vel supplerentur, vel corrigerentur, larga manu fudit, tum integram Legum Atticarum collectionem meditatatus in eam curam totus incubuit. Quod ipse variis locis declarauit. Sic *praef. ad Lysiam p. XXVI. seq. edit. Lond. p. 97. Reisk.* Sis interea admonitus, inquit, *neque enim a loco alienum esse duxi admonere, me in iurisprudentia Attica paene totum, et isti quasi glebae adscriptitium, Demosthenis totum quod superest, accurate ad fidem eodd. MSS. recensitum prelo indius parare.* Et ad *orat. I. in Theomnest. p. 171. edit. Lond. p. 341. Reisk.* Gratiorem paullo operam, inquit, *sumere videbor, quam sumo quotidie, in Legibus Atticis recensendis: quarum συλλογήν, suppetant modo vires et hoc otium academium, in lucem meditor proferre.* Formam autem commentarii de Republica Atheniensis adumbravit *Leſt. Lysiac. cap. X.* Eiusdem commentarii mentionem fecit in *Demosth. orat. in Neacr.* in Reiskii *Appar. Crit. ad Demosth. Vol. II. p. 1023.* et in *Aeschin. orat. contra Ctesiph.*

Ctesiph. Vol. III. p. 402. edit. Reisk. Ex his ut quisque erat Taylorani nominis studiosissimus, ita maxime augurabatur, cum ceteris omnibus palmam esse praerepturum. Sed pro dolor! commentarium omnium votis exoptatum non minus, quam absolutionem Demosthenis praematurus eius a vita excoelus interceptit. Quare nisi iurisprudentiae Atticae novus instaurator Taylora similis contingat, quod in hac saeculi nostri socordia ac mollitie, tantoque Graecarum litterarum, maxime inter iurisperitos, neglectu magis optandum esse quam sperandum videtur, iacebit illa relicta planeque deserta. Verissime Wesselingius laudata praef. ad Patit. p. XI. in haec verba exclamat: *Quam rari illi sunt, qui iuris disciplinam professi Solonis Draconisque leges aut examinare velint aut possint! Sed alii olim mores, cum severa lege studiis operarentur, et, vitatis compendiorum semitis, viam regiam infisterent. Nos facilitate quadam et πολυπραγμοσύνη partem a maioribus gloriam corrumpimus.*

Certe eorum fructum nondum cepimus, quae pluribus abhinc annis, cum magna omnium admiratione, e Francogallia adnunciata leguntur *Hist. Acad. Inscript. Tom. VII. p. 348. edit. Paris. et Tom. IV. p. 545. edit. Amst.* Furmontium, suscepto regia auctoritate A. CIOIOCCXXIX. et CIOIOCCXXX. in Orientem itinere litterario, e rudibus Athenarum eruisse, et in bibliothecam Franciae regis importasse, praeter alia vetustatis monimenta, *les tables originales de ces Loix d'Athènes si sages, si vantées, si long-temps cherchées, que l'on avoit crû perdues pendant tant de siècles, de dont nous n'avions dans les plus anciens auteurs que des lambeaux, précieux à la vérité, mais qui nous laissoient ignorer la plus grande partie du Droit Civil des Athéniens.* Quae si vera sunt, licet haec narratio, quod dissimulare non possumus, nobis adhuc valde suspecta videatur, nihil magis in votis habemus, nisi hoc, ut novus aliquis vel Maussacus, vel Petitus, vel Valesius, ex illa gente divinitus excitatus, tabulis Legum Atticarum felicissime repertis tam editor quam interpret obtingat. Tum enim demum, ut verba Wesselingii d. l. p. VII. mea faciam, multa, ad quae offensum frequenter fuit, elucescent clarissime, neque pauciora, quae optimo cuique latuerant, in apricum proferentur, redibitque legum axibus ordo pristinus, in quo monumentorum inopia viri egregii operam sunt frustrati.

CAPUT II

DE IVRIS ATTICI INTERPRETIBVS VNIVERSIM

Inter eos, qui ad ius Atticum commentati sunt, iure suo primas partes tenent Meursius atque Petitus. De utriusque Legum Atticarum et collectoris et interpretis virtutibus ac vitiis paullo ante breviter, pro instituti ratione, diximus. Post Petitum ius Atheniense variae doctrinae copiis illustrare adgressi sunt Claud. Salmasius atque Desid. Heraldus: quorum mutuis iisque acerbissimis contentioneibus, non raro de ingenii magis atque eruditionis gloria, quam de veritate indignissime agitis, complura iuris Attici capita adcuratius inuestigata, uberiorque explanata debemus. Prima infausti diffidii semina sparsit Salmasius duobus libris, altero *de Vsuris Lugd. B. 1638. 8.* praecipue cap. III. ubi de ἐράων et ἐραμισίων sodalitate disputavit, altero *de Modo Vsurarum ibid. 1639. 8.* ubi non modo Leges Atticas de usuris cum magno eruditionis adparatu explicavit, sed etiam, ut omnia eius scripta copiosis digressionibus abundanter, multa alia iuris Attici argumenta paullo plenius sibi exponenda sumit. Sic, ut hoc utar, de iure dotium Attico nonnulla ex instituto dixit cap. IV. p. 138. seqq. Ac

tametsi Petitem doctissimi legum Atticarum interpretis et commentatoris elogio passim ornat: nihilo tamen minus plurimas eius hariolationes grauitè reprehendit. Iurisconsultis autem tantum non omnibus multarum rerum, quae ad interiorem Attici Romanique iuris cognitionem pertineant, ignorantiam exprobrare ausus fuit. Haec iniuria vniuerso iurisconsultorum ordini a litteratore illata, et disquisitione de mutuo, veluti pomum Eridis iurisconsultis proiectum, plures aduersarios ipsi concitauit, in his praecipue Heraldum. Dilatis enim inter homines harum rerum curiosos rumusculis, non omnino quidem veris, neque tamen penitus falsis, iuris Attici collectionem, et cum iure Romano collationem ab eo susceptam esse, ac paene confectam, etsi opus eiusmodi data opera nondum adgressus erat: voluit tamen suae hoc in genere facultatis aliquod specimen exstare. Itaque post diuturni silentii, quo erat hucusque usus, interuallum elaborati ab eo sunt *de Rerum Iudicatarum auctoritate libri duo*, itemque *Observationum et Emendationum liber*, qui coniunctim lucem adspexerunt *Parisi. 1640. 8.* in Ottonis *Thef. Iur. Rom. Tom. II. p. 1069 — 1392.* repetiti. Quibus in libris sicut complures passim occurrunt ad ius Atticum commentationes: ita etiam quasdam Salmasii observationes et emendationes, modeste tamen et cum honoris praefatione, sibi excutendas sumit. Salmasius, qui nec superiorem nec parem ferre poterat, simulato amici patrocinio, sibi defensionem parare, et aduersarium, quem olim amicum habuerat, dura ratione refellere instituit. Hoc consilio prodierunt, nigrae loliginis succo plенаe, *Miscellae Defensiones pro Cl. Salmasio, de variis observationibus et emendationibus ad Ius Atticum et Romanum pertinentibus Lugd. B. 1645. 8.* Absoluuntur illae triginta capitibus, quorum vnde triginta spectant ad *Observationum et Emendationum librum*, postremum ad *libros duo de Rerum Iudicatarum auctoritate*. Iam Heraldus, qui antea, veteris amicitiae memor, magna animi moderatione Salmasiano nomini pepercerat, contumeliis a Salmasio hoc in libro vsquequaque cumulatis grauitè offensus, ex instituto scripsit *Animaduersionum in Salmasii Defensiones Miscellas suae ad Ius Atticum et Romanum Observationes Libros VI.* Harum Animaduersionum primum ternionem, simul atque excusus fuerat, librarius Parisiensis Amstelodamum ad amicum miserat, vnde Leidam ad Salmasium fuit transmissus. Quo perlecto, nulla mora interposita, Salmasius impotenti animo in Heraldum debacchatus atram bilem euomuit, nec finem nec modum lacerandi, lacerandique eius famam inuenit. Adspexit enim, sub alterius persona, lucem virulentum illud, premendumque caligine et tenebris *Specimen consutationis Animaduersionum Desiderii Heraldii, suae tractatus de subscribendis et signandis testamentis, item de antiquorum et hodiernorum sigillorum differentia. Auctore Cl. S. Lugd. B. 1648. 8.* Quae inscriptio, post mortem Salmasii, prima plagula iterum impressa, praefixo et expresso eius nomine, mutata est sic: *De subscribendis et signandis testamentis, item de antiquorum et hodiernorum sigillorum differentia tractatus, contra Desid. Heraldum. Ibid. ex eadem officina Elzeviriorum 1653.* Verum totum hoc specimen, quo, abiecto omni pudore, et exuto humanitatis sensu, intolerandis contumeliarum et maledictorum acerbitatibus aduersarium suum obruit, ad merum ius Romanum, tum antiquum, tum nouum, pertinet, neque illi quidquam inest, quo iuris Attici intelligentia iuuetur. Neque vero Salmasius proteruitatem suam atque acerbicatem impune tulit. Heraldus enim, ea vehementer exacerbatus, denuo, licet inuitus, in arenam descendit, et, vt Salmasio responderet, obiectionesque sibi factas dilueret, *Animaduersionum Librum VII.* prioribus adiunxit. Atque sic, *Animaduersionum in Salmasii Observationes ad Ius*

Ius Atticum et Romanum Libris VII. absolutis et excusis, editione tamen nondum facta, A. 1710 c. lxx. naturae debitum persoluit. Igitur post eius demum obitum, cura et cum praefatione Isaaci Heraldi filii, opus illud, iam dudum ab orbe erudito avidissime expectatum, publicam lucem vidit, praemisso, ad plures emtores adliciendos, tractatu vsui forensi adcommodato. Inscriptio haec est: Desid. Heraldi *Quaestionum Quotidianarum tractatus. Eiusdem Observationes ad Ius Atticum et Romanum, in quibus Claudii Salmasii Miscellae Defensiones, eiusque Specimen expenduntur. Paris. 1650. fol.* Habes breuem huius litterariae contentio- nis historiam, et seriem scriptorum seruatō temporis ordine digestam, quam neque ab hoc loco alienam, neque studiosis iuris Attici, cuius ad copiosorem interpretationem illa magnam partem pertinent, ingratam fore arbitramur. Confer Claud. Sarrauium *Epist. CLXXXII. CXCI. et CCIII. et Otronem praef. Tom. II. Thes. Iur. Rom. p. 27. seq.* Comparatis vtrius- que scriptis, ac vehementibus in vtramque partem disputationibus miti ingenio, et animo cu- piditate vacuo examinatis, confiteamur necesse est, et veri inuestigandi studio, et iuris Attici peritia Salmasio Heraldo antecellere, cui etiam Wesselingius, aequissimus harum rerum atque intelligentissimus arbiter, in animaduersionibus ad Petium plerumque adstipulatur. Vide p. 423. 444. 450. 494. 500. 503. 573. 610. 617. 629. 651.

Iam porro claris Attici iuris interpretibus adnumerandi sunt Phil. Iac. Maussacus, cui Pe- titus multa debet, et Henr. Valesius. Qui quidem etsi nouas Legum Atticarum collectiones, ut supra relatū est, siue haud perfecērunt, siue de manibus suis dimittere noluerunt: tamen ius Atticum luculente illustrarunt in eruditissimis ad Harpocratiōem notis, quae coniunctim comprehenduntur in plenissima editione, quae inscribitur: *Harpocratiōis Lexicon Duorum Oratorum. Nic. Blancardus emendauit, disposuit, Latine vertit, ac elenchum veterum scripto- rum adiecit. Subiiciuntur Phil. Iac. Maussaci notas, et dissertatio critica. Accesserunt Henr. Valesii notas et animaduersiones in Harpocratiōem, et Maussaci notas. Lugd. B. 1683. 4.*

Nostro autem saeculo cum virorum doctorum languidiora hoc in genere studia essent, duo iuri Attico faciem praeferre studuerunt, alter Anglus, alter Germanus, cum illo tamen nullo mo- do comparandus, licet vterque a Reiskio *praef. ad Aeschinē §. II. p. XXIII.* praeter Petium et Valesium, ab insigni iuris Attici peritia laudetur. Ac primum quidem Io. Taylorus *Leff. Lysiac. cap. X. p. 705. seqq. edit. Lond. et in Reiskii Orat. Graec. Vol. VI. p. 290. seqq.* praemissa iuris Attici commendatione, nouique de Republica Atheniensi commentarii descri- ptione, nonnulla ad eam rem spectantia vniuerse obseruauit, post *cap. XI. p. 709. seqq. edit. Lond. apud Reiskium p. 300. seqq.* Leges Atticas, apud Lysiam repertas, recensuit et doctissi- me explicauit. Earum sunt numero viginti septem. Deinde vero in praefationibus et notis ad orationes Demosthenicas et Aeschineas, quae, nitidissimis typis impressae, in lucem exi- erunt *Cantabrigiae 1748.* (volumen tertium) et 1757. (volumen secundum) quaternis, non pauca in medium adtulit ad Leges Atticas, in vtroque oratore obuias, rectius intelligendas. De quibus Reiskii *praef. ad Demosth. §. X.* iudiciū adscribere iuvat. *Tayloranas notas,* inquit, *sunt bonae frugis plenae. Sed apparet, eum meliorem esse iuris Attici interpretem, in quo regnat, quam criticum, seu emendatorem, quo in genere parum valet, et paucis contemnen- dus est.* Neque tamen ex delineatione operis Demosthenici in praefatione tertio volumini praemissa, in Reiskii *Appar. Crit. Vol. II. p. 192. seq.* patet, cum indicem legum Atticarum, quae apud Demosthenem occurrunt, si illud ad exitum perducere per fata licuisset, fuisse ad- iecturum.

iecturum. Promittit tantum *indicem Atticarum locutionum uberrimum atque adcuratum*, quem nunc Reiskii diligentiae debemus. Vfus autem est in legibus exprimendis litteris maiusculis, eo consilio, vt, ceu ipse ait *d. l. p. 1191.* quendam quasi *Theaurum*, siue *Repertorium Iuris Attici* lectori ob oculos repraesentaret.

Hac laudabili Taylora diligentia, in tribus illis maiorum gentium oratoribus, *Lyfia*, *Demosthene* et *Aeschinae*, iurisprudentiae Atticae lumine collustrandis conspicua, excitatus Io. Gottfr. Hauptmannus, gymnasii Ruthenei, quod Geracae est, nuper Director, animum adpulit ad Andocidem, minorum gentium oratorem, eadem ratione, impari tamen successu, iuris Attici fontibus irrigandum, variisque prolusionibus scholasticis hoc argumentum per partes exegit. Vide Reiskium *Epilog. Vol. IV. Orat. Graec. p. 139. seq.* Atque illae Hauptmanni prolusiones Geranae de Andocide, in quibus tamen subtilitatem et elegantiam Atticam desideres, antea parum obuia, iam continentur Reiskii *Orat. Graec. Vol. VIII. p. 535 — 611.* sub titulo: *Io. Gottfr. Hauptmanni Libellus de Andocide oratore Attico.* Huius loci sunt *cap. V. Rempublicam Atticam Andocidae ductu designans 1758. cap. VII. de legibus Atticis singulatim ab Andocide memoratis 1760. cap. VIII. forum Atticum ab Andocide propositum eod. cap. IX. occupatos in foro Attico stricim recensens 1761.* Adde *Prolus. de modo in foro Attico versandi, ex oratoribus quibusdam, Andocide potissimum eod.*

Io. Iac. Reiskius, felicissimus ille veterum Graeciae oratorum sospitator, nihil hoc in genere praestare voluit. Adnotationes enim ad Demosthenem non esse labyrinthis inquisitionibus in ius Atticum perplexas, ipse profitetur *dedicat. Vol. I. Appar. Crit. ad Athanas. Augerum*, et inter *Indices Operum Demosthenis*, qui peculiare volumen efficiunt, exhibetur quidem primum *index graecitatis*, isque locupletissimus, deinde *historicus*, ac tertio *geographicus*, sed *index legum*, quarum a Demosthene facta est mentio, quarto loco erat adiungendus, quem etiam olim a se confectum iri pollicitus fuerat *praef. ad Demosth. §. XXI. Index legum et psephismatum* in Aeschinem *Orat. Graec. Vol. IV. p. 1219. seq.* est nuda legum et psephismatum commemoratio, sine vlla Reiskii interpretatione. Indicem legum, quem *praef. ad Lyfiam p. IX.* addere promiserat, postea inter reliquos indices non exhibuit, propterea quod ea in re sibi iam otium factum esse a Taylora intellexit, vt fatetur *praef. ad suos in Lyfiam indices p. 732.* Atque sic etiam inter indices ad ceteros oratores *index legum* desideratur. Quare optandum esset, vt vir Graecae doctus, et iuris Attici consultus Taylora vestigiis insisteret, et ad modum Io. Aug. Ernesti in *Clauae Ciceroniana* Indicem Legum in omnes oratores, corpore Reiskiano comprehensos, accurate confectum, et idonea interpretatione instructum, supplementi loco, singulari volumine publicaret. Si quis enim, huic rei aptus, hunc sibi modum statueret, vt, quae ad Leges Atticas, quarum ab his oratoribus vel ipsa verba recitantur, vel vis tantum et sententia exprimitur, explicandas atque illustrandas ab aliis iam dicta sunt, et sparsim obseruata, ea tantum studiose collecta, ac recte digesta adferret, licet vel parum, vel nihil noui ex suo ingenio depromptum adderet: vel sic tamen, vt mihi quidem videtur, eorum, qui, propter rei familiaris angustias, non possunt iurisprudentiae Atticae subsidiis, quorum hoc specimine notitiam suppeditamus, vti ac frui, eaque de causa et carere plerisque melioris notae interpretibus coguntur, et ab iis legendis retinerentur, rationibus optime consuleretur.

Postremo

Postremo loco in hac classe cum eximia laude censendus est doctissimus Italus, Clem. Blasius, qui in *Tractatu de Decretis Atheniensium*, quinquennio abhinc in lucem emissio, de quo mox dicemus adcuratius, praeter insignem hanc iurisprudentiae Atticae partem, multas Atheniensium leges, quarum in sententiam causasque Petitus minus penetrauerat, neque omnibus, quibus adhuc premuntur, difficultatibus easdem liberauerat, eleganter fuit interpretatus.

CAPUT III

DE HIS QUI SINGULARIA IVRIS ATTICI ARGUMENTA
EX INSTITUTO PERTRACTARUNT

Postquam de illis, qui vel integros iuris Attici commentarios conscripserunt, vel plurimarum legum explicationem dederunt, vniuersim locuti sumus: rerum ordo postulat, ut eos iam commemoremus, qui in singulis iuris Attici argumentis ex instituto persequendis illustrandisque fuerunt versati. Quo quidem in genere iurisprudentiae Atticae non ea scriptorum vbertate abundat, qua in Romano iure vel felicissima memoria fatigatur. Quare in tanta eorum, qui singulis iuris publici priuatique Atheniensium capitibus operam impenderunt, paucitate nobis admodum breuem catalogum contexere licebit: quem sub certis titulis, ordinem Pandectarum Iuris Attici, a Petito editarum, secuti, iurisprudentiae Atticae cultoribus nunc exhibemus.

LIB. I. TIT. I.

De Deorum cultu, sacris aedibus, diebus festis, et ludis.

Praecipuam huius tituli partem efficiunt leges de Mysteriis. Quod argumentum abstrusum, et ex ultimis antiquitatis tenebris eruendum, post Gul. Warburtonum et Io. Lelandum, noua ratione, et cum insigni variae ac reconditae eruditionis adparatu excoluit Sancrueus, (de Sainte-Croix) cuius ingenio sagaci respublica litteraria debet opus illud elegantissimum, magnoque litteratissimi cuiusque lausu exceptum, hoc titulo: *Commentarii de historia religionis arcanae apud antiquos populos, siue Quaestiones historicae et criticae de Mysteriis Gentilium* (*Mémoires pour servir à l'histoire de la religion secrète des anciens peuples, ou Recherches historiques et critiques sur les Mystères du Paganisme*) Paris. 1784. 8. De quo quidem scriptore liceat nobis usurpare elogium, ab Augustino Lib. VI. de Ciuit. Dei c. 2. doctissimo Romanorum, M. Terentio Varroni, propter Antiquitatum libros tributum, his verbis: *Quis curiosus ista quaesuit? quis inuenit doctius? quis considerauit attentius? quis distinxit acutius? quis diligentius pleniusque conscripsit?* De cultu religionis publicae, sacrorum ministris, et criminibus contra religionem commissis suauiter, ut solet, disseruit Bartholomaeus *Descript. Itin. Anacharf. Iun. cap. XXI. Tom. II. p. 381. seqq.*

LIB. I. TIT. II.

De Sacrorum Ministris.

Insignis ad memoriam est lex de duobus Cerycibus Mysticis, ex Athenaeo in hunc titulum a Petito relata. Quod argumentum nobile, et magna simul difficultate implicatum adcurate et docte excussit Henr. Aug. Zeibichius *Diff. de Cerycibus Mysticis Wittib. 1752.* ad quam tamen symbolas videtur contulisse Io. Dan. Ritterus, quo praefide pars prior publice ad disputandum fuit proposita. Pars posterior, qua hanc legem Atticam exponit, pro tuenda Casauboni sententia, etiam Wesselingio probata, Petito atque Pottero est opposita.

LIB. II. TIT. I.

De Legibus.

Legum ferendarum et conseruandarum apud Atticos modum paucis addigit Io. Gottfr. Hauptmannus duabus scriptiunculis, *de priscis Graecarum, nominatim Atticarum, legum late-ribus* Gër. 1759. et *de latine et conseruatione legum apud veteres Græcos, singulatim Atticos* ibid. 1760. De æquitate legum Atticarum ad Phædrum Lib. I. fab. 2. exstat Andr. Lud. Koenigsmanni disquisitio in *Bibliotheca varii argumenti Hamburgensi (Hamburgische vermischte Bibliothek)* A. 1743 — 45. publicata, Vol. II. p. 598. seqq. Neque hic silendus est Io. Henr. Muckius *de Nomophylacibus apud Athenienses* Witteb. (1754) qua quidem breui commentatiuncula olim iuuenis scholasticae palæstræ quasi coronidem imposuit: dignum argumentum, quod vir doctissimus iam virili ætate plenius et adcuratius sub incudem reuocaret.

LIB. II. TIT. II.

De Senatusconsultis et Plebiscitis.

De senatus populiq; Atheniensium decretis primus præclare commentatus est Io. Tob. Krebsius, qui eo tempore, quo scholæ Grimmanæ disciplina continebar, animum meum ad Græcarum Latinarumque litterarum amorem concipiendum amantissime concitauit, concitatum liberalissima institutione fidelissime aluit atque formauit, in eo opusculo, quod ita inscriptum: *Decretum Atheniensium in honorem Hyrcani Pontificis M. Iudæorum factum, commentario historico grammatico critico illustratum*, primum separatim lucem viderat Lips. 1751. 4. deinde vero auctius et emendatius adiunctum est eiusdem libro, qui complectitur *Decreta Romanorum pro Iudæis facta, et Iosepho collecta, et commentario historico grammatico critico illustrata* Lips. 1768. 8. Krebsio viam præeunte, et in multis eius ratione retenta, idem argumentum denuo, ac multo copiosius explicare adgressus est Clem. Blasius, siue Biagi, vt Italice nomen eius exprimitur, conscripto *Tractatu de Decretis Atheniensium*, cuius tantum CCL exemplaria, magna formularum stannearum elegantia, impressa sunt Romæ 1785. 4. Quo quidem in opere rebus obscurissimis clarissimam lucem adfudit, et præter ingenium adcurata rerum Atticarum cognitione subactum atque exercitatum, etiam indefessam inuestigandi sollertiam adhibuit. Neque enim modo celeberrimum decretum Atheniense ex museo Iacobi Nannii, equitis ac senatoris Veneti, egregiis obseruationibus illustrauit, sed etiam totum illum de decretis Atheniensium locum, præter primas lineas a Krebsio ductas, a nemine hucusque rite pertractatum, plene excussit, simulque ad Corsini *Fastos Atticos* pluribus locis emendandos atque locupletandos hand parum contulit, ac postremo syllogen Atheniensium decretorum, quæ apud veteres scriptores adhuc supersunt, additis duobus Deliis, vnoque Agrigentino, adiecit. Præcipue autem ad vim auctoritatemque decretorum senatus populiq; Atheniensium penitus cognoscendam, legesque super hac re latas melius intelligendas legisse iuuabit cap. XXI. Hoc vnum lectores mecum moleste ferent, hoc in opere, ceteroqui eruditissimo, et antiquitatum Atticarum cultoribus utilissimo, sermonis Latini puritatem atque elegantiam, Italici quondam propriam, ab illius auctore fuisse neglectam.

LIB. II. TIT. IV.

De liberis legitimis, nothis, adoptiuis, et patria potestate.

De abdicatione liberorum, parentibus iure Attico concessa, exstat Christ. Henr. Breuningii *Diff. περί ἀποκηρύξεως, seu de abdicatione* Lips. 1753. De eodem argumento, veterum

rum scriptorum locis diligenter collectis, commentari instituit, ac nonnulla in chartas coniecit Georg. Aug. Marchius, senator Lipsiensis, paucis abhinc annis vita defunctus, ut aliquando inter familiares sermones de rebus ad litteras antiquas, quarum erat peritissimus, spectantibus ex eo me audire memini. Cuius suppellectile libraria auctionis lege diuendita, schedae illae in liberales an illiberales manus venerint, equidem nescio.

LIB. III. TIT. I.

De Senatu Quingentorum et Concione.

Praeter ea, quae ad hunc titulum illustrandum a Petito ac Pottero copiose adlata sunt, una, quod sciam, singularis dissertatio exstat, scripta a Blancardo *de Prytanibus et Prytanis*, (*sur l'origine et les fonctions des Prytanés, et sur les Prytanées*) et inserta *Hist. Acad. Inscript. Tom. VII. p. 57 — 67. edit. Paris. et Tom. IV. p. 89 — 106. edit. Amst.* Nova quidem non sunt, sed viris doctis iam satis cognita, legendo tamen voluptatem adferunt, quae Bartholomaeus d. l. cap. XIV. p. 273. seqq. in medium protulit.

LIB. III. TIT. II.

De Magistratibus.

De sortitione magistratuum apud Athenienses Io. Henr. Boeclerus *Diff. Δημοκρατία Ἀθηναίων*, id est, probatio magistratuum Atheniensium, ad *Lyfiae orat. XV. et XXX. Dissertatt. Acad. Tom. II. N. XXX. p. 942. seqq.* vulgaria tantum prudentiae ciuillis praecepta more suo tradit. Meliora ex antiquitate Attica, et ipsis fontibus docet Iac. Henr. Bornius *Diff. de sortitione magistratuum Atticorum contra Pythagoreos aëfensa Lips. 1734.* Adde Bartholomaeum cap. XV. p. 308. seqq.

LIB. IV. TIT. I.

De Iudiciis.

De Areopago complures ex instituto egerunt. Ac primum nobilissimo huic argumento explicando magnam diligentiam impendit Io. Meursius, cuius *Areopagus, sive de senatu Areopagitico liber singularis Lugd. B. 1624. 4.* exstat apud Gronouium *Thef. Vol. V. p. 2065 — 2132.* et in Lamiana Operum editione *Tom. II. p. 365 — 452.* Nec post Meursium defuerunt, qui in eodem tribunali singularibus commentationibus describendo operam occuparent. Quorsum pertinet Io. Schedii *Diff. Areopagus, vetustissimum Athenarum et Graeciae tribunal Witteb. 1677.* Quod opusculum, propter raritatem ac praestantiam bis typis repetitum, tum in Conr. Ikenii *Thef. Nou. Theol. Philolog. Tom. II. p. 661 — 691.* tum in Ger. Oelrichii *Collect. Dissertatt. Iurid. Antiq. Hist. Brem. 1785. 4. N. IV.* compareret. Laur. Normanni *Senatus Areopagiticus Vpsal. 1689. 8.* et Petr. Eckermanni *Iudex Areopagita ibid. 1744.* nondum in manus meas venerunt. Hoc loco non possum mihi temperare, quin crassum ac ridiculum errorem in Lipenii *Biblioth. Iurid. Tom. I. p. 560.* in neutro *Supplementorum ac Emendationum* volumine, quod mirere, correctum atque sublatum, castigem, quo inter scripta iuris Attici relatae sunt Mart. Delrio, societatis Iesu sacerdotis, qui cum Marc. Ant. Delrio, iurisperito, male confunditur, *Vindiciae Areopagiticae contra Ios. Scaligerum*, non *Lugduni*, ut perperam traditur, sed *Antuerpine 1607. 8.* editae: quae, ut inter omnes abunde constat, et ipsius libelli inspectio docet, pertinent ad controuersiam de Dionysii Areopagitae scriptis, atque ideo a iure Attico longissime sunt remotae.

remotae. Dignae autem sunt, quae hic laudentur, Canaii (de Canaye) dissertationes duae de *Arsopago*, (*Recherches sur l'Aréopage*) insertae *Comment. Acad. Inscript. Tom. VII. p. 174 — 200. edit. Paris.* et *Tom. X. p. 273 — 316. edit. Amst.* De iudicio Ephetarum, post Sigonium Meursiumque, accuratius ac diligentius egit Krebsius *Disp. de Ephatis, Atheniensium iudicibus Lipsf. 1740. et Opusc. quae iunctim edita sunt Lipsf. 1778. 8. N. I.* qua leges Atticas de homicidiis, formamque huius iudicii eleganter exposuit. Luculenta porro exstat Iac. Henr. Bornii *Diff. de Delphinio Atheniensium tribunali Lipsf. 1735.* qua vniuersus locus de caede, legibus Atticis vel praecepta vel permissa, egregie explicatur. Conferenda tamen est laudata Krebsii disputatio §. IX. Nee silentio praetermittendae sunt Blancardi *Observationes de tribunalibus Atheniensium, (Observations générales sur les Tribunaux établis à Athènes pour le maintien des Loix, et pour régler les différends qui s'élevoient entre les particuliers) Hist. Acad. Inscript. ibid. p. 51 — 56. edit. Paris. et Tom. IV. p. 79 — 88. edit. Amst.* itemque *Diff. de Heliastis, (sur les Héliastes) ibid. p. 68 — 73. et p. 106 — 115.* Adde Pauum *Disquis. de Graec. P. III. sect. 6. §. 1. Tom. II. p. 3 — 13. et §. 5. 6. p. 32 — 48.* Nuper etiam Bartholomaeus *cap. XVI. p. 315. seqq. de tribunalibus Atheniensium, et cap. XVII. p. 324. seqq. de Arcopago quaedam narrauit.*

LIB. IV. TIT. IV.

De Iudiciis.

Ad cognoscendum ordinem iudicarium apud Athenienses, in causis tam civilibus quam criminalibus, adprime utilis est Ioach. Stephani *de Iurisdictione veterum Graecorum liber*, qui Atticis tantum iuribus occupatur, in Gronouii *Thef. Graec. Antiq. Vol. VI. p. 2675 — 2754.* Est secundus liber ex eius quatuor *de Iurisdictione Francof. 1604. 8.* quod opus integrum typis iterare operae pretium foret. Scriptiunculas Hauptmanni de foro Attico supra iam laudauimus. De accusationibus et forma iudiciorum criminalium breuiter fabulatus est Bartholomaeus *cap. XVIII. p. 334. seqq.* De vsu quaestionis in iudiciis Atticis legenda est Mich. Henr. Gribneri *Observatio de usu tormentorum apud Athenienses*, in eius *Sel. Opusc. Iur. Publ. et Priu. Hal. Magd. 1722. 4. Tom. V. sect. VI. p. 156 — 162.* qua quidem ingenuos ciues, testimonii dicendi causa, tormentis subiici potuisse negat, an vero criminis atrocioris suspectos torqueri fas fuerit, in medio relinquit. Nuperime in hoc argumento excutiendo industriam exercuit Io. Frid. Reitemeierus *Comment. de origine et ratione quaestionis per tormenta apud Graecos et Romanos Gotting. (1783) 8.* qua de quaestione apud Athenienses p. 15 — 32. ita disputationem instituit, ut ingenuorum et manumissorum corpora, quadam Scamandri lege, a tormentorum cruciatibus tuta, exceptis causis grauioribus ac rebus trepidis, seruos autem, sine vilo sexus vel aetatis discrimine, in omni et criminalium et civilium causarum genere, publice priuatimque dirae quaestioni obnoxios fuisse contendat. Ceterum hanc commentationem, ut alia specimina doctrinae ab eodem proposita, lima Heynii, cuius disciplina in academia Gottingensi Reitemeierus, seminarii philologici sodalitis adscriptus, vsus fuit, videtur perpoliuisse.

LIB. IV. TIT. IX.

De Poenis.

Hic cum praecipua laude memoranda est Sigism. Frid. Dresigii *Diff. de reclusa, Atheniensium poena publica Lipsf. 1734.* De ignominiosa capitalique poena Stelitarum, siue eorum,

rum, quorum nomina una cum elogio pilae ita inscribebantur, ut ipsi ab unoquoque impune possent occidi, legenda est erudita Krebsii *de Stelitis Atheniensium commentatio* Lips. 1744. et *Opusc. N. II. p. 43. seqq.* Omnino autem de poenis Atticis prolationem manu exaratam reliquit Hauptmannus, ut testatur Henr. Aug. Zeibichius *Prolus. qua scripta Io. Gottfr. Hauptmanni recenset Ger. 1783. p. 8.* Adde nunc, si placet, etiam Pauium *d. l. §. 7. p. 48. seqq.* et Bartholomaeum *cap. XIX. p. 345. seqq.*

LIB. V. TIT. I.
Finium Regundorum.

Legem Solonis de finibus regundis, quam Caius *L. 13. D. fin. reg.* ex eius libro IV. ad Legem XII Tabularum desumpta, una serie exhibuit, Petitus autem sine ratione, ut recte monuit Wesselingius *p. 480.* in plures dissectuit, post Petitem atque Heraldum *Observ. et Emend. cap. XLI.* ex instituto explicavit et illustravit Zach. Huberus *Dissertationum*, quae editione iterata, novisque accessionibus aucta prodierunt *Amst. 1721. 4. Lib. III. diff. I. c. 1.* sed ineptissime et futilissime, ut solet. Nuper vero eandem legem docte et eleganter interpretatus est Buchaldus *Diff. praelim. de Leg. XII Tabularum P. I. sect. 3. p. 55 — 60.*

LIB. V. TIT. IV.
De Vfuris.

De conditione ac fortuna debitorum obaeratorum apud Athenienses, tam ante Solonis aetatem, quam lege ab eo promulgata, post Salmafii et Heraldi super hoc argumento disputationes, docte atque eleganter egit Iul. Car. Schlaegerus *Diff. de debitore obaerato secundum ius Hebraicum et Atticum creditori in servitutem adiudicando Helmst. 1741.* typis iterata in Dan. Fellenbergii *Iurispr. Ant. Tom. I. p. 1 — 72.* De priori legis, qua Solon nexum corporis fustulit, capite, quod *σεσάχθεα* dicitur, et semel tantum auctoritatem habuit, exstat peculiaris I. M. Galleri *Diff. de σεσάχθεα Solonis Hal. 1748.* cui quale pretium sit statuendum, cum in conspectum meum nondum venerit, dicere nequeo.

LIB. V. TIT. VII.
De Collegiis et Pollicitationibus.

Adnotatio ad legem Solonis de sodalitiis, Caio memoratam in *L. 4. D. de colleg. et corpor.* est apud Corn. Bynkershoekium *Lib. I. Observ. Iur. Rom. c. 16.* Eandem legem erudite explicavit Buchaldus paullo ante laudata *Diff. praelim. de Leg. XII Tab. P. I. sect. 3. p. 60. seqq.* De *ἐράνω*, *ἐρανισαῖς* et *ἐράνῃς πληροῦν*, quae Salmafio et Heraldio tantas rixas moverunt, breuem commentatiunculam scripsit Hauptmannus *de ἐράνω Atheniensium Ger. 1759.*

LIB. VI. TIT. VI.
De Testamentis et hereditario iure.

Legem Solonis de testamentis illustrarunt Alb. Gentilis *Lib. IV. Lest. et Epist. c. 6.* et Bern. Henr. Reinoldus *Var. cap. VIII.* De contractibus mulierum Atticarum exposuit, legemque Solonis, a Petito de ultimis voluntatibus male acceptam, recte interpretatus est Em. Merillius *Lib. V. Observ. c. 1.* De successione ab intestato ex ephemeridibus litterariis mihi

cognita est Frid. Nathan. Volcmari *Diff. I. de intestatorum Atheniensium hereditatibus Trai. ad Viadr. 1778.*

LIB. VI. TIT. VII.

De Tutelis.

Legem de liberorum cura illustravit Hauptmannus *Comment. de iuventutis apud antiquos Graecos inspectoribus et curatoribus Ger. 1755.* Cui iunge Ern. Christoph. Walchii *Comment. de tutela impuberum Attica Gotting. 1767.* de qua mihi, nescio vnde cognita, et in aduersariis notata, iudicium ferre non licet.

LIB. VII. TIT. V.

De Furtis.

Multa inter viros doctos de furto per lancem et licium concepto olim disputata esse satis constat. De quo argumento ex instituto egerunt Marc. Tati Alpinus *Epistola edita Basil. 1545. 4.* et Iustiniani *Instit. curante Io. vande Water p. 641 — 650. edit. Io. Conr. Ruckeri Lugd. B. 1744. 4.* adiecta, Vitus Amerbachius *Epistola typis impressa Basil. 1584. 8.* et Abrah. Wielingius *Diatribae Marb. Catt. 1719. 8.* publicata, Fellenbergii *Iurispr. Ant. Tom. II. p. 213 — 210.* inserta, et a variis sub examen vocata. Vide Wielingium ipsum ad *Alex. Chassanaii Paratit. Inst. Iur. Ciu. Lib. IV. tit. I. p. 224. seq.* Nouissime ea de re exposuit Georg. Christ. Maternus de Cilano *Prolus. de modo furtum quaerendi apud Athenienses et Romanos Alton. 1769.*

LIB. VIII. TIT. IV.

Miscella.

Famosissimam illam Solonis legem de media via in seditione atque discessione populi prohibita, quam auctoritate Aristotelis Gellius *Lib. II. Noct. Attic. c. 12.* refert, aliquot viri docti peculiari opera illustrare studuerunt. Primum Fabricius noster laudat Aug. Milagii *Orat. de lege Solonis, qua ignominia notaratur eos, qui in seditione alterutrius partis non fuissent Helmst. 1655.* cuius inspiciendae mihi nondum fuit copia. Deinde commemoranda est Georg. Richteri *Orat. de lege Solonis, qua sancitum erat, ne quis in bello civili medius esset, aut partis neutrius, in eius Orat. Decad. Norib. 1638. 8. orat. V. p. 120. seqq.* Denique idem argumentum tractauit, multis, sed vulgo notis, de Solone et legibus eius generatim praemissis, Io. Frid. Menzius *Disp. Cogitationes in Gellii Lib. II. c. 12. de Solonis Legibus, et una speciatim Lips. 1701.*

In fine huius capitis, et, exemplo Petiti, hoc *Miscellorum* titulo adhuc trium scriptorum, quorum neque participes fieri, neque ideirco in alium locum illa commode referre potuimus, brevis mentio est facienda, ne, plenam librorum iuris Attici perfectamque, quoad eius fieri possit, notitiam daturi, incuria et oscitantia ea omisisse videamur. Primum Valent. Gul. Forsteri *Additamenta ad Solonis leges in Latinam linguam versas Witteb. 1616. 8.* a Fabricio aliisque laudata, quot Solonis leges contineant, et numquid interpretationis illustrationisque loco a Forstero fuerit adiectum, iuxta cum ignarissimis scio. Deinde Gottfr. Schmidii *Diff. de Solone legislatore Lips. 1688.* non solum a Fabricio, sed etiam ab aliis cum laude memorata, et a nostratibus saepius, sed irritis semper precibus, a me expetita, quid siue in historia siue in disciplina iuris Attici vilitatis praestet, mihi non liquet. (Hanc quidem paullo ante, quam

hac

haec animadversiones operis denuo describendae traderentur, viri cuiusdam docti, qui domicilium sedemque fortunarum in Misniae oppidulo, vbi vix quisquam eiusmodi scripta quaerat, constituit, humanitate ac liberalitate me nactum esse gratus profiteor. Absolvitur haec *dissertatio prima* duabus partibus: quarum altera agit de Solone, altera de eius legibus, facta diuisione in sacras et ciuiles, atque has quidem vel ad morum doctrinam, vel ad prudentiam ciuilem pertinentes. Quarum illas ad quatuor virtutes, temperantiam, liberalitatem, magnificentiam, et iustitiam, reuocatas auctor breuiter recensuit, et quid de singulis iudicandum sibi videretur, cuiuslibet statim subiunxit: has vero alteri dissertationi, quae, quod ego quidem sciam, numquam edita fuit, reservauit.) Denique Ger. Tiaard Suringeri *Observationes selectae ad Leges quaedam Solonis Franeq. 1781.* dissertatione inaugurali propositae, et ex annalibus litterariis mihi tantum cognitae, sintne quantius pretii, an vero, vt plurimae huius generis scripturae, in academiis Belgicis recentiore aetate in lucem emissae, et a nonnullis inter populares nostros, iisque elegantioribus, si diis placet, iurisperitis, qui ineptas singulis annis chartas in publicum protrudunt, atque inanem diffusae lectionis gloriam singulis fere paginis adflectant, vsque ad fastidium laudatae, trita tantum ac decantata complectantur, aliis diiudicandum relinquo.

C A P V T I V

DE LEGVM ATTICARVM ATQVE ROMANARVM COLLATIONIBVS

Accedo ad huius recensitionis partem vltimam, in qua de Legum Atticarum Romanarumque comparationibus, deque earum auctoribus nos quaedam dicturos polliciti sumus. Ac primus quidem, qui hoc in genere aliquid tentaret, fuit Phil. Melanchthon, a Fabricio iam laudatus, cuius brevis quidem, sed non contemnenda *Collatio Legum Atticarum et Romanarum Wittenb. 1546. 8.* formulis chalcographicis repetita exstat in Woldenbergii *Princ. Iur. Rom.* Melanchthonem excipit Pard. Prateius, qui in *Iurispr. Vet.* cuius censuram supra egimus, leges Draconis Solonisque cum priscis Romanorum legibus contendere instituit. Confer Hambergerum *Obseru. ad Grauias Orig. Iur. Ciu. Opusc. p. 348. seq.* Atque hoc loco omnino omnes commode laudari possunt, qui leges regias et XII Tabularum ita sunt interpretati, vt ad ius Atticum, tamquam praecipuum earum fontem, recurrerent, et inde genuinas harum sanctionum causas deriuarent. Rectissime enim Greg. Maianus *Lib. V. Epist. 5.* cui catalogum librorum bibliothecae suae inseruit, *p. 247. edit. Jenich.* vbi *Leges Atticae cum Sam. Petiti commentario* memorantur, haec adscripsit: *Hic fons, hoc principium est Romani iuris.* In quibus XII Tabularum interpretationibus, mea quidem sententia, principatum tenet Conr. Rittershusius in eo commentario, qui *Dodecadeltos* inscribitur, *Argent. 1616. et 1659. 4.* vbi in singulis capitibus iuris Romani cum Attico consensionem ostendit: quem recentissimus earum interpretes, Buchaldus, (Bouchaud) iurisperitus et antecessor Parisiensis, *Commentario ad Legem XII Tabularum, (Commentaire sur la Loi des Douze Tables)* nitidissimis chartis et typis impresso editoque *Parif. 1787. 4.* hac in re feliciter fuit imitatus. Eiusdem Rittershusii exstat *Collatio actionum forensium Atticarum et Romanarum praecipuarum*, ad calcem *Comment. in Instit. Iustin. p. 788. seqq.* Sed ex hoc festinato opusculo aut parum aut nihil utilitatis in lectores redundabit. Secutus est in actionum recitatione ordinem Decalogi: quibus causis inductus, his verbis declarat: *Sic legantur Atticae et Romanae actiones tamquam doctrina de virtute,*

virtute, sumta ex lege naturae, seu a primorum patrum doctrina. Et statim post addit: Haec de actionibus praemonere volui, ut sciant studiosi, eas non tantum esse formulas litigantium, sed virtutis doctrinam, a Deo traditam, et philosophiam. Haec vero quis non sua sponte intelligit esse valde nugatoria, et Rittershusio, viro ceteroqui eruditissimo, plane indigna. Desid. Heraldus *Commentarius iuris Attici cum Romano collati*, cuius aliquando edendi spem fecit Observ. et Emend. cap. XLVII. numquam lucem vidit. Ant. Thyssii *Collatio Legum Atheniensium et Romanarum*, quae eiusdem de Republica Atheniensium discursui politico accessit, in Gronovii *Thes. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1373. seqq.* iudice Wesselingio praef. ad Petit. p. IX. opera est leuidentis, crasso filo, et ex Petito magnam partem descripta. Sic et Balth. Frid. Rummelii *Commentationes de comparatione legum Romanarum cum Graecorum institutis*, quarum prima 1784. altera 1785. Lipsiae ad disputandum fuit proposita, e Pottero, Cragio, Rosino aliisque, plerumque non laudatis, maxima ex parte ad verbum sunt exscriptae: quod quisque, cui tanti esse videatur, facile deprehendere comparando potest, ut nos in utroque libello deprehendimus.

Magnam quoque esse legum Mosaicarum atque Atticarum similitudinem, praeclare et ex instituto demonstravit Io. Franc. Buddeus, cuius exstat *Diff. sistens legum Solonis et Mosaicarum collationem Hal. 1699.* Eandem rem vno alteroque exemplo paucis illustravit Io. Gottl. Heineccius praef. de utilitate litterarum orientalium in iurisprudencia, praemissa Io. Seldenii operi de Synedriis et Praefecturis iuridicis veterum Hebraeorum Berol. 1734. 4. et recusa inter *Opuscula minora Amst. 1738. 8. N. VI. p. 200. seqq.* Postremo eximiam laudem meretur, quae in singulari argumento iuris Mosaici, Attici Romanique consensu concentuque illustrando versatur, Krebsii *Commentatio Philologica de amico consensu Hebraeorum, Graecorum, Romanorum in poena homicidae non voluntario constituenda Lips. 1781. 4.* Continet illa egregias observationes, tum e sacris litteris tum ex aliis antiquitatis monumentis collectas, quibus locus de caede fortuita et praeter voluntatem commissa, disputatione de Ephetis olim ab eo tractatus, amplificatur ac luculentius illustratur.

Haec habui, quae de scriptoribus, qui diverso quisque consilio ac modo iuri Attico explanando illustrandoque operam navarunt, et mihi adhuc innotuerunt, candido iurisprudentiae Atticae studium iuvandi animo animaduertenda iudicarem. Praestiti, quae potui, et, quae per tempus licuit indagare, sedulo adtuli. Ceterum facile praevidere possum, fore aliquos, qui negent, me omnia, quae ad hunc recensum pertinerent, scripta adtigisse. Quos, qualescumque sint, humanissime rogatos cupio, ut tecum cogitent, quam facile quaedam praetermittamus, quae emissitios aliorum oculis non fugissent, et quam verum sit in hoc commentariorum litterariorum genere, quod Symmacho scripsit Aufonius p. 450. edit. Toll. *Alius alio plura invenire potest: nemo omnia.*

CAPVT XV

DE PINDARO ALIISQVE LYRICIS.

I. *Pindari Thebani aetas et vita.* II. *Scripta edita, et obiter de Graecorum Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiisque.* III. *Laudata et reprehensa in Pindaro.* IV. *Scholia graeca in Pindarum edita et scholiastas deperditi.* V. *Editiones Pindari, Versiones, et in Pindarum commentaria.* VI. *Varia scripta recentiorum illustrantia Pindarum.* VII. *Deperdita Pindari scripta.* VIII. *Catalogus scriptorum in scholiis ad Pindarum excitatorum.* IX. *De praecipuis Lyricis aliis, quorum vel nihil vel pauca admodum fragmenta hodie habemus, Alcæo, X. Alceus, XI. Alpheo, XII. Anacreonte, XIII. atque ita de reliquis secundum ordinem litterarum.* [P]

[Cum auctario G. C. Harles.]

I.

PINDARVS, Daiphanti tibicinis *) Myrtus F. natus Olymp. LXV. *) 1. ante Christum A. DXX. in ipso Pythiorum festo, futurus πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ Θεῷ Χρηγὺς, vt ait

a) Alii patrem vocant *Scopelinum*, alii *Pagonidam*, vt mater aliis dicitur *Clidice*, aliis *Myrtis*; [quae confusa videtur; nam Myrtis eum docuit poesis:] frater *Erotion*. Vxor *Timoxena*, filius *Daiphantus*, filiae binae, *Eumetis* siue *Polymetis* et *Protomache*. Verum de his aliisque, quae de industria praetermissi, vide Suidam, Thomam Magistrum et e recentioribus Erasmus Schmidium, Ioh. Benedictum, et Oxoniensis editionis curatores in Pindari vita. [item vol. III. Aus den Papieren einer Lesegesellschaft, n. 5. 1789. 8. Classicam biographiam germanice versam a Mursinna vol. I. p. 79 sqq. *Basil. Kennet's* Lives of the Anc. Grecian Poets. p. 65 seqq.] *Iofua* quoque *Barnesius* in vita Euripidis sect. 4. Pindari vitam scripsisse se testatur, quae adhuc inedita delitescit. Fuere et alii Pindari. Nam 1) *Pindarus* e nostri maioribus, Scopelini filius, Lyricus Poeta, *Suid.* [*Eudoc.* in Violar. p. 358.] 2) *Pindarus*, Melanis Filius, Ephesiorum Tyrannus, de quo *Polyaenus* VI. 50. et *Aelian.* III. 26. Var. 3) *Pindarus*, libertus Cassii et in propicio adulator, apud *Plutarch.* in Bruto, p. 1004. et in *Antonio* p. 925. *Dionem* lib. XLVII. p. 354. *Valer. Maxim.* VI. 8. 4. et *Appianum* lib. IV. de bello ciuili. 4) *Pindarus* Grammaticus, qui laudatur in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem, [apud *Villois.* in *Anecd.* gr. tom. II. p. 137. supra p. 519. ur. 87.] et Sexto Empirico p. 41. contra Grammaticos est *Pindarion*. 5) *Pindarus* presbyter ad quem 5. Nili epistola. 6) *Pindarus*, sub cuius nomine latinum carmen exstat de bello Troiano, de quo dixi in Bibl. latina. [Confer

Vol. II.

supra, lib. II. cap. 3. p. 429. cl. *Wernsdorf.* in Poet. lat. minor. vol. IV. p. 562 sqq. 596 sqq. *Ioann. van der Dussen* in Prodro-mo nouae Pindari Thebani Editionis, f. Specimine animaduersionum criticarum, Campis, 1769. 8. — 7) *Pindarus*, Ephesius, qui, Croeso Ephesum oppugnante, imperium in vrbe tenebat, Ephesiis consilium dedit, vt per funes portas moeniaque Dianae templi columnis connecterent, atque ipsam urbem Deae consecrarent. *Polyaen.* VI. cap. 50.] Est et *Pindarus* fluuii nomen in Plutarchi Alexandro p. 675. sed *Pinarum* vocat Polybius, tom. II. p. 922. ex Callisthene. H. Stephanus vero in indice scriptorum a Pindari scholiastis laudatorum, Pindarum male facit *Oriaxiti filium*. Nam in loco scholiorum ad Pyth. 2. nihil aliud legitur quam quod Pindarus dixit ἐπαίτιον υἱόν pro filio hominis in montibus enutriti. [*Pindarus* histrio legitur in vulgatis edd. Aristotelis de A. P. cap. 26. p. 212. meae edit. sed suspecta est lectio, et *Τυδαῖος* maluit Sylburg. et dedit Batteux.] Effigies *Pindari* occurrit ante editionem Oxoniensem 1697. et in *Iac. Gronouii* tom. II. Antiquitt. Graecar. tabula 60. In Fuluii vero Vrsini elogiis p. 36. antiqua Pindari statua capite trunca.

b) Male LXVII. excusum in Scaligeri notis ad Eusebium p. 100. b. editionis secundae. *Fabric.* *Pindarum* natum esse Olymp. LXV. tradunt *Suidas* in voc. Πίνδαρος et *Eudocia* I. m. Atque in anno nati illius consentiunt *Thomas Magister*, et recentiores, iique annum primum illius Olymp. ponunt, nisi quod *Larscher* in Chronol. Herodot.

H

p. 571.

ait *Plutarchus* VIII. 1. sympof. Patriam *Thebas* Boeotiae ὅ habuit, cuius opprobrium facile effugit ingenii elegantia, et carminum suauitate. Vide [*Themistium* Or. 27. p. 334. edit. Har- duini, *Strabon.* VII. p. 495.] *Erasmus* Chil. I. cent. 10. in adagio *Boeotica fur*, *Galemus* protreptico ad artes tom. I. p. 3. et scholia *Pindari* Olymp. Od. VI. ad verba vers. 153.

Γυναιὶ τ' ἑστ' ἀρχαῖον ὄναος ἀλα-
δίας λόγους ἃ φεύγομεν Βουρτίαν
"Τ" — — — —

Expositum infantem nutritum fuisse ab apibus, multi tradiderunt: *Antipater* in Epigrammate 4. Antholog. cap. 26. *Philostratus* 2. Icon. cap. 12. *Pausanias* Boeoticis, [cap. 23. vbi alia quaedam de *Pindaro* narrat.] et *Aelianus* XII. 45. Var. [vbi vid. Scheffer. et Perizon.] Instituerunt *Pindarum* praeter parentes, *Lafus* Hermionensis et *Simonides*. [item *Myrtis*, (auctore *Suida* in voc. Πινδαρος) quae cum *Pindaro* certamen iniit poeticum, (vid. infra §. de *Corinna* et huius fragmentum in *Wolffii* Fragm. Poetr. p. 56. ex *Apollonii* libro de Pronomin. in *Salmassi* Epistolar. lib. I. ep. 14. ad *Vossium*, p. 32 sq. et de Hellenistica p. 77. vide notas ad *Wolffii* edit. *Olea- rius* de poetr. p. 23 sq. dubius est, quomodo id intelligat:) et *Corinna*, (secundum auctorem vitae *Pindaricae* metricum.) *Harl.*] Quinquies victus est a *Corinna*, de qua vide ad eundem *Aelianum* XIII. 25. Var. [Num quinquies a *Corinna* victus fuerit, fides sit penes *Aelianum*, testem non semper locupletem. Aliquis enim ex eo, quod *Corinna* l. paullo ante cit. *Myrti-* dem culpatur, quia mulier descenderit in certamen cum *Pindaro*, in primis ex loco *Suidae* in voc. Κερῖνας, vbi historiola illa repetitur, addito, ὡς λόγος, de veritate victoriae quintuplicis dubitare potest. Conf. ad loca *Aeliani* et *Suidae* interpretes et quae congeffit *Wolffius* in Fragmentis poetiar. p. 50. seqq. At *Pausanias* in Boeoticis lib. IX. cap. 22. p. 753. memorat mo-
numentum

p. 571. annum alterum, a. Chr. 519. V. C. 235. con- statuat: *Corfini* autem in Fastis Attic. tom. III. p. 122. quod *Plutarch.* sympof. VIII. quaest. 1. *Pin-* darum tradit *Pythias* natum esse, *Pythia* vero tertio cuiusque Olympiadis anno celebrari consueuisse, statuit, poetae natiuitatem exeunti fere anno tertio Olymp. LXV. adscribi debere: tom. tamen II. p. 64. *Pythia* scribit celebrata fuisse anno secundo cuiusque Olymp. ideoque *Pindari* natiuitatem ad annum secundum exeuntem Olymp. LXV. debere referri, et illum *Salaminae* pugnae tempore, quae vicēsimā Boedromionis die a. t. Olymp. LXXV. contigit, quadragesimum aetatis annum adtigisse: et ponit tom. III. p. 122. an. nati *Pindari* 4 Olymp. LXV. Ad hanc Olymp. diem *Pindari* natalem refert quoque *Burette* in Comm. acad. Paris. tom. XV. ad *Plutarchi* librum de Musica, p. 358. vbi copiosus est de nostro lyricorum principe. *Harl.*

c) *Pindarum* fuisse *Thebanum*, non addita vrbis lociue mentione, tradit *Suidas*. Contra *Thomas* Magister ait, eum natum fuisse *Cynoscephalis*, inter *Thespias* et *Thebas* sitis. *Palmerius* vero in

Exercitationibus in optimos fere auctores graecos, p. 816. *Hylam* siue *Hylas*, vrbeulam Boeoticam non longe a *Thebis*, (*Homer.* Iliad. i. vers. 708. vbi v. Schol.) s. secundum *Plinium* inter *Megaram* et *Thebas*, patriam adserit *Pindaro*, motus loco *Moschi* Idyll. III. 89.

Πίνδαρον ἃ ποδῶντι τόσσον Βουρτίδες "ΤΑΑΙ,

vbi ὕλας nolit cum interprete more vulgari vertere *siluae*, sed *Hylas*, quia, quum hoc loco *Moschus* vnus cuiusque poetae celebris patriam nominatim ponat, *Hesiodi* *Ascrum*, *Alcaei* *Lesbon*, *Simonidis* *Cicum* urbem, *Archilochi* *Parum*, *Sapphus* *Mitylenam*, intelligi non possit, cur *Pindaro* det *siluas* tantum: *Βουρτίδες* autem addidisse poetam ad differentiam aliarum urbium eius nominis, quarum vna in *Locride*, altera in *Ionia*, altera in *Caria* fuit. Plura et meliora forsan sciremus de *Pindaro*, si superesset *Plutarchi* liber a *Lampriade* in Catalogo scriptorum *Plutarcheorum* et *Photio* in Bibl. p. 342. memoratus περὶ τῶ Κρύπτου βίῃ, καὶ Δουφάν- τε καὶ Πινδαρῷ. *Harl.*

numentum apud Tanagraeos in celebri urbis loco, in gymnasio pictum, Corinnam taenia redimitam, τῆς νίκης ἀνεκα, ἣ Πίνδαρον ἄσμεται ἐνίκησεν ἐν Θήβαις, victorias caussa, qua Thebis carmine vicit Pindarum. Ergo vnius tantum victoriae facit mentionem: addit vero videri sibi vicisse illam τῆς διαλέκτου τε ἀνεκα, et linguae caussa, (neque enim Dorica, vti Pindarus, cecinit, sed ea, quam essent facile Asolensis percepturi,) καὶ ὅτι ἦν γυναικῶν τῶν τότε ᾗδῃ καλλίστη τὸ ἄδον, et quod illa mulieres sui temporis pulchritudine formae superabat. Atqui si Pindarus victus erat a Corinna, id accidisse videtur, quum ille esset admodum iuuenis, iudicio nondum satis obfirmato, aut luxurie dictionis nimis abundans. Nam illum ὄντως νέον ἔτι καὶ τῇ λογιστῇ σοβαρῶς χρώμενον iuuenem adhuc et audacius eloquentia utentem acriter redarguit Corinna: cuius rei testimonia videbis apud Plutarchum de gloria Atheniensium, tom. II. Opp. p. 347 sqq. et Lucianum in Demosthenis Encomio, tom. III. p. 505. edit. Reitzii. Adde Wolfii fragm. laud. p. 50. Olsarii disput. de poetiis graecis §. 20. et Io. Gottl. Schneider Versuch über Pindars Leben und Schriften, Argentor. 1774. 8. p. 5 sqq. vbi quoque sect. II. de Pindari vita, sect. III. de eius morte, et in reliquis de illius philosophia, odarum argumentis atque dictione copiosius disseritur. Harl.] Cum vero Xerxes pugna Salaminia profligatus est ab Atheniensibus Olymp. LXXV. 1. (ante Christum CCCCLXXX.) quadraginta annos natus fuit Pindarus, teste Suida, [item Eudocia.] Diodorus Siculus ad eundem annum Lib. XI. p. 22. [f. p. 425. tom. I. edit. Wesseling. qui id probat.] τῶν δὲ μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμαῖζον κατὰ τέρας τὰς χρόνους. Itaque non tantum ad LV. vel LXVI. vel LXXX. annorum aetatem peruenerit Pindarus; sed [P] nonagenario maior obierit, est necesse. Nam Olympionic. 6. canit laudes Agesiae Syracusani, qui vicit Olymp. LXXXV. Praeterea Pythionic. 7. laudat Megaclem Atheniensem, qui vicit Pythiade XL. quae incidit in Olympiadis LXXXVII. vel LXXXVIII. annum 3. Tum Isthmionic. 7. v. 34. celebrat mortem Strepfiadis, qui bello occubuit Peloponnesiaco, quod coepit Olymp. LXXXVII. 1. 7 Secta

H 2

Pythago-

d) De aetate et amorum, quos vixerit Pindarus, numero chronologi mire dissentiant. Suidas in: Πίνδαρος, hunc, scribit, mortuum esse annos quinquaginta quinque natum. Locus autem claficus, in quo corrigendo interpretandoque valde laborant Meursius, Dodwellus atque Corfinus, est apud Thomam Magistrum in vita poetae, τῷ Πίνδαρος δὲ ὁ Πίνδαρος ἦν καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἢ, ὡς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ ἈΒΙΩΝΟΣ Ἀρχοντος, κατὰ τὴν ἑκτὴν καὶ ὀγδοήκοντὴν Ὀλυμπιάδα, obiit vero Pindarus quum sexaginta sex annos vixisset, siue, vt alii volunt, octoginta, sub ABIONE Archonte, Olympiade ὀβόγεσιμα sexta. — Abion hic turbat rationes. Quare Meursius de Archont. Athen. lib. II. cap. 16. (in Gronouii Thesaurο antiq. graec. vol. IV. col. 1196. edit. Venet.) locum ita corrigit: Τῷ Πίνδαρος δὲ ὁ Π. ἦν καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἐπὶ Ἀρίωνος Ἀρχοντος, ἢ, ὡς τινες, ὀγδοήκοντα, κατὰ τὴν ἑκτὴν καὶ ὀγδοήκοντὴν Ὀλυμπιάδα. Dodwellus in Annal. Thucyd. p. 87. mutat aut perturbat Archontum seriem a Diodoro Siculo

traditam, loco Abionis in Thoma Magistro nomen Bionis substituit, et hunc ex Olympiade LXXX. ad Olymp. LXXXVI. a. 1. transfert, Pindarique mortem in hanc coniecit. Pariter Saxius in Onom. L. p. 33. Pindarum scribit natum esse Olymp. LXV. 1. denatum Olymp. LXXXVI. 2. At Wesseling. ad Diodor. Sic. libr. XI. cap. 79. p. 464. vbi Bion Archon Atheniensis Olymp. LXXX. 3. nominatur, iam refutat Dodwellum, monens, postrema apud Thomam Magistrum verba ἐπὶ Ἀβίωνος seu potius Βίωνος commodius posse referri ad priora verba ἦν καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, quam ad ὀγδοήκοντα, tum opinatur, Thomam, vti in aliis, ita etiam hic in numero Olymp. labi potuisse; denique Biopi Archonti sedem Olymp. LXXXVI. anno primo nullam relinqui, quam Lyfimachus Archon tucatur egregie. Copiosius tamen doctiusque Thomae Mag. auctoritatem imminuit, maxime argumenta et Meursii et Dodwelli examinat reiecitque Corfini in Fastis Attic. tom. II. p. 56 sqq. quae omnia repetere, foret nimis longum atque molestum. Ex

sententia

Pythagoreum fuisse Pindarum tradit *Clemens Alex.* V. Strom. p. 598. vid. supra in Catal. Pythagoreorum. Fertur inopinato animam exhalasse in Gymnasio, (vt *Valerius Maximus* IX. 12. extern. 7.) siue (vt *Suidas*,) in theatro, quum super gremium pueri *Theoxeni*, quo vnice delectabatur, capite posito, quieti se dedisset. Epitaphium illius memorat *Suidas* in χαλκευτης. [monumentum vero apud Thebanos, *Pausan.* IX. cap. 23. p. 754.] Pridem defuncti generi et aedibus pepercit rex Alexander, captis Thebis, vt praeter alios narrat *Libanius* tom. II. p. 218. *Plutarchus* Alexand. p. 670. *Tzetzes* VII. histor. 139. et *Dio Chrysost.* 2. de regno p. 25. [Dio addit, Alexandrum pepercisse Pindari aedibus et propter ingenii illius splendorem, et quod aliquem e maioribus eiusdem nominis, Alexandrum φιλέλλωνος dictum, poeta quondam laudasset; ideoque aedibus poetae inscribi iussisse: Πινδαρε τῷ μεσοποῖ τὴν ἐξέγνῃ μὴ καίετε. Pindaro adhuc viuo statuam posuerunt Athenienses, vid. *Mureti* V. L. lib. IV. cap. 1. et eum propter laudes illis tributas honorarunt. vid. *Schneideri* Fragmenta carminum Pindaric. p. 50. nr. IX. *Harl.*] Ac *Plutarchi* etiamnum aetate in Theoxeniis maior portio addicebatur per praeconem posteris Pindari, vt ipse testatur p. 157. de sera Numinis vindicta. [pag. 54. edit. Wytttenbach. cuius not. v. p. 68.]

II. Exstant

sententia Thomae Magistri Pindarus vita decessit siue anno aetatis LXXX. (quo factio referetur illius mors ad Olymp. LXXXVI) siue an. aet. LXVI. quum natus esset an. 3. Olymp. LXV. incidet illius obitus in an. 3. Olymp. LXXXII. quod *Corfini* tom. III. p. 206. ad fastos atticos huius Olymp. verum esse putat, non modo quia, (quod contra *Dodwellum* nostrumque *Fabricium* ostendit,) nulla prorsus victoria Olymp. LXXXII. posterior a Pindaro celebrata reperitur; verum etiam, quod ipse ineunte solum, non deuexa, senectute obiisse videatur; nam *Pausan.* Boeot. cap. 23. λέγεται, αἰτ, καὶ ὁνείρας ὅτιν αὐτῷ γενέσθαι προήκοντι ἐς γῆρας, visum in somnis illi in senectutem vergenti, [adeoque non decrepito et ad vltimam fere aetatis metam venienti,] contigisse fertur; decimoque post die fato iam functum fuisse testatur. Idem tamen tom. II. p. 58. et tom. III. p. 201. scribit, Pindari mortem et Abionis s. Bionis Archontis annum debere in Olymp. LXXX. a. 3. relinqui: sed tamē docet, tom. II. p. 59 seq. certis characteribus ostendi posse, praecipue ex Olymp. V. Pindarum ad Olymp. LXXXII. peruénisse. Priores tamen rationes idem sequitur in diff. agonist. III. §. 3. p. 70. Argumenta, quibus *Fabricius* vitur ad senectutem longiorem et vltimam Pindaro adferendam, *Corfinius* tom. II. p. 60 seqq. diluit. Docet igitur Megaclem victoriam non posse reuocari ad LXXXVIII. Olympiadem; Megaclem enim omnium eiusdem nominis postremum fuisse auunculum Periclis, denati, octogenario maioris, a. 4. Olymp. LXXXVII. illum igitur Megaclem Ol. LXXXVIII. a. 2. supersti-

tem esse, Pythiisque ludis certare non potuisse: tum, quum Pindarus, Megaclem ipsum adloquens, Pyth. VII. 17. dixisset, Νῆα δ' ἐν κρηγίᾳ etc. nupero autem successu felici gaudeo aliquantum, scholiastem adnotasse, a Pindaro indicari mortem Hippocratis, qui a. 1. Olymp. LXVII. Athenas a Pisistratidarum tyrannide liberauit; hinc sequi, vt et mors Hippocratis, et Pindari oda verisimiliter reducat ad Olymp. LXXXVI. a. 3. siue vicesimam octauam Pythiadem, et in deprauato scholiastae ad eum loco sit rescribendum σπασὴν ὀγδόην. Postea p. 62. argumentum, Pindarum Olymp. VI. canere laudes Agesiae, victoris Olymp. LXXXV. eo refellit, quod teste *Pausania* Eliac. I. cap. 9. ἀπὴν iam Olymp. LXXXIII. sublata fuerit. Conf. schol. et *Schmid.* ad Olymp. Od. V. Denique *Strepisadis* auunculum ipsi cognominis *Peloponnesiaco* bello periisse, ex scholiastae ad locum Pindari cit. ante *Fabricium* *Scaliger* in *Euseb. Chron.* ad an. 1531. collegerat. At *Corfin.* ex ipso scholiastae et Pindari carmine docet, in scholiastis textu loco ὁ πελοποννησιακὸς πόλεμος rescribi debere ὁ περσικὸς πολ. adeoque *Strepisadis* mortem ad pugnam referri *Salaminianam*. — Nec *Burette* l. c. p. 367. *Fabricii* probat sententiam, firmioribus argumentis corroborandam. Secundum *Ed. Simson* in *Chron.* ad a. m. 3570. Pindarus hoc anno, ante C. N. 433. V. C. 319. an. aetatis 86. obiit. Idem apud *Suidam* loco ἰτη νῆ legendum putat πῆ. Sic quoque corrigendum censet *Vallars.* ad *Eusebio-Hieronymi Chronicon* p. 495. not. E. *Harl.*

II. Exstant Pindari, quem *μεγαλοφώνωτατος* vocat *Athenaeus* XIII. p. 564. 7) carmina XLV. epinicia Lyrica, quae Strophis 5), Antistrophis et Epodis constant, dialecto Dorica 6) scripta

IN ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΣ XIV.
ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΣ XII.
NEMEONΙΚΑΣ XI. 7)
Et ΊΣΘΜΙΟΝΙΚΑΣ VIII.

De quatuor illis Graeciae celeberrimis agonibus praesenti loco agere superuacuum esse existimo, 7) tantum noto *Olympia* 8) graeca celebrata esse apud Eleos in honorem Iouis, peracto quouis quadriennio, et primam Olympiadem numerandam ab anno ante Christum 776. conf. *Euseb.* Scalig. p. 139.

H 3

Pythia

c) *Regnatorem lyricae cohortis* vocat eum Stat. IV. filu. 7.

f) Schol. Euripidis ad Hecub. v. 647. τὴν μὲν τροφὴν κινέμενοι πρὸς τὰ δεξιὰ εἰ χορεύεται ἦδον, τὴν δ' ἀντιστροφὴν πρὸς τὰ ἀριστερά, τὴν δ' ἐκπῶδον ἱσμεῖνοι ἦδον. Ἐδήλα δὲ, ὥς φασιν, ἡ μὲν τροφή τὴν ἀρανὴ ἐν τῶν ἱσίων πρὸς τὰ θυτικὰ μέρη κίνησιν, ἡ δ' ἀντιστροφή τὴν τῶν πλανητῶν, ὡς ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἥλιον γινόμενην, ἡ δ' ἐκπῶδες τὴν τῆς γῆς εἰσίν, ἱσμεῖνων τῶν ἀδομένων. Confer *Galenum* XVII. vlt. de vsu partium. *Victorinum* i. Grammaticae p. 2501. *Atilium Fortunatum* p. 2699. *Fabric.* Adde Schol. ad Eurip. Phoen. v. 210. Schol. *Hermogen.* p. 373. 400. *Dodwell.* de aetate Phalar. p. 63. infra ad *Stesichorum* §. LVII. *Harl.*

g) Dialecto κοινή usum esse Pindarum, scribunt *Gregorius Corinth.* de dialectis p. 5. Koen. et alius grammat. in eiusdem Koenii edit. p. 301. 314. et p. 170. (vbi v. Koen.) Pindari dialectus παντελῶς ἀγνοῖται. conf. *Salmas.* de L. Hellenist. p. 5. et 28 sq. *Harl.*

h) Licet tres postremae proprie ad Nemeorum victores non spectent, sed separatim olim ferrentur teste Schol. v. Er. Schmid ad Nem. p. 195. *Harl.*

i) De his ludis passim et copiose agit *Petr. Faber* in libr. Agonisticon, (in Thes. Antiqq. graec. Gronouiano, vol. VIII.) c. g. libr. III. cap. 23. quando Olympia, Pythica etc. fuerint celebrata reliq. item libr. II. capp. 20 sqq. multa de illis, et passim Pindarus illustratur. In eodem volumine est *I. Caes. Scaligeri* lib. de Comoedia et Tragodia, vbi cap. 19 — 22. de quatuor illis ludis agitur. Ita in aliis Thesauri istius voluminibus multa occurrunt, quae ad historiam atque intelligentiam ludorum pertineant: de quibus hic copiosius

agere nec licet nec lubet. Adde *Benedict. Auerantium* Florentinum, in diff. VI. primoribus, quibus illustrat epigramma primum Anthol. tom. I. Oper. *Erasmii Schmidii* Prolegomena in illius edit. Pindari, et qui nominantur libri maioris minorisque molis pretiique in *Fabricii* Bibliogr. antiquar. p. 986 seq. In primis vero commendari debent *Eduardi Corsini* Dissertationes agonisticae, quibus Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum atque Isthmiorum tempus inquiritur ac demonstratur. Florentiae 1747. 4. rec. Lipsiae 1752. 8. adde eiusdem *Fastos Attic.* diff. XIII. tom. II. p. 295 sq. *Harl.*

k) Olympia erant agon, festum, ludi, atque, vt *Iustinus* XIII. 5. notauit, mercatus totius Graeciae, quo durante erat *ἐκεχαιρία* atque a bello cessatio, teste Plutarcho in Lycurgo. Quinquagesimo mense celebrata Olympia scribit Tzetzes Chil. i. versu 580. quod si verum est, sequitur, non semper aestivo tempore celebrata esse, vt contendit *Petauius* IX. 48. doctrinae temporum, [item *Scaliger* de emendat. temp. libr. IV. p. 242. *Dodwell.* Diff. IV. sect. 14. *Corsinus* l. m. p. 4. edit. Lips.] nec autumno semper, vt alii malunt. Celebrabantur in campo iuxta Alpheum flumen. *Diodor.* Sic. IV. p. 222. Praemium corona ex oleastro; conf. *Ex. Spanhem.* ad Aristoph. Plut. v. 586. *Schmeizel* de Coronis p. 104 sqq. alia apud Vitruuium, praef. libr. IX. — De Olympiis v. Theodori Antonidis Olympia, 1732. 4. belgice cum praef. D. Alberti Voegt. Primus Olympiaca certamina celebrauit Coroebus Eleus, teste *Athenaeo*, IX. p. 382. De aliis minoribus Olympiis per diuersas Graeciae vrbes celebratis vide *Iac. Palmerii* notam ad Luciani Harmonidem tom. I. pag. 590. [*Corsinium* pag. 27. sqq.]

Pythia apud Delphos celebrata similiter post singula quadriennia in honorem Apollinis Pythii, non quouis anno tertio, (vt *Scaliger*, [Emend. temp. lib. I. p. 53. *Meursius* Archont. Athen. lib. II. cap. 9.] sed, [P] vt *Petau.* Doctr. temp. I. cap. 33. *Sam. Petitus* p. 63. ad leges Atticas, *Dodwellus* p. 239. de Cyclis, et Annal. Thucyd. ad an. 2. Olymp. LXXXIX. secundo Olympiadis exeunte. [*Corfin.* tamen in Diff. Agon. II. §. VII. sqq. p. 53 sqq. docet Pausaniae, Diodori, Eusebii, Oxoniensis marmoris testimoniis, Pythicos ludos *tertiis*, iisque exeuntibus, Olympicis annis, prima vel septima Munychionis atticimensis die esse celebratos, et *Thucyd.* lib. IV. cap. 117. et 118. libr. V. cap. 1. contra Petauium et Dodwellum pro suis rationibus explicat.] Prima Pythias *numerata* incidit in Olympiadem XLIX. [vid. *Dodwell.* diff. V. sect. 1. et *Corfin.* diff. Agon. p. 50 sq.] Pythia suo tempore celebrata memorat *Plutarchus* de Oraculorum defectu p. 410. et an seni gerenda Resp. p. 792. v. *Tristan.* II. p. 276 sqq. Praemiorum corona e lauro fuit. Adde auctorem diff. insertae histor. criticae reipub. litter. tom. I. p. 152 sqq.

Nemea celebrata apud Argiuos in honorem Herculis, (aut vero Achemori Lycurgi F. vide *Lud. Nonnius* ad Graeciam Hub. Goltzii p. 66.) singulis bienniis, [vid. schol. ad Pindar. Nem. III. et V. argum. *Iuliani* Ep. 35. p. 408. c. ibique *Petau.* p. 417.] anno cuiusque Olympiadis primo et tertio, vt *Scaliger*, *Petauius* et *Dodwellus* de Cyclis diff. VII. p. 300. vel vt *Samuel Petitus*, anno secundo et quarto. Sane Olymp. CXVI. 2. Nemea celebrata esse testatur *Diodorus Siculus* lib. XIX. [cap. 64.] p. 705. Prima Nemea incidunt in Olympiadem LIII. *Fabric.* [Nemea ab Arato Cleonis celebrata memorat *Plutarch.* in Arato, p. 1040. — Praemium coronae ex apio. *Plutarch.* Timol. p. 248. Nemeaeos ludos, qui Solonis aetate intercidisse videntur, Olymp. LIII. a. 1. esse restitutos, probat *Corfin.* in diff. Agon. III. §. 2. et §. 3. primae Nemeadis *numeratae* tempus refert ad Olymp. LXXII. 4. De hibernis Nemeis vid. *Pausan.* Corinth. cap. 15. et in Eliac. cap. 16. In sequentibus copiose demonstrat *Corfin.* Nemeades non *primis ac tertiis*, sed *secundis* potius et *quartis* Olympiadum annis peragi consuevisse, ita, vt ineuntibus *quartis* aestivae (duce *Polybio* lib. V. p. 439. quem is locum docte lateque explicat p. 76 sq. et Casauboni rationes evertit: item p. 79 sqq. *Polyb.* II. p. 151. et 152.) Nemeades agerentur; hibernae vero in *secundos* fere exeuntes Ol. inciderent. Idem *Scaligeri*, *Petauii*, praecipue *Dodwelli* argumenta examinat et singula Nemeadum exempla persequitur, ac rationes colligit. *Diodori Sic.* (lib. XVIII. cap. 64. p. 367.) testimonium pro Nemeadibus hibernis prolatum corroborat, fidemque historici contra *Scaligerum* aliosque defendit. Ad eundem *Diodori Siculi* locum *Iac. Palmerius*, qui pariter *Ios. Scaligeri* iudicium atque sententiam improbat, ac *Petr. Wesseling.* docte disserunt de hac controuersia. Placet quidem *Wesselingio* et commodissima esse videtur sententia *Sam. Petiti*, (in Comm. L. L. Attic. lib. I. tit. I. p. 135.) Nemea anno quarto Olympiadis fuisse edita, et, quoniam tertio quoque anno instaurabatur, secundo eadem anno acta: id quod etiam in mentem venerat *Setho Caluissio* et *Erasmio Schmidio* in Prolegom. ad Pindari Nemeonic. At propter exempla Nemeorum a *Dodwello* et *Petauio* producta, (a *Corfinio* autem aliter explicata, comparata et vindicata,) quae partim in Olympiadis annum primum, partim in eiusdem Olymp. tertium incurrant, malit accedere *Scaligero*, *Petauio* et *Dodwello*, putatque, *Diodor.* in annum retulisse secundum Olymp. CXVI. partem rerum *Callandri*, quae sequente tertio erant administratae, quoniam pleraeque ante Archontem *Nicodorum* euenissent: neque id esse insolens *Diodoro*. Sed hactenus. *Flori* (lib. II. cap. 7. §. 14.) et *Ausonii* (in fine Eclogarii,) errorem, *Nemeae* in theatro *quinquennialibus* ludis libertatem Graecis fuisse pronunciatam, *Ducker.* ad locum *Flori* iam notauit. *Harl.*]

Isthmia

Isthmia ὁ apud Corinthios in honorem Neptuni singulis ^{m)} itidem bienniis; [primis ac tertiis Olympiadum annis. conf. *Corfini* diff. agon. III. p. 109 sqq.] Prima [quidem Cypselidarum quoque temporibus sunt celebrata, sed splendidius peracta, ideoque veluti instaurata] incidunt in Olymp. XLIX. Ita singulis quadrienniis vniuersi quatuor agones, et Olympia quidem ac Pythia semel, Nemea vero et Isthmia bis acta sunt, vt notat *Iulianus* Epist. 35. [de quo loco vid. *Corfini* diff. agon. III. p. 104 sqq.] Mentio Isthmiorum illo tempore adhuc celebratorum etiam apud *Libanium* tom. II. p. 211. Seriem Chronologicam Olympiadum, Pythiadum, Isthmiadum et Nemeadum et quotquot potuere reperire victorum adcuratorem edidit *Guilelmus Lloyd* ⁿ⁾, Reu. Episcopi Vigornensis F. Oxon. 1700. fol. cui addendae doctissimi *Dodwelli* observationes in praeclaro opere de Cyclis Graecorum, [et *Corfini* Catalogus Hieronicarum alphabeticus, sub finem dissertat. Agonistic.] Olympionicas scripserant olim *Agriopas* Plin. VIII. 22. (vbi codices quidam *Acopas* vel *Copas*.) tum *Aristarchus*, *Aristoteles*, *Eratosthenes*, *Hippias*, *Hippostratus*, *Iulius Africanus*, *Philochorus*, *Stesicrates* et *Timaeus Siculus*, de quibus adi. *Iosium* lib. IV. p. 344. de scriptoribus Hist. Philosophicae, et *Marshamum* Canonis Chronici pag. 486. edit. Lipsiensis. [inprimis *Corfini* l. cit. p. 152 sqq.] *Synkello* p. 196. Chronographiae citantur de Olympiorum ludorum origine et Olympionicis *Aristodemus*, *Polybius*, *Callimachus*. A Suida in *Κυβερητιδῶν* laudatur *Agathylus ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι*. Phlegontis Tralliani *Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονοικῶν συναγωγὴν* recenset Photius cod. XCVII. ex quo scripto superest fragmentum *περὶ τῶν Ὀλυμπίων*. Ceterum *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν*, quam Scaliger post Chronicon Eusebii p. 313 sqq. Graece edidit, et p. 343 sqq. indice *Ὀλυμπιονικῶν* Alphabetico ornauit, vir incomparabilis ipse ex veteribus scriptoribus editis atque ineditis videtur singulari studio ita collegisse ac digessisse, licet a Meursio ^{o)}, G. Ioanne Vossio [Casaub. ad Sueton. Claud. cap. 2.] et aliis viris doctis non paucis pro veteri passim laudatur, et Reinesio ^{p)} viro summo p. 585. Epistolar. ad Hofmannum habita est pro Epitome Phlegontis concinnata ante Eusebium. [conf. *Salmasii* iudicium ad Solin. p. 247. C. edit. Vltraiect. *Corfini* diff. agon. p. 156. *Ruperti* Epist. ad Reines. XLVIII. p. 447. (Lipsiae, 1660. 4.) qui exemplis probat, Scaligerum paene omnes Coss. vel ex Cassiodoro vel ex Onufrio in graecum transtulisse.]

III. Vt ad Pindarum reuertar, ex plurimis, quae in eius ingenium [P] et μεγαλοφωρίαν apud veteres effunduntur, elogiis ^{q)} tantum adscribam verba Quintiliani X. 1. nouem Lyricorum longe Pindarus princeps, spiritu, magnificentia, sententiis, figuris: beatissimus rerum verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine, propter quas *Haratius*

h) Conf. *Massieu* comm. in Hist. Soc. Par. I. et B. L. tom. V. p. 440.

m) διὰ δυνὶ τῶν, *Aristid.* orat. Isthm. tom. I. p. 41. 45. Praemium corona ex apio primum, dein maluerunt e pinu. *Plutarch.* Symp. VIII. 4.

n) *Erasm.* quoque *Schmidius* Pindaro suo chronologicam seriem Olympiorum et Pythiorum praemisit, primam Olympiadem incipiens anno ante Chr. 774. Pythiadem primam anno tertio Olympiadis XLVIII. *Erasmii Schmidii* sententiam dictatoriae sententiae *Lloydianae* praetulit *Henr. Leonh.*

Schurzfleisch in Epistola ad Barthol. Christian. Richard, Wittebergae, 1705. 4. Nou. litt. Hamburg. p. 93.

o) Meursium eo nomine reprehendit *Petauius* doctrin. temp. lib. XIII. ad A. Per. Iul. 4029. conf. *Labbeum* tom. I. de scriptorib. eccles. p. 304.

p) Vid. eiusdem Epist. ad Rupert. p. 489. *Hart.*

q) Ἡ Βούρα λύρα, i. e. *Pindari* apud Theophrast. Epist. 8. laudat eum, culpae tamen quoque eius insolentiam atque effrenatam audaciam *Himerius* in orat. gratulatoria, in *Vffenbachiana* Bibl.

Horatius [IV. 2. Od.] *nemini credit eum imitabilem.* Epitaphium eius apud *Plutarch.* Ἀρμενὸς ἦν ξενόσιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος αἰσῶις. Neque tamen reprehensoribus caruit, cui praeter *Corinnum*, de quo paullo ante, fuit aemulus et aduersarius *Amphimenes* Cous, memoratus a *Laertio* in vita Socratis lib. II. sect. 46. Arguitur etiam auarus fuisse et Musam mercenariam habuisse, quod a Magistro suo *Simonide* hausit, nec magis hoc erubuit fateri, quam *Simonides*, qui, ut est apud *Tzetzam* VIII. hist. 228. dicebat binas sibi esse arcas domi, unam gratiarum, in quam referret bona verba hominum elegantium, sed donantium nihil, alteram praemiorum, ac donorum, quae pro labore suo acciperet. Si quare opus sit, ex hac posse se quaeuis necessaria depromere, alteram vacuum opisque inuolucrum inueniri. Similiter *Pindarus* Oda 2. Isthmionic. ex *Metaphrasi* *Sudorii*:

Musa nam nondum radiantis auri

Capta nitore

Ditibus suauis operas locabat

Aere venales neque cantiones

Ore fucato populum mouebat

Laudis emacem.

Sed modo Argiui nimis ille verax

Qui sibi elapsis opibus fugaces

Intuens una comites abiisse

Foedere rupto.

Dixit ingenti gemitu, quid o Dii

Est vir aut virtus, nisi magna nummum

Copia, haec doctae tibi non operta

Canto Thalia.

conf.

Bibl. MSS. part. II. pag. 631. adde *Pope - Blount* Censuras celebriorum author. p. 9 sq. nec non *Tanaq. Fabri* vitas poetarum graecor. (in *Thef. antiqq. graecar.* Gronou. vol. X. p. 768. et p. 69 sqq. edit. *Relandi*, Basil. 1766.) qui quidem in hac poetae vita et in *Epistol. crit.* lib. I. ep. 19. p. 62. in *Pindaro* culpat abundantiam sententiarum, et amplas nimisque liberales digressiones; at enim in his splenduit illius ingenium, eaeque ad honorem victoris huiusue patriam ipsorumque carminum gratiam atque commendationem, argumento odæ alias saepe sterili nec satis fructuoso, spectarunt; sed nolo repetere ea, quae ad excusandum vindicandumque Lyricorum principem iam scripsi in *Introductione* in *hist. L. Gr.* §. 28. p. 101 sq. *Philosophiae*, cum primis *Pythagoricae*, pietatis aduersus deos non minus quam nouitatis, audaciae in sententiis, tropis atque conuersionibus, nec non laudis fuit studiosus. Quapropter vim ingenii sui probe sentiens, se professus est canere sublimius, quam *Bacchylides* aliiue soleant, quos spreuit

acriusque, et cum laude suarum ipsius virtutum poeticarum ingenique liberaliore quam in odis, in laudem victorum compositis atque in splendido confesso cantatis, decebat, hinc inde notauit. Discedit interdum ab aliorum mythis maiore philosophiae luce. Sic apud *Plutarch.* de *Fort. rom.* p. 318. *Fortunae* tribuit duplex gubernaculum. Sed de his, eius ingenio, philosophia, atque imitatione *Homeri*, aliisque, quae praedicanda aut vituperanda in odis *Pindaricis* videantur, abunde disputarunt *Lowth.* de sacra poesi *Hebraeorum*, praef. XXVI. et *Schneider* Ueber *Pindars Leben und Schriften*, sect. IV — VI. Dialecto cum fuisse usum *corinθ* *Gregor.* *Corinth.* quidem adfirmat; at idem §. XC sqq. §. XVI sqq. *Dorismos* *Pindaricos* laudat. *Barthelemy* iudicium de *Pindaro* in *Itinere* *Anacharf. iunior.* in *Graeciam*, tom. III. improbat censor in *Noua Bibl. AA. Eleg. Lips.* vol. 40. p. 1. p. 126 sqq. *Harl.*

r) *Plutarch.* de fera *Numinis* vindicta p. 555. et lib. de curiositate p. 520. A. *Stobaeus* sermone X. p. 130.

conf. Menagiana, tom. III. p. 459. Pindarus assiduus praedicator sui ἔπαινετο μεγαλήτο-
ρων περὶ αὐτῆς δυνάμεως notante Plutarcho de laude sui p. 539. qui alibi testatur, Pindarum
etiam professum, quod Panem ipsum auscultauerit aliquod e suis [Pindari] carminibus modu-
lantem. Πίνδαρος αἰκῶν ἀδεδούει μέλος ὃν αὐτὸς ἐποίησε. p. 1103. quod non suauiter
posset viui secundum Epicurum [tom. X. p. 538. Reisk. edit.]

IV. Scholia Graeca in Pindarum collecta sunt a *Thoma Magistro* et [P] *Deme-
trio Triclinio* ex commentariis deperditis variorum, *Anthonii*, *Aristarchi* et eius disci-
puli *Aristodemi* Alexandrini ¹⁾, cuius meminit Athenaeus XI. pag. 495. tum [*Artemo-
nis*, (schol. ad Olymp. V. 1. et saepius,) *Herodori*, (ibid. v. 10) *Chryssippi*, qui in Ne-
mea et Isthmia commentatus videtur, cuius nomen frequenter occurrit in scholiis,] *Cal-
listrati*, *Chaeridis* ²⁾, *Didymi* ³⁾ et *Dionysii Phaselitae*, qui passim in scholiis illis citantur.
Christianus Wafus in libro erudito, quem *senarium* inscripsit p. 3. *Pindari scholiastes fuit is*,
quatenus rem metricam spectamus, fuerit ⁴⁾ *Heliodorus fuit alius*. *Palamedis* quoque electa
υπομνήματα in Pindarum et *Seleuci* Emiseni commentarium in Lyricos memorant Suidas [et
Eudocia p. 359.] *Gorgonem* Pindari scholiasten laudat *Michael Neander* in praefat. ad Cate-
chismum Lutheri Graece a se redditum p. 67. sed ex male intellecto initio scholiorum ad 7.
Olympionic. [*Gorgon* ille scripserat de rebus Rhodiis: saltem *Hesych.* scribit v. Ἐπιπολιῶος.
Ἐμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἰσορεῖ item περὶ Θυσίων. vid. *Hesych.* voc. Καταβραπτίτης. —
conf. de illo *Allatius* sub initium diatr. de Georgiis. *Eustathius*, episcopus Thessalonicen-
sis, scripserat in Pindarum commentarios, qui quidem in Bibliotheca Basileensi manuscripti
quondam fuisse dicuntur. vid. *Gisberti Cuperi* Epist. 25. et 27. in *I. G. Schellhornii* Amoenitat.
histor. eccles. et litter. tom. 2. p. 928. adde *la Croze*, qui laudat eorum praefationem satis
longam et eruditam in Epist. ad Io. Christ. Wolfium in Thesauro epistol. tom. III. p. 256. —
Draco, Stratonicensis, grammaticus, scripsit de *Pindari carminibus*, de Sapphonis versibus,
et Alcaei carminibus, testibus *Hesychio Milesio* et *Suida* v. Δράκων et *Eudocia* in Ἰωνιᾷ,
p. 133. Draconem vero, qui in scholiis ad Pyth. Δ. p. 241. edit. Oxon. nominatur, perperam
inter scriptores retulit H. Stephanus. Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Πινδάρου citatur
ab *Athenaeo* libro XIII. p. 573. *Tryphonis* librum περὶ τῶν παρ' Ὀμήρῳ διαλέκτων καὶ Σι-
μωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμαῶνι καὶ τοῖς ἄλλοις Λυρικοῖς laudat *Suidas* h. v. In Scholio
MSto in Euripidis Medeam apud *Bandinum* Catal. Bibl. Laurent. Med. tom. III. pag. 422. no-
minatur incerti scriptoris commentarius in Pindarum. *Trichae* comm. ineditus περὶ τῶν Πιν-
δαρικῶν μέτρων memoratur in Catal. MSS. bibl. regiae Paris. tom. II. p. 565. nr. 2881. qui a
vulgaris in Pindarum scholiis parum differre dicitur. *Harl.*] Nescio autem, quid mouerit
Valentinum Rotmarum, vt in notis ad Apollonium Rhodium p. 63. Scholiastes Pindari ipsi
diceretur

p. 130. περὶ ἀδινίας, Suid. in Σιμωνίδῃ. Schol. Aristo-
phanis ad pacem, Theocriti ad χάριτας etc. Vid.
Fulvii Vrjini fragmenta Lyricorum pag. 188. [et
Wytttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 58 sq.]

s) Eleum fuisse, adparet ex schol. Pind. Olymp.
X. et Harpocrat. v. Ἐλλανονδία. *Harl.*

t) Vid. *Villois.* Proleg. ad Apollon. Lex. Hom.
p. 20. *Harl.*

Vol. II.

u) Vid. Schol. Olymp. V. 20 sq. *Laßant.* de
falsa relig. I. cap. 55. §. 13. ex *Didymi* libris ἱεργί-
σεως Πινδαρικήs enarrat historiam de Melissa, quae
Iouem puerum melle nutriuisse dicitur. *Harl.*

v) Rectius *Herodorus.* vid. vol. VII. pag. 62.
Harl.

diceretur *Tarrens*. Nec probo iudicium auctoris Bibliographiae cutiosae, Ioh. Henrico Boeclero a plerisque tribui solitae, cui Scholiastes Pindari est vilissimus omnium, et in quo pauca maioris momenti reperiantur. [Quod ad intelligentiam atque interpretationem sensus poetici et eius, quid sit in poeta pulcrum, magnificum, aut sublime, quid sit laudandum aut vituperandum, adinet, verum est quodammodo id iudicium; at hoc de plurimis, quos habemus, scholiastis quoque valet. Enimvero in metris definiendis, in observationibus grammaticis, historicis et mythicis, grammaticorum opera fuit laudabilis et praeclata. Inprimis in scholiis, quae vocantur vetera, multa sunt servata egregia veterum grammaticorum fragmenta, quibus si careremus, multa in Pindaro nunc ignoraremus. Praebent insuper notitiam multorum veterum auctorum, ut ex indice scriptorum in scholiis memoratorum adparet: quamquam haud negandum est, compilatorem illorum scholiorum saepe incidisse in vitiosos codd. aut alia imperitiae suae dedisse documenta. vid. *Valkmar*. diatr. ad Euripidis Hippolytum, p. 151. et 153. Quae autem nos habemus scholia in Pindarum, ea sunt nihil aliud, nisi fragmenta ex veteribus commentatoribus excerpta, marginibus codicum passim aetatibus insequentibus adlita, modo amplificata novis aliorum expositionibus et commentis, variaque fortuna modo leuiter modo diligentius in noua exemplaria transcripta a librariis. Illa autem, typis exscripta, scholia ex vno codice fluxisse videntur. Nam in codice Matritensi (in *Iriarti* catal. p. 446. nr. 10.) diuersa quaedam, eaque multo vberiora reperiuntur. Quae vero in edit. Romana iam promulgata sunt, ea repetita habebis in Brubach. Geneu. atque Oxoniensi: in hac tamen variis lectionibus ad Olympia interspersa sunt breuia scholia et glossae interlineares e codd. Bodlei. at nullius, saltem exigui momenti. Digna tamen sunt scholia ad Pindari odas, quae curatius expendantur atque, saepe critica historicaeque illustrentur. Atque *Corfini* in Fastis atticis haud pauca emendare aggressus est. Scholiorum graecorum versionem latinam mst. in Biblioth. Ambrosiana, auctore Anton. Salmatio latere, memorat *Phil. Picinellus* pag. 50. Athenaei de scriptoribus Mediolanens. In edit. Rom. aliisque subiunguntur odis Olympicis scholia recentiorum, ad vim verborum singulorum et sententiarum cognoscendam saepenumero utilia; at more seriorum grammaticorum repleta minutis leuibusque quacsiunculis. In fronte tamen ad Olymp. I. p. 15. iam notatur, vulgo illa scholia recentiorum adscribi Demetrio Triclinio; verum in quodam exemplari hanc exstitisse adnotationem: Ἰσέον, ὅτι τὰ γραφέντα περὶ τῶν κώλων ἐν ἀρχαῖς, πάντων τῶν Ὀλυμπίων ἐπινικίων, καὶ τῶ πρώτῳ μόνῃ τῶν Πυθίων, παλαιὰ ἐστὶ. Διαρρώθη δὲ παρὰ τῶ ἡμετέρῃ σοφιστῇ, ἥτοι μυσαγωγῇ, Κυρῷ Δημητρίῳ τῷ Τρικλινίῳ. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν Πυθίων, ἐμετρηθῆναι παρ' αὐτῷ, πολλῶν τινῶν τῶν κατ' ἡμᾶς σοφῶν εἰς τὸ αὐτὸν προτρέψαντων. Demetrius igitur collector fuisse videtur, aut recensuisse sarragine[m] istam. Addita fuerint deinceps alia quaedam. Certe ex laudato codice Matrit. (p. 446. nr. 4.) duo Demetrii Triclinii fragmenta laudantur, quae absunt editione Romana; sed Iriarto videntur esse pars eius libri, qui, Demetrii Triclinii Enehiridion de metris, inscriptus, exstat inter graecos codices MSS. regiae Parisiens. bibl. cod. MCCLX. Num igitur schol. ad Olymp. XIII. v. 69. pag. 156. edit. Oxon. col. 1. f. vbi auctor se de Iasone narrationem copiosius ad Lycophronem exposuisse ait, id autem in vulgatis sub Tzetzae nomine ad Lycophronem commentariis ad v. 174. 175. factum est, ab librario quodam sit insertum; an, quod verisimile esse videtur cl. *Huynio*, Praef. ad Pindar. vol. I. p. XIV. vtrisque scholiis idem fuerit auctor, mihi quidem non liquet. Lubrica tamen et siue librariorum culpa, siue alienis grammaticorum commentis intercepta esse

esse interdum illa de metri ratione praecepta, idem cel. Heyne monet. Atque auctor libri graeci de artium et disciplinarum inuentoribus in Montfaucon Bibl. Coislin. p. 597. Pindarus, ait, scripsit *ξίνα μέτρα, καὶ τοῖς ὦν ἀγνοούμενα*. Harl.] Thom. Magistri et Emanuelis Moschopuli scholia MSS. in Pindarum exstant in Bibl. Augustae Vindel. vt testatur Reiserus *ὁ μα-
νασίτης* in Catalogo MSS. p. 78. Vtraque illa scholia, et alia interlinearia in Pindarum occur-
runt in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris, notante Nesselio. [P] Fabric. In memor. cod. Matrit. CXII. (nr. 12. p. 447. in Iriarte Catalogo,) sunt explanationes in Pindari Olympia, qua-
rum, (vti adnotatum est,) quae rubrum caput, id est, capitalem litteram habent, sunt *Thomae Magistri*; quae vero nigrum, *Manuelis Moschopuli*. — Scholia cum Pindari carmini-
bus latine vertit *Vincentius Marinierius Valentinus*; quod quidem opus instum in bibliotheca Matritensi regia seruari, tradit Iriarte l. c. p. 509 sq. Harl.

V. CODICES MSS. ET EDITIONES PINDARI.

[De codicibus mssst. diligenter et copiose disputauit cl. Heyne in praef. ad Pindar. part. I. pag. 9 sqq. imprimis ad part. II. pag. 120 sqq. quare paucis expedire me licebit, additis quibusdam.]

In Bibliotheca regia *Matritensi* est teste Iriarte (p. 273.) cod. chartac. LXXV. in 4. qui continet Pindari *Olympia* cum scholiis ignoti commentatoris, at difficillimis lectu, et partim madore deletis, partim iniuria temporis truncatis: et, (p. 445 sqq.) cod. CXII. chartac. in 4. complectens Thomae Magistri et Manuelis Moschopuli explanationes in Pindari Olympiorum odas X. priores; praemissis ex Hephaestione, Demetrio Triclinio, aliisque anonymis scholiastis de multiplici poetarum lyricorum metro annotationibus, tum eiusdem Pindari duplici vita, altera Thomae Magistri profa oratione, incerti auctoris altera, carmine conscripta. — In bibliotheca *Escorial.* sunt, (indice *Plüero* in: Reisen durch Spanien p. 189.) Pindari *Olympia* cum scholiis.

In *Italia* habet bibl. *Vaticana* Pindari *Olympia* cum scholiis, tum eadem sine scholiis; porro integrum Pindarum, eundem cum vetere scholiaste e bibl. reginae Sueciae, tum fragmentum ex biblioth. Alex. Petauui, nec non tres, quondam Heidelbergenses, a Schmidio iam collatos, et alium a Sylburgio nr. 99. memoratum. *Florentiae* sunt in *Medicea* nouem codd. scripti, a *Bandinio* in Catal. codd. Bibl. Medic. tom. II. pagg. 81. 128. 178. 195. 196. 197. 202. 203. 209. enumerati. Ibidem in Biblioth. Monasterii Ord. Bened. B. Mariae est Pindarus cum scholiis saec. XIII. scriptus. — Porro secundum *Montfaucon* in Diario Ital. et Bibliotheca MSS. seruant Bibl. Ambrosiana *Mediolan. Pindarum*, cod. bomb. recent. et duo tresue alios. — *Neapoli* Bibl. S. Ioannis de Carbonaria, quaedam Pindari. — *Venetis* Bibl. SS. Ioannis et Paulli Dominicanorum *Pindarum* Strategi manu, (quem ex numero Graecorum fuisse credit Montfaucon in Diar. Ital. p. 48. qui a Laurentio Mediceo Florentiam euocati sunt, vt codices conscriberent: adde eiusdem Palaeogr. gr. pag. 82.) — Ibidem Bibl. D. Marci Pindari *Olympia* et *Pythiorum* partem cum scholiis Thomae Magistri et Manuelis Moschopuli; duo alios chartac. recentes saec. XIV. quorum alter *Olympia* cum scholiis in margine, alter *Olympia* et *Pythia* complectitur; tum membran. saec. XV. *Olympia*, *Pythia* et *Nemea* cum scholiis in margine, et chartac. saec. XIV. *Olymp.* cum scholiis recentioribus.

In *Anglia* apud *Oxonienſes* ſunt quinque codd. Bodleiani, ab editoribus Oxon. excuſſi, et duo alii. *Cantabrigiae* bibl. collegii S. Emmanuelis habet Pindari librum ſcriptum, qui a Pythiis incipit, et eccleſia Weſtmonaſterienſis alium, qui Olympia, Pythia et Nemea comprehendit. Particulam Pindari cum ſcholiis poſſedit olim Thom. Gale.

Parifienſis bibl. regia ſeruat codices ad tredecim, omnes recentes: in his tres tantum exhibent totum Pindarum, et tertius eorum bombycinus ad ſaeculum XIII. ſpectare perhibetur cum ſcholiis in margine et gloſſis inter lineas.

Leidenſis Biblioth. tres naſta eſt codd. inter If. Voſſii libros: vnum bombycinum, Olympia cum ſcholiis, duo reliquos chartaceos, alterum Olympia, alterum Pythia cum iisdem complexos.

In *Germania* praebet *Vindobonenſis* biblioth. quatuor: Olympiorum binos, alterum cum ſcholiis; et duo alios, qui omnia Pindari carmina exhibere narrantur in Neſſelii Bibl. Vindob. In Lambecii commentariis vnus tantum cod. qui Olympia continet, obiter memoratur. — *Auguſtae Vindelicorum*, teſte Reiſero, in Catal. MSS. pagg. 78. 81. et 83. tres ſunt codd. Pindari, et p. 79. cod. qui habet ſcholia in Pindari Nemea. — De cod. bibl. Gottiſgenſis copioſus eſt *Heyne* V. C. praef. p. 124 ſqq. Ex illo codice ſunt variae lectiones in Pindari Olympiis et Pythiis excerptae et cum aliis libris comparatae in Bibliotheca philolog. vol. I. p. 5 ſqq. et vol. II. p. 45 ſqq. Lipſiae, 1779. et 1780. In biblioth. Rehdigeriana *Wraſtiſlauienſi*, teſte Kranzio in Memor. illius bibl. p. 88. eſt cod. Pindari. — In biblioth. regia *Hafnienſi* eſt cod. MS. ſecundum Ioſeph Erichſen Vdſigt over den gamle MSpt - Samling idet ſtore Kongelige Bibliothek. Kopenhag. 1786. med. 8. ſect. V. [p. 64. Pindari Carmina, cum Schol. interlinearibus aliisque prolixioribus ad calcem ſubiunctis, cod. papyr. in 4.]

De editionibus haec ſcimus, duo praefertim exempla fuiſſe baſes editionum n. Aldinum et Callierginum, atque ex hoc poſteriore plurimas et vero reliquas fluxiſſe, manu emendatrice hinc inde ab editoribus adhibita: teſtatur id *Heyne*, praef. p. 107. Princeps editio eſt:

Πινδάρης Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια — ſubiecti ſunt Callimachi Hymni, qui inueniuntur; Dionyſius de ſitu orbis, Lycophronis Alexandra, (omnia graece.) Venet. in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceris, menſe Ianuar. 1513. 8.

Praefatio Aldi Manutii ad Andr. Naugerium repetita eſt typis in *Maittarii* A. T. tom. II. p. 148. Aldus uſus eſt in Pythiis et Nemeis codice multo meliore, quam in Olympiis: veterem, ſed corruptum in Iſthmiis habuiſſe videtur.

Πινδάρης Ὀλύμπια — — μετὰ ἐξηγήσεως παλαιᾶς πάνυ ὠφελίμης καὶ ſχολίων ὁμοίων. Impreſſi per *Zachariam Calergi* (ita pro *Calliergi*) Cretenſem. — in aedibus Auguſtini Ciſii (τῷ Κισίῳ) eiusdem ſumtibus, hortatu Cornelii Benigni Viterbienſis, opera et induſtria Zachariae Calliergi. m. Auguſto a. XIII. Leonis X. Romae, 1515. 4. graece.

Scholia primum acceſſerunt, at, iudice Paulo Stephano, minus accurata: illorum tamē comparatione et ope codicum, qui in Olympiis, Nemeis et Iſthmiis meliores fuerunt Aldinis, in Pythiis autem deteriores, lectio Pindarica multo emendatior prodiit.

Florentina edit. a Conr. Geſnero in Bibl. vauierſali p. 563. memorata, nuſpiam inueniri poteſt.

Praefatio

Praefatio in Pindarum exstat in Stephani Nigri e gr. translatt. p. 79. Mediolani. Io. de Castellione. 1521. 4. in qua non editio, sed interpretatio Pindari in Gymnasio Mediolanensi indicitur.

Πινδαρος Ὀλύμπια — *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.* gr. Basileae per Andr. Cratander. 1526. 8. — repët. ibid. per heredes Andr. Cratandri. 1556. 8.

Ceporinus hanc edit. curavit, et praefatus est Huldreichus Zwinglius, qui in praefat. de Pindari vita ingenioque disputat. Is quoque calci adiecit epistolam, in qua praematurum Ceporini, (mense Decembri 1525. denati,) obitum luget, de eius ingenio moribusque quaedam differit, et loca aliquot V. ac N. T. praecipue ex Pindaro acute explicat. Editio est emendatissima, e romano exemplo ducta, comparata quoque Aldina editione.

Pindari Olymp. hymnus primus et secundus latinitate donati Menrado Molihero interprete simul et paraphraste, apud Henr. Gran. Hagen. 1527. 8.

Vid. Maittair. A. T. II. p. 690.

Pindari — e versione I. Loniceri latina (prosaica) Basil. 1528. 8. Correctior vero est altera editio et auctior enarrationibus decerptis ex graecis scholiis et aliis auctoribus:

Pindari — Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia per Ioan. Lonicerum latinitate donata: adhibitis enarrationibus, e graecis scholiis, et doctissimis utriusque linguae autoribus desumptis: quarum suffragio poëta, a paucis haëtenus intellectus, nunc planior et illustrior redditur. Basil. apud Andr. Cratandrum. MDXXXV. mai. 8. — rec. Tiguri, 1543. et 1560. mai. 8.

Prima haec est latina Pindari versio: In expositione de verborum saepius, quam sententiarum vi atque sensu sollicitus fuit. Praemisit haud ignobile Pindari encomium.

Πινδαρος Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἰσθμία μετὰ ἐξηγήσεως παλαιᾶς πάντῳ ὠφελεμὲς καὶ σχολίων ὁμοίων. *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.* Francofort. graece, opera et impensa Petri Brubachii. 1542. 4.

Ducta est ex edit. Romana; hinc inde a viro quodam docto correcta et deprauata: in margine nonnullae lectiones edit. Aldinae variae sunt adscriptae.

Pindari — Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia, per Philippum Melancthonem latinitate donata, nunc primum in lucem edita. (sine textu graeco) Basil. per Ioan. Oporinum. an. 1558. 8. — rec. Vittebergae, per Io. Cratonem, 1563. 8. cum epistola dedicatoria Caspari Peuceri, Budissini, ad Christophorum a Carlowitz, in qua commentatur veluti in Angeli Politiani sermonem de Pindaro et Dauide, cuius quidem Psalmos Politianus magni fecit; sed in Pindaro, aiebat, res eadem dulcius narrantur et exemplis splendidius illustrantur.

Splendida est editio, ad Brubachianum exemplum a viro erudito, (ipso probabiliter Morello.) curata, quae graece sine scholiis formulis typographicis descripta est *Parisis* apud *Guilielmum Morellum*, in Graecis typographum regium. 1558. 4. — Num ibidem eodem anno curante Morello *cum scholiis graecis* edita sint Pindari carmina, vt Fabricius memorat, equidem nescio.

Ex officinis Stephanorum aliquoties prodierunt Pindari carmina. conf. Stephanor. histlor. p. 246. et *Freytogii* Adpar. litt. III. p. 566-sqq.

Pindari Olympia — caeterorum octo lyricorum carmina *Alcaei, Sapphus, Stesichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, nonnulla etiam aliorum.* Omnia graece et latine. Pindari interpretatio noua est, eaque ad verbum. Excud. Henr. Stephanus, Huldrici Fuggeri typographus, (Parisiis) 1560. octonis minoris formae, seu 16.

Morellianum exemplar operis tradidisse videtur Stephanus, sed comparauerat scholia et edit. Cratandrianam, quam sequutus est. Quae in altero tomo post Alcmanis fragmenta sequuntur *Πινδαίης μέλη*, ea nulla alia sunt, quam fragmenta. Vossius ac Scaliger huiusque fide Paullus Colomesius in *Recueil de particularitez* p. 109. Vltraiect. 1699. in 12. et Theodor. Iansson ab Almelooven in *syllabo plagiariorum* p. 39. retulerunt, versionem H. Stephani latinam eodem modo, quo vsus est Anacreon, expressam, *Io. Aurato*, (Iean Dorat,) esse tribuendam: at iniuriam fieri ingenio Stephani, adfirmat *Bernardus de la Monnois* in Epistola ad P. Baile, inserta huius *Dictionaire histor. et critiq.* tom. I. p. 204. vid. *Freytag*. l. c. p. 568. — Illam editionem exceperunt Stephanianae:

Editio II. graeco-latina H. Stephani, recognitione quorundam interpretationis locorum et accessione lyricorum carminum locupletata. (Parisiis) 1566. eadem forma. Ea, quae tom. II. p. 433 — 468. (male exaratum est 568.) subiecta sunt, in hac, quae nouum nacta est correctorem, qui nonnulla menda sustulit, alia etiam deprauauit, primum accesserunt. Differt igitur a prima, et in reliquis omnibus Stephanianis est repetita.

Edit. III. cum Is. Casauboni notis (quae in sqq. editionibus non sunt repetitae,) 1586. conf. *Thesaur. bibliothecal.* vol. III. Norib. 1739. 4. nr. 30. p. 233 sqq. — Ex illa tertia omiffa ad calcem Epistola Sapphus Ouidiana, ad verbum expressa est edit. *Lugduni apud Io. Pillehotte sub signo nominis Iesu*, 1598. eadem forma et sub fin. *Lugduni ex typographio Io. Hanard, alias Iamet.* an. 1589. (adnotante Heyne.) — *Edit. IV.* — excudebat Patull. Stephanus, 1600. — repetita, (edit. V.) *oliua Paulli Stephani.* 1612. 1626. — et edit. VI. Ebroduni, ex societatis Heluet. Cald. 1624. 12. omiffa epistola Sapphus Ouidiana.

Ex Stephan. prima ad verbum reddita est editio illorum lyricorum *gr. lat. Antwerpiae ex officina Christoph. Plantini.* 1567. 8. min. (al. 12.) conf. *Freytagii* Adparat. litter. III. p. 568.

Pindari Opera omnia latino carmine reddita per Nic. Sudorium (le Sueur) *et eiusdem commentarius in Nemea.* Paris. apud Fed. Morellum. 1575. 8. (in Catal. Bolongaro - Creuennae, tom. III. p. 95. nr. 3529.) 1582. min. 8. ¹⁰⁾

Venetam hoc anno laudatam et aliam *Venetam*, Pindar. cum vers. latina et commentariis Sudorii, 1598. 8. exstare, dubitat cel. Heyne. Num annus recte sit indicatus idemque valeat de edit. Paris. 1592. 12. apud Fabric. equidem nescio.

Olympia

¹⁰⁾ Sudorius Pindarum varii generis carminibus latinis reddidit Horatianis et Henrico III. Galliae ac Poloniae regi inscripsit. Consulatus de illo elogia Scacuolae Sammarthani lib. IV. pag. 230 sq. Alius fuit *Ioannes Sudorius*, Theologus Paris. circa an. Chr. 1520. de quo Ioannes Launoius part.

II. hist. scholae Nauarraeae, pag. 642. — Sudorii versionem laudat *Morhof.* Polyhistor. libr. VII. cap. 9. §. 10. *N. Sudorii commentarium in Nemeam* (sic) seorsim prodidisse Venetiis, 1582. 12. narrat auctor *Thesauri bibliothecalis etc.* vol. III. pag. 236.

Olympia graece apud Stephan. Preuostean. Paris. 1586. 8. Maittaire A. T. part. II. Ind. p. 146. Titulus, ait, praefert etiam Pythia, Nemea et Isthmia: editio tamen, quam consului, Olympia tantum complectitur.

Pindari — graece, Lugduni Batau. ex Officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1590. 8. Ex Stephaniana prima est expressa.

Quarta Pythiorum Ode cum Neandri notis ingenio pubis scholasticae adcommodatis et sat copiosis, atque expositione formarum doricarum ac poeticarum grammatica margini adposita, addita est Theocriti editioni, inscriptae:

Theocriti Eidyllia — Pindari Lyricorum principis Argonautica. Cum expositione grammatica de ore Mich. Neandri excepta. Impensis Iac. Apelii. 1596. 8. graece et latine.

Pind. — gr. et lat. Latinam interpretationem M. Aemilius, P. Fr. Porti C. F. linguas graecae Professor (Heidelbergensis,) Nouissime recognouit, accurate repurgauit et passim illustrauit. Apud Hieron. Commelinum. 1598. 8.

Est mera repetitio primae Stephanianae. Altera parte Lyricorum fragmenta subiiciuntur cum Henr. Stephani diss. in Anacreontem, atque a p. 171 — 191. *M. Aemilii Porti breues*, (caequae admodum ieunae) in *Euripidem*, (voluit Pindarum scribere) et aliquot *Lyricorum poetarum fragmenta* etc.

Pind. — cum scholiis graecis et interpretatione latina ad verbum. Geneuae, oliua Paulli Stephani. 1599. 4.

Brubachianam habuit ante oculos eamque ad Stephanianam recensionem alteram, vnde etiam repetiit versionem, correxit. Haec editio bona est intelligenda, quoties Schmidius et Oxonienses ad Stephanum prouocant. In praefatione ait Stephanus, Isaacum Casaubonum sibi spem fecisse suarum in Pindarum obseruationum. Huic editioni etiam subiectus index scriptorum in scholiis memoratorum, sed perquam mancus. — Edit. Lugdun. 1598. 12. nominat Harwood.

Ex Pindaro Ecloga, (n. Olymp. IV. V. Pyth. VII. VIII. Nem. II. Isthm. III. V.) *graecae*, e typogr. Steph. Preuostaei. Paris. 1600. 4.

Conf. Maittaire A. T. tom. III. part. I. p. 837.

Pind. gr. et lat. in Corpore poet. gr. Iac. Lectii. tom. II. Geneuae 1614. fol.

Πινδαρος περιόδος h. e. Pindari lyricorum principis, plus quam sexcentis in locis emendati, ut iam legi atque intelligi possit, *Ολυμπιονικαί, Πυθιονικαί, Νεμεονικαί, Ἰσθμιαινικαί*, illustrati versione noua fideli, rationis metricae indicatione certa, dispositione textus genuina, commentario sufficiente. Cum fragmentis aliquot diligenter collectis, indice locuplete, victorum, auctorum, rerum et verborum, discursu duplici, vno de Dithyrambis, altero de insula atlantica ultra columnas Herculis, quae America hodie diiuitur. Opera Erasmi Schmidii, Delitiani, graec. et mathem. Prof. publ. (Wittebergae,) Sumptibus Zachar. Schureri. a. 1616. 4.

Schmidius diu multumque versatus in curanda ornandaque hac editione, quippe qui iam a. 1611. vulgasset *Pindari plus quam sexcentis in locis emendati specimen*, exemplar Cratandrinum suis curis expolitum non minus, quam suis emendationibus interpolatum repetiit, contextum Olympiorum et Pythiorum e tribus MSS. Palatinis et paruam quoque Pythiorum particulam

ticulam e fragmento bibliothecae Augustanae a Dau. Hoefschelio collato, non admodum frequenter melius constituit: ex edit. antiquis aliisque subsidiis plura adtulit. In primis recensio- nem sui poetae fere totam ad rationes metricas, quamvis lubricas, saepe parum tutas, interdum manifeste commentitias, quas sibi ex antiquo metrico, et aliquoties metro ad arbitrium constituto finxerat, acute quidem ac docte et infinitis locis feliciter, saepe tamen perperam et contorte exegit atque formavit: ideoque diu post a Pawio iusto acerbius atque inhumane exagitatus est. Quod vero singulorum dispositionem siue analysin logicam praemisit, eo om- nem vim lyrici poetae diuiniorem infregit, nec sensum poeticæ virtutis, sublimitatis atque audaciae Pindaricæ adhibuit nec excitavit acuitque. Hinc in commentario, docto quidem, in quo multa ex scholiastis hausit, ea, quae ad poetam lyricum, in primis Pindarum, rite in- telligendum atque sentiendum et ad vim formamque lyrici carminis penitus cognoscendam, imprimis faciant, omnino desiderabis. Sed de virtutibus atque, non dicam vitis, sed infirmi- tatibus huius editionis, quae rarefcere incipit, haud contemnendae, atque saeculi illius, quo scripsit Schmidius, ratione atque consuetudine sobrie acuteque iudicauit cl. Heyne in vtraque praefatione. Adde *Gortzii* Memor. bibl. Dresdens. vol. II. p. 467. Acta erudit. Lips. 1698. pag. 118.

In interpretatione sententiarum et lyricae orationis Schmidio, cuius tamen exemplar in contextu reddidit, multum praestat *Io. Benediktus*, (Benoit,) M. D. et in Salmurienfi acad. R. linguae gr. Prof. a quo editus est *Pindarus: Πινδαρος περιόδος* — cum versione latina re- cognita, paraphrasi, et commentariis, Salmurii. 1620. 4.

Pindari Ol. P. N. I. sumtibus C. Morelli. typographi regii. Paris. 1623. 8.

Pind. Olympia, latino carmine reddita per Nic. Sudorium, sumtibus eiusdem Morelli. Paris. 1623. 8.

vid. *Maittarii* A. T. III. part. II. p. 882.

Ex Pindari odis excerptae genealogiae principum veteris Graeciae, gnomis illustres, etc. studio Davidis Chytrari. Rostoch. 1695. 8. (hic annus indicatur a Fabricio et ab Heynio: at vel repetita editio esse videtur, vel error anni: saltem in *Ioecheri* Lex. eruditorum voc. *Chytraeus* ille liber inter eos, quos exeunte saeculo decimo sexto scripserat Chytraeus, me- moratur.)

Πινδαρος — Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia, una cum latina omnium versio- ne carmine lyrico per Nicolaum Sudorium. Oxoniae e theatro Sheldoniano 1697. fol.

Curantibus *Ric. West* et *Rob. Wested*, cum versione *Erasmii Schmidii* et *Io. Benedikti* argumentis ac paraphrasi, variis lectionibus et notationibus criticis ex codd. quinque Bodleianis, parum fructuosis ad contextum emendandum ac restituendum, et prioribus editionibus, vel potius e Schmidio sublectis. Basis est Schmidiana recensio, quam tamen modo deseruerunt, ubi Professor Wittebergensis acute recteque veram restituerat lectionem, modo retinuerunt, ubi deferenda esset, ut praeclare monuit Heyne qui in vtraque praefatione de peruersa ratione edit. Oxon. grauitur conquestus est, atque *R. Dawes*, in *Miscell. crit.* sect. II. p. 37 — 68. de- dit *Oxonensium Pindari Editorum desideratas ἀκριβέσας specimen*: coll. Burgesii adpendice, p. 353 sqq. — Insuper in illa editione praemittitur vita Pindari recens confecta, Phlegontis Tralliani de Olympiis fragmentum. Addita est collectio fragmentorum, quae excipiunt in-
dices

dices et omnium fere Pindari vocum atque loquutionum, et auctorum in scholiis laudatorum longe plenior, quam Stephanus dederat, tum *Nicolai Sudorii* poetica metaphrasis. Adhaeret denique *Series chronologica Olympiadum, Pythiadum, Isthmiadum, Nemeadum*, quibus veteres Graeci tempora sua metiebantur, cum nominibus, quotquot inueniri potuerunt, *Olympionicarum et aliorum victorum in ludis*, quibus hosce singulos insigniuerunt; ad aeras urbis conditae, et *Nabonassari*, annis regum ex *Ptolemaei Canone* adiectis, atque etiam ad aeram christianam vulgarem accommodata, per *Gulielmum Lloyd, A. M. Episcopi Wigorniensis filium. Oxon. 1709.*^{x)}

Ex hac editione repetitus est contextus poetae, cum latina versione Glasgae, Foulis. 1744. tom. II. ibid. gr. 1754. 24. III. vol. et minus correcte gr. ac lat. 1770. II. vol. 8. — tum gr. et lat. Londini, apud Bowyer. 1755. 8.

Pindari carmina cum lectionis varietate curauit Christian. Gottlob Heyne, graece, Göttingae apud Io. Christian. Dieterich. 1773. min. 4. vol. I. — vol. II. continet Interpretationem latinam emendatiorem, (cura et diligentia Io. Beniam. Koppii, in praesenti praefulis coetus sacri Hannouerani.) Gotting. 1774.

Basis quidem est recensio Oxoniensis: at non solum ope melioris interpunctionis ac distinctionis sententiarum sensum multis locis reddidit cl. Heyne, sed etiam comparatis veteribus libris, praecipue Aldina et Romana editione, varietatem lectionis melius ordinauit ac disposuit. In Nemeis, Pythiis ac Isthmiis Aldinae et Romanae edit. multo diligentiore operam; de veritate lectionum memorabilium, item de emendationibus Schmidianis et Pawianis, interdum de sensu verborum ac sententiarum iudicauit. In praefatione ad priorem tomum de consilio et ratione suae editionis et de Scholiastis potissimum disseruit, atque lectionis Pindaricae fontes et riuulos aperuit. Alteri tomo subiecit historiam editionum codicumque MSS. criticam, quam ego inprimis sequutus sum.

Carminum Pindaricorum fragmenta. Curauit I. Gottlob Schneider, (in praesenti Prof. Francof. ad Viadrum,) Argentorati, apud Io. Frider. Stein. 1776. 4.

Fragmenta, quotquot reperire potuit, siue in classes quasdam, carminis genere memorato, redegit, siue, ignoto poematis nomine, a p. 54. vsque ad finem subtitulo, ἀποσπασμάτια ἀόηλα collecta dedit docteq. illustrauit. In Noua philolog. bibliotheca, vol. III. Lipsiae 1777. p. 73 sqq. est liber in epitomen redactus; Fragmentorum tamen magnam partem latuisse eum, adfirmat censor libri in Bibliotheca critica, tom. III. Amstelod. 1778. p. 93. In scholiis Homer. Marciatis ad Iliad. λ'. v. 227. memoratur fragmentum quod aliquantum differt ab iis quae Schneider p. 26. ex Stobaeo atque Eustathio adposuit. In Prooemio promisit vir doctus latinam versionem Periculi sui de vita et scriptis Pindari, atque commentarios in Pindarum. Atqui si quis veterum poetarum, certe Pindarus, dignus est, qui nouis curis cum criticis, tum inprimis exegeticis, in quibus et sensus verborum ac sententiarum ex historia, mythologia, antiquitate praeceptisque grammaticis, quamquam breuibus, at tamen dilucide atque curatius declaretur, et poetae ingenium, virtutes aequae ac peccata, carminisque natura et constitutio nec non argumenti numerorumque et modorum ratio demonstrantur atque explicentur, per-

politus,

x) Conf. Acta Eruditor. Lipf. 1698. pag. 118. pag. 461 sqq. Freytag Adpar. litter. tom. III. Nachricht von einer Hallisch. Bibliothek tom. III. pag. 570.

politus, aut commentariis ad sentiendam lyricam vim ac maiestatem carminis Pindarici, et meliorem facilioremque locorum, qui multi sunt, difficultum intelligentiam luculentioribus instructus prodeat. Scholia quoque, quae multis adhuc scatent vitiis, novam hominis critici omnique antiquitate imbuti exigunt operam atque diligentiam. — Duo alia fragmenta habet *Herodianus* in Opusculo *περὶ σχημάτων* a cl. *Villoisio* edito in *Anecd. graec.* tom. II. p. 95. adde p. 19. et 20. (vbi de *Chorio*, Pindari imitatore agit *Villoison*.) in notis, nec non p. 75. de excerptis ex Pindaro apud *Macarium* in *Ῥοδωνία*, ex codice MSto Veneto D. Marci.

Pindari Carmina selecta. Olymp. I. II. IV. V. IX. XI. XII. XIV. Pyth. I. VI. VII. IX. XI. Nem. I. XI. Isthm. III. VII. cum scholiis selectis suisque notis, (eruditus et ad poetam intelligendum perquam vtilibus,) in usum academiarum et scholarum edidit *Fridericus Gedike*, *supremi Senatus ecclesiastici consiliarius*, et *Gymnasii Fridericiani Berolin. Director*. Berolini typis et sumtibus I. F. Vnger. 1786. 8.

Pindari carmen IIII. Olympicum, perpetua adnotatione illustravit *Henr. Lud. Pfaff*, *Herslebia - Gothanus*. Ienae 1787. 8. — In *Patusae* Encyclopaed. philol. vol. III. pag. 413 sqq. est *Olympion. carm. I.* Idem dedi et explicui in *Anthol. graeca poet. etc.*

Fabricii adnotationem hic subiungam: „*Antonius Clementius in vita Salmasii p. 19. Pindarum anno aetatis decimo exacte admodum interpretatum esse, manifesta fides est. Quae verba sic intelligo, quod illa aetate iam tantos in Graecis fecerit progressus, ut Pindarum interpretari potuerit; non, quod totius poetae versionem composuerit, ut existimavit Bailletus p. 257. libro de pueris eruditus. Certe Pindari versio Salmasio auctore numquam vidit lucem; neque Benedicti Lampridii, Cremonensis, (de quo Lascaris discipulo vide *Ionium* p. 182. Elog.) quantum sciam, a quo Pindarum felicissimis latinis versibus redditum scribit Gaddius tom. I. de scriptoribus non ecclesiasticis p. 269. Sed Pindarum feliciter latinis versibus imitatus dicitur Benedictus Lamprid. et laudatur a Francisco Arifio in Cremona litterata tom. II. p. 95 sq. et a Io. Matthaeo Toscano in Peplo Italiae cap. 91. p. 56.*“

De versionibus latinis et quibusdam recentiorum idiomatum interpretationibus differit Heyne tom. II. p. 117 sq. [conf. *Blankenburg. ad Sulzer. Theor. Art.* tom. III. p. 576. sq.] Ode tertia in Hieronem, a *Iac. Laureo* heroico carmine donata, exstat cum *Aeliano*, edit. Ioliti. 1550.

Italicas recensent *Philippus Argelati* in *Bibliotheca degli Volgarizzatori* tom. III. p. 203 sq. et *Paitoni* in *Bibliotheca degli Autori antichi Greci e Latini volgarizzati*, tom. III. p. 106 sqq.

Ode di Pindaro — tradotte da *Alessandro Adimari*, e dichiarate dal medesimo. Con osservazioni e confronti di alcuni luoghi immitati, ò tocchi da Orazio Flacco, etc. In Pisa, nella Stamperia di Francesco Tanagli, 1631. in fine: 1632. fol. Liber dicatus Francisco Barberino, Urbani VIII. Pontificis max. nepoti. — Adimari imagini in *Elogiis Academiae incognitorum* p. 14. hoc distichon adscriptum legitur: *Plurima scripsisti, vir docte, volumina, verum Cunctorum pondus Pindarus unus habet.*

La Parafrasi di alcune Ode di Pindaro, di *Camillo Lenzoni*. In Firenze, per Zanobio Pignoni. 1631. 4. conf. *Io. Cinelli* *Biblioth. volante*, V. p. 16.

Oda prima Isthmia di Pindaro — e la ode di Pindaro III. nella Nemea. etc. vid. *Capponi* *Anacr.* tom. I. p. 52.

Ὀλυμπιονίκαι,

Ὀλυμπιονίκαι. *I Vincitori Olimpici di Pindaro, tradotti in Italiane Canzoni ed illustrati con postille da Giambatista Gautier.* In Roma 1762. et Πυθιονίκαι, 1765 mai. 8. graecis ex aduerso adpositis. Ab Italis laudatur libellus, at, iudice Heynio, „graecae lectionis interdum ne vestigia quidem in Italo interprete videas, qui omnino ex latina versione et ex Adimaro sapere videtur.“ — De *Infephi Mazari*, Prof. quondam gr. ling. Mantuan. versione: Ode scelte di Pindaro, Salsari. 1776. vid. Gedicke. Pindaricae laudis aemulum apud Hetruscos. *Gabrielem Chiabreram* laudat *Erythraeus* Pinacoth. I. 36. p. 63. Biblioth. Italiq. tom. I. p. 275 sq. — *Antonius Tantillus* celebris fuit a Pindarica poesi et odas octo varii argumenti fudit atque nominare coepit *Della Cetra Pindarica* etc. vid. Mongitor. Biblioth. Sicul. tom. I. p. 52.

Hispanice vertit primam oden *P. Luis de Leon*, in eius operibus p. 170. edit. Maianfii, et laudatur a Diezio in nota ad *Velazquez* Historiam poeseos hispanicae, in sermonem teutonicum conuersam p. 458.

De *Gallicis*, etiam singularum odarum, interpretationibus atque earum, quae in Commentariis acad. I. et B. L. occurrunt, vide Abb. *Goujetum* in Bibl. Françoise, tom. IV. p. 249. Atque omnino mirum videbitur, studium plurium Gallorum, quam aliorum alius nationis, certatim quasi addictum fuisse Pindaro vertendo, quum constet, quam valde abhorreat natura atque ingenium linguae francicae ab ingenio, vi, audacia atque compositione vinculisque orationis Pindaricae, et a verborum ordine, quem lyricus saepe audaciusque turbasse videtur, quum vel lingua latina non vbiuis adsequi possit illas graeci lyrici virtutes atque proprietates. Huc igitur pertinent *Fraguieri* recitat. de charactere Pindari (de animo poetae vehementer commoto et diuinore, indeque enatis digressionibus,) in Commentar. societ. Paris. mem. vol. II. p. 33 sqq. et in coinm. iisdem a Gottschedia germanice versis, tom. II. p. 44 sqq. — tom. IV. Abb. *Maffieu* francice vertit atque illustravit Odam XII. Olymp. (p. 486 sqq.) Od. XIV. Olymp. (p. 502 sqq.) idem tom. VI. Od. I. et II. Ol. atque Od. I. et II. Isthm. (p. 283 sqq.) — vol. X. p. 347 sqq. *Sallier* III. atque V. Od. Olymp. — vol. XXXII. p. 464 sqq. Olymp. VII. et p. 474 sqq. et vol. XXXVII. p. 87 sqq. *Chabanon* vertit francice atque explicuit Odas Pyth. VI — VIII. Idem *Chabanon* Pythic. Odas coniunctim edidit: *Les Odes Pythiques de Pindare. Traduites avec des Remarques, par M. Chabanon.* à Paris. 1772. 8. Seuera doctaque censura huius libelli est in Philologica Bibliotheca, vol. II. part. I. Gottingae 1773. 8. *Sozay* versio Olymp. Od. Paris. 1754. 12. est fida quidem, at tenuis, iudice Gedicke: adde Heyne Praef. II. p. 118. In Histor. illius societ. Paris. (Histoire de l'Academie Royale des I. et B. L.) sunt tom. V. p. 95. (in versione Gottschediae germanica tom. III. p. 136 sqq.) breues leuesque animaduersiones Abb. *Maffieu* de verbis sententiisque Pindari, et p. 111 sqq. (in vers. Gottschediana, tom. III. p. 190 sqq.) Abb. *Fraguier* comm. de loco quodam Pindari a Platone in lib. IV. Legg. p. 714. D. in primis in Gorgia p. 484. B. citato. — Od. XII. Olymp. versa est a *Batteux* in: Cours des B. L. tom. II. — Liberius conuersae sunt in linguam francicam atque illustratae quaedam odas in libro: *Essai sur Pindare. Contenant une traduction de quelques Odes — avec une Analyse raisonnée et des Notes historiques, poetiques et grammaticales. Le tout précédé d'un Discours sur Pindare et sur la vraie manière de le traduire.* Par Mr. Vauvilliers, Lecteur et Prof. R. pour la langue Grecque. Paris. 1772. 8. Sunt tamen viri docti, qui multa culpent, et conquerantur, odas Pindari ab isto mutilatas esse et transformatas. conf. *Gedicke* iudicium de gallicis versionibus in eius praef. ad versionem Pindari german. — Antiquiores gallicae versiones sunt *F. Marini*, (*Marin*, Champenois) cum

notis Paris. 1607. 1617. 9) 1677. 8. atque *P. de la Gausse* prosa partim, partim versu scriptae, additis iconibus, *ibid.* 1626. 8. (vid. Biblioth. Hohendorf. III. p. 128) — Specimen nouae editionis vel potius Paraphraseos gallicae Pindari editum est in memoriis Dombensibus siue Treuoltianis, (de Trevoux) a. 1702. part. I. p. 75 sqq.

Ex Anglicis huc pertinent: *The second Olympique and first Nemaean Ode paraphrased by Abr. Cowley.* London. 1656. — aliam quarundam Pindar. odarum versionem eiusdem *Culeii* cum carminibus ad exemplum Pindari. lingua anglica compositis, Londini 1681. 8. adtulit Fabricius. — *Part of Pindar's first Pythian Ode paraphrased by W. Harte,* London. 1727. 8. — The merchant, a naval lyrik on Trade Navigation, and Peace: design'd to give a new but just idea of the Pindaric ode, and to shew the Scripture style of the prophets bigtely proper for it, by the Author of the vniuersal passion. London. 1730. — VI. priores Od. Olymp. anglice vertit *H. I. Pye* in: Poems on various subiects, vol. II. 8. vid. Critical Review, mense Mart. 1787. n. 7. — *Od. of Pindar* (Ol. I. II. III. V. VII. XI. XII. XIV. Pyth. I. Nem. I. XI. Isth. II.) with several other Pieces in Prose and Verse translated from the Greek to which is prefixed a Dissertation on the Olympik etc. by *Gilbert West*. Esq. L. L. D. Lond. 1749. 4. Laudatur haec versio. — Sex odas Olymp. quas omiserat West, anglice et metrice versae cum notis apud White prodierunt Londini 1775. Reliqua Pindarica carmina vertit et notis illustravit *Burnaby Green* Lond. 1779. 4.

Nonnulli quoque *Germani* varia fortuna verterunt odas *Pindaricas*: quasdam prosa oratione *Steinbrüchel* adiecit tragoediis quibusdam Sophocleis. Tres (Ol. I. IV. XI.) typis repetitae sunt in: Litteratur-Briefen, vol. II. ep. 31. et laudatae. Primam Olympic. Od. metrice vertit *Schoenborn*, (non, *Sturz*, vti Schummel in: Vebersetzer Bibliothek, p. 24. scripserat, v. Hamburg. nou. acta diurna, a. 1774. scid. 110.) in Briefen über die Merkwürdigkeiten der Litteratur. Schleswic. 1769. 8. — Olymp. III. *Anton*, et VI. Olymp. *Hohl*, l. c. Olymp. XIV. alius, in Lyrischen, Elegischen und epischen Poesien. — *Damms Versuch einer profaischen Uebersetzung der griechischen Lieder des Pindars*, (cum notis,) IV. sect. Berolini 1770. 1771. 8. Ad intelligentiam carminum est quidem utilis illa versio, at ieuna, tenuis et omnem vim atque sublimitatem lyrici poetae misere fregit atque perdidit. — Multo melior est *Gedickii* V. C. versio, quae, quantum fieri potuit, vim, maiestatem ac gravitatem poetae exprimit. Is vero primum operam suam indicavit, addito specimine, in: *Teutschen Museum*, m. April. 1777. — Paulo post lucem adspexerunt: *Pindars Olympische Siegrhymnen, verdeutscht von Friedrich Gedicke*, Berolini et Lips. 1777. 8. cum animaduersionibus eruditis, (in praefatione de versionibus Pindari subtile fertur iudicium.) — et *Pindars pythische Siegeshymnen, mit erklärenden und kritischen Anmerkungen*, *ibid.* 1779. 8. *I. H. Voss* specimen versionis germ. Pyth. I. cum notis dedit in: *Deutschen Museum*, a. 1777. vol. I. coll. epistola *Heynii* ad eundem *ibid.* 1779. — *Gurlitt* versio Od. VIII. Nem. est *ibid.* m. Mart. 1786. tum Od. V. Isthmiae, in: *Wielandi deutschen Mercur*, m. Iul. 1785. n. 2. Od. V. Nem. *ib.* m. Aug. e. anni. Eiusdem versio I. odas Isthm. cum notis, in: *Humanistisches Magazin*, Helmstädt, 1788. p. 39. et IV. Od. Isthm. *ibid.* p. 165 sqq. item Od. VIII. Isth. *ibid.* p. 199 sqq. — Eiusd. vers.

9) In Bibl. Bodleiana p. 324. et in: Discours sur Pindare, praemiss. vers. gallicae Olymp. cum histor. animaduersis. Paris. 1754. p. 8. vbi haec et sequens

vers. de la Gausse vocantur *détestables pour le tems même ou elles ont paru.*

verf. Od. III. Isthm. ibid. a. 1787. p. 280 sqq. Od. VII. Isthm. ibid. p. 345 seqq. — Praeterea variorum etiam carminum Pindaricorum versiones occurrunt in: *Car. Phil. Conzans* Beiträgen für Philosophie, Geschmack und Litteratur. Part. I. n. 10. (Reutling. 1786. 8.) et *G. W. C. Starckii*, Rectoris scholae Bernburg. Progr. Einige Gedanken über die Uebersetzung griechischer und römischer Dichter, nebst einzelnen Gedichten des Ovid, Mimnermus, Theognis, Pindar, Bacchylides und Simonides, übersetzt. Hal. 1790. 8. *Harl.*]

VI. VARIA SCRIPTA PINDARVM ILLUSTRANTIA.

- 1] *Francisci Porti* commentarii in Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Geneu. apud Io. Syluium 1583. 4. In Bibliotheca Petri Francii fuere haec commentaria, manu Aemilii Porti variis locis aucta et ad editionem parata.
 - 2] *Benedicti Aretii Bemensis* commentarii in Pindarum. Geneu. 1587. 4. [P] [De raritate huius libri vid. Freytagii Anal. litter. p. 46.]
 - 3] *Mich. Neandri* Aristologia Pindarica graeco-latina, siue sententiae et loca selecta [v. g. Pythionic. 4. de Argonautarum expeditione] cum notis et vberioribus excerptis ex aliis graecis auctoribus ad sensum locorum Pindaricorum historicum facientibus, Basil. 1556. 8. Argumenta etiam singularum odorum Pindari Neander adiunxit, et aliorum Lyricorum sententias.
 - 4] Comparaison de Pindare et d' Horace, par Mr. *Franc. Blondel*, Maitre des Mathematiques de Monseigneur le Dauphin, Paris. 1673. et Amst. 1686. 12. [et dans les Oeuvres du René Rapin, edit. Hag. 1725. 12. tom. I. p. 433.] et latine, Iano Berkelio interprete, vna cum Iacobi Palmerii Apologia pro Lucano. Lugd. Bat. 1704. 8. Rem paucis complexus personatus scriptor Vignolius Maruillius in Miscellaneis suis tom. II. p. 127. *Pindare a plus d' elevation qu' Horace: Horace a plus de delicateffe, d' agrement et d' egalité, que Pindare. L' un donnoit plus à l' entousiasme, et l' autre au bon sens.* Confer Boilaeum ad Longinum [reflex. VIII.] vbi Pindarum aduersus Perraulti obelos tuetur. [et quae scripsi in Introd. in Hist. L. Gr. p. 102 sq.]
- Aemilii Porti* Lexicon Pindaricum, Hanou. 1606. 8. *Erasmii* quidem *Schmidii Πινδαροπαμεϊον*, siue *Concordantiae Pindaricae*, quarum specimen dat in sua praefatione ad Lectorem, diuersa a prolegomenis, lucem nunquam viderunt: nec lucem versio Pontii Virunii memorata in: *Giornale d' Italia* tom. 24. p. 277.
- Dan. Heinsii* Oratio XXVII. Pindari Pythiis praemissa, et Poetae maiestatem atque sapientiam praedicans.
- Francisci Montani* lucubrationes in Pindarum ab auctore ad Iac. Gronou. missae commemorantur in tom. III. Ephemer. litter. Italiae, p. 130.
- [*Io. Cornelii de Pauw* notae in Pindari Ol. Pyth. Nem. Isthmia. Traiecti ad Rhen. 1747. 8. Vir quidem graece doctissimus metricaeque callens rationis; at importunus et agrestis Schmidii cum primis cauillator, nec raro captiosorum commentorum, nouarumque earumque minus certarum opinionum venator. conf. *Reiske* Lebensbeschreibung p. 241.
- Gotthilf. Frideman. Loeberi* Exercit. critica in Pindari Olympionicarum Oden XI. Ienae. 1743. 4.

Introduction à la lecture des Odes de Pindare par M. I. L. Bridet, à Lausanne. 8. conf. *Journal encycloped.* m. Febr. 1788. p. 48 sqq.

Guil. Barford diff. in Pindari primum Pythium habita Cantabrigiae in scholis publicis. Cantabr. 1751. 4. conf. *Noua acta Eruditor.* 1754. Iun. part. I. p. 301 sqq. vbi illa disp. parum commendatur.

In *A. F. Ruckersfelderi* Sylloge commentationum et observationum philologico-exegeticarum et criticarum, fasciculo priore, primum locum occupat commentatio quaedam cantica sacra ex genio Pindaricorum illustrans, Dauentriae 1762. 8. conf. *Klotzii Acta litterar.* vol. I. part. II. p. 117 sqq.

Nouum Lexicon graecum Etymologicum et reale, cui pro basi substratae sunt concordantiae et Elucidationes Homericae et Pindaricae. — collegit et digessit *Christian. Tobias Damm*, Rector Gymnasii Colonienfis Berol. Berolini. 1765. mai. 4.

M. Io. Christoph. Frid. Gotschel disp. me praeside habita: Mythologiae Pindaricae Specimen I. Erlangae. 1790. 4.

Martin Gottfried Hermann Handbuch der Mythologie, enthaltend die Mythen aus den lyrischen Dichtern der Griechen, — vol. II. Berolini. 1790. passim.

D. Io. Aloysii Mingarelli, Abbatis S. Mariae ad Rhen. et gr. litterar. in Archigymnasio Bonon. lectoris *Coniecturae de Pindari odis*, Bononiae 1772. 4. non satisfaciunt eruditorum expectationi. In epitomen redactae sunt illae coniecturae in Bibliotheca philologica, vol. II. part. VIII. Gottingae 1774. p. 645 — 673.

Lepida est opinio *Giamb. Passeri* in: *Nuoua Raccolta d' Opuscoli scientifici e filologici*, vol. 27. Pindarum ex poetis iudaicis artem saltuum, nobilium sententiarum et stili hausisse.

Richardi Dawes Emendationes in Pindarum, in illius *Miscellaneis criticis*. sect. II. p. 37 — 70. et *Thomae Burgeff* additamenta p. 353 — 366. Oxon. 1781. 8.

M. Guil. Gottl. Hermann comm. de conuersione Pindarica. Goerliz. f. a. 4.

F. Jacobs Emendationes in quaedam Pindari fragmenta. In: *Biblioth. der alten Litteratur und Kunst*. part. II. Gottingae 1782. 8. p. 40 sqq.

Aug. Matthias Emendationes variorum eius locorum vid. in *Eius Obseruat. critic.* in *Tragicos, Homerum, Apollonium, Pindarum, etc.* Gotting. 1789. 8.

Clodius de pindarica poesi in: *Versuche aus der Literatur und Moral*, part. I. Lipsiae, 1767. p. 49 sqq. *Harl.*]

VII. PINDARI SCRIPTA DEPERDITA APVD VETERES MEMORATA. [Quaedam tamen sub diuersis nominibus citata ad vnam eandemque classem pertinuisse videntur.]

Ἀσργμος ὠδή. Eustathius ad *Iliad.* α. sub init. λέγεται γὰρ καὶ Πινδαρῶ ποιεῖσθαι ἀσργμο-ποιεῖσθαι ὠδήν καὶ τῷ Ἑρμονεῖ δὲ Ἀάσῳ ἀσργμος ὕμνος εἰς Διμήτραν. Confer *Athenaeum* lib. X. p. 455.

Βακχικά. Suidas in *Πινδαρος*.

Δαφνοφορικά.

Δαφνοφορεϊκά. Suid.

Διθυράμβοι. Suid. Scholiaſtes Pindari, [Ariſtidis II. p. 295. fragment. in Ariſtid. or. Platon. II. p. 52.] et Anonymus-Graecus in Rhetorica Ariſtotelis lib. III. p. 55. b. Strabo lib. IX. p. 404. Dionyſius Halic. *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*, (confer locum inſignem Pindari, quem Dionyſius ibi citat, reſtitutum et verſione donatum a Ioſua Barnesio tom. II. p. 350. editionis Dionyſii praeclaræ Hudſonianaæ,) et Harpocratio. Plures libros fuiſſe, conſtat ex Etymologico in *Θάραξ*, vbi laudatur Pindarus *ἐν διθυράμβων πρώτῳ*. [id inde non ſequitur: ſed idem eſt ac in primo dithyrambo; alioquin citatur ſæpius *ἐν διθυράμβοις*. conf. *Schneideri* Fragm. Pind. p. 35. 46 ſqq.]

Δραμάτα τραγικὰ ἰζ. Suid.

[*Ἐγκώμια.* *Schneider* Fragm. Pind. p. 44. v. etiam *σκόλια*. De encomiis *Menander* ſcripſit comment. ab *Heeren* denuo editum.]

Ἐνθρονισμοί. Suid.

Ἐπιγράμματα ἐπικά. Suid. *Epigrammata in Panem* memorat *Euaſthius* in *Iliad.* χ'. p. 771. In *Hefiodum* Suid. in τὸ *Ἡσιόδειον γῆρας* et appendix Vaticana IV. 3. ex Ariſtotelis Rep. Orchomeniorum. [P]

[*Ἐπινίκια* carmina. v. ſchol. ad Pyth. II. 1. p. 181. ad Nem. 11. p. 421. *Schneideri* Fragm. Pind. p. 2 ſqq. qui p. 3. docet, Pindarum praeſter Od. VII. Olymp. aliud carmen *ἐπινίκιον* ſcripſiſſe in Diagoram. *Frider. Snedorf* de Hymnis Veterum Graecorum, p. 8.]

Pindarum *ἐν τοῖς περὶ Ἑρακλέους* laudat *Zenobius* VI. 49. prouerb. [ſed apud *Zenodotum* legendum eſſe *Πέσσανδρος* docuit *Ruhnken*. in *Epist.* ad Heynium, inſerta *Virg.* tom. IV. p. 237. edit. I. adde *Schneider* l. c. p. 63.] Idem V. 20. citat Pindarum in *Εὐμεονικάις*, ſed legendum *Νεμεονικάις*, reſpicitur enim *Odae* 3. Nem. v. 56 ſq.

Θεῖνοι. Suid. et Scholiaſtes Pindari ad Pyth. VII. 17. etc. *Plutarchus* in *Romulo* et conſolat. ad *Apollon.* p. 120. *Georgius Galeſiotha* apud *Allatium* p. 210. de *Simeonum* ſcriptis. [vid. *Schneideri* Fragm. p. 20 ſqq.]

Κεχωριſμένα τῶν Παρθένων. Schol. Pindari 3. Pythionic. p. 204. *Πάρεδρος γὰρ ὁ Πάν τῇ ῥέᾳ, ὡς αὐτὸς ὁ Πίνδαρος ἐν τοῖς κεχωριſμένοις τῶν παρθένων φησί.* [ſed legendum eſt *παρθενίων*. Schol. ad Theocr. II. 2. 10. *Πίνδαρος* φησιν ἐν τοῖς *Κεχωριſμένοις τῶν Παρθενίων*, (ſic exſtat in cod. Vatic. V.) *ὅτι τῶν ἐραστῶν οἱ μὲν ἄνδρες εὐχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες σελήνην.* Clare *Plutarchus* de *Mufica* p. 1136. f. p. 667. vol. X. ed. *Reiskii* ſcribit, multa *παρθενῶα* doricè ab *Alcmane*, *Pindaro*, *Simonide* et *Bacchylide* eſſe facta, vbi *προσῳδία* tamquam diuerſa a ſuperioribus memorantur. In his Pindari *Partheniis* laudabant alicubi virgines *Panem*; partem illius ſeruauit *Athenaeus* XV. p. 694. et nullo auctoris nomine adnotato poſuit in *Scoliorum* nomine. vid. *Schneider* l. c. p. 17. ſqq. et in: *Verſuch über Pindar* etc. p. 19 ſqq. *Κεχωριſμένα* legit *Gaſtmin.* ad *Theodor. Prodrom.* p. 572.] Idem Poema *Suidas* vocat *Παρθένια Προσῳδία*, forte e loco *Plutarchi* de *Mufica* p. 1136. E.

Παιῶνες, *Suidas*, Schol. Pindari, *Sophoclis* et *Apollonii* lib. I. *Tzetzes* ad *Lycophronem* v. 446. *Plutarchus* lib. de *Mufica* p. 1134. 1136. et de garrulitate p. 511. ex quo loco prolixiores paulo fuiſſe coniicias. *Athenaeus*, *Pausanias* Boeotic. p. 754. *Phocic.* cap. 5. p. 810.

Didymum

Didymum ἐν ὑπομνήματι πρώτῳ τῶν παιάνων Πινδάρου laudat Ammonius in Θηβαϊῶν. Hominum et Deorum laudes illud Pindari opus continuisse docet *Seruius* ad X. Aeneid. v. 738. Apud *Galenum* comm. 3. in Lib. περὶ ἀνδρῶν tom. V. p. 615. laudatur Pindarus ἐν τοῖς πλείαισιν, vbi legendum suspicor παιᾶσιν. [conf. *Schneider* l. c. p. 38 sqq. *Snedorf* l. c. p. 9 sqq.]

Παρανέσεις τοῖς Ἑλλήσι, prosa, non, vt cetera, carmine. Suid.

[Παροῖνα. Schol. ad Nem. XI. p. 421.]

Προσῳδία Παρθένια. Vide supra κχωρισμένα τῶν παρθενίων. [Plura scripsit *Προσῳδία*. vid. *Schneider* p. 17.]

Σκολιά ἐγκώμια. Suid. *Athenaeus* lib. X. cap. 7. et XIII. cap. 4. et XIV. p. 635. [vbi Pindarus *Terpandrum* laudat scoliolorum inuentorem.] Etymolog. magnum. Sed horum pleraque hodie exstant. Quae enim habemus in Olymp. Pyth. Nem. et Isthmionicas, nihil aliud sunt quam σκολιά ἐγκώμια et ab Athenaeo diserte ita adpellantur, vt XIII. p. 573. vbi respicit locum ex Ὀλυμπιονικ. γγ. [De σκολιοῖς conf. *Athenaeus* XV. 14. p. 694. A. ibique *Casaubon*. XV. 14. 15. Sed *Athenaei* expositionem improbat *Cludius* de Scoliis Graecorum, in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. I. p. 56 sq. adde *Sauter* de Scoliis Graecorum, ibid. part. V. p. 20 sqq. *van Goens* diss. Obseruat. miscellan. philologici potissimum argumenti, cap. 4. et 5. *De la Nauze* in Hist. Acad. Par. Inscr. tom. IX. *Burette* in Commentar. societ. Paris. Inscript. tom. XV. p. 311 sqq. — *Athenaeus* lib. XIII. cap. 4. p. 573 sq. scolion quoddam, quod acclamationem habet ad Venerem, sub nomine Pindari adfert, sed *Snedorf* de hymnis veterum Graec. p. 14. in not. (vbi plures laudat, qui de illo poeseos genere egerunt,) abnegat id Pindaro, quia ex eius scoli fine facile adpareat, id spurium et Pindari Musa indignum esse, quippe quod abhorreat a natura ingenii sublimis atque generosi, aliquid facere, quod minuat ipsius dignitatem. Nil *voceias* odoratus est *Schneider* in Fragm. Pind. p. 10 sqq. vbi scoliolorum Pindaricorum fragmenta collegit et explicuit.]

Ἵμνοι Suid. et Schol. Pindari ad Pyth. IV. 288. IX. p. 288. *Pausanias* (qui Boeot. p. 755. et hymnum Pindari in *Persephonem* siue *Proserpinam* post mortem suam auui cuidam per somnium dictatum, et ab ea, quum euigilasset, missum in literas; tum ibid. p. 768. *προῖμιον* in *Satadam* Argium memorat: est autem *προῖμιον*, *hymnus*, vt ex ipso Pindaro constat, Pythionic. carm. i. v. 6. adde infra not. ad §. 53.) Scholiastes Aristidis ad Orationem, quae inscribitur Pericles. Etymolog. magnum in ὠμήησεν. *Fabrit.* [Quint. *Et.* Inst. orat. VIII. 6. 71. exquisitam, ait, figuram huius rei {n. hyperboles,} deprehendisse apud principem lyricorum Pindarum videor in libro, quem inscripsit ὕμνος etc. *Himerius* in Λαλία in Iulianum apud *Fabricium* Bibl. Gr. IX. p. 426. et in *Vffenbachii* Bibl. MSS. f. Catalogo MSS. etc. part. II. p. 631. optauit, vt verba ipsa in lyram et carmen verterentur, ἵνα τι κατὰ σε νεανιεύσωμαι, ὅποιον Σιμωνίδης καὶ Πίνδαρος κατὰ Διονύσε καὶ Ἀπόλλωνος, vt *floridum* quid et poeticum de te eloqui possem, prout *Simonides* aut *Pindarus* de Baccho atque Apolline. adde *Schneider* de vita et scriptis Pindari p. 32. et Fragm. Pind. p. 33 sqq. *Harl.*]

Ἵπορχήματα

ὑπορχήματα Suid. et Schol. Pindari. *Plutarchus* p. 1134. de Musica. *Fabric.* [ὑπορχήματα erat carmen saltiare Cretensium proprium, quod saltantibus accinebatur. conf. *Scaliger* Poet. lib. I. cap. 47. qui existimat, ea fuisse Dithyrambo proxima, remissiora tamen atque laxiora. *Menander* de encomiis p. 26 sq. edit. cl. Heeren, Ἐπαινος, αἶτ, δὲ τις γίνεται, ὅτε μὲν εἰς θεὸς, ὅτε δὲ εἰς θνητὸς· καὶ ὅτε μὲν εἰς θεὸς, ὕμνος καλῶμεν. Καὶ τέτρες αὖ διαιρέμεθα κατὰ θεὸν ἑκάστον· τὲς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα Παιᾶνας καὶ ὑπορχήματα νομίζομεν· τὲς δὲ εἰς Διόνυσον Διδυράμβους καὶ ἰοβάκχους, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐρεῖται Διονύσου· τὲς δὲ εἰς Ἀφροδίτην, ἐρωτικὰς. *Xenodamus* autem et *Pindarus* id carminis genus Hyporchematum excoluisse, tradit *Athenaeus* I. cap. 19. p. 15. additque, esse huiusmodi saltationem earum rerum imitationem, quas dictio cantationis enunciet; atque XIV. p. 631. hyporchematicum carmen esse, scribit, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. Quare dubito, *Clementi* Strom. I. p. 365. qui Pindarus inuentorem τῶν ὑπορχημάτων fuisse tradit, fidem esse adhibendam; adde locum classicum *Plutarchi* de Musica pag. 1134. a Fabricio iam laudatum. Pindarus ipse secundum Pythicum εἶδος adpellauit καὶ ὄρεσιν (conf. *Plutarch.* de Musica pag. 1140.) et ὑπορχηματικόν, quoniam plurima eius μέλη saltatione expressa fuerunt: et veteres grammatici loca ex Πυθικῇ εἰς Ἱέρωνα ᾄδῃ, vel ὑπορχήματι vel σχολιά in Hieronem laudant, vid. loca apud *Schneider* I. c. p. 7. 9. et 10. vbi addendum, fragmentum p. 7. illustratum σῖντες δ, τι λέγω etiam reperi apud *Platon.* Menon. cap. 7. p. 19. edit. Bister. De Hyporchem. Paeane, Dithyrambis aliisque saltationis, musices ac poeseos generibus copiosus est *Burette* in Mem. acad. Paris. Inscr. X. p. 300. etc. — De fragm. Pindari, νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς etc. quod adfert *Schneider* in fragm. p. 107 sq. et quod praeter plures alios etiam *Plato* in Gorgia, p. 484. B. memorat, vberius disputat *Fraguier* in Hist. de l'Acad. des I. et B. L. tom. III. pag. 164 sqq. (secundum versionem Gotschediae gerinan. part. III. p. 190 sqq.) Erudite quoque id explicant, emendant illustrantque *Valcken.* et *Wesseling.* ad Herodot. lib. III. cap. 38. fin. p. 215. *Harl.*]

Fragmenta deperditorum Pindari scriptorum vtcunque post Mich. Neandrum et H. Stephanum collegit *Erasmus Schmidius* ὁ μακαρίτης, cuius industria contenti fuere Oxonienses. Poterant autem et pro diuersis poetae scriptis melius disponi, et quam plurima adiungi. Vide sis etiam *Andream Schottum* lib. II. Obseruat. humanar. cap. 62. [P] [in primis *Schneideri* fragmenta carminum Pindaric. saepius laudata a nobis.]

VIII. CATALOGVS SCRIPTORVM

IN SCHOLIIS GRAECIS AD PINDARVM CITATORVM, ILLO, QVI EST IN EDITIONE OXONIENSI, NONNVLLIS LOCIS PLENIOR.

Ἀγέστρατος. p. 303.

Ἀγησίλαος. 197.

Αἰθιοπίδα ὁ γράφων. 453.

Αἰνείας ὁ Ἀργεῖος. 456.

Αἰσχύλος. 182. 184. 222. 319. (in argumento)

411. ἐν Γλαύκῳ, 176. ἐν Ἐπιγόνῳ, 467. ἐν

Vol. II.

Κιβήρατος, 233. ἐν Νηρέσι, 375. ἐν Δαναΐσιν, 197.

Δῖων ποιητής. 145.

Ἀλέξανδρος. 211. 216. 284.

Ὁ Ἀλικαρνασσεύς. (*Herodotus*) 399.

Ἀλκαῖος. 8. 434. 440.

L

Ἀλκαμάν.

- Ἀλκμάν. 8. 235. 434. ὁ Ἀλκμάν ἰσορεῖ. 337.
 Ἀμμώνιος. 181. 215. 218. 233. 337. 352.
 Ἀμυντιανὸς ἐν τῷ περὶ Ἐλεφάντων. 41.
 Ἀνακρέων ²⁾. 41. 77. 96.
 Ἀναξαγόρης μαθητής. (Euripides) 8.
 Ἀνδρεσίαν. 476.
 Ἀνδρῶν ὁ ἐφέσιος ἐν τοῖς ἐπτά σοφοῖς. 440.
 Ἀντεσίαν. 4.
 Ἀντίμαχος. 239.
 Ἀπολλόδοτος. 4. 109. 417.
 Ἀπολλώνιος. 10. 216. 220. 221. 233. 235. 237.
 239. ἐν τῷ δευτέρῳ. 342.
 Ἀπολλώνιος ἐν τῷ καταλόγῳ. 363.
 Ἀπολλώνιος ὁ εἰδογράφος. 181.
 Ἀρατος. 101. 152. 235. 332. 364.
 Ἀρισάρχος. 8. 22. 23. 33. 37. 51. 53. 78. 83.
 105. 160. 187. 189. 200. 212. 250. 252. 255.
 263. 270. 321. 324. 325. 332. 333. 336. 337.
 345. 348. 352. 358. 370. 382. 383. 384. 388.
 395. 417. 434. 438. 464. 469. 477. 479.
 Ἀρισάρχεοι. 431.
 Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ Κνίδος συγγράμματι.
 196.
 Ἀριστόδημος ^{aa)} Ἀλεξανδρεὺς, Ἀρισάρχος μα-
 θητής. 378. 125. 127. 204. 384. 389. 436.
 Ἀριστόνικος. 4.
 Ἀριστοτέλης. 111. 122. 190. 338. 438. ἐν τῇ Γε-
 λῶων πολιτείᾳ, 171. ἐν τῇ Λακωνίων πολι-
 τείᾳ, 476.
 Ἀριστοφάνης. 15. 162. 190. 240. ἐν Ἰππεύσῳ.
 187.
 Ἀρίων. 321.
 Ἀρτίμων, ὁ Περγαμηνός. 51. 165. 168. 198.
 438.
 Ἀρχίδαμος. 203.
 Ἀρχίλοχος. 8. 69. 105. 140.
 Ἀρχίνος ἐν Θεσσαλικοῖς. 199.
 Ἀσκληπιάδης. 78. 94. 95. 196. 213. 214. 216.
 333. 368. 438. Τραγωδόμενα. 383. [P] ἐν
 τρίτῳ. 184. καὶ ἕκτῳ τῶν τραγωδόμενων.
 233.
 Ἀχαιοὺς Ἰσοριογράφος Pindaro antiquior. 80.
 Βάτος ἐν δευτέρῳ Ἀττικῶν ἰσοριῶν. 456.
 Βακχυλίδης. 1. 4. 127. 143. 455. ἐν διδυράμ-
 βοις. 172.
 Ὁ Βεκόλος. (Theocritus) 311.
 Γραφὴ Θεᾶ. 15.
 Δημοσθένης. 5. 77.
 Δημέας. 235.
 Δήμων (proverbiorum scriptor.) 390.
 Δίδυμος. 4. 23. 37. 53. 63. 72. 78. 108. 125. 127.
 144. 145. 215. 243. 255. 266. 269. 279. 294.
 295. 301. 320. 322. 324. 325. 333. 336. 341.
 348. 349. 355. 358. 362. 371. 372. 378. 382.
 383. 385. 391. 405. 413. 417. 421. 429. 434.
 435. 440. Didymi ἐξηγήσεις Πινδαρική lau-
 datur et a Laërtio lib. I. cap. 22.
 Δευτυχίδας ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Μεγαρικῶν.
 401.
 Διόδοτος ὁ Ἀριστοφάνειος. 443.
 Διονύσιος. 436. ἐν πρώτῳ Κύκλων. 456.
 Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. 331.
 Διονύσιος ὁ τῆ Χαερμίδος. 381.
 Διονύσιος ὁ Φασηλῆτης. 181. οἱ περὶ τὸν Φα-
 σηλίτην. 421.
 Δίφιλος ὁ τὴν Θησιῆδα ποιήσας. 127 ^{bb)}.
 Ἑλλάνικος. 276. 341. ἐν τῷ πρώτῳ - - περὶ
 Αἰολικῶν ἰσορήκεν. 425.
 Ἐπ. μενίδης. 10. 78.
 Ἐπίχαρμος. 109. 190. ἐν νάσοις. 172.
 Ἐρατοσθένης. 105.
 Εὐμηλὸς τις ποιητὴς ἰσορικός. 149.
 Εὐμόλπος Κερύνθιος ὁ γράψας νόσον τῶν Ἑλ-
 λήνων. 145.
 Εὐριπίδης. 8. 17. 36. 73. 145. 185. 199. 208.
 217. 321. 322. 348. 350. 369. 397. 451. 456.
 476.

²⁾ Anacreontem libenter imitatur Pindarus, ut
 observatum Barnesio in præclara sua Anacreontis
 editione p. 18.

^{aa)} Huius τρίτον περὶ Πινδάρου laudat Athenæus

lib. XI. p. 495. Chamaeleontem Heracleotem ἐν
 τῷ περὶ Πινδάρου. XIII. p. 573.

^{bb)} Draconem p. 241. edit. Oxon. perperam in-
 ter scriptores retulit Henr. Steph.

476. 483. ἐν Ἀνδρομάχῃ. 358. ἐν Ἀντιγό-
νῃ. 207. ἐν Ἀρχελαῷ. 185. ἐν τῷ Μελεά-
γρῳ. 410.
Εὐφορίων ἰσορεῖ. in argumento Pyth. 2. et vlt.
et p. 381.
Ἐφορος ἰσορεῖ. 174. 175. 257. 463.
Ζηρόδοτος. 41.
Ἡρόδοτος. 47. 211. 401. 463.
Ἡρόδοτος. 53. 456. ἐν Πελοποννήσῳ. 309. ἐν Οἰδί-
ποδι. 455.
Ἡρόφιλος. 78.
Ἡρωδιανός. 3. 99.
Ἡφαιστίων. 458.
Ἡσίοδος. 10. 33. 51. 56. 60. 85. 95. 107. 115. 116.
117. 124. 127. 144. 150. 158. 160. 161. 186.
198. 199. 224. 229. 331. 338. 343. 355. 378.
388. 407. 419. 424. 431. 455. 459. 472. ἐν
ἄρτοις. 247. ἐν Θεογονίᾳ ὡς ἐπὶ τῆς τῶν
Θεῶν γενέσεως. 369. ἐν Ἠοίαις. 283. ἐν
μεγάλαις ἡοίαις. 214. ἔπη εἰς Ἡσίοδον
ἀναφερόμενα. 196. 211. Χείρωνος ὑποθή-
και. 265.
Θαλῆς. I.
Θεογένης ἐν τῷ περὶ Λιγίνης. 338.
Θεόκριτος. 17. 31. 326.
Θεόπομπος. 146. 148. 203. ἐν Μήδῳ. 187.
Θεότιμος ἰσορεῖ. 216. ἐν πρώτῳ περὶ εἰρήνης.
252.
Θεόφραστος. 212. ἐν τῷ περὶ εὐρημάτων. 145.
ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν. 181.
Ὁ τὴν Θησίδα γράψας. (Diphilus) 127.
Θουκυδίδης. 203. Vide et 333. [C]
Ἰβυκος ἰσορεῖ. 321.
Ἰεροκλῆς. 212.
Ἰππίας. 232. 382.
Ἰππόστρατος. 22. 331. ὁ τὰ περὶ Σικελίας γε-
νεαλογῶν. 263.
Ἰσρος. 4. ἰσορεῖ. 367.
Καινέας. 304.
Καλλίμαχος ante Ol. I. p. 23. 28. 35. 48. 49.
94. 125. 145. 178. 181. 199. 206. 219. 229.
237. 243. 250. 252. 253. 257. 286. 301. 331.
339. 349. 363. 407. 409. 414. 440. ἐν Λικά-
λῃ. 321. ἐν Ἰάμβοις. 87. ἐν ὕμνοις. 54.
ἰσορεῖ ἐν ὕμνοις. 69.
Καλλίστρατος. 181. 336. 389. 438. 440. 458.
Κρατίας. 101. 332.
Κρατίνος. 69.
Ὁ Κύπρις συγγράψας. 417.
Λυκόφρονος παράφρασις. 156.
Λυσίμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νόσων ἰσορεῖ.
456.
Μενάχμος. 331. ὁ Σικυώνιος. 401. ἐν τῷ Πυ-
θικῷ. 231.
Μενεκλῆς. 212.
Μενεκράτης. 22. 457.
Μίμνημος, (ἀπὸ Μίμνημος,) ἰσορεῖ. 337.
Μνασέας ὁ Παταρεύς. 123. 124. 219.
Νικοκλῆς. 331.
Ὅμηρος sacerrime. Ὅμηρικοὶ ὕμνοι. 196.
Οἱ τὰ μετ' Ὀμηρον γράψαντες. 31.
Πανύασις ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας. 207.
Παρθένιος ἐν τῇ Ἀρήτῃ. 444.
Παρμένων. 219.
Πέσανδρος ὁ Καμηρεύς. 294.
Πίνδαρος. 3. 22. 35. 70. 75. 183. 190. 233. 255.
275. 321. 325. 336. 364. 378. 385. 387. 401.
406. 407. 409. 415. 429. 452. 453. 458. 463.
ἐν Ὀλυμπιονίκαις, 22. 190. ἐν Πυθιονίκαις,
8. 360. ἐν Νεμεονίκαις, 472. ἐν Διθυράμ-
βοις, 69. 145. 181. ἐν Θρήνῃς, 10. ἐν παιά-
σι, 3. 318. 385. 389. ἐν ὕμνοις, 232. ἐν τοῖς
ὑπορχήμασιν, 145. ἐν τοῖς κεχωρισμένοις
τῶν παρθένων, [παρθενίων] 204.
Οἱ παρὰ Πινδάρῳ. 3. 321.
Πλάτων, ἐν Φαίδωνι, 35.
Πολέμων. 83. 367. 410. ἐν τῷ περὶ Θέβησις,
87.
Πυθαγόρας. 35.
Πυθαίветος, 366. ἐν πρώτῳ Λιγινητῶν. 372.
Σαπφώ. 28. 35. 166. 187. 240. 250.
Σιδωνίος. 177.
Σιμωνίδης. 145. 243. 322. 438. ἐν ὑπογράμμα-
τι (ἀπὸ ἐπιγράμματος) 378.
Οἱ παρὰ Σιμωνίδῃ. 3.
Σοφοκλῆς. 8. 16. 74. 227. 413. 422. 428. 455.
L 2 461.

461. ἐν Ἀθάμαντι, 233. ἐν Αἰγῇ, 185. ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ, 444. ἐν Ἀχιλλέως ἐρα-
ταῖς, 340. 375. ἐν Λημνιάσι, 233. ἐν Ναυ-
πλίῳ, 467. ἐν Ὀδυσσεὶ μαινομένῳ, 471. ἐν
τῷ Προμηθεῖ, 252. ἐν Τριπτολέμῳ, 121. ἐν
Τρώϊῳ, 190. 340.
Στησίχορος. 201. ἐν Κύκνῳ, 123.
Συγέσιος. 16.
Σωκράτης. 196. 456. ὁ Ἀργεῖος. 343.
Σωσίβιος. 190.
Σώφρων. 321.
Τίμαιος ὁ συντάξας τὰ περὶ τῆς Σικελίας.
23. 52. 87. 91. 145. 173. 178. [P] 181. 320.
323. ἐν τῇ δευτέρᾳ, 405. ἐν τῇ δεκάτῃ,
ibid.
Ὁ Τραγικός. (Sophocles) 345. 351.
Φαῖσος ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς. 214. nisi le-
gendum Φῆσος ἐν Μακεδονικοῖς, vt infra,
vbi idem versus profertur: Ζεὺς Λιβύης
Ἀμμων κερὰ τῷ Φόρῳ κέκλυθι μάντι.

Οἱ περὶ τὸν Φασηλίτην. (vide supra, Diony-
sius Phaselites) 181.
Φῆσος siue Φαῖσος ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγ-
γράψας. 288.
Φερεκύδης. 184. 199. 201. 221. 223. 227. 232. 284.
294. 309. 326. 340. 367. 436. 476. ἐν πρώ-
τῳ, 354. ἐν δευτέρῳ, 456.
Φερένικος. 39.
Φίλαρχος. 201.
Φίλιππος. 52. 173.
Φιλοσέφανος ἐν τῷ περὶ Κυλλήνης. 68.
Φιλόχορος. 109. 140. 270. 331. 336.
Φύλαρχος. 354.
Χαῖρις. 213. 216. 223. 225. 230. 233. 242. 243.
325.
Χέρωνος ὑποθήκαι. 265.
Χρυσίππος. 325. 434. 435. 436. 443. 450.
451. 452. 453. 455. 456. 457. ἐν τῷ περὶ πα-
ροιμιῶν. 440.

IX. Iam post Pindarum alios deinceps *LYRICOS* celebriores, *LYRICASQUE* ordine literarum persequamur, idque tanto brevius, quo pauciora ex illorum scriptis ad nos peruenerunt ^{cc)}. *ALCAEVS* Mitylenaeus Lesbicus, Tyrannis minati *Camoena* ^{dd)} sua et *σασιωτικῶς* carminibus infestus, sed libenter obsequens vino, (conf. *Athenaeum* X. 7. et 8. p. 429. et 430.) ^{ee)} aequalis ac ciuis Sapphonis, [vid. *Strabon.* XIII. p. 917.] clarus fuit circa Olymp. XLIV. ^{ff)} Vide *Herodotum* V. 95. *Strabonem* lib. XIII. p. 617. et *Laertium* lib. I. sect. 81.

^{cc)} *Agaclen* poetriam quamdam, *Gyraldus* in dial. III. de poetis p. 170. finxit ex epigr. gr. Antipatri (in *Anthol. vett. Graec. epigr.* lib. I. cap. 66. p. 443. edit. Francof. 1602.) sed est epitheton *Telephillae*, et ἀγακλῆς significat praecclarum, celebrem, animaduertente *Schellhorn.* in *Amoenitat. literar.* tom. V. p. 21 sq. *Harl.*

^{dd)} Vt ait *Horat.* III. 9. 7. Carmina illa, quae de bellis ciuilibus et in tyrannos fecit, διχοσασιατικὰ dicta sunt. vid. *Dacier.* ad *Hor.* Od. XIII. lib. II. v. 26. In horum carminum multis, quod aperte non posset inuchi in tyrannos, allegoria regnavit; vid. fragmentum *Alcae*i apud *Heraclidem* Ponticum de allegoria Homerica, in *Th. Galei* opusculis mythologicis, Amstel. 1688. 8. p. 413. et elegantissim. *Iani* ad *Horat.* I. carm. 14. Argument. *Harl.*

^{ee)} Pueros quoque amasse arguitur. *Horat.* lib. I. od. 32. 6 sq. *Cicero* de N. D. lib. I. cap. 28. *Naevius* in articulo pueri delectat *Alcaeum.* At est corporis macula, naevius: illi tamen hoc lumen videbatur. Idem *Tuscul. quaest.* III. 33. Fortis vir in sua republica cognitus; quae de iuuenum amore scripsit *Alcaeus*! et de amore, quo erga Sapphum ardebat, vid. *Aristot.* Rhetor. lib. I. cap. 9. adde *Bayle* *Diction.* voc. Alcée, A. et C. Sed *Alcaeum* ab utroque crimine non omnino quidem defendit, at tamen pro illa morum et simplicitate et licentia bene excusauit *Iani* in prol. I. de *Alcae*o, p. 7. et 8. *Harl.*

^{ff)} In *Chronico* *Eusebio* - *Hieronym.* edit. *Vallars.* p. 462. Olymp. XLV. $\frac{2}{3}$ (secundum *Scaligerum* Olymp. XLIV. 2.) dicitur: *Sappho* et *Alcaeus* poetae clari habentur; siue, vt est in cod. primo

sect. 81. vbi quaedam eius in Pittacum conuicia refert. Adde *Plutarchum* VIII. 7. sympol. p. 726. *Valer. Max.* IV. 1. ext. 6. *Carminibus* suis et *adais* in eundem concitauit animos ciuium suorum Mitylenaeorum, vt testatur *Maximus Tyrius* diff. XXI. Confer locum, quem *ἐκ τινος Ἀλκαίῃ σκολίων μελῶν* profert *Aristoteles* III. 10. politic. ⁸²) Etiam *bellicas res* scripsit Alcaeus et *navigationem suam*, cum a tyrannis Mitylenensibus pulsus est, si fides Porphyrii et Acrōni ad Horatium lib. II. od. 13. [*Nauigationem* tamen suam scripsisse Alcaeam, probabile fit ex loco *Strabonis* I. p. 37. (p. 63. Almel.) Is enim animaduertit, Nilum pluribus ostiis in mare effluere, quippe quod ei cum aliis pluribus esset commune, mentione dignum non putasse Homerum, sicut ne *Alcaeam* quidem, *tametsi is in Aegyptum se venisse dicat*. Procul dubio respexit Strabo ad Alcaeum carmen illud de nauigatione. Nam quod poeta in ceteris suis carminibus, Nilum pluribus ostiis effluere in mare, non commemorauit, id neque singulare neque notatu dignum videri potuerat Geographo. Adde *Strabon.* IX. p. 411 sq. et *Barettium* de nostro poeta in Comment. Soc. Paris. Inscr. tom. XIII. pag. 210 sqq. Somnium vero Harduini, Alcaeam *hexametro satyrico* vsu fuisse olim, *Klotzius* in Lectio-

L 3

nibus

primo Palat. apud *Schurzfleisch.* in Notitia bibl. Vinar. p. 248. *Sappho poetria et Alcaeus poeta, clari habentur.* adde Vallarf. not. l. c. et ibid. *Pontaci* animadu. pag. 131. et Roncalli Chron. vett. tom. I. pag. 318. Tamen Olymp. XLVII. adhuc superstes esse debuit, quum Pittacum Mitylenis patriae tyrannide potitum conuitiis prosciderit. vid. plura apud *Corfinum*, Fast. Attic. III. p. 67. *Simson* in Chron. et *Saxius* in Onomast. I. p. 17. conferunt eius aetatem in A. M. 3401. Olymp. XLIV. 1. ante C. N. 602. V. C. 150. *Larcher* in Chronol. Herodot. versf. gallicae vol. VI. p. 563. has subduxit rationes, Alcaeum aetatem incidisse in A. M. 4103. ante C. N. 611. Olymp. XLIII. 2. V. C. 143. — *Alcaeum* imago e nummo aeneo *Vrsini* in huius Illustrium imagin. nr. 3. et in *Gronouii* Thes. Antiqq. graec. vol. II. tab. 33. melior tamen in Addendis ad illum tomum. — Alcaeus et Pittacus in nummis Mitylen. apud *Harduin.* p. 582. de nummis vrbium illustratis. adde *Belloti* disp. sopra una Medaglia di Alceo Poeta, in Atti eruditi della Societa Abrizziana. I. Part. antiq. p. 51. Fuit Alcaeus ingenio vt excellentissimo ita quoque acerrimo, Martis Musarumque alumnus. Pro patria cum popularibus aduersus Athenienses licet fortiter pugnans, tamen, vt vitam seruaret, abiectionis armis, fugam capessuit. Athenienses autem arma capta, tamquam insignem praedam, in Mineruae ad Sigcum templo suspenderunt. vide Herodoti et Strabonis loca, a Fabricio iam citata, et ad Herodoti locum *Valkenar.* et *Wesseling.* p. 425. Atque Alcaeus, (vt Valk. vertit Herodoti verba,) ista lamentatus ad lyram, carmen Mitylenen misit, ad sodalem Melanippum, quo suam ille fugam euul-

gabatur. Nam poeta, alias strenuus et bellicosus, (*μᾶλλον τῷ διοττῷ πολέμικῳ γενόμενος*, vt ait *Athenaeus* XIV. p. 627. A.) dedecori non futuram sibi putabat clypei abiectionem. De reliquis eius rebus gestis, turbis, rerum nouandarum studio, odio implacabili belloque contra Pittacum, qui tyrannidem ab ipsis ciuibus Mitylen. oblatam adeptus est, ipsamque patriam (vid. *Dionys. Halic.* antiqq. rom. V. 82.) suscepto, de eius exsilio, et quomodo a Pittaco captus, at leniter monitis dimissus sit, egerunt vberius vitae illius enarratores, ex. gr. *Bayle*, et *Iani* II. citt. auctor Biographiae classicae, ex sermone anglico in theotiscum a *Murfinna* versae, part. I. p. 60 sqq. *Munken.* Bibliothec. viro- rum militia aeque ac scriptis illustrium, Lipsiae, 1734. 8. p. 29 sqq. — adde longam not. *Saluagn.* ad Ouidii Ibin. v. 527. pag. 134. Opp. Ouid. edit. Burm. tom. IV. — De *Pittaco*, vno de septem Sapientibus, nat. Olymp. XXXII. den. Olymp. LII. 3. vid. *Diogen. Laert.* I. sect. 74 — 81. *Larrey* eiusque adnotator *de la Barre de Beaumarchais* in Histoire des sept sages, à la Haye. 1734. tom. I. II. *Bruckeri* Histor. critica philosoph. tom. I. part. II. lib. I. cap. 2. pag. 438 sqq. infra lib. II. cap. 23. sect. 27. etc. *Harl.*

gg) De scoliis vid. *Casaub.* ad Athen. XV. cap. 14. et 15. supra ad Pindarum p. 80. Alcaeum *Vorslius* ad Iustin. II. 9. tribuit scolion apud *Athenaeum* XV. 15. p. 695. (qui cap. 14. incipit scolia recensere et p. 693. F. ait, *Alcaeam* atque *Anacreontem* eo genere poeseos excelluisse,) quod Callistratum habuit parentem. vid. *Fabric.* infra, lib. IV. cap. 24. §. 14. p. 58. vol. IV. *Harl.*

nibus Venusinis, Lipsiae, 1770. p. 52. recte irrifit. *Harl.*] *Hymnum in Apollinem* memorat *Plutarchus* Lib. de Musica p. 1135. *Pausanias* Phocicis p. 817. vocat προίμιον^{hh}) εἰς Ἀπόλλωνα, quod eruditus interpres perperam reddit *prolusionem*. [De eius *hymnis in Vulcanum et Mercurium* vid. Menandri Comm. de encomiis, p. 48. edit. Heeren.] *Hymni in Mercurium* meminit idem *Pausanias* Achaicis p. 574. ac *Porphyrio* ad Horatii lib. I. od. 10. *Alcaicum* ἐν τῷ ἐννάτῳ laudat [Scholiast. Marcian. ad Hom. Iliad. 9. 178.] Etymol. M. in εἰδείς. [*Decimum* odorum librum cominemorat *Athenaeus* XI. 8.] Liber secundus μελῶν Alcaeī laudatur a Polluce, tum eius Γανυμήδης, Ἐνδυμίων et Παισιφάη. [Scriptis quoque Παισιφάη. vid. *Plutarchum* de Musica p. 1136. et supra ad Pindarum sect. VII.] Aeolica dialecto scripsit *Alcaeus*, et magni [P] existimatus est a veteribus. [Horatium eius fuisse imitatore et admiratore constat. *Alcaeus* vero praecipuus artifex, reliquis praestantior, generis carminis, quod ab eo vocabatur Alcaicum; non, quod nonnulli opinabantur, lyrici ipsius, illo antiquioris, auctor exstitit. conf. *Iani* ad Horat. I. 32. 5.] Ἐκδοσιν poematum Alcaeī Ἀριστοφάνους et Ἀρυσάρχου memorat *Hephaestio* in Enchiridio p. 74. [melius repet. in *Villoisonii* Prolegom. ad Homer. p. LIX. adde Schol. ad *Aristoph.* Plut. v. 253. ibique Hemsterh. p. 74 sq.] In Alcaeī ῥῥαῖς siue ᾄσματα scripserat *Callias* Lesbius teste *Strabone* [lib. XIII. p. 618.] quem *Athenaeus* vocat ex eadem, qua *Alcaeus*, vrbe Mitylenaeum. *Horapollinem* quoque in *Alcaicum* scripsisse testatur *Suidas*. [*Draconem* scripsisse περὶ τῶν Ἀλκαίῃ μελῶν, tradit idem *Suidas* I. pag. 626. atque *Eudocia* in *Viol.* pag. 133.] *Dicaearchum* ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίῃ laudant *Athenaeus* et *Scholastes* *Aristoph.* [ad pacem v. 1243. vid. infra lib. III. cap. 11. vol. II. pag. 295.] vti *Chamaeleontem* Ponticum idem *Athenaeus* lib. X. *Seleucum* Grammaticum scripsisse nonnihil de Alcaeo vel in *Alcaicum* colligas ex *Athenaei* X. p. 430. Lufibus et amoribus non aptissimam fuisse Alcaeī Musam, post *Quintilian.* X. 1. notat *Iulianus* in *Misopogone*. Eodem autem *Fabio* iudice *Alcaeus* in parte operis *aurpo pleistro*ⁱⁱ) merito donatur, quo tyrannos infestatur: multum etiam moribus confert, in eloquendo quoque brevis et magnificus, et diligens, et plurimum Homero similis, sed in lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior. [*Dionys.* *Halicarn.* in *Censura* vet. scriptor. vol. V. p. 421. edit. Reisk. laudat Alcaeī magnificentiam (μεγαλοφύς), breuitatem ac suauitatem, acrimoniam et grauitate conditam; praeter ea configurationes (σχηματισμός), perspicuitate temperatas, nisi, quantum eam proprietas linguae s. dialecti Lesbiae vitiet; tum in primis mores rebus civilibus accommodatos, h. e. adfectum, quo valent, quae ad rempublicam turbulentam spectant poemata; saepe sane, si versum detraxeris, forensem inueniri orationem. Idem de structura orationis, sect. XIX. p. 155. edit. Vptoni, cuius not. vide, *Alcaicum* et *Sapphum*, scribit, paruas fecisse strophas,

hh) Προίμιον idem est, quod hymnus. Vide *Ex. Spanhemii* notas ad *Callimach.* p. 3. *Menag.* ad *Laert.* p. 379. Scripsit et *Alcaeus* *Epigrammata*. *Porphyr.* apud *Euseb.* X. 3. praeparat: Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν Λοιδόρων ἱάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητὴς παρώδηται τὰς Ἐφύρα κλοπὰς ἐξαλεγγών. Nisi *Eusebius* hunc *Alcaicum* *Lesbium* confudit cum altero iuniore ἐπιγραμματογράφῳ huius nominis. — *Allat.* p. 769. ad *Acropolit.* [*Alcaeus* δὲ ἐπιγραμματοποιός, diuersus a lyrico, laudatur in scholiis *Marcianis*, a *Villoisonio* editis, *Iliad.* I. v. 378.]

ii) Horat.

Hunc Lesbio sacrare pleistro
Teque tuasque decet sorores.

Idem lib. I. Oda 32. Barbite carmen Lesbio primum modulate ciui, qui ferox bello tamen inter arma siue iactatam religarat vdo litore nauim, Liberum et Musas Veneremque et illi semper haerentem puerum canebat, et Lycum nigris oculis nigroque Crine decorum.

strophas, ita, vt in paucis membris non crebras mutationes induxerint; Epodis etiam vsos esse breuissimis; aliter fecisse Stesichorum et Pindarum. Idem denique ibid. sect. XXIII. p. 221. inter Lyricos *Stesichorum* et *Alcaeum* admiratione dignos (*αἰδοσεύς*) iudicat. *Harl.*] Hodie nihil huius Poetae exstat praeter perpauca quaedam fragmenta, quae collecta sunt a *Mich. Neandro*^{kk}) in *Aristologia Pindarica* p. 425 sq. *Henr. Stephano*^{mm}) in *Lyricis* p. 12. 419. et 433. ac diligentius a *Fulvio Vrsino*ⁿⁿ) in carminibus nouem illustrium foeminarum [P] et Lyricorum, p. 100 sq. 300 sq. [Fragmenta Alcaeï, quae *Athenaeus* ab interitu seruauit, collegit et critice atque grammatice illustrauit cl. M. *Christian. David Iani*, Rector Gymnasii Isleb. in tribus prolusionibus scholasticis, de Alcaeo, poeta lyrico, eiusque fragmentis, Halae Sax. 1780 — 1782. 4. Locus Alcaeï mutilus est apud *Strabon.* lib. IX. pag. 411. (pag. 631. Almel.) Aliud *Alcaeï* fragm. apud *Suidam* v. *Τετράφυλλαι* emendat *Toup.* in *Opusc. critic.* in *Suid.* part. II. p. 283. edit. Lips. *Cl. Salmasius* in *Epistola* XV. p. 32. *Epistolarum* illius cura *Antonii Clementii*, Lugd. Bat. 1646. 4. pag. 32. „inter alia, inquit, vidi *Apollonii Alexandrini Τετράφυλλαι* et *Arcadii Grammatici* opera; in quibus, praecipue in *Apollonio*, multa reperiuntur citata testimonia, *Alcaeï*, *Sapphonis*, *Corinnae*, *Rhinthonis*, *Sophonis* et aliorum, qui lingua aeolica aut dorica mera scripsere, ex quibus duabus dialectis non te latet conflatam esse romanam priscam loquelam.“ *Harl.*] Videndus etiam *Ianus Rutgersius* cap. 4. *Venusinarum*

kk) *Mich. Neander* *Gnomologiae* sive *Aristologiae Pindaricae*, Basil. 1556. 8. Graece et Latine cum notis editae subiecit collectas a se aliorum Lyricorum vitas ac sententias, *Simonidis* p. 395. *Anacreontis* p. 410. *Bacchylidae* p. 416. *Stesichori* p. 421. *Alcaeï* p. 424. *Sapphus* p. 427. et *Alcmanis* p. 430. quibus denique p. 431. vitam *Ibyci* subiungit, nullas eius sententias reperire se potuisse testatus.

ll) *H. Stephanus* Graece et Latine edidit *Carminum Poetarum nouem Lyricae Poeseos Principum* fragmenta *Alcaeï*, *Sapphus*, *Stesichori*, *Ibyci*, *Anacreontis*, *Bacchylidis*, *Simonidis*, *Alcmanis*, *Pindari*, nonnulla etiam aliorum, *Archilochi*, *Melanippidae*, *Telesti*, *Pratini*, *Timocreonis*, *Hybriac* *Cretensis*, *Aristotelis*, *Erinnae* *Lesbiae*, *Alphei* *Mitylenaei*, incerti in *Anacreontem*, *Iuliani* *Aegyptii* et *Theocriti*. Plures huius collectionis, (*Marco* et *Iohanni Fuggero* dicatae,) exstant editiones supra in *Pindaro* iam notatae, quarum binae iam scribenti mihi sunt ad manus, vna *Plantiniana*, *Antwerp.* 1567. 12. altera ad calcem *Pindari Graecolatini*, forma minore, apud *Paulum Stephanum* an. 1600. editio quarta, multis versibus ad calcem adiectis locupletata, cuius paginae subinde cito hoc capite. Exstant et fragmenta haec *Graecolat.* ex *H. Stephani* collectione in *Corpore Poetarum Graecorum*, *Geneu.* 1614. fol. Et *Gallice*: les sentences illustres des Poetes Lyriques Co-

miques et autres Grecs et latins par *G. L. D. T.* *Paris.* 1580. forma minore.

mm) *Fulvius Vrsinus*, Romanus, vir eruditus et *MStorum Codicum Bibliothecae Farnesianae* ruspator tractatorque sollertissimus, an. 1568. 8. ex officina *Christoph. Plantini* edidit Graece, *Alex. Farnesio Cardinali* inscripta, et diligentius a se quam *Stephano* factum fuerat collecta notisque illustrata *Carmina*, (sive fragmenta potius carminum,) nouem illustrium foeminarum *Sapphus*, *Erinnae*, *Myrus*, *Myrtidis*, *Corinnae*, *Telesillae*, *Praxillae*, *Nossidis*, *Anytae*, et *Lyricorum*: *Alcmanis*, *Stesichori*, *Alcaeï*, *Ibyci*, *Anacreontis*, *Simonidis*, *Bacchylidis*; *Elegias* *Tyrtaei* et *Mimnermi* et *Bucolica* *Bionis* ac *Moschi*. Denique *Orphei* quaedam et *Cleantis*, ac *Moschionis Comici*, *Euripidisque*, *Theodectae*, *Menandri* et *Philetaei* *Coi*, subiecta ad calcem *Metaphrafi Bucolicorum* *Bionis* ac *Moschi* latina concinnata a *Laurentio Gambara*, *Brixiano*. Fallitur enim *Antonius Teisserus* qui in additionibus ad *Elogia* *Thuanica*. tom. II. pag. 71. vniuersam hanc *Fulvii Vrsini* collectionem carmine a *Gambara* expressam tradit. *Fabric.* *Vrsinus* vero in *Epistola* *dedicatoria*; nec vno, ait, aut altero, sed pluribus mssis exemplaribus in huiusmodi fragmentorum collatione vsi sumus: nec e vulgatis tantum scriptoribus, sed de non editis etiam pleraque descriptimus. *Harl.*

rum Lectionum, et *Cass. Barthius* lib. I. Aduersar. cap. 19. Versus de duplici pudoris genere, laudato altero, altero rustico et inepto, Euripidis est Hippolyto v. 385. non *Alcaei*, inter cuius fragmenta ab H. Stephano perperam referri notauit *Theodorus Canterus* lib. II. Var. Lect. cap. 18. [*B. Martinus* Var. Lect. III. 12. Alcaeo tribuit fragmentum apud *Plutarch.* in Praecept. reip. ger. p. 798. quod Pindaro adserunt *Xylander* et *Reiske* ad locum *Plut.* ac *Schneider* in *Fragm. Pind.* p. 85.]

Fuerunt et alii *Alcaei*. 1) Auus Herculis. *Pausan.* Arcadic. p. 627. [vid. *Heyne* ad *Apol.* lod. not. p. 311 sq. et p. 376.] 2) Herculis filius. *Herodot.* I. 7. [vid. *Heyne* l. c. p. 492.] 3) Socer Pythagorae. *Iamblich.* in huius vita cap. 30. 4) Tragicus Atheniensis, de quo infra in notitia Tragicorum. 5) Comicus veteris Comoediae, de quo infra in Comicis. 6) *Alcaeus* Messenius *Ἐπιγραμματογράφος*, in crucem sublati, (vid. *Salmas.* de cruce, p. 449.) qui *Philippi* Macedonis aequalis fuerit, siquidem is sit auctor Epigrammatis, quod refert *Plutarchus* in *Flaminio* p. 373. Sed *Is. Vossius* in *Catullum* p. 42. Epigramma illud putat compositum ab *Alcaeo* Comico, cui respondit *Philippus ἀντικωμωδῶν*. Saltem antiquior *Messenius* ille *Alcaeus* fuit *Meleagro* *Gadareno*, qui sub ultimo *Seleuco* floruit et *Coronae* suae Epigrammata eius intexuit. Vide *Allatium* de patria *Homeri* cap. XIV. *Alcaei*, iamborum contumeliosorum et epigrammatum scriptoris, qui furta *Ephori* perstrinxerit, meminit *Porphyr.* apud *Euseb.* X. praeparat. p. 467. 7) *Alcaeus* Sardonius a *Mithridate* interfectus, quod in ludis ipsum vicisset aurigando. *Plutarch.* *Pompeio* p. 643. 8) *Alcaeus* Epicureus, qui *Roma* cum aliis sectae suae pulsus est Anno V. C. 581. Olymp. CLI. 4. L. *Postumio Albino* Cos. ut auctor *Athenaeus* lib. XII. p. 547. *Aelian.* Var. Hist. IX. 12. 9) *Alcaeus* Epigrammatum scriptor sub *Tito* Imperatore. *Tzetzis* ad *Lycophronem* prooemio: *Ἐπιγραμματογράφοι δὲ ποιητὰς Σιμωνίδης ὁ παλαιὸς καὶ Ἀλκαῖος ὁ νέος, ὃς ἦν Οὐεσπασιανῶ καὶ Τίτῳ*. Nescio, an *Tzetzis* fraudi fuerit obiter inspectus *Plutarchus*, in quo mentio *Titi*, indignantis *Alcaeo*, Epigrammatis, quod paulo ante dicebam, conditori. Verum iste *Titus* haud *Vespasianus* est, sed *Flamininus*.

X. ALCMAN patria *Lydus* ⁿⁿ⁾ *Sardonius*, ciuitate *Messioates* ^{oo)} [P] siue *Spartanus*, cui *laconicam* dialectum nihil ad suauitatem obfuisse scribit *Pausan.* III. pag. 244. vbi *Alcmanis*

ⁿⁿ⁾ Vide *Perizonium* ad *Aeliani* XII. 50. *Variar.* et *Salmasium* ad *Solin.* p. 825. edit. *Parif.* vbi illustrat *Alexandri Aetoli* Epigramma, quod in emendatum et sine auctoris nomine exstat de *Alcmane* apud *Plutarchum* libro de exilio pag. 599. *Fabric.* Ex hoc epigrammate et ex *Heraclide* contra *Fabricium* haesitantem probat *Corfinus* F. A. p. 50 sq. non ambiguum esse, num *Alcman* ipse *Lydus Sardonius ciuitate Messioates*, siue *Lacon* fuerit: contra adfirmat, nullum omnino inter scriptores hic esse dissidium; quum *Alcman* origine quidem *Lydus* *Sardonius*que fuerit, in *laconicam* vero ciuitatem *Messioatem*que pagum adscitus *Lacon* euaserit, vbi *Spartam* vel seruus vel captiuus aduenerit, ibique libertate ciuitateque donatus vi-

xerit. Recte tamen *Bayle* in *Diction.* voc. *Alcman* A. p. 145. animaduertit, ex graecis verbis epigrammatis *Σάρδεις ἀρχαῖος πατρὶον νόμος* nil aliud sequi, ac illud, *Alcmanis* maiores habitasse *Sardibus*, et latinum interpretem iusto liberalius vertisse, o mea maiorumque meorum patria *Sardes*. Plura vide apud illum. *Harl.*

^{oo)} *Suid.* Ἀλκμάν· Λάκων ἐκ Μεσσηνίας, κατὰ δὲ τὸν Κράτητα τῷ ὄντι [sic ex correctione *Pearsonii* ad h. l. in *Küsteri* edit. I. p. 118 sq. et *Scaligeri* ad *Chron.* *Eusebii* Num. MCCCCLX. vbi de *Alcmane* agit, pro vulgato πύοντα,] Λυδὸς ἐκ Σαρδείων. Nimirum, *Strabone* auctore, *Messioa* μέγας τῆς Σαρδηνίας lib. VIII. p. 364. *Stephano Byz.* τόπος Λακωνικῆς. Hinc forte alterum *Messenium Alcmanum* Lyricum

Alcmanis sepulcrum commemorat. [Quam male igitur *Velleius* I. cap. 18. fin. scripserit, *Alcmana Lacones falso sibi vindicant*, facile patebit: nisi sensus sit, Lacones perperam sibi vindicare illum tamquam ciuem *natum*. *Laco* vocatur a Dem. Triclinio ad Sophocl. *Aiac. περί μέτρων* p. 435. *Clement. Alex. Strom.* I. p. 308. aliisque. *Harl.*] Alcaeo fuit antiquior et iam circa Olymp. XXVII. teste Eusebio ac Suida claruit, cum in Lydia regnaret Ardys II. Croesi proauus. ^{pp}) Nomen huius Poetae cum *Alcmaeone* subinde confunditur a librariis, ut docent *Scaliger* ad Euseb. p. 82. et *Menagius* ad Laertium VIII. 83. ^{qq}) *Heraclides* in Politia Lacedaem.

Lyricum, nulli alii veterum cognitum, procudit idem Suidas. *Fabric.* ὁν ἤνεγκον ἡ Μεσσηνία, ait Suidas. Litigarunt igitur viri docti, num Messene vrbs Laconica, an Messana in Sicilia sit intelligenda, an, quae iam Gyraldi fuit sententia, Suidas Lacedaemonium cum Messanensi confuderit. *Placidus Reins* not. histor. Messanae Part. I. p. 110. *Hieronymus Ragusa* in Elog. Sicul. p. 29. et in Sicil. Biblioth. vet. p. 19. *Mongitor.* in Bibl. Sicula p. 14. aliique adserunt iuniorem, quem *Eusebius* in Chron. Olymp. XLII. vixisse tradit, Messanae Siciliae: at Eusebius nomine et scriptura *Alcmaeonis* et *Alcmanis* deceptus errasse videtur nonnullis viris doctis. *Corfinus* vero in Fastis Attic. III. p. 51. melius censet, Suidam, qui vtrumque Alcmanem diserte distinguit, non, quae Fabricii aliorumque fuit opinio, procudisse alterum Messenium, sed alium antiquiorem auctorem, a quo error ille admissus fuerit, imprudenter exscripsisse. Fabricius in nota MSta, „Alcmanem, ait, puto, notari ab Aristide Or. in Bacchi laudem, tom. I. p. 53. vbi narrat, Λακωνικὸν ποιητὴν scripsisse de Baccho λέοντων γάλα ἀμείλυν.“ nec perperam. Vid. locum ex Plutarchi Lycurgo supra adlatum. *Harl.*

^{pp}) *Eusebius* potius, p. 121. edit. Amstel. refert eum ad Olymp. XXX. [Verum in Roncalli edit. Vetust. Lat. script. Chron. tom. I. (Pat. 1787) Alcmaeon quidem ad Ol. XXX. (p. 306.) sed Alcman ad Ol. XLII. (p. 318.) refertur, si modo verba, *Alcman, ut quibusdam videtur, agnoscitur*, genuina sunt. *Beck.*] conf. *Burretius* qui ad Plutarchum de Musica in: Memoir. de l'Acad. Par. des Inscr. vol. XIII. p. 195 sqq. de vita, poematibus atque musica Alcmanis agit vberius. *Saxius* in Onomast. I. p. 15. aetatem Alcmanis adferit A. M. 3333. Ol. XXVII. i. ante C. N. 670. V. C. 82. cum *Simson.* in Chron. ad hunc annum orbis conditi. Secundum Chronicon Eusebio - Hieronym. col. 442. edit. Vallarf. Olymp. XXX. 4. *Alcmaeon clarus habetur et Lesches Lesbius, qui fecit paruam Iliada:* atque in hanc tempestatem confert Alcma-

Vol. II.

nis aetatem *Corfin.* in Fastis Atticis tom. III. p. 50. *Harl.*

^{qq}) Enimuero non confunduntur; nec *Alcmaeon* et *Alcman* differunt, nisi forma siue dialecti ratione: siquidem Ἀλκμῶν doricum est et ex Ἀλκμαίων factum. Sic *Alcmaeon* dicitur in Chronico Eusebio - Hieronym. vbi vide Vallarf. col. 440 sq. Apud *Gregor. Cor.* de dialectis pag. 170. vocatur Ἀλκμῶν, sed *Koen* in not. obseruat, Ἀλκμαίων esse in Io. Grammat. Ἀλκμαίων in cod. Vatic. et Ἀλκμῶν in cod. Voss. quae quidem varietas docet, vtriusque nominis eandem fuisse notam atque significationem. Atque ad *Valer. Flacc.* I. 629. p. 113. edit. Burm. *Vossius*, ut a Graeco, inquit, Ἀλκμαίων doricum Ἀλκμῶν, a Ποσειδῶν, Ποσειδῶν et Ποσειδῶν — sic ab Αἰγῶν, et Αἰγῶν et Αἰγῶν. Idem sentit *Huetius* not. ad Antholog. p. 37. *Burretius* l. c. p. 197. et *Henr. Leonhard. Schurzfleisch.* in Notitia Bibl. Vinarienf. p. 241. qui addit: „Alius noster est ab *Alcmaeone* τῷ Φυσικῷ, Antigono Carystio cap. 96. p. 76. παραδόξως συναγωγῆς memorato. — Notus est vel ex Pausania *Alcmaeon*, frater Amphiloichi. Hunc eodem modo, dorica dialecto vñs, Pindarus Ἀλκμῶνα vocavit Πυθ. ἡ. vers. 66.“ (Loco tamen poetae falsum esse, suspicatur *Schneider* in Periculo critico ad Anthol. Const. Cephalae p. 146. *Antigonum*, vbi cap. 95. ea, quae Aristoteles V. 31. de Alcmane poeta tradit, de Alcmaeone physico refert, ibique Alcmanem dictum fuisse Alcmaeonem.) Quando vero cum Scaligero nolit credere *Schurzfleisch.* eum Laconem fuisse, verum Lydum potius, eumque graecam linguam Spartae demum didicisse, id in censum vix veniet, et ex iis, quae in hanc sententiam a nobis iam adnotata sunt, poterit definiri. Τὸ Λακωνικὸν ποιητὴν vocat eum *Plutarchus* in vita Lycurgi cap. 21. p. 235. vbi fragmentum illius seruatum est. vid. *Leopold.* ad locum Plutarchi. adde *Mongitor.* Bibl. Siculam, p. 13 sq. vbi et vitam et carmina, siue horum inscriptiones, nec non veteres interpretes et variorum de eius vita patriaque recenset narrationes atque sententias. *Harl.*

M

daem. οἰκέτης Ἀγησίδα, εὐφύης δὲ ὧν ἡλευθερώθη καὶ ποιητὴς ἀπέβη. Archyta autem Harmonico teste (apud *Athenaeum* lib. XIII. p. 600.) Alcman fuit ἡγεμῶν et primus vulgator τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. Amasia ipsius eodem loco memoratur Poetria et ipsa *Megalofrata*. *Clemens Alex.* Ἐρωτικά ab Anacreonte, ab Alcmane choream initium duxisse tradit, a Pindaro ὑπόρχησιν i. Strom. p. 308. ἀριστὸς μελῶν ποιητὴς *Plutarcho* p. 1136. de Musica. Non minus ἀκόλαστος quam suo ipsius testimonio [apud *Athenaeum* X. 4. p. 416.] αἰδοφάγος Alcman, denique periit phthiriasi. *Aristotel.* Hist. anim. V. 26. Vide *Meursium* ad Antigoni Caryslii cap. 95. Agit etiam de Alcmane idem *Meursius* in Miscellaneis Laconicis, p. 321 sq. et in Lexico suo ingeniosissimus *Baelius*. *Dicaearchum* ἐν τῷ περὶ Ἀλκμᾶνος laudat *Athenaeus* XV. p. 668. [*Philochorum* ἐν τοῖς περὶ Ἀλκμᾶνος *Suidas* in *Φιλόχορος* memorat, *Sosibium* ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος laudat *Athenaeus* III. 30. p. 114. F.] Scripta Alcmanis fuerunt *Μελῶν* libri VI. *Suidae* in memorati, quae eadem, ut suspicor, παρθένια ᾄσματα vocat *Stephanus Byz.* librum eorum secundum laudans in Ἐρυσίκη. [vid. supra, *Pindar.* in deperdit. scriptis.] Alcmanem ἐν τρίτῳ et πέμπτῳ laudat *Athenaeus*, sed ἐν τῷ πεντεκαδεκάτῳ, forte non libro, sed μέλει siue ᾄσματι, [atque ἐν τῇ δευτέρῃ ᾠδῇ citatur ab *Herodiano* in *Villoisf. Anecd.*] nisi numerus sit corruptus. Memorat ᾄσματα Alcmanis *Hephaestio*, quoque in *Enchiridio* p. 39. Alcmanis Κολυμβώτας siue natanter ante *Suidam* memoravit *Ptolemaeus* *Hephaestio* lib. V. apud *Photium*. ^{rr)} Ad *Meursii* Bibl. Graecam p. 1205. Fragmenta Alcmanis qui Laconice [vid. *Gregor. Cor.* de dialect. p. 170. et *Pausaniam* supra laudatum] siue Dorice scripserat, vid. *Suidam*, perpauca exstant apud *Neandrum* p. 430. *H. Stephanum* p. 334. 425. et 455. et *Fulvium Ursinum* p. 63. et 297. [fragmentum est apud schol. ad *Sophocl. Col.* 1248.] *Cornelius Alexander* ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ^{ss)} εἰρημένων laudatur a *Stephano Byz.* in ἀραξὰ et ἀσός. [Fragmentum servavit *Ael. Herodianus* *grammat.* in lib. περὶ σχημάτων, in *Villoisf. Anecd. graec. tom. II.* p. 96. ubi agit de Alcmanico carminis genere: in *Scholiis Marcianis* a *Villoisfonio* editis, nomen et fragmenta Alcmanis frequenter reperiuntur, vid. supra ad *Homerum* p. 444. adde *Villoisfonii* *Prolegg.* ad *Homerum*, p. XXXIII. et cl. *Schneideri* periculum critic. in *Anthologiam* *Constant. Cephalae*, p. 67. Aliquos versus sequavit interpret *Hermogenis* p. 400. ad quos respexisse videtur *Plato* in *Phaedro* tom. III. p. 237. et cum aliis Alcmanis reliquiis repetiit *Menander* in commentario de *Encomiis* cap. III. tanquam exempla hymnorum cleticorum eorumque metri, cuius generis plura inveniri apud *Sapphum* et Alcmanem ait *Menander*. Atque cl. *Heceren* ad illum locum p. 35. spem facit, omnibus omnino gratam, se fragmenta Alcmanis et ceterorum lyricorum, ab ipso tantum non omnia iam collecta, aliquando esse editurum. Atqui in quanta fuerint auctoritate apud *Spartanos* Alcmanis carmina, ex eo sit manifestum, quod illi *Terpandri* et *Alcmanis* scolia inter pocula cecinerunt: vid. *Plutarch.* in vita *Lycurgi* cap. 28. p. 252. edit. *Ern. Henr. Georg. Leopold*, ubi vulgo legitur: διὰ καὶ Φασιν ὕπερον ἐν τῇ Θηβαίων εἰς τὴν Δακωνικὴν στρατεία τὲς ἀλίσκομένους Ἐλλώτας κελευομένους ᾄδεν τὰ Τερπάνδρου καὶ Ἀλκμᾶνος καὶ

rr) Alcmanis carmen in *Castoras*, ἰς τὰς *Διοσκόρας*, memorat *Pausan.* I. cap. 41. p. 99. et III. cap. 26. p. 276. Alcmanis versus in templum *Gratiarum* apud *Pausan.* III. cap. 18. p. 254. num alii carmini fuerint intexti, nec ne, definire non ausim. Adde *Mongitor.* l. mem. *Harl.*

ss) *Alexander Polyhistor* illo opere non commentatus erat in, nescio quos, locos communes Alcmanis, ut putavit *Berkelius Stephani* interpret; sed egerat de regionibus et locis, quorum mentio fuit in Alcmanis poematis. Sic *Eusebius* scripsit περὶ τῶν τοπικῶς εἰρημένων ἐν τῇ τρίτῃ γράφῃ.

καὶ Σπένδοντος τῷ Λάκωνος etc. Quod vero *Spendon*, poeta Laconicus, nullibi memoratur, censor editionis Leopoldinae in: Allgem. Litterat. Zeit. m. Nou. 1789. p. 284. acute corrigit *Ἀλκμᾶνος σπένδοντας*, omisiss *καὶ* post *Ἀλκμ.* et τῷ Λάκωνος ex cap. 21. adscripto, ut post libationem, (inter pocula) canerent *Terpandri et Alcmānis* nempe σκόλια siue ᾄσματα. *Harl.*] Monumentum antiquum marmoreum Alcmānis memoriae consecratum, allatumque e Graecia exstat Venetiis apud Bernardum Iustinianum, Abbatem S. Leonhardi, nisi fefellit coniectura Io. Antonium Astorium, Venetum, in expositione siue commentariolo *) ad illud monumentum, quod A. 1697. fol. [in: La Galleria di Minerva, overo Notizie vniuersale etc. tom. II. p. 145 sqq.] edidit et illustri Magliabecho dicauit. [P] Sed omnino falli Astorium adfirmavit mihi doctrina non minus, quam genere nobilissimus *Frid. Rossgaardus* **), qui, monumento ipso Venetiis inspecto, nullum inde Alcmānem exsculpere potuit, sed longe alia deprehendit nomina, haec nempe:

ΦΑΝΟΣΤΡΑΘ ΕΞΗΚΕΣΤΙΑΟΤ
ΑΙΤΩΙ ΤΙΩΝΟΙ Μ ΛΟΠΙ ΤΗΑ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΖΗΛΩΤΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΤΟΙΣ ΠΑΡΙΟΤΕΙΝ ΟΔΟΝ.
ΕΞΗΚΕΣΤΙΑΗΣ ΠΡΩΤΙΩΝΟΣ ΔΙΕΩΝΕΤΕ
ΖΑΝ ΧΑΙΡΕ.

XI. ALPHEI Mytilenaci nihil exstat praeter Epigrammata quaedam in Anthologia Planudae relata, atque in his quatuor pulcherrimos phalaecos Lyricorum fragmentis ab H. Stephano p. 404. adiunctos, quorum postremus est:

Τὸ μὴδὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν με τίτρα
Illud nil nimium nimis suaue est.

Confer Scholia ad Euripidis Hippolytum v. 265. Quando vixerit et qualis fuerit, non mihi liquet. [In Catal. poetar. epigram. infra lib. III. cap. 28. eum scribit, Antipatro Sidenio fuisse iuniorem. vide infra ad id caput et *Reiskium* in Notitia poetarum Anthologicor. Cephalae Anthol. subiecta, p. 181 sq. *Harl.*]

XII. ANACREON ex Ioniae ciuitate Teius ***) nobili familia, (Solonis enim cognatum innuit Plato in Charmide,) ingenio nobilior, sub Cyro maxime floruit wiv), notante Zeno-

M 2

bio

tt) Recusum est opusculum in *Sallengrii* nouo thesauro antiq. rom. tom. II. nr. VI. conf. *Clerici* B. A. M. tom. X. p. 12. *Harl.*

uu) Rossgardii sententiae subscribit *Anton. Gallandus* in Epist. ad Boiuium in Nouis Miscell. Obsl. Belgic. tom. IV. p. 295 sq. qui negat, in eo reperi nomen Alcmānis, quaedam corrigit, et inscriptionis aetatem ne primos quidem imperatores romanos attingere, adeoque ab Alcmānis aetate censet abesse quam longissime. *Harl.*

vv) De Teo, Anacreontis patria, vide praeter Geographos A. Morellum in Specimine rei numariae veteris p. 202. *Bandurium* tom. I. Numism. imperat. pag. 10. *Fabric.* Supplementa ad hanc

paragr. de Anacreonte habent auctorem cl. M. Io. *Fridericum Degen*, de ipso Teio poeta bene meritum. Pauca iis addidi, *Harl.*

wiv) Secundum *Barnesium* in vita Anacreontis §. 5. et *Larcherum* in: Canon chronologique (vid. eius Histoire d' Herodote vol. VI. p. 568.) poeta Olymp. LV. 2. natus atque secundum *Vossium* et *Saxium* Ol. LXII. 1. A. M. 3473. a. C. N. 530. a. V. 222. floruisse fertur. *Deg.* Adde *Corfini* Fast. Attic. tom. III. p. 118. et 119. *Cramer.* in Synchronismo Sapphus et Anacreontis, Ienae 1755. 4. qui ostendere sustinuit p. 19 sq. Anacreontem natum esse Olymp. XXXVI½. A. M. 3331. et interiisse acino vuae passae suffocatum, Olymp. LVII. 4. aut anno sequenti. *Harl.*

bio V. 80. prouerb. ^{xx}) et quo tempore Polycrates Sami, Hipparchus Pisistrati filius, (qui naui quinquaginta remorum Anacreontem Athenas arcessiuit, teste Platone in Hipparcho,) tyrannidem tenuit Athenis, et vt ex Herodoto, Platone, Aeliano, Pausania, aliis constat. Croesi meminit carmine XXVI. 373. Interfectus est Cyrus Olymp. LXII. 4. Anacreon autem aetatem produxit teste in Macrobiis Luciano, [cap. 26. p. 227. tom. III. edit. Reitzii,] vsque ad annum aetatis LXXXV. vuae passae acino ^{yy}) tandem suffocatus, si credimus Suidae in *διονο-
πότης* alii enim hoc mortis genere periisse tradunt Sophoclem. ^{zz}) Neque adeo incredibile mihi videtur, Sapphorem et Anacreontem aliquo tempore eodem vixisse, licet amorem, quo Sappho Anacreontem arsisse fertur, commentis et lusibus Poeticis cum Athenaeo lubens adscribam. (vid. paullo post ad Sapphum notata.) De vita huius poetae praeter editores, (Dacryam maxime ac Barnesium,) et qui de Poetis scripserunt, consulendum Lexicon Baelii, qui variorum exposuit sententias de aetate Anacreontis. [Anacreonticum elogium in Anacreontem vid. in *Casauboni* Animadu. ad Athen. lib. XV. cap. 4. p. 592 sq. *Heum.*] Poesin Anacreontis totam amatoriam esse, ^{aaa}) iam olim adfirmavit Cicero 4. Tusc. cap. 33. neque aliud fere praecipit Teia Musa Lyrici senis, nisi quod ait Ouidius, *cum multo Venerem confundere vino*. Scripsit dialecto Ionica, nisi quod interdum Homericum more aliis etiam dialectis [P] natiuum temperauit, vt notatum Barnesio est p. 32. Minima pars eius ^{bbb}) poematum tulit aetatem:

^{xx}) Conf. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 1003. et Hemsterhusii notam p. 357. *Harl.*

^{yy}) Conf. *Coelii Calcagnini* Epig. tom. I. Delic. poet. Italor. p. 551.

^{zz}) Nos quidem hoc tantum per iocum ab antiquitate excogitatum esse arbitremur. *Degen.* Lepida est historia, in: *Memoir. pour servir a l'Histoire de France etc.* Colon. 1719. 8. tom. II. p. 28. narrata et in *Actis* *Erudit.* Lips. a. 1721. m. Aprili p. 169. repetita, *Cosmographum Thevet*, a. 1590. mortuum, adeo ignarum fuisse, vt sibi persuaderi pateretur, Anacreontem ipsum *scripto testatum*, se vuae acino periisse. *Harl.*

^{aaa}) Quod quidem nec vocari in dubium nec negari possit. Neque vero inde sequitur, vti pronuntiarunt *Robertell*, *Paw*, *Sulzer* alique, poetam fuisse hominem pessime moratum, libidinibus omnisque generis flagitiis seruientem. Constat omnino, poetas omnis temporis omniumque gentium amare vinum solitos esse ac luisse cum puellis. Fatentur idem de se *Gleimii* nostri, *Hagedornii*, *Weissii*, *Vzii*, *Gotterii*, *Höltii*, *Bürgerii*, *Wielandii*, *Göckingii*. Sed quis vnquam ausit hunc amorem lusumque in illis notare eosque propterea intemperantiae et vinolentiae accusare! Atque boni Anacreontis causam adcurate defendere studui tam in libello: *Ueber die Philosophie des Anacreon*, Erlang. 1776. quam in commentatione: *Ueber Anacreons Leben und Dichtkunst*, interpretationi

Anacreontis theodiscae (Ansbaei 1782. 8.) praemissa. Idem fecit, sed interdum minus feliciter cl. *Born* in praefat. suae Anacreontis editionis Lips. 1789. *Degen.* Anacreontem cecinisse amores puros et castos, putat *Maximus Tyrius* diss. XXIV. p. 296 sq. edit. II. *Dauissii*, qui p. 592 sq. citat *Ael.* H. V. IX. 4. idem adfirmantem, et *Barnesium* in Anacreontis vita §. 20 sqq. eiusdem partes callide tumentem: at animaduertit quoque ex *Seneca* Epist. 88. p. 392. Didymum grammaticum scripssisse librum, in quo quaerebatur, *libidiniosior Anacreon, an ebriosior vixerit?* vitamque, ait, quam vixisse fertur, repraesentabant eius poemata. Denique notat, dictum, quod *Tyrius Maximus* ad Anacreontem refert, *Simonidi* tribuere *Tzetzen* Chil. VIII. 833 sqq. quod mihi quidem non satis manifestum videtur. adde *Tyr. Max.* XXXVIII. p. 439. *Harl.*

^{bbb}) Multa et varia scripsit dulcis vates, quorum vero parum et ex sententia quorundam doctorum virorum, quorum princeps fuit *Franciscus Robertell.* plane nihil ad nostram peruenit aetatem. conf. praef. cl. *Fischeri* ad edit. II. *Anacr. et Martini* nota ad librum: *von den Sonnenuhren der Alten*, p. 13. Cui quidem opinioni lubentissime adensurum me, ingenue fateor, si circa *Ἐλεγεον καὶ ἱαμβας*, quos *Suidas* *Teium iadi dialecto* edidisse narrat, disputatio versabitur. [Epithalamium Anacreonticum LXII. abrogat Anacreonti etiam Hemsterhus. ad *Lucian.* tom. I. p. 265. et animadu-

vertit,

actatem: nam Suida teste, scripserat dialecto Ionia Ἑλεγεῖα καὶ ἰάμβους, παροιμία τε^{ccc)} μέλη^{ddd)} (Athenaeo hinc ipse laudata,) καὶ τὰ καλέμενα Ἀνακρεόντεια siue proprio carminis genere^{eee)} quod *Anacreonticum* ab auctore adpellatur composita, qualia sunt pleraque eius, quae hodie supersunt, et quod seruauit Gellius XIX. 9. *Hymni in Dianam* fragmentum adfert *Hephaestio* in *Euchiridio* p. 69. Glyconium carmen, cuius initium ὦ νᾶξ ὦ Δαμάλης ἔρως, *Dio Chrysost.* 2. de regno p. 31. Videntur et hymni esse, quae hodie exstant IX. LXII. et LXIV. *Epigrammata* quaedam Anacreontis nomine leguntur in *Anthologia*.^{fff)} Anacreontis

M 3

tis

vertit, anonymum illum, ex quo carmen hoc protulerunt H. Stephanus et Andreas Schottus, Obseruatt. hum. II. 61. esse *Theodorum Prodromum* in *Amaranto* p. 465. ac *Bentleius* ad Horat. pag. 82. pronuntiat multa eorum, quae sub Anacreontis nomine hodie feruntur, esse spuria.] At omnia carmina dulcissima, quae adhuc nomen Anacreontis gerunt, cum *Robortello* nescio cui? homini inepto Graeco temere adscribere, hominem tantum posse putem sensu antiquae venustatis pulchritudinique parum subactio praeditum. Neque vero is ego sum, cui omnia Anacreontae collectionis odaria a Teio ipso composita editaque esse sit persuasum, quippe qui faciendum arbitrer cum iis, quibus reliquiae suauissimae videntur florilegium, quod varia variorum tam antiquiorum, quam recentiorum poetarum carmina eiusdem argumenti metricque contineat, et in quo etiam multa odaria ab Anacreonte profecta inueniantur. Modum enim indubitando eos excedere, qui nulla omnino carmina, nisi quae a Gellio, Athenaeo atque *Hephaestione* laudantur, Anacreonti tribuenda statuunt, quis non intelligit? De lite, quae post *Robortellum* inter Criticos fuit de Anacreonticarum reliquiarum antiquitate, copiose et diligentur agit cel. *Fischer.* in praef. supra laudata, quam hac de re contulisse viros doctos non poenitebit.

Summa in his reliquiis, aliquot si exceperis, inest suauitas, gratissima quaedam simplicitas et naturalis pulchritudo, quam nec felicissima imitatio adsequi possit et ex multis imitatoribus tantum *Gleimio* et *Goetzio*, viris elegantissimis, expressisse contigerit. Spirant illae quidem fere omnes laetitia et amore; sed et summam vrbanitatem vitaeque philosophiam gratissimam vbiuis paene prae se ferunt. Locutio est mollissima et a Gratiis quasi dictata ac instillata. Oblectat argumentorum suauitas et varietas non longe et fastidiose decantatorum, sed apta breuitate magnaue dulcedine expressorum, vnde factum esse videmus, vt illae omni tempore ab omnibus, qui iudicio pulcri se im-

butos sentirent, magni haberentur atque legerentur studiose. Copiosius de venustate et elegantia ingenii Anacreontis eiusque carminum egi in commentatione supra excitata: *über Anakreons Leben* etc. conf. et *Sonntag.* historia poeseos graecae brevioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex *Anthologia graeca* adumbrata. Lips. 1785. 8. *Degen.*

ccc) *Iulian.* *Misopogone* in ipso exord.: Ἀνακρεόντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποίησεν μέλη σεμνὰ καὶ χαριέντα. Τρυφῶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μισσῶν. Elegias eius laudat *Hephaestio* p. 4. Δεύτερον τῶν μελῶν *Athenaeus* XV. p. 671. quo in loco *Aristarchum* in Anacreontis carmina commentarium scripsisse innuit, et alios eorum ἔξηγητας olim existisse docet. *Hephaestionis* liber περὶ τῶ παρ' Ἀνακρεόντι λυγρὰ σεφένια memoratur eidem p. 673. [*Chamaeleon* Ponticus scripsit commentarium in Anacreontem. vid. *Casaubon.* com. in *Athen.* VII. 6. p. 502.] Anacreontis icon laureata exstat in tabula 41. *Tomii* secundi thesaur. *Antiquitat. Graecarum Gronouiani* et in fronte *Barnesianae* editionis.

ddd) Ἦτοι παροιμία μέλη, legitur apud *Eudociam* p. 60. alias cum *Suida* consentientem. Μέλη autem speciatim aliquando notant carmen lyricum y. *Periz.* ad *Aeliani* H. V. IV. 26. hinc Anacreon dicitur μελοποιὸς *Lyricus* a *Luciano* in *Macrobiis*, sect. X. adde *Maium* ad eundem *Luciani* libr. sect. 26. p. 227. edit. *Reitz.* tom. III. *Harl.*

eee) Sunt et alia genera carminum quae ab Anacreonte *Anacreontia* vocantur. Vide *Marium Plotium* p. 2638. et 2655. *Fabric.* Adde *Schol.* ad *Aristoph.* *Plut.* v. 253. pag. 74. edit. *Hemsterhus.* *Harl.*

fff) Ceticos hymnos ab Anacreonte et *Sapphone* scriptos esse, testatur *Menander* de cncemiis, p. 30. edit. *Heeren.* ἐποῖοι εἰσιν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαπφῶϊ ἢ Ἀνακρεόντι, ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς, κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θείων. *Reiske* ad *Cephalae Anthol.* carm. 428. p. 26. Notarum, Anacreontem quemdam recentiorem putarat fuisse epigrammatarum;

tis *Odas*, quarum vndecimam in antiqui libri tegmine reperit (teste P. Victorio XX. 17. Var. Lect.) reliquas e duobus MSS. Codicibus ^{ggg}) quorum vnum a Ioh. Clemente, Anglo, Tho. Mori contubernali, acceperat, collegit, primus in lucem protulit, ediditque Graece typis nitidissimis et latine H. Stephanus, addita sua ipsius versione latina, carmine Anacreontico Paris. 1554. 4. Versionem sub H. Stephani editam nomine, Iosephus Scaliger in codice suo notauerat auctorem agnoscere *Iohannem Auratum*, vt ex If. Vossii fide refert *Colomesius* pag. 109. Opusc. ^{hhh})

[De Codicum tamen Anacreontis ratione et notitia, quorum perpaucos adhuc e tenebris in lucem prolatos esse constat, parum definiri potest, et ne de iis quidem, quos vel in edendis vel recensendis et emendandis odariis se adhibuisse viri quidam docti adfirmant. Prius igitur quam editiones recenseamus, de codicibus quaedam sumus praemissuri. At enim de *quatuor* tantum libris manu descriptis aliquid constat.

I. *Henr. Stephani tegmen antiqui cuiusdam libri odarium vndecimum exhibens*. H. Steph., adhuc valde iuuenis illud tegmen forte detexisse fertur, quod vero quo postea delatum sit, ignotum est.

II. *Codex uterque Henr. Stephani*. Hen. Steph. qui primus quinquaginta et quinque carmina Anacreontica edidit, vsum se esse ait duobus codicibus in cortice et charta scriptis; quorum alterum a Ioh. Clemente Anglo eum accepisse, alterum ex Italia tulisse *Bayle* testatur. At quum de ratione, aetate, pretio, patria historiaque horum librorum nihil omnino exposuerit, et praeterea satis constet, eum saepius gloriatum esse, se in edendis et recensendis veterum libris adhibuisse codices, quos tantum abest, vt contulerit, vt ne eas quidem viderit, iure meritoque multi eruditorum adducti sunt, vt de fide Stephani omnino dubitarent. Attamen cel. *Fischer* (in praef. ad edit. Anacr. II.) non dubitandum esse censet, quin Codices *Stephani* boni fuerint et antiqui, praesertim quum eadem odaria, quae inde typis describenda curauerit editor, fere omnia in optimo et peruetusto Vaticano exemplo inueniri doctorum virorum testimoniis firmetur. Vtrumque Codicem, si fides habenda sit *Baylio*, *Stephanus* cum multis aliis libris manu exaratis paulo ante obitum suum, cum paene mentis experts factus esset, delatuisse dicitur.

III. *Codex Leidensis chartaceus in 4to*. Laudatur hic liber in Catal. Biblioth. Acad. Leidensis p. 396. continens Anacreontis et Sapphus *Odas* cum aliis scriptis graecis. Eundem esse eum codicem, quo H. Stephanus in edendis Anacreonticis vsus sit, ibidem traditur. Conf. *Fischer* praef. laud. p. 19.

III. Codex

riam; sed in Notitia poetar. antholog. p. 183. mutauit sententiam ob auctoritatem Meleagri, vers. 35. 36. praefationis, et docte agit de epigrammatibus nostri poetae, quem suspicatur nonagesimum aetatis annum prope adtigisse, et bellum Persicum viuendo vel adtigisse vel superasse. Adde Fragmenta a Pawio et Fischero in horum editionibus adducta illustrataque, ac fragmenta in scholiis ad Ho-

merum Marcianis, et *Villoisj*. Prolegom. ad Homer. p. XXXIII. *Harl.*

^{ggg}) Vide *Baelii* Lex. voc. Anacreon. L. p. 206.

^{hhh}) At Ioseph. Scaligerum falsa accepisse, atque Vossium et Colomesium fuisse deceptos, monet *Bernard. de la Monnoie* in Epistola ad Petr. Baillium, huius Diction. inserta tom. I. voc. Anacr. p. 206. *Harl.*

III. *Codex Vaticanus*. Liber hic omnium praestantissimus in illo litteris calamitosissimo Heidelbergae excidio cum permultis aliis libris manu descriptis Romam ablatus et ex sententia Abbatis *Spaletti* Saec. X. scriptus, continet *Cephalae* Anthologiam carminaque Anacreontica, et adhuc iure pro unico fonte habetur, ex quo sanior et tolerabilis lectio ducenda videatur. Hinc egregie meritis est de litteris bonis atque apud omnes homines eruditos et elegantioris antiquitatis amantes maximam iniit gratiam Abbas *Spaletti*, qui, ut tandem, quam nec *Barnes*, nec *Brunch*. habuisse nunc constat, adcurata egregii huius libri collatio institui posset, septem abhinc annis duplicem eamque fidelem eius curavit editionem; alteram aeri splendidissime incisam, alteram typis litteras codicis referentibus descriptam, cuius inscriptio est: *Ανακρεοντος Τῆς Συμποσιακῆς Ἠμισυβια*. *Anacreontis Conuiuialia Semiambia*. Romae 1783. 18 plagg. fol. max. Sed utraque editio ab eo, qui iuste et adcurate de pretio Codicis statuere cupiat, adhibeatur necesse est, propterea quod illa aeri incisa minus fideliter exhibet textum exempli scripti, sed omnes eius tam marginales quam interlineares reddit lectiones, in hac vero typis expressa liber scriptus, praeter perpauca aliquot loca, integre, sincere et certa fide conspicitur. Copiosam et doctam de hac editione relationem videbis in *Ephemerid. litt. Argentoratens.* a. 1784. p. 208 sqq. [et *Periergi Deltophili Bibl. Graec. et Lat.* p. 14 sq.] Sed pergamus ad recensitionem editionum. In constituenda vero illarum serie et recensendis *Versionibus* ac *Commentariis* diligenter iam versati sunt *Harles.* in *Introduct. in Hist. G. L.* p. 74. *Fischer.* et *Born.* VV. DD. in praefationibus ad editiones ab illis paratas, quos in componendo nostro indice adhibuimus. Princeps itaque *Anacreontis* editio prodit:

1554. opera *Henr. Stephani* Lutetiae Paris. 4. continens praeter LV. odaria alia quoque Anacreontis et Alcaei carmina, nec non duo Sapphus odaria, observationes editoris in Anacreontem et latinam interpretationem 31. odarum ab eodem *Stephano* concinnatam. [de hac edit. v. *Dau. Clement* Biblioth. curieuse historique et critiq. des livres difficiles à trouver, tom. I. p. 287. — *Anacreontis Odae* latine factae ab *Elia Andrea Putschio*, Paris. apud Richardum. 1555. 4. vid. *Wiedkind* Verzeichnis von raren Büchern. p. 106. Bibliothecam Roloffianam. tom. I. p. 41. ubi et in *Bibl. Bunau.* I. p. 82. signatur a. 1556.]

1556. ibid. 8. cura *Guil. Morelli* et *Roberti Stephani*, cum obseruat. H. Stephani adiecta versione latina omnium carminum ab *Elia Andrea* (Putschio) confecta. Non est noua recensio, sed tantum repetitio principis editionis. In aliquot tantum locis *Morelius* textum mutauit.

[1566. Lutet. Paris. in 16. in *Henr. Stephani* Collect. Pindari et reliquorum Lyricorum. Addit Stephanus aliquot odas ex *Eliae Andreae* interpretatione, atque coniecturas p. 430. vid. *Clement.* l. c. p. 287. et *Freytag.* Adpar. litter. III. p. 566 sqq.]

1567. Antwerp. 8. ex officina Plantiniana, in corpore Lyricorum. conf. die neue philol. Biblioth. tom. I. p. 71. [ad Stephanianam expressa est. Vid. *Freytag.* Adparat. litterar. III. pag. 568. sq.]

[In *Vrsini Carminibus nouem illustrium feminarum et Lyricorum*, (de quo libro vide ad *Alcaicum* notata,) p. 123 — 139. praemittuntur veterum in Anacr. epigrammata, et p. 130 — 151. eius odas et fragmenta, (quae genuina habuit,) denique p. 320 — 328. adnotationes in Anacr. fragmenta.]

1586. Lu-

1586. Lutetiae Parif. 12. in H. Steph. Sylloge carminum poetarum lyricorum, vbi editor notas suas castigauit et fragmentorum numerum auxit. [Sed de Stephanianis supra ad Pin-
darum vberius differuimus.]
1597. Rostochii 4. opera *Eilhardi Lubini* cum interpretatione noua latina. [vid. *Freytag*. I. c. p. 556.]
1598. Heidelbergae ex officina Commelini cura *Aem. Porti* 8. inter carmina nouem Lyrico-
rum Graecorum. Portus lectionem duobus tribusve locis mutauit, H. Stephani inter-
pretationem latinam notasque cum El. Andreae versione addidit. Porti exemplum re-
petitum est
1611. Andegau. gr. 4. apud Harwood. edit. Pinelli. p. 10.
1614. Geneuae fol. in corpore poetarum Graecorum veterum.
1622. Tubingae 12. cura et cum notis *Frid. Herm. Flayderi* Profess. olim Tubingenfis; adiectae
sunt *Stephani* et *El. Andreae* interpretationes.
1624. gr. Parif. apud Libert. 8. editio rarissima dicitur ab Harwood. l. c.
1639. Paris. 8. graece cum scholiis graecis cura *Arm. Io. Buthillieri Roncei*, (postea sub nomi-
ne Abbatis de la Trappe notissimi) qui adhuc puer XIII. annorum hanc editionem pa-
rauit. [vid. *Bayle* l. c. not. L. Galleria di Minerua tom. III. p. 131.]
1647. repetitio praecedentis exempli.
1657. Edit. II. Morelli. Londini. 8.
1660. *Tan. Fabri* edit. I. Salmurii 12. cum *H. Stephani* et *Andreae* versionibus. Praeterea Faber
homo, vt constat, doctrinae copia imprimisque iudicii elegantia non mediocriter instru-
ctus notas addidit eruditas, in quibus primus nonnullorum carminum antiquitatem op-
pugnat, poetam vero ipsum non tantum feliciter emendat et egregie explicat, sed etiam
multis aliis aliorum veterum scriptorum locis bene consulit lucemque adfert.
- [1680. *Tanaq. Fabri* edit. II. gr. et lat. Salmurii. 12. vid. *Pinelli* Catal. n. 4039. *Clement*. l. c. I. p. 288. Biblioth. Roloffian. p. 63.]
1680. *Longepetraei* (de Longepierre de Reicquelaine, Nobilis Burgundi,) I. Parifis 8. Editor
versionem gallicam metricam et notas adiunxit, in quibus venustates carminum expli-
care, antiquitatem et historiam illustrare atque poetam cum aliis tam veteris quam recen-
tioris temporis vatibus comparare studet.
1682. *Dacieriae* I. Parifis 8. Elegans et docta femina textui a Stephano constituto adiunxit in-
terpretationem gallicam prosariam, nimis quidem liberam, nec raro leuem et minus di-
ligentem, (v. gr. ὅπλας δ' ἔδωκεν ἵπποις, λεῖσι χάσμι ὀδόντων vertit leuis Dacieria:
aux chevaux, les pieds infatigables; aux lions, le courage.) sed notas aptas et eruditas,
vbi saepius a patre discedit, cuius animaduersiones latinae sub finem adiectae sunt.
1684. *Longepetraei* II. Parifis 12.
1684. *Cantabrigiensis* 12. est sola repetitio exempli H. Stephani cum eiusdem notis.
1690. *Tan. Fabri* III. Salmurii 12. mendosum exemplum, maxime in notis.

1692. *Longe-*

1692. *Longepetrasi* III. Parisiis, 8. (Amstel. 12.)

1693. *Dacieriae* II. Amstel. 12.

1695. *Baxteriana* I. Londini, 8. Vsque ad Baxterum, quocum noua quasi lectionis Anacreontae incipit aetas, omnes editores textum H. Stephani ex editione eius prima retinuerunt. Ipse vero Baxter ex consensu optimorum interpretum minus bene versatus est in constituenda noua lectione, siquidem ingenium sequutus plerumque nimis temere et audacter textum mutauit, ut nihil dicam de conuiciis in Barnesium fusis, quibus editionis secundae animaduersiones tument. Praeter ea versio latina et notae, quibus poeta illustretur, obscuriorem eum redditurae videntur.

1698. ⁱⁱⁱ⁾ *Nordhusae*, duodenis oblongis cura *Casp. Ernst Triller*, Rectoris quondam Ilefel-densis. Exhibet haec editio textum Stephani ita, ut editor vel aliquot Stephani suspicio-nes receperit, cum quatuor versionibus latinis metricis Stephani, Andreae, Lubini et editoris, qui ipse quoque adiecit interpretationem theodiscam metricam simili exitu, cuius, quia iam rarior facta est haec editio, non possum non specimen ex ode VII. ad-ponere:

*Cupido winkte mir, ich sollte mit spatzieren,
Wohin er seinen Lauf in Eile wollte fuhren.
Als ich nun noch verzog, als ein gar fauler Tropf,
Nahm er ein Hyacinth und schlug mich auf den Kopf etc.*

Vid. die neue philol. Biblioth. vol. I. p. 72. [Illud in eo reprehendo, (ait *Heumann*. in not. msst.) quod in usum studiosae iuuentutis publicauit, quae legi, nisi cum sanae mentis iactura non possunt a studiosa iuuentute.]

1699. *Dacieriae* III. Amstelod. 12.

1700. *Neapoli* 12. Inscribitur haec editio: Τα τῆς Ἀνακρεοντος καὶ Σαπφῆος Μελῆ. *Ana-creontis et Sapphonis Carmina Latine Italicaeque conuersa*. Notae et animaduersiones addidit ex edit. Tanaq. Fabri; in quibus multa veterum loca emendantur. *Recens omnia correctæ, uti numquam prius*. Cum Italica Traductione *Bartholomasi Corfini* in calce apposita. De hac editione refert *Paitoni* in Bibliotheca degli autori antichi — in Venezia, 1774. 4. sub Artic. *Anacreonte*.

1705. *Barnesiæ* I. Cantabrig. 8. Nouam habet haec editio textus recensionem, quam Barnesius adhibitis Scaligeri, Salmasii et Dan. Heinsii coniecturis ad fidem Codicis Va-ticani ex collatione If. Vossii quidem adcurata instituit. Adiecit porro versionem latinam ac notas, in quibus plurima bene docteque explicat, de metri ratione, quod etiam in prolegomenis fecit, diligenter acuteque disserit et omnino graecarum littera-rum studiosos multa utilia docet. Auxit quoque fragmenta et in praemissa disputatio-ne de vita et aetate Anacreontis copiose et docte exposuit. Fabricius de hac editione
haec

iii) Vel potius 1702. Scripserat enim anni nume-rum MDCXCXII. vide *Hamburgische Berichte an*.

1743. p. 448. *Clement* Bibl. curicuse etc. tom. I. p. 288. *Harl.*

Vol. II.

N

haec habet: Barneſius MS. Vaticanum ^{kkk}) lectionibus vſus notisque *Io. Cottoni* ^{lll}) Baro-
netti et *Tho. Stanlei* ^{mmm}) hunc poetam ingenio ac doctrina ſua mire expoliuit caſtiga-
vitque, et numeris ſuis (qua in re aliquid indulgere ſibi videtur vir doctiſſ.) reſtituit,
praeterea verſione proſaria notisque perpetuis et fragmentis plurimis vndique conſiſtis
a v. 903. ad 1385.) et iuſtis aliquot poematis auxit, praemiſſa Anacreontis vita et diſſerta-
tione de Lyrica Poefi, ſubieſtoque, quem ipſe clariffimus editor felici vena Poetam
imitatus compoſuit ac ſeparatim quoque edidit, Anacreonte Chriſtiano. conf. Act. Eru-
dit. Lipſ. 1706. p. 457. Clerici Bibl. ſelect. tom. XI. p. 335.

1710. *Baxteriana* II. Londini, 8.

1716. *Dacierias* III. Amſtelod. 8. Auſta eſt Foſſaci notis, quae primum prodierant Pariſiis,
1704. 12. [conf. Memor. Treuolt. 1705. p. 304.]

1720. *Neapoli* 12. cum verſione latina et italica. Editor eſt *Argelatti*. Conf. *Paitoni* l. I.

1721. *Barneſiana* II. Cantabrig. 8. Muſtis locis priore auctior et emendatior.

1725. *Maittarii* I. Londini, 4. mai. Editio haec ſplendida et rariffima, (*centum* enim tan-
tum exempla typis deſcripta eſſe dicuntur,) quam vidiffe paucis fortaſſe Germaniae viris
doctis contigerit, quae vero ex ſententia Obſſ. Miſcell. vol. II. p. 5. magis externo habi-
tu, quam vilitate commendatur, continet editoris verſionem latinam metricam cum
omnium editorum, Buthillerium ſi exceperis, notis et indice copioſiſſimo. [conf. New
Memoir. tom. II. p. 253.]

1732. *Paviana*, Traieſti ad Rhenum, 4. Notae, quibus *Io. Corn. de Pau*, vir alias grae-
ce doctiſſimus editionem ſuam ornauit, produnt quidem ingenium acutum, (ipſum
enim quaedam loca corrupta feliciffime correxiſſe, quis neſcit?) et praeclaram linguae
graecae ſcientiam; ſed praeterea etiam Criticum temerarium atque proteruum, qui vbi-
que corrigere geſſit, odaria bene coniuncta crudeliter diſcindit, nec pauca eaque venu-
ſiſſima carmina el ineptis recentioris aetatis auctotibus tribuit. Sed caſtigauit eius au-
daciam *D'Orville* in *Vanno Critica*, Amſtelod. 1737. 8. [Nonnulla quoque caſtigantur in
Actis Eru. german. part. CLXXII. nr. 1. p. 229. et in: *Beytrag zu Gelehr. Zeit.* tom. II.
p. 735 ſq. Titulum nouum cum nota anni 1753. accepit haec editio.]

1733. *Londinenſis*, 8. gr. et lat. Editio a *Iof. Trappio* curata ſed plurimis editoribus in-
cognita. *D'Orville* de ea reſert in *Vann. Crit.* p. 69. et 557. ✓

[1734. ex edit. Barneſii, Londini, gr. et lat. 8.

1735. The works of *Anacreon*, translated into Engliſh Verſe; with Notes explanatory and
poetical. To which are added the Odes, Fragments, and Epigrams of *Sappho*. With
the Original *Greek* plac'd oppoſite to the Translation. By Mr. *Addiſon*. London. 8.
quae editio laudari ſolet.]

1736. *Venetis*,

^{kkk}) Barneſius p. 40. Hoc MS. Vaticanum to-
ties laudatum peruoluſtum eſt, et ab Iſaaco Voſſio
in D. Ioannis Cotton Baronetti gratiam olim deli-
batum, a Scaligero, Salmaſio aliisque magnis vi-
ris viſum, vt ex eorundem nominibus, propria

ſingulorum manu ad eundem MS. codicem adſcrip-
tis conſtat. Voſſii exemplar mihi communicauit
Baronettus praediſtus.

^{lll}) Id. p. 36. 40. etc.

^{mmm}) Id. p. 6. 54. etc.

1736. *Venetis*, 4. graece, latine et italice. conf. Paitoni l. l. et Catal. Bunau. I. p. 82.
1740. *Maittarii* II. Londini, 4. mai. Aucta est versuibus latinis Stephani et Andreae ac Scholiis graecis Ruthillerianis. [conf. Supplem. Act. Erud. Lips. tom. I. p. 193 sqq.]
1742. Londin. *Trappii*, gr. et lat. 12. — eodem anno ab *Ang. Mar. Bandinio*, gr. lat. et ital. Florentiae, 8. — eod. anno *Barnesiana* III. cum notis, gr. et lat. 12.
1743. *Lamiana*, Florentiae, recensioem Barnesianam exhibens. [vid. Beyträge zur Histor. der Gelahrtheit. I. p. 43.]
1744. *Glasguensis* I. gr. et lat. 12.
1751. *Glasguensis* II. forma minima. Editio nitidissima ad recensioem Stephani expressa, adiectis Sapphus et Alcaeï fragmentis. rec. 1757. 12. correctius.
1754. *Fischeriana* I. Lipsiae, 8. habet lectionem et notas Baxteri cum Stephani et Fabri animaduersionibus. Sed auctior et praestantior prodiit
1776. *Fischeriana* II. ibid. 8. mai. ex recensione Baxteri cum eiusdem, Stephani, Fabri et doctissimi editoris animaduersionibus, omnibus editionibus praecedentibus merito praefenda. In primis praefatio doctrinae varietate et iudicii acumine commendatur, in qua editor de fide et antiquitate carminum Anacreonticorum subtiliter disputat ac de editionum praestantiorum pretio egregie disserit. Adiecit idem praeterea plenissimam fragmentorum collectionem et poetarum quorundam graecorum in Anacreontem epigrammata.
1776. *Brunckiana* I. in *Analectis* vett. poetarum Graecorum vol. I. Argentorati, 8. *Brunckii* operâ et studio lectioni Anacreontae obscuriori, quoad per librorum manu scriptorum penuriam fieri potuerit, lux quaedam quasi noua adfulsit et praecedentes recensioes veluti noua creatione feliciter mutatae sunt.
1777. *Glasguensis* III. gr. in 8.
1777. *Magdeburgensis*, 8. in vsum scholarum habet textum Baxterianum. Hanc excepit classica et palmaria editio
1778. *Brunckiana* II. Argentorati, duodenis minimis, vti iam habitu externo commendabilis, ita et adcuratissime expressa. Nouam, a lectione *Analectorum* diuersam et ad omnes criticas opes constitutam recensioem exhibet. Animaduersiones licet breues ex interiore graecae linguae scientia et venustatis poeticae sensu profectae laudem habent adcuratae diligentiae, quam quilibet agnoscat, qui eas cum iis, quae in *Analectis* sunt, comparauerit. Lectionis enim mutatae ratio redditur, criticorum correctiones in variis libris proditae adcurate memorantur, lectiones Cod. Vat. et suspiciones Salmasii diligenter et vberius adferuntur. Vid. *Bibl. Crit. Amstelod.* tom. I. vol. 4. p. 115. et copiosas relationes in *Ephemeridd. Litt. Norimbergens.* 1779. p. 443. sqq. et in *Ephemeridd. litt. Francof.* 1779. p. 538 sqq. Sequuta est
1781. *Spalettiana* I. aeri incisa Romae, fol. max. Pauca tantum exempla expressa non vendendo, sed largiendo diuulgata sunt. (conf. *ephem. litter. Lips.* 1784. plag. CII.)

1781. *Degeniana* I. Erlangae, 8. exhibens textum Brunckianae secundae, et, quia maxime in iuuenum usum parabatur, lectionis varietatem tantum selectam, cum indice plenissimo, ex quo intelligentia poetae hauriretur.
1782. *Holstiana*, Lipsiae, 8. mai. *Ioh. Ludw. Holst* Hamburg. tum adhuc iuuenis litterarum causa Lipsiae degens, Baxterum maxime sequutus, huic editioni notas adiunxit, quae poetam potius obscurant, quam illustrant, sermone horrido et maxime barbaro, cuius vel epistolas illas obscurorum virorum puderet. Praemissa est praefatio, in qua in me, qui itidem adhuc iuuenis editionem parassem, conuicia fundit turpissima sermone vitiiis grammaticis tumente.
1783. *Spalettiana* II. typis expressa, Romae, fol. max.
1783. *Franc. Xauer. de Rogati*. Collae, (oppido Toscanae,) 8. mai.
1784. *Bodoniana*, Parmae, fol. min. Editio splendidissima, expressa typis maioribus in charta laeuigata, sed utilitate parum commendabilis. (conf. ephem. litterar. Lips. an. 1786. plag. CXI.)
1786. *Brunckiana* III. Argentorati, duodenis, nitidissima et omnium praestantissima editio, nouam et optimam ad collationem adcuratam exempli Spalettiani aeri incisi institutam recensionem exhibens. Eodem anno bis repetita est. Copiosiore recensum leges in *Degens* neuen kritischen Nachrichten. Schwab. 1787. p. 46 sqq.
1786. *Degeniana* II. Erlangae, 8. Fundus quidem est textus Brunckianae secundae, sed multis locis lectio antiquior reducta et interpunctio mutata est, ita, ut pro noua, quod etiam in fronte libri significauit, recensione haberi queat. Porro tam in notis, quae varietatis lectionis subiectae rationem reddunt, poetam cum aliis et antiquis et recentioribus comparant, nec non ex antiquitate illustrant, quam in indice multa superflua ac vana reseculi nouaque addidi et denique caui, ne exemplum posterius, ut prius, vitiiis typographicis tam foede inquinaretur; sed omnino sic prodiret, ut inter commodas editiones posset numerari.
1787. *Degeniana* III. Altenburgi, 8. graece et theodisce, adiectis quibusdam ex Anthologia carminibus et scoliis. Textus est Brunckianae tertiae, locis aliquot exceptis, ubi lectio antiqua mihi praeferenda visa est. In animaduersionibus sub finem adiunctis de virtutibus et vitiiis poetae exponitur, ac de oratione et lectione iudicatur.
1787. *Briegeriana*, Lipsiae, 8. cum argumentis, animaduersionibus et indice theodisce scriptis. Editio in primis tironum vsui adcommodata.
1789. *Borniana*, Lips. 8. Anacreontis et Sapphus Carmina graece, recensuit notisque illustrauit perpetuis ex optimis interpretibus, quibus et suas adiecit *Fr. Gottlob Born*. Quamuis parum de suo adiecerit editor, fereque omnia hauserit ex aliis, laudanda tamen eius est opera, quam in deligendis aliorum obseruationibus adhibuit.
1789. *Anonymi*, Berolini, 8. Anakreons Lieder. Griechisch mit einem vollständigen griechisch-deutschen Wortregister für Schulen. — *Jördens*, qui editor esse fertur, in praefata hac editione suos maxime discipulos se spectasse in praefat. dicit. In indice vocabula ex versionibus Degenianis interpretatus videtur.

1789. alius

1789. alius Anonymi, ibid. 8. graece cum obseruatiunculis latine scriptis.

[In Anthologiam graecam poeticam quaedam Anacreontis carmina recepi atque illustraui. *Harl.*]

Editio *Capperonierii*, cuius mentionem fieri in: *Björnstaäls* Reisen vol. I. p. 12. vidimus, vt plures editiones ibi laudatae, potius ad fictas quam ad veras referenda videatur. Nobis quidem eam plane ignotam esse, ingenue fatemur. *Degen.*]

Prodierat etiam Anacreon apud Andr. Wechelium, an. 1556. 1574. (quae laudatur a Croix du Maine Bibl. Gall. p. 429.) et 1585. 12. apud Patissonium e Gallica Metaphrasi *Remi Belleau* siue *Remigii Bellaquae*, quam e latina versione H. Stephani composuit, et *Richardus* quidam *Renuoisius* circa an. 1557. modulis animauit Muscis, licet ab hoc Richardo et ipso Anacreontem Gallice redditum tradat Antonius Verderius. Vide *Baelii* Lexicon l. c. Sed et *Henricus Stephanus* in praefatione ad editionem suam Graecolatinam an. 1554. testatur, se odas Anacreontis prius iam tum Gallicas fecisse: et *Petrus Ronsardus* nobilis poeta Gallus plerasque illarum patrio carmine induit. De versione Gallica (prosa; an versu, edita, an inedita?) *Armandi Iohannis Bouthillerii Rancei*, postea notissimi sub nomine *Abbatis de la Trappe* ^{ann}), mentio exstat apud Adr. Bailletum libro de infantibus doctrina claris p. 359. et Malpeolum (Mr. *de Maupeou*) in Rancei vita, vbi testatur, ab eodem Armando vix tredecim annos nato illustratum praeterea Anacreontem *scholiis Graecis*, vulgarumque Parisiis, 1639. 8. et recusum [P] an. 1647. Exstat et Metaphrasis Anacr. et Sapphus Gallica *Gaconi* elegans et venusta. Rotterod. 1712. 12. (vid. Mem. of Litterature tom. II. p. 65. vbi Bentleii est epistola p. 68. it. p. 105. Journ. des Sçav. 1712. p. 436.) et altera Poetae insignis *Foffei*, Paris. 1704. 12. Gallico carmine cum notis. vid. Nouv. Rep. de lett. 1704. II. p. 686. *Clerici* Bibl. anc. et mod. tom. V. pag. 4393. *Fabric.* Varias odas Anacr. gallice vertit *Maturin*, Abbé *Regnier Desmarais*, in eius oper. gallic. Hagae Com. 1716. 12. tom. II. p. 377 sqq. — item *Poinfinet de Sivry* in: Les Muses Grecques, Bipont. et Paris. 1771. 8. p. 125 sqq. et quartum in Anacreon, Sappho, Moschus, Bion et autres poetes grecs etc. Paris. 1778. 12. *Harl.*

[Plurimas Anacreontis interpretationes haud dubie tulit Italia, quas diligenter recenset Paitoni libro supra laudato ^{ooo}].

1) Liriche Parafrasi di *D. Fr. An. Cappone* Academico Ozioso sopra tutte le Ode d'Anacreonte etc. Venet. 1670. 12.

2) Anacreonte Poeta Greco tradotte in verso Toscano, da *Bartol. Corfini*. In Parigi, 1672. 12.

N 3

3) Anacreonte

^{ann}) Obiit die 26. Sept. 1700. natus 9. Ian. 1626. De Vita eius consule Ephemerides Paris. 1702. mense Nou. pag. 87. et Memorias litterarias Treuultinas an. 1704. mense Martio pag. 174.

^{ooo}) Fabricius in notis Msptis haec praeter ea supplicuit: Mich. Angel. Torcigliani, Lucensis, vertit. vid. Galleria di Minerva tom. III. p. 131. Elo-

gia academiae incognitorum pag. 339. Io. Canalis, Neapolitanus an. 1663. et inter eius poemata gallica, italica, hispanica et latina, Paris. 1707. 12. tom. 2. [edit. Venet. 1667. 12. memorat *Toppius* in Biblioth. Neapol. p. 116. et tertiam partem, p. 325.] De Mariani Valguarnerae, Panormitani versione lat. cum notis et diatribis, vid. *Mongitor.* Bibl. Sic. tom. II. p. 45.

- 3) Anacreonte tradotte etc. Roma, Crescimbeni vol. V. p. 151.
 - 4) Anacreonte etc. Firenze per *Carlieri*.
 - 5) In: Echo Cortese Parte seconda - terza con l'Iride Posthuma o vero Residui di diuersi Componimenti di Michel' Angelo Torcigliani publicati da Salvestro Torcigliani suo fratello. In Lucca, 1681 — 1683. 12.
 - 6) Le Poesie d'Anacreonte tradotte in verso toscano, e d'Annotazioni illustrate. In Parigi, 1693. 8. Auctor est Abbas *Regnier Desmarais*. Bis repetita haec interpretatio, primum cum nomine auctoris, Florentiae, 1695. 12. deinde cum quibusdam aliis eiusdem opusculis poeticis. Parisiis, 1708. [vid. Menagiana tom. III. p. 307.]
 - 7) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in rima toscana. Da *Anton Maria Salvini* etc. In Firenze, 1695. 12.
 - 8) Anacreonte tradotto dal testo greco in rime toscane da *Alessandro Marchetti* — in Lucca, 1707. 8. [vid. Giornale d'Italia tom. XXI. p. 239. tom. VI. p. 237. prohibita versio a sacra inquisitione, licet dicata Ferdinando Hetruriae magno Duci. *Iul. Negri* p. 18. hist. scriptor. Florent.]
 - 9) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in verso Toscano da vari Vomini illustri. In Firenze, 1723. 12.
 - 10) Le Ode di Anacreonte nuouamente da vari illustre Poeti nella Italiana favella tradotte — In Milano, 1731. 4. Auctor est *Argellati*.
 - 11) Anacreonte tradotto in versi Italiani da Vari — In Venezia, 1736. 4.
 - 12) Delle Ode d'Anacreonte Teio, traduzione, di *Paolo Rolli*. Londra, 1739. 8. Repetita cum aliis auctoris operibus, Venetiis, 1742. et 1753. 12.
 - 13) Anacreonte Poeta Greco tradotto in rime toscane da *Cidalmio Orio* Pastore Arcade. In Venezia, 1753. 8.
 - [14] Anacreontis quaedam et Sapphus odas libere transtulit in sermonem italicum *Dominicus da Gattinara* — in Scherzi poetici etc. Brunsvic. 1784. 8.]
 - 15) Le Ode di Anacreonte et di Saffo recate in versi Italiani da *Fr. Sav. de Rogati*. 1783. 8. mai. vid. supr. ind. edd. sub anno 1783. Numerosa est haec versio et in primis ad canendum maxime apta.
- [Non tam e graeca lingua, quam potius ex gallica quadam versione translata videntur carmina Anacreontis in linguam *Polonicam*: *Anakreon, Poeta Grecki*. Warsou. 1774. in 4. et 8.]
- Sed prae aliis Germani dulcis Anacreontis reliquias sua lingua exprimere certatim adgressi sunt, ex quibus alii totam carminum collectionem interpretati sunt, aliis selectam tantum partem libare placuit. [conf. *Schriften* der Altdorf. Deutschen Gesellschaft. p. 119 — 122.]
- Primum, quod nos quidem sciamus, versionem vernaculam patria debet studio *Trilleri*, qui eam cum graeco simul textu publicauit Nordhusae, 1698. Sed de ea iam supra. [Specimen versionis germanicae versibus ἀρὺν μοις in: V. Beytrag zur critischen Histor. der deutschen Sprache, p. 160.] Post multorum interuallum annorum sequuta est praestantior illa *Io. Nic. Goetzii*, poetarum, quos vnquam Germania tulit, suauissimi elegantissimique, qui

qui eam absque quidem nomine edidit hoc titulo: *Die Oden des Anakreons in reimlosen Versen*. Frankf. und Leipz. 1746. 8. vbi aliquot carmina, nempe 7. 12. 14. 28. 29. 30. 40. 43. 44. 51. Goetzii amicus summusque Germaniae vates, *Vzius* noster, in vernaculam linguam converterat. Auctior et emendatior ea lucem adspexit, Carolsruhae, 1760. 8. Excepit illam Lipsiensis: *Anakreons Gedichte nebst zwey andern Anakreontischen Gedichten und den Oden der Sappho*. Leipz. 1776. 8. (auct. cl. *Meinecke*, Rect. Quedlinburg. Omnino laude digna interpretatio, cuius specimina *Meinecke* antea iam dederat in *Taschenbuch für Dichter und Dichterfreunde*.) Laudem plausumque haud denegarunt viri docti iique rei peritissimi inae interpretationi hoc titulo diuulgatae: *Anakreons Lieder aus dem Griechischen von Joh. Fr. Degen*. Ansb. 1782. 8. in qua censor eruditus in Ephemeridd. litt. Gothanis an. 1783. cum referret de *Wahlia*, Germanis adquiescendum esse pronuntiavit. Atque, quod vix credideris, annus sequens binas simul tulit interpretationes vernaculas, alteram auct. *P. H. Brumleu* in eius *Lyrischen Gedichten a. d. Gr.* Dessau, 1783. 8. vol. I. alteram *S. F. G. Wahl* nunc Profess. Halensis, in: *Liedern der Liebe von Sappho und Anakreon*. Erfurt, 1783. 8. cum observationibus eruditis. Sed haec posterior nimis artificiosa gratamque exempli graeci simplicitatem cum dignitate coniunctam deferere videtur. Nimis libere ac minus feliciter anonymus quidam Anacreontem interpretando expressit vna cum Bione, Moscho et Sapphone: *Bion, Moschus, Anakreon und Sappho. Aus dem Gr. Neue Uebers. in Versen*. Berlin und Liebau, 1787. 12. Eodem denique anno *Degeniana* Altenburgi emendatior et castigatior prodit, de qua supra actum est.

Singularum odorum interpretationes theodiscae occurrunt e. gr. in *der lyrischen Blumenlese*, vbi cel. *Ramler* versionem Carolsruhensem a se limatam atque politam reddidit; in carminibus fratrum *de Stolberg*; in Christi. Comit. *de Stolberg* carminibus ex Graeco expressis. Hamburgi, 1782. 8. mai. in *Degens* Versuch über die Philosophie des Anacreon, Erlang. 1776. in *Borhecks* Klosterbergischen Vorlesungen, et in eius *Magazin*. Nürnberg. 1784. 8. in *Schneiders* Anmerkungen über den Anak., nec inuenturus essem finem, si omnes singulorum odiorum versiones, quas Germania nostra excluderet, enumerare ac recensere animus foret.

Ex imitationibus memoria dignae sunt solae *Gleimianae*, *Lessingianae*, *Götzianaeque Degen*. Conf. Blankenburg. ad Sulzeri Theor. Art. I. 86 sq. C. H. Schmid Anweisung der vornehmsten Bücher in der Dichtkunst p. 345 sq.]

Carminibus *Anglico* Anacreontem maximam partem expressit *Abrahamus Cowley*, et cum Bione, Moscho aliisque *Thomas Stanleius*, Lond. 1651. *Fabric.* [cum Sapphone, *Addison*. vid. supra in Catal. edition. an. 1735. item *Greeniana* versio: *The Works of Anacreon and Sappho, with pieces from ancient authors and occasional Essays*. London. 1719. 12. *Harl.*]

Nobilissimum virum *Lucam Langermannum* Anacreontis editionem molitum, constat ex *Reinesii* ad Daumium Epistolis p. 148. Specimen nouarum emendationum, nescio cuius, auctoris in Anacreontem (audacium nimis, si quid iudico,) occurrit in memoriis Treuoltianis anni 1702. mense Ianuar. p. 96 sq. Fragmenta quaedam Anacreontis ab H. Stephano omissa persequitur *A. Schottus* II. 61. Obs. human. Alius *Anakreon* fuit, quem ἐν τῷ περὶ ἡζοτομίας laudat Scholiastes Nicandri ad Theriaca.

[Haud defuerunt praeter editores et interpretes poetae, qui multa eius loca emendate et explicare tentarent, et quidem

a) Obiter

a) Obiter in obseruationibus ad alios scriptores, vt factum a *Salmasio* ad Solinum et Achillem Tatium; a *Tollio* ad Aufonium; a *Dausio* ad Ciceronem de N. D.; ab *Heskinio* ad Bonum et Moschum; a *Lennepio* ad Coluthum et Phalaridis Epistolas; a *D'Orvillio* ad Charitonem; a *Trillero* in den poetischen Betrachtungen, multisque aliis, qui vel semel, vel bis, vel saepius lectionis cuiusdam nouae in poeta recipiendae mentionem faciunt. Deinde

b) Alii in collectionibus obseruationum, quas in varios vtriusque linguae auctores scripserunt, Anacreontem separatim tractarunt, quo referantur *Canteri* Lectiones nouae, Antwerp. 1571. *Lamb. Bos* animaduersiff. in Scriptores quosdam graecos. Franecq. 1715. *D'Arnaud* Spec. animaduersiff. critt. ad aliquos Scriptores graecos. Harlingae, 1728. 8. *Wesseling.* obseruat. variae, Amstelod. 1727. 8. *D'Orville* Vannus critica. Amstel. 1737. 8. *Clericus* in Bibliotheca Selecta; *Observationes Miscellaneae*, Amstelod. 1732. vol. II. *Pierfion* Verisimilia critt. Lugd. Bat. 1752. *Klotz.* Miscell. critt. Trai. ad Rhen. 1763. *de Medenbach Wakker* Amoenitt. litterariae, Trai. ad Rhen. 1770. *Borhecks* Magazin für die Erklärung der Griechen und Römer. Nürnberg. 1784. vol. I.

c) Alii denique peculiare in Anacreontem obseruationes ediderunt, quo referri debent *Schneiders* Anmerkungen über den Anacreon, Leipz. 1770. *Zeune* animaduersiff. Lipf. 1775. *Degen* über die Philosophie des Anacreon. Erlang. 1776. *Barth* Stricturae aliquot animaduersiff. ad Anacreont. Numburgi, 1777. *Borhecks* Klosterbergische Vorlesungen, Magdeb. 1778 — 1779. *Grimm* Anmerkungen über einige Oden des Anacr. Duisb. 1778. *Schwabe* Erläuterungen über den Anacreon. Weimar, 1781. 1782. *Schmieder* Commentt. II. in 28. priores odas Anacreontis. Halae, 1782. 1783. *Degen.* *Sevin* loca quaedam Anacr. corrigit in Hist. acad. reg. Paris. Inscr. vol. III. p. 122 sqq. *Schneider* in Periculo critico in Antholog. Constantini Cephalae, p. 18 sqq. quaedam Anacreontea explicat emendatue: item p. 98. *Snedorf* de Hymnis vett. Graecor. p. 36 sqq. de hymnis Anacreontis. Adde haud inuenuitas Anacreonteorum carminum parodias graece scriptas: *D. Ioh. Balthaf. Bernholdi*, Professoris theologi et graeci (Altorfni) *Ἀνακρεόντεια μέλη. Hoc est Anacreon quasi redditus imitationibus variis.* — Editionis curam suscepit *Georg. Christoph. Munzius*, Gymnasii Noriberg. Rect. Noribergae, in 8. f. a. nota; subiecta est versio latina pariter poetica. — Aliquot odorum Anacreontis latinam versionem exhibet *Christius* in Noct. acad. obseru. XI. Denique *Fabric.* in notis instis haec notauit: *Gilberti Ionini* S. I. Anacreon Christianus graecis numeris cum latina metrica versione, eiusdem Anthologia christiana, Bion christianus etc. Lugd. 1634. 1637. 12. *Iosep. Patrignani*, S. I. Anacreonte christiano, di presepio di Christo, Florent. 1712. 12. — *Io. Boivini* (Οἰονόκωνες) Μέλη τὰ Ἀνακρεοντικά. Paris. 1722. 12. Mem. de Trevoux, p. 1634. Harl.]

XIII. α. ANANIAS siue *Ananius* Iambographus antiquissimus, aequalis Hipponactis, memoratur *Athenaeo* lib. VII. p. 282. lib. III. p. 78. et lib. IX. p. 370. *Tzetzae* prolegom. ad Lycophronem et Hephaestioni p. 16. Enchirid. vbi ait Scyzontini carminis inuentiorem, (non Iambici, vt *Vossius* 3. Institut. poetic. cap. 18. §. 8.) ab aliquibus Hipponacti, ab aliis Ananiae tribui. Vide et Scholiasten Aristophanis ad Ranas v. 671.

XIII. β. ANTIMACHVS *Teius* circa Olymp. VI. clarus ab interprete *Plutarchi* Cruferio Lyricus vocatur, sed in Graeco; in vita Romuli p. 24. est *ἑποποιός*. *Dacertius* hunc confundit cum Antimacho Colophonio, qui Platonis tempore vixit, notis ad *Plutarchi* Romulum

mulum gallice a se redditum p. 178. Versum Teii *Antimachi* Hexametrum, quem imitatus sit Augias, producit *Clemens* VI. Strom. p. 622. *Antimachum* vero *Colophonium* *Diodorus* Sic. XIII. [108 tom. I. p. 603. edit. Wesseling. quem conf.] p. 390. ex Apollodoro docet floruisse Olymp. XCIII. 4. [aut secundum Larcher. Olymp. XCIII. 4. A. C. 404.] Hic est, quem Homero praeferebat Hadrianus Imp. de quo multa viri docti ad *Spartian.* Hadriano cap. 16. Eius poema Elegiacum *Λύδη*, pluribus constans libris, laudatur a *Stephano*, [Byz. v. *Λύδια* et *Δωτίον*, vbi secundus liber citatur etc.] Plutarcho, [*Hermesianacte* in Eleg. apud Athen. XIII. p. 597. reddita atque illustrata a Ruhnen. Epistol. crit. edit. II. subiecta, v. 41 sqq. vbi Ruhnen. p. 292. ex Asclepiade in Anal. Brunckii tom. I. p. 219. docet, Lyden, Chryses filiam, fuisse Antimachi siue uxorem, s. amicam, et nomine et gente Lydam. Addi vero debet *Lenæpii* animaduersio in illum *Hermesianactis* locum, in illius Animaduers. ad Coluthum p. 168 sq.] a Scholiaste Apollonii, [I. 1289. II. 297. III. 409. IV. 259. et 1153.] Euripidis, [in Phoen. v. 43. ad quem loc. conf. Valcken. p. 606 sq.] aliisque. [P] [Lyden Antimachi in epitomen redegit *Agatharchidem* Cnidium, adnotauit *Photius* cod. CCXIII. p. 541. Confer *Reinesii* var. lection. lib. I. cap. XI. pag. 37. *Lucian.* verae histor. lib. II. cap. 42. ibique M. du Soul. p. 135. tom. II. edit. Reitz. Quod *Lyfander* carmen Antimachi in illius honorem non praetulit carmini *Nicerati*, Antimachus, ea re offensus, aboleuit carmen, indignante Platone, teste *Plutarcho* in vita *Lyfandri* p. 38. tom. III. edit. Reiske.] Conf. *Neccorum* ad Suid. et *Meursium* in Bibl. Graeca, vbi etiam de huius Antimachi *Thebaide*, quod carmen fuit heroicum, e quo sunt, quae profert *Strabo* IX. p. 409. de Teumesso: [liber quintus citatur ab *Athenaeo* XI. 468. p. 475. p. 482. F.] tum de poemate tertio, cui titulus *Ἀρτεμῖς*, et quarto *Ἐπιγόνους*. Eiusdem quoque videntur esse *δέλτοι* laudati *Athenaeo* VII. p. 300. [Antimacho Teio, at minus recte, id adserit *Meursius* in Bibl. gr. sed vid. Schellenb. p. 31 sq.] Tamquam obscurum ac tumidum poetam perstrinxere multi. Confer, quae viri docti ad Horatium, et II. Vossii notas ad illud Catulli carm. 92. p. 323. *At populus tumido gaudeat Antimacho*, *Ciceronem* item in Bruto cap. 51. Plura de Antimacho *Langbaen.* ad Longini vitam. Homerus prae Antimacho *βραχυλογώτατος* iudice *Nazianzeno* Epist. 3. Antimachi huius Poemata emendauit olim *Zothicus* Plotini familiaris teste Porphyrio in Plotini vita c. 7. [*Δέξας Ἀντίμ. Longinus* scripsit teste Suid. v. *Λογγίνος*.] De Antimachi Poesi scripserat *Dionysius Phaselites*, vti legas in vetere vita Nicandri. [Quaedam Antimachi fragm. sunt in collect. poetarum, Theognidis, Phocylidis, Pythagorae etc. edit. Frid. Sylburg. gr. et lat. Heidelberg. 1596. 8. et alibi. Optime tamen et plenissime de Antimacho eiusque scriptis disseruit ac fragmenta collegit explicuitque cl. *Car. Adol. Gottl. Schellenberg* in Antimachi Colophonii Reliquiis cum Epistola Frid. Aug. Wolfii, Prof. Halens. Halae Sax. 1786. 8. vbi p. 15 sqq. agit de Antimacho Teio, aliisque Antimachis. (Nun Antimachus grammaticus, Homeri editor atque criticus, diuersus sit ab Antimacho nostro poeta, nec ne? supra vol. I. ad Homerum, p. 358 sqq. fusius a me disputatum est: atque de eius Thebaide, atque num inter cyclicos poetas sit numerandus, ibidem p. 378 sq. et alibi. adde eundem *Schellenb.* l. c. p. 21 sqq. et p. 78 sq. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 25.) Num Antimachus epos, *Ἐπιγόνους* inscriptum, confecerit, dubium esse videtur *Schellenb.* p. 20 sq. conf. ad lib. II. cap. 2. §. 24. 7. Obscuriore vero partim, partim etiam dubia fama innotuerunt Antimachi poema, *Lyfandri* eucomium, (*Plutarch.* in vita *Lyfandri* p. 443. C.) et Carmen *Ἀρτεμῖς* ex falsa lectione Steph. Byzant. v. *Κοτύλαιον* ortum fictumque; nam pro *Ἀρτέμιδος* legendum esse

Θηβαῖδος, iam viderunt Salmasius, Berkelius et Schellenberg. quem vide p. 31. et 91. Tum auctor Erymol. M. p. 4. lin. 6. laudat quidem Antimachi Ἰαχίνην, sed et auctoritas et lectio levis prauaque iure videtur Schellenb. p. 32. Ad vanam denique infinitae lectionis iactantiam *Natalis Comitis*, qui magnum numerum scriptorum depēditorum tamquam a se lectorum ex Grammaticis excitauit, pertinet, quando ille Mythol. VII. 4. historiolam adfert ex *Antimachi Centauromachia*. — Antimacho epigramma cod. Vatic. auctoritate tribuit *Brunsk* in Anal. tom. I. p. 167. et III. p. 29. sed caute subdubitat *Schellenb.* p. 33. qui post haec de ingenio, auctoritate, virtutibus vitisque illius poeticis et fatis carminum apte sciteque disserit. Amisimus vero Antimachea pleraque cum aliorum librorum ruina; nam „sic *Sopater* Sophista, vt idem Schell. notat p. 50. Constantini M. aetate, nonnulla nostri in Collectanea sua intulerat, opus eruditum, e multis scriptoribus conflatum, quod recenset *Phot.* cod. CLXI. p. 339. Fecerat idem *Ioann. Stobaeus*, etsi nunc in eius Eclogis Antimachi nomen non occurrit. vid. *Phot.* p. 374. — Adde *Burm.* II. ad Propert. II. 25, 37. in primis ad v. 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.* Is vero quando p. 472. probat suspicionem *Pierisii* ad Herodiam. Philetaer. post Moeridis Atticistam p. 440. apud *Lucian.* quomodo Historia conscribenda sit, tom. II. p. 65. pro ἡ Καλλιμαχος reponendum esse, ἡ Ἀντίμαχος, acute declarat dissensum *Schellenberg.* p. 46. not. b. *Harl.*] Fuit et *Antimachus* Lyricus cognomento *Ψευᾶς* ^{ppp}, quod minutim subinde exspuendo soleret adstantes veluti compluere. *Suidas* in *Ψευᾶς* et Ἀντίμαχ. ac *Diogenianus* VIII. prou. 71. De *Antimacho*, Heliopolita, qui *Κοσμογροφίαν* scripsit Heroico carmine, et de aliis *Antimachis* meminit idem *Suidas*. [adde *Eudociae Ἰωνιαν*, p. 61.]

XIII. γ. ANTILOCHVS. vid. nr. XVI. *Archilochus*, fin. *Harl.*

XIV. ANYTE, non Epidauria, vt e Pausaniae Phocicis colligebat *Fuluius Vrsinus*, sed Tegeatis, vt ex ipsius inedito antea Epigrammate ^{qq} docet *Holstenius* ad Steph. Byz. in Τέγεα, apud quem scriptorem pro Ἀντή μελοποιὸς Τεγεάτης legendum esse Ἀντή, primus observauit perspicacissimus in hisce litteris *Leopardus* II. 16. emendat. licet et apud *Leopardum* in Gruteri editione [tom. III. Lampadis artium p. 37.] et in notis Berkelii ad Stephanum, pro Ἀντή perperam excusum Ἀκῦτη. Praeter XIV. huius Anytes Epigrammata ex Anthologia Planudis petita, quae in fragmentis foeminarum descripsit *Fuluius Vrsinus* p. 56 sq. et Epigramma, quod ab Holstenio primum in lucem editum dixi, vide aliud apud *Pollucem* V. 5. segm. 48. quod incipit: ὦλεο δῆποτε etc. [vbi diserte dicitur Ἡ Τεγεάτης Ἀντή. In epigr. quodam apud *Wolf.* p. 112. nr. 23. occurrit *Anyte Mitylenaea*, quam diuersam a Tegeatide et iuniorem illa, acute docet *Reiske* in Notit. poetarum Anthol. pag. 192.] Celebratur Ἀντὴς σόμα in celebri *Antipatri* Epigrammate lib. I. Antholog. cap. εἰς ποιητάς. De

^{ppp}) Ob eandem causam *Ψευᾶς* cognomen adhaesit tum Olympico olim, tum recentiore memoria Andreae Alciato, et Francisco Malherbio.

^{qqq}) Ex illo quidem epigrammate hoc doceri non posse, quod Anyte Tegeatis fuerit, sed quod Cleobulus *Ἐριασπίδα*, Eriaspidae filius, qui lebetem dedicauit, fuerit Tegeates, pulcre obseruat G.

Olearius de poetis graecis pag. 8. Lipsiae, 1708. Idemque legit *Ἐριασπίδος* pro *Ἐριασπίδα*, sed malim *Ἐριασπίδα*, vt sit Genitiuus Doricus. Idem *Olearius* p. 9 sq. alia quatuor inedita publicauit ex Agathiae scholastici collectione Epigrammatum. Epigramma in Delphinum produxit quoque *Küster* ad *Suidam* in *ποιητάς*.

De aetate huius poetriae non aliunde constat, quam quod *Tatianus* p. 114. edit. Worth. narrat, eius statum factam ab *Enthyrate* et *Cephisodoto*, quos CXX. Olympiade floruisse testatur *Pānius* XXXIV. 8. *Fabric.* Reliquias et fragmenta horumque sedes diligentius post *Vrsium* inquisiuit, collegit illustrauitque *Io. Christian. Wolf* in *Poetiarum* octo — *Fragmentis* et *Elogiis*, Hamburgi, 1734. 4. p. 92 — 114. *Bruck* XXIII. Anytes dedit epigrammata in *Analectis* poet. gr. tom. I. p. 197 sqq. et tom. III. p. 37 sq. criticas quasdam adpersit obseruationes: — Vitam poetriae paucis exposuit *Olearius* in diss. de poetiis gr. nr. VI. subiuncta *Wolffii* *Poetiarum* — *fragmentis* p. 129 sq. qui in not. 7. memorat quoque

Arignoten Pythagoricam, quae Βαρχμα̃ metricae et varia epigrammata scripsit: de qua supra in Catalogo Pythagoricarum, vol. I. lib. II. cap. 13. II. et *Wolf* in Catalogo foeminarum gr. olim illustrium h. v. p. 287 sq. subiuncto Mulierum gr. quae oratione prosa vsae sunt, *fragmentis* etc. *Harl.*

XV. ARCHEBVLVS, Thebanus, circa idem tempus floruit, ut colligitur e *Suida* in *Εὐφορίων*. Ab eo genus carminis Ἀρχεῖδαιον [P] dictum refert *Hephaestio* in *Enchiridio* p. 27. Exempli instar est hoc apud *Terentianum* Maurum:

Generi datur auctor huic vetus Archebulus.

Et apud *Attilium Fortunatianum*:

Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

XVI. α. ARCHILOCHVS *Parius* ^{rrr}) *Gygis* temporibus vixit, ut auctor est *Herodotus* lib. I. cap. 12. siue regnante *Romulo*, ut *Cic.* I. *Tusc.* I. hoc est circa ^{ss}) *Olymp.* XV. quo tempore a *Pariis* colonia deducta est, cui deductioni praesuisse, certe interfuisse *Archilochum* constat. Confer *Kühn.* et *Perizon.* ad *Aelianum* Var. X. 13. *Thalete* *Cretensi* fuit antiquior, teste *Glaucō* apud *Plutarch.* de *Musica* p. 1134. [ad quem locum *Burette* in *Comm. Acad. Paris.* Inscr. tom. X. p. 239 sqq. copiosus est de nostro poeta eiusque aetate, carminibus et arte musica.] *Terpandro* iunior, idem *Plutarch.* p. 1132. Apud eundem p. 1133. f. pro Ἀντίλοχον crediderim legendum Ἀρχίλοχον. Vide et quae de *Archilochi* inuentis tradit idem p. 1140 sq. conf. et *Nicephorum* p. 427. ad *Synesium*. *Heraclicus Pontici* περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὀμήρου libros duos memorat *Laertius* V. 87. *Aristarchi* *Grammatici* ὑπομνήματα Ἀρχιλόχου
O 2

^{rrr}) *Parius* Poeta pro *Archilochō* apud *Dionem Chrys.* *Orat.* 2. de regno p. 18. et alios. Oraculum parenti *Archilochi* *Telefici* datum refert *Steph.* in *Θύσσος*.

^{ss}) *Thasum* conditam *Olymp.* XV. e *Dionysio* tradit *Clemens* *Alex.* I. *Strom.* p. 333. et ex *Phaniae* fide *Terpandrum* aequalem *Midae*, cuius mors ab *Eusebio* refertur ad *Olymp.* XX. 3. iuniorem existimatum *Archilochō*. Hinc malo assentiri *Herodoto* et *Ciceroni*, quam aliis scriptoribus, qui *Archilochum* referunt ad *Olymp.* XXVII. vel [quae est *Baelii* sententia.] XXIX. vel ad feriora etiam tempora, et amasium faciunt *Sapphonis*, ut *Diphi-*

lus apud *Athenaeum*. *Fabric.* [Diuerfas variorum sententias de aetate *Archilochi* enumerat, addito iudicio, *Baerlius* I. c. p. 296. *B. Saxius* in *Onom.* I. p. 14. iis accedit, qui, argum. *Cic.* I. *Tusc.* quaest. I. (*Archilochus* regnante *Romulo*), ducti, poetae vitam ad *Olymp.* XXIII. durasse putant. Ducibus eodem *Cicrone*, *Tatiano*, *Clemente* *Alexandr.* *Corfinus* in *Fastis* *Attic.* tom. III. p. 31. aetatem *Archilochi* collocat intra *Olymp.* XV — XXIII. De *Archilochi* amoribus, quos ipse confessus est, impudicis, vid. *Critiam* apud *Aelianum* V. H. X. 13. *Maximum* *Tyrium* diss. XXIV. sect. 9. p. 226. et *Dauisii* notam, p. 591. edit. II. *Harl.*]

Ἀρχιλόχεια siue commentarios in Archilochum *Clemens Alex.* I. Strom. p. 326. Inter recentiores de Archilochi rebus non indiligenter egit *Ed. Simson* in Chron. ad. an. 3305. *Gerard. Gualtherus* ad Inscript. Syracus. tom. VI. Thes. antiq. Sicil. p. 392. *Petrus Baelius* in Lexico. [adde Hallische Acerram philologic. IV. p. 189 sq. inprimis *Sevin* de vita et operibus Archilochi, in Comm. Acad. Paris. Inscr. tom. X. 1736. p. 36 sqq.] Scripta eius quaedam recenset in Bibliotheca Graeca p. 1242. *Ioh. Meurfus*. Iambicum genus carminis ^{uu}) reperisse eum, multi tradiderunt; sed et summam in eo tulisse laudem, innuit *Quintilianus* X. 1. 59. et *Vel. leius* lib. I. cap. 5. *neque enim quenuquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, praeter Homerum et Archilochum reperimus.* [adde *Theocrit.* Epigramma XIX.] Confer *Vossium* Inst. Poetic. III. 18. Vtrumque porro carminis iambici genus Archilochus usurpatum constat, et illud, quod vulgo iambicum vocamus, et alterum scazonticum, siue extremum, quod pedem trahit, ut loquitur *Ovidius* I. remed. amor. v. 378. In carmine [P] *Iambico* virulentissimo aliis subinde versuum lyricorum generibus permixto, quo Lycamben, qui filiam ei desponderat, postea alii dederat ditioni, eiusque filias ^{uuu}) perstrinxerat et ad reslin adegerat, fabula usum Archilochum testatur *Philostatus* lib. I. imaginum cap. 3. fabula nimirum de vulpe ^{vvv}), ut ex Hermogene constat et Apostolio prooem. prouerbior. ubi verba ipsa Archilochi habes. [Hinc propter illius dicacitatem ortum est prouerbum, *Ἀρχιλόχον πατὴρ*, h. e. irritas aliquem ad vindictam et conuicia, verbaque virulenta. add. *Ouid.* in Ibin, v. 53. Maledicentiam et miseram fortunam illius perstringit *Pindar.* II. Pyth. v. 96 sqq. *Hartl.*] Adde quae supra cap. VIII. §. 18. *Iulianus* Orat. 7. *Ἀρχιλόχος ὥσπερ ἡδυμᾶ τι περίτρεϊς τῇ ποιήσει μύθους ὀλιγάκις ἐχρήσατο* etc. Validas breuesque ac vibrantes sententias in illo celebrat *Quintilianus*, quarum nonnullae seruatae apud *Stobaeum*. Obscoenitatem iamborum Archilochi perstringit praeter *Suidam* *Origenes* III. contra *Cels.* p. 125. Archilochi *Ἐπαδὸς* memorat *Zenobius* V. 68. prou. *Hephæst.* p. 22. et *Stephanus Byz.* in *Πάρος*. Ex his Semiclegi quidam fuerunt, ita ut Hexametris singulis dimidius versus pentameter siue dactylica tome subiiceretur, quod ab Archilochus repertum tradunt *Diomedes* lib. III. p. 502. *Terentianus* p. 2422. (2430.) et *Victorinus* p. 2551. [vid. *Sevin* l. c. p. 46 sqq. et *Burette* l. c. p. 243 sqq.]

^{ttt}) In Scholiis ad *Nicandri Alexipharmaca* pag. 64. *Iambe* quaedam inuentrix carminis iambici traditur. *Ἰαμβὴ δὲ λέγεται μετατρέφει τῆς Ἰαποδόντος γυναικὸς ἧτις τὴν Δήμητραν λυκαμένην ἰδῆσα ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῆς Περσεφόνης ἀπὸ τινος ἱματιοῦ γελοῦσθαι ἐπὶ τῷ παραμυθίσασθαι. Ἐξ ἱκανῆς ἐν τῷ μέτρῳ ἰαμβέων.* Pag. 71. additur, hanc *Iamben* fuisse filiam *Panos* et *Echus*, gente *Threissam*; quod legas etiam in scholiaste ad *Euripidis Oresten*, cuius verba lib. I. cap. 14. §. 4. produxi. *Fabric.* *Homerum* in *Margarita* iambis usum esse, adfirmat *Aristotel.* Poet. cap. 4. Archilochus igitur, quod in eo genere, in primis excelluit, atque perfecisse illud, et ad mordaces satiras primum adhibuisse visus est, ipse quasi repertor istius generis habitus fuerit. *Cicero* ad *Attic.* XVI. II. cui, inquit, ut *Aristophani Archilochi iambus*, sic *epistola lon-*

gissima quaeque optima videtur. His quidam, (*Alcyon.* II. de exsil. p. 187.) *Aristophanem* poetam intelligunt. Sed auctor acerrae philol. intelligit *Aristoph.* grammaticum. Inuentorem iambici generis *Bailius* putat fuisse Archilochum in *Lexic.* tom. I. voc. Archilochus, K. Secus sentit *Ern. Ludw. Dan. Huch* in: Versuch über die Verdienste des Archilochus um die Satyre. Zerbst. 1767. 8. pag. 17 sq. conf. *Casaubon.* de Satyr. poesi lib. I. cap. 1. p. 14. cum nota *Rambachii* et *Crenii.* *Hartl.*

^{uuu}) Vide quae viri docti ad *Horatium* lib. I. Epist. 19. [et *Kuhn.* ac *Periz.* ad *Ael.* V. H. X. 13.] Defendit filias Lycambis aduersus Archilochum *Epigramma Dioscoridis* lib. III. *Antholog.* cap. 12.

^{vvv}) Vid. I. H. Maii not. ad *Basil. M.* de legendis ethnicis, p. 78 sq. *Heum.*

p. 243 sq.] De alijs Epodon Archilocheorum generibus vide eundem p. 2564 sq. et 2589. *Ἐλεγεῖα* Archilochi laudantur ab *Athenaeo* lib. XI. [an potius lib. XIV. 6. p. 627. C.?] et videtur ex illis petiūm, quod profert *Suidas* in *Ξένias*, *Stobaeus* serm. 123. tum versus de abiiciendo scuto, [apud *Aristophan.* Pac. 1298. *Sext. Empir.* Pyrrh. Hyp. III. 24. *Strab.* X. p. 702. et XII. p. 827. Almel. cum lectionis varietate,] propter quos a Lacedaemoniis expulsum ^{ωωω} narrat *Plutarchus* in Laconicis insitit. [sect. 12. p. 12 sq. edit. Gierig. cuius vid. notam. Ad elegos quoque pertinuit poema *Ναυάγιον*, in obitum mariti sororis ipsius, in mari deperditi, compositum, cuius meminit *Longin.* sect. X. 7. al. 11. et ex quo petiti fuerint versus a *Plutarcho* de audiendis poetis, cap. V. p. 36. edit. H. Krebsii, cuius notam p. 127. conferes, et interpr. ad Longini locum p. 86. edit. Tollii.] Archilochi *melos Olympionicis adcantari solitum* memorat *Pindarus* Olymp. Od. IX. *Ἰοβάκχης* *Stephanus Byz.* in *Βῆχαις*, et *Hephaestio* in *Enchirid.* p. 55. qui addubitare videtur de auctore; ait enim: *οἷόν ἐστι ἐν ταῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχιλόχον Ἰοβάκχους* ^{xxx}). Exemplum carminis hoc profert:

Δίμητρος ἀγνῆς καὶ κόρης τῇ πατήγυρι εἴβων.

Τηλέφος Archilochi citatur ab *Athenaeo* lib. III. p. 111. ^{yyy}) Citat Poetam istum *Heracleides* politia Cretensium, *Dio Chrysost.* XXXIII. p. 399. etiam hinc inde *Longinus*, *Etymologiae* M. auctor, et *Eustathius*, sed hic ex aliorum fide ferme, ut illius aetate iam interisse scripta Archilochi videantur. *Ὁ κάλλιστος τῶν ποιητῶν* dicitur *Symeio* in laude caluitiei p. 75. et *Dione Chrysostomō* iudice XXXIII. p. 397. *Homerus* et *Archilochus* par Poetarum, quibus post hominum memoriam nullus alius mereatur comparari. [*Homeri* aemulus dicitur a *Longino* de subl. XIII. 3. edit. Mori, siue §. 7. edit. Tollit. Idem tamen *Longin.* XXXIII. 5. [al. 7.] notat, Archilochum multa aliena rapere secum, profecta ab impetu diuini spiritus.] Itaque et Archilochi interfecto cum oraculum accederet, ab eo [P] repulsus est his verbis: *Μυσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νῆα*, ut refert *Galenus* protreptico ad artes tom. IV. p. 1. [A *Plutarcho* de S. V. N. tom. X. p. 220. Reisk. aut p. 69. edit. Wyttenbach. qui p. 81. plura veterum loca excitat, interfecto Archilochi vocatur *Calondas* cognomento *Corax*; ab *Oenomaō* autem apud *Eusebium* Praep. evang. lib. V. p. 228. C. dicitur *Archias*. adde *Sevin.* l. m. p. 43. *Harl.*] Archilochi quaedam fragmenta collegit *H. Stephanus* in *Lyricis* suis p. 376. 426. 459. [item in collect. sententiarum Frobeniana: in Corpore poetarum graec. Tragicorum etc. Geneu. 1614. F. *Brunck.* in *Anal. vett. poet. gr.* tom. I. p. 40. et tom. III. p. 6. et 236. Lection.

O 3

Idem

^{ωωω}) Non Archilochum ipsum, sed eius libros Lacedaemone exportari iussos tradit *Valerius Max.* VI. 3. [Ext. 1. vbi v. Coler. et Vorst.] quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrantur. Archilochi et *Hipponactis* scripta a sacerdote legi vetat *Julianus* Imp. in fragmento p. 300. edit. Lipsiensis.

^{xxx}) *Iobacchi*, genus hymnorum in *Bacchum* (vid. *Menandri* comm. de Encomiis, cap. 1.) ob frequentem exclamationem *Io Bacche!* sic adpellatum. conf. *Spanhem.* ad *Aristoph.* *Ranas*, v. 318. *Harl.*

^{yyy}) Quod tamen titulus poematis indicat carmen dramaticum, tempore Archilochi nondum satis cognitum et vsurpatum, *Sevin* l. m. p. 51. suspicatur, vel *Athenaeum* ipsum fuisse deceptum atque errasse, vel locum illius esse corruptum et legendum *Archippum*, comicum. *Ruhnken.* quoque ad *Vell. Pater.* I. 5. p. 20. negat, *Telephum* scripsisse Archilochum et vocem *panis* *πανάκιον* nosse potuisse. Commode autem ex *Grammat.* MS. in *Biblioth. Sangerm.* *Πιττάκιον ἄπε Δανόλοχος Τηλέφω* corrigit *Athenaeum* restituitque pristinam lectionem *Δανόλοχος ἐν Τηλέφω.* *Harl.*

Idem tertiae Anacreontis editioni suae adiecit fragmentum Archilochi, ὃ φιλέω μέγαν σφατη-
γόν. — Addendum est fragment. apud Scholiaff. Hermog. p. 377. teste quidem Io. Siceliota
comm. MS. in Hermogen. vid. *Ruhnken.* ad Xenoph. Mem. Socr. II. 1. 20. p. 90 sq. edit.
Zeunii. Atque digna sunt poetae fragmenta, quae diligentius colligantur. Enimvero pru-
dens consilium *Ruhnkenii* ad Vell. Pat. I. 5. p. 20. ne quae sunt aliorum, temere pro Archi-
lochiis arripiantur, probe observandum erit. Docet enim vir doct. *Archilochi* nomen cre-
berrime permutari cum nominibus *Dinolochi*, *Aristophanis*, *Aristarchi*, *Antiochi*, *Amphilo-
chi* et aliorum. Adde *Valcken.* adnotatt. ad Euripid. Hippolyt. v. 1169. et Diatr. ad illum p.
253. not. *Harl.* Fabulae Archilochiae initium exhibet *Camerarius* in edit. Aphthonii, p. 56.
et 241. *Heum.*] Rhetor ille, a quo prouerbiū κακὸν κάρακος κακὸν ὄον, *Abulpharagio*
p. 44. dicitur Archilochus Siculus. [Sed Reiske ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 220. monet, Co-
racem, Archilochi percussorem, cum Corace Protagorae magistro perimiscuisse Abulpharagium.
Harl.] De Pseud-Archilochi Annii Viterbiensis dixi in Bibl. latina. Nec sane videtur fuisse
vllus Archilochus Historicus, neque alius Archilochus poeta junior Lacedaemonius qui veteri-
bus memoretur. Licet sunt qui cum Antilocho etiam confundunt, aut cum Amphilocho, cu-
ius celebre quondam oraculum exstitit. Plato Philosophus a Gorgia dictus νέος Ἀρχιλόχος,
quod probe nosset *ιαμβίζεν* siue criminari, teste *Athenaeo* XI. p. 505. *Fabric.* Pro *Antilo-
cho*, poeta aequali Lyfandro (*Plutarch.* in vita Lyfandri, tom. III. edit. Reiskii p. 38) apud
Plutarch. de Mus. X. p. 657. et *Athen.* XII. 3. est scribendum *Archilochus*. Vid. Burette I. c.
p. 286. *Harl.*

XVI. β'. ARION Methymnaeus Lyricus ^{xxx)} Cyclei F. discipulus Alcmanis, clarus
circa Olympiadem XXXVIII. 3. scripsit ᾠματα siue carmina Lyrica, tum *παιονια* siue hym-
nos versibus heroicis bis mille. Vide de hoc Arione *Suidam*, [*Eudociam* p. 68.] *Vossium* In-
stit. Poetic. III. 16. 3. et quae viri docti ad *Gellium* XVI. 19. *Raderum* ad Martial. p. 582. et
Rhodomanni Carmen graecum de Arione editum a Neandro Lips. 1588. 8. [Vixit secundum
Larcher. in Chronol. Herodot. p. 562. ante C. N. 626, V. C. 128. A. M. 4088. Locus de eo
classicus exstat apud *Herodot.* I. cap. 23. narrantem, eum vixisse cum Periandro, Corinthi ty-
ranno, citharoedarum sui saeculi fuisse nulli secundum, primumque et fecisse et nominasse et
docuisse Corinthi dithyrambum. Conf. doctam *Lennepi* animaduersionem ad Phalaridis Epist.
p. 269 sq. qui in primis ea, quae *Dodwell.* de aetate Phalar. p. 62 sq. de *χορὸς σάαες* eiusque
auctore disputat, scite examinat corrigitque. Adde supra vol. I. lib. I. cap. 26. p. 214. Ad
illum autem Herodoti locum *Wesseling.* p. 11. iam animaduertit, *Dionem Chrysostomum* Or.
37. p. 455. (orat. 36. p. 101. edit. Reiskii, vol. II.) haec Herodoti planissime expressisse, nec de
Dithyrambo, quod Galei editioni adpositum, dissentire Criticos veteres ad *Pindari* Olymp.
Od. XIII. 25. Adde *Luciani*, alios sequuti auctores, dial. marin. VIII. ibique *Hemsterh.* pag.
308. tom. I. edit. Reitzii. Hymnus in Neptunum seruatus est ab *Aeliano* H. A. XII. 45. vnde
emendatum fecit recudi *Brunck.* in Analect. gr. poet. tom. III. p. 327. adde cl. *Snedorf.* de
Hymnis

xxx) Alius *Arion*, Pythagoreus, de quo supra
cap. 13. Alius quoque Rhetor hoc nomine, cuius
Περύχοι citantur a *Theone* in progymnasmatibus pag.
65. Praeterea equum *Arionem*, de quo [*Propert.*

II. 25. 37. ibique *Brouckh.* in primis *Burman.* II.
alios quoque laudans;] Mythologi et *Loënsis* lib.
II. cap. 6. Epiphyllid. [*Heyne* ad *Apollodori* Bi-
blioth. p. 634 sq.]

Hymnis vett. Graec. p. 35 sqq. Satyros quoque, versibus loquentes, Arionem introduxisse, aiunt *Suidas* (cuius locus, Küstero difficilis, ex Herodoto mihi sanandus videtur,) et *Eudoria*, e *Suida* supplenda. Quando vero iidem tradunt, eum fuisse tragici modi inventorem, et primum instituisse chorum, habent quidem consentientes Hellanicum et Dicaearchum: contra Antipater et Euphronius in Commentariis auctorem illius instituti, (τὸς Κυκλῆς χορὸς ἤσται,) perhibent fuisse *Lesum*; testibus Scholiaste ad *Aristoph. Aves*, v. 1403. *Proclo* apud Photium p. 985. *Phaenodoro* in voc. Κυκλῆος δῶσκαλον. Conf. Dodwell. et Lennepii obsi. paullo ante memoratas; infra ad Stefichorum, et *Hellanici Lesbii Fragmenta* — collecta et edita a *Fr. Guil. Sturz*. Lips. 1787. 8. p. 86 sqq. vbi doctiss. editor praeterea commemorat *Herm. von der Harde* lib. in Aenigmatibus prisca orbis, (Helmstad. 1723. fol.) p. 527 — 535. p. 542 — 545. p. 577 — 581. etc. de Arione. Adde infra, in Notitia Tragicor. voc. *Arion. Harl.*

XVII. α. ARIPHHRONIS Sicyonii nihil reliquum est praeter *Paeanem* in sanitatem, quem servavit *Athenaeus* in calce lib. XV. p. 702. Admodum vetustum scriptorem fuisse, obferuo e *Maximo Tyrio* diff. 41. [diff. XIII. p. 138. edit. II. Dauif.] qui eius meminit his verbis: ἀδεται τι ἐξ ἀρχαῖς ᾠμαί ἐν εὐχῇς μέγας.

Ἦν ἡ πρὸς βίαν μακάρεσσιν

Μετά σέυ ταίσι μιν

Τὸ λαπόμενον βιοτάς.

Diuarum Dea sanitas,

Tecum sit mihi viuere

Vitae quod superest meae.

Respicit hoc σχολίον *Suidas* in Ἀρχαῖς, laudat et *Lucianus* in Apologia pro lapsu inter salutandum tom. I. p. 499. *Fabric.* [Ex vol. XIII. lib. VI. cap. X. p. 462. Fabricii spicilegium huc referam: „In *Maittaire* Miscellan. Graecorum aliquot scriptorum Carminibus etc. Londini 1722. mai. 4. nr. 3. *Ariphronis* Paeon siue σχολίον in Sanitatem cum anapaestica metaphrasi *Fed. Morelli* ^{aaaa}) ex editione Paris. 1615. 8. Idem ex *Athenaeo* in extremo libri XV. Graece exhibent *Dan. Heinsius* notis ad Maximum Tyrium p. 145. et *Io. Caselius* ad calcem Demetrii Phalerei, p. 46. Latina metaphrasi iambica donauit *Caelius Calcagninus*; quae tom. I. delic. poetarum Italorum p. 546. et in Calcagnii Operibus p. 425. legitur. *Martini Opitii* metaphrasis germanica occurrit lib. I. eius Odarum, oda decima. “ *Harl.* Habet hoc scolion *Braunck.* in Rel. Lyr. ad calcem Anacr. p. 107. et *Cludius von den Skolien der Gr.* in der Bibl. der alt. Litt. III. p. 50. sq. cum not. et vers. germ. *Beck.*]

XVII. β. ARISTOMACHE Poetria, de qua *Plutarchus* lib. V. cap. 2. symposiacion. tom. II. Opp. p. 675. B.

XVIII. ARISTOTELIS Stagiritae scolium ^{bbbb}) siue vt alii Paeanem, [P] vel potius hymnum in Hermiam Atarnensem Tyrannum, ex *Athenaei* lib. XV. cap. 16. exhibet *H. Stephanus*

^{aaaa}) Orphei hymnos duos in Hygieam et Aesculapium, quos *Ariphronis* paeani. *Morellus* iunxerat, quemadmodum et *Virgili Pollionem* eclogam, graeca metaphrasi a *Dan. Holswortho* donatam *Maittaire* exhibet in notis. In iisdem

p. 180 sq. illustrat veterem inscriptionem Sigeam, de qua infra. Passim quoque notat vocabula graeca rariora in vulgatis Lexicis haud obuia.

^{bbbb}) Etymolog. M. σχολιά. τὰ συμποτικά ἔγγραφα. Videntur autem dicta σχολιά carmina, quae

ex

phanus in Lyricis p. 398. occurrit et apud *Laertium* V. 7. *Stobaeum* sermone I. p. 6. edit. Grotii, et apud *Caesarem Scaligerum* p. 109 Poetic. cui tantopere se probavit, ut ex hoc maxime perpendere cupiat lectores, quantus vir Aristoteles fuerit in Poesi, neque ipso Pindaro minor. Vide *Meursium* ad *Hesych.* p. 123. et *Andreas Schotti* vitam Aristotelis p. 137. {Est quoque ille Hymnus in Corpore poetar. graec. Tragic. Comic. Lyricorum etc. Geneu. 1614. fol. pag. 135. gr. et lat. ubi tom. II. Pindari et reliquorum Lyricorum sunt carmina et reliquiae: in *Mouttaire Miscell. graecor.* aliquot scriptorum carminibus nr. 5. In: *H. ruzens Episteln an die Pisonen und den Augustus, mit Kommentar und Anmerkungen von Hurd. aus dem Englischen übersetzt* — von I. Ioach., *Eschenburg*, vol. I. Lipsiae 1772. mai. 8. p. 166 sqq. ubi non solum viri cuiusdam docti commoda acutaque versl. 6. et 7. emendatio, a Koeppen. postea in contextum admissa, in notis proponitur eruditeque explanatur; sed etiam interpretatio *Thomae Nensle* anglica, et *Eberti* germanica, ex commentatione de la Nauze de Scoliiis, germanice versa, atque Hagendornii operibus poeticis subiuncta, est repetita. *Bruck* vero inseruit illum *Analectis veterum poetarum graecorum*, tom. I. p. 177. et tom. III. p. 32. ex emendatione, metro apta, viri docti ad Hurdii librum mem. reposuit, [tum Lyricorum Reliquiis ad calcem edit. 3. Anacreontis p. 94 sq. conf. p. 142. add. Cludius l. l. p. 32. sq.] *Conr. Rittershusii* et alius correctiones editionis Stobaei margini adscriptas, publici iuris feci in Opusculis meis varii argumenti, p. 181 sq. Pacana ipsum graece cum versione germanica dedit sciteque exposuit cl. *Degen* ad nouissimam suam Anacreontis edit. Altenb. 1787. p. 194 sq. et p. 288. — Separatim denique edidit, germanice verit. doctique explicuit *Koeppen: Aristoteles Skolion auf Hermeias: erläutert von Io. Heinr. Iust. Koeppen.* Hildesiae 1784. 8. In introductione V. D. scite agit, secundum *Strabonem* XIII. p. 610. C. et *Diodorum Sic.* XVI. 33. de *Hermeia*, (quem, p. 24. docet, Olymp. CVIII. l. tyrannidem in Atarnenses et Assios suscepisse et Ol. CVIII. 4. captum interfectumque fuisse,) de eius ingenio vsuque cum Aristotele et de argumento carminis. *Harl.*] De aliis Aristotelis poematis, ut: *Peplo* ei tributo, *Ἐπειον*, Elegiis, *πρῶσιμους* siue hymnis, atque encomiis, dixi infra, ubi de Aristotele, Libro III. Scaliger adfirmat, Aristotelem scripsisse etiam pacana in *Lylandrum Lacedaemonium*, qui ob dignitatem in *Samo* olim publice canebatur. Sed *Plutarchus*, qui de hoc pacane memorat in *Lylandri vita* p. 437. ab Aristotele compositum non docet. Neque *Athenaeus* lib. XV. p. 696. qui praeterea Pacanem in Craterum Macedonem laudat scriptum non ab Aristotele, sed ab Alexino Dialectico.

XIX. ARTEMO *μελοποιός* memoratur Suidae in *Ὀζων*, et Scholiastae Comici in *Acharnens.* v. 830. Fuere autem plures Artemones. 2) *Artemio* Lacedaemonius, (Seruio ad IX. Aeneid. p. 578. Clazomenius) machinarum bellicarum inuentor, *Diodor. Sic.* XII. 28. *Plutarch.* in *Pericle* p. 167. et *Athenaeus* L. XII. p. 531. 3) *Artemo* pro Antiocho Syriae Rege ab vxore huius Laodice post interfectum maritum suum venditatus. *Plin.* VII. 12. *Valerius Max.*

ex inaequalibus et diuersi generis versibus constabant, ut sonuli quidam siue *sonetti* et *Madrigalia* hodie: Confer Scholiasten *Luciani* tom. I. p. 27. Alias notationes nominis profert *Caesar Scaliger* i. Poetic. cap. 44. e *Plutarchii* *sympos.* lib. I. cap. i. p. 615. Pindari quoque *ἰωνίον* quae habemus,

Athenaeus subinde vocat scolia. Specimen *σκολίων Ἀττικῶν* vide, si placet, apud *Dionem Chrysost.* 2. de regno p. 32. *Plutarch.* lib. V. *sympos.* cap. 3. p. 676. et *Lucianum* de lapsu inter salutandum tom. I. pag. 498 sq. Vide supra ad Pindari scripta deperdita.

Max. XII. 14. *Solin.* etc. 4) *Artemo* Milesius, qui scripsit Onirocritica libris XXII. (non XXIV. vt *Hadr. Iunius* I. 13. animaduert.) teste Artemidoro lib. II. cap. 49. Memoratur et ab Eustathio ad Iliad. π'. p. 1119. [schol. Marcianis ad Hom. Iliad. XVI. 854.] et inter alios formiorum scriptores a Tertull. de anima cap. 46. et Fulgentio I. Mythol. cap. 13. 5) *Artemo* Pergamenus, qui de rebus Siculis et de Pindaro scripsit, vt e variis Scholiorum in Pindarum locis colligit *Vossius* de Hist. Gr. p. 335. [adde *Ionsum* IV. 10. p. 251.] 6) *Artemo* Medicus apud Plin. XXVIII. 1. cuius collyrium memorat Galenus. 7) *Artemo* Laodicensis, pater Andronis, quo familiariter vsus se scribit Cicero XIII. 67. ad famil. 8) *Artemo* Cassandreu, cuius scripta quaedam laudantur ab Athenaeo libr. XII. 3. vt *περὶ συναγωγῆς βιβλίων*, et lib. XV. 14. liber II. *περὶ βιβλίων χρήσεως*, vt *Ionsum* lib. IV. 9. p. 250. legitur, siue, vt *Meursius*, *περὶ χρήσεως τῶν περὶ τὰς συνεισίας αἰδομένων*. Hic ipse forte est *Artemo*, quem Aristotelis Epistolas recensuisse notat Demetrius Rhetor lib. II. *περὶ ἐρμηνείας*, et quem *περὶ ζωγραφῶν* scripsisse tradit *Harpocratio* in *Πολύγνωτος*. 9) *Artemo* Clazomenius, cuius *ἔργα* *Κλαζομένιος* citat *Alcianus* XII. 38. Hist. Animal. Librum de Homero Suidas in *Ἀρετῖνος* [vid. plura apud *Ionsum* IV. 9. p. 251.] Nescio, idemne sit auctor operis *περὶ Διονυσιακῆς ἐπισήματος* cuius librum primum laudat Athenaeus lib. XIV. p. 636. *Meursius* quidem in Bibl. Gr. p. 1266. sed sine causa tribuit Artemoni [P] Cassandreo, male vero titulus libri eo in loco latine redditur *de Dionysiacae columnae sepulchrali*, nec melius Dalechampius; *de Bacchica intelligentia*: nam *ἐπίσημα* hic, vt ex contextu patet, est vocabulum Musicum idem fere notans quod *σύσημα*, vt adeo Artemo in isto libro persecutus esse videatur historiam instrumentorum Musicorum in Dionysius vsurpatorum. 10) *Artemo* Magnesius, ex cuius opere de virtute mulierum *ἐκ τῶν Ἀρετῶν τῆς Μάγνηςτος περὶ τῶν κατ' ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματουμένων διηγημάτων* profecit Sopater apud *Photium* cod. CLXI. p. 176. [adde *Ionsum* III. 11. 4.] Denique 11) fuit *Artemo* haereticus, quem confutauit Caius presbyter, teste *Photio* cod. XLVIII. Meminit illius operis, Cui nomina omisso, *Eusebius* V. 28. Hist. Ecclef. De *Artemonis* vero haeresi, quam a Paulo Samosateno iterum resuscitatam ait *Epiphanius* LXV. 1. strictim agit *Theodoritus* II. 4. haeret. fab. vbi *Artemonem* hunc a nonnullis Arteman appellari ait, quemadmodum factum obseruo Methodio in conuiuio decem virginum p. 113. et a Felice III. Papa in Epist. ad Petrum Fullonem p. 543. Est et appellatiuum *artemo*, quod in glossario Isidori *Instrumentum arietis* exponitur, et ita dictum possit videri ab Artemone Lacedaemonio, quem machinam bellicam, cui arieti nomen, reperisse tradit Seruius loco supra laudato. [De *Artemone* Mechanico *Ionsum* I. 17. 1. p. 106.] Malunt tamen viri docti apud Isidorum rescribere *instrumentum ratis*, quorum rationibus assentior. Est enim *artemo* velum, quod ad antennam expanditur, atque ita Papias Isidori exscriptor; ita alibi ipse Isidorus.

XV. Ab ASCLEPIADE Lyrico nomen accepit metrum carminis *Asclepiadeum*, non differens a Choriambico, vt ex Hephaestione p. 34. apparet. Attilius Fortunatianus p. 2700. *Asclepiadion metrum vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiaris et frequentius sit usus. Ante illum enim vsi Alcaeus, et Sappho hoc integro vsa est in libro quinto.* Male Gyraldus p. 493. ait, Sapphonem libros quinque illo genere composuisse. Iunior fuit *Asclepiades* Aegyptius, cuius hymnos in Deos patrios et alia scripta laudat Suidas in *Ἡράκλος*. De *Asclepiade* poeta *ἐπιγραμματογράφῳ* Samio, Theocriti Magistro, cuius non pauca Epigrammata occurrunt in Anthologia Maximi Planudae, consulenda Scholia ad Idyllion VII. v. 21. et 40. [*Reiske* in Notitia poetar. Anthologic. p. 199. qui p. 197

sq. de *Asclepiade Adramytteno*, antiquiore, et in Musa Stratonis sic nominato, aliisque agit et tria epigrammata Asclepiadis, num antiquissimi, et auctoris illius carminis, quo Lyde pellex carmen Antimachi, qui circa Olymp. XCIII. claruit, celebratur, an recentioris? non liquet, e Musa Stratonis adponit. Adde infra lib. III. cap. 28. in Catalogo Epigrammat. h. v. Schneideri Periculum crit. in Antholog. Cephalae p. 14 sq. 100. — *Asclepiadii* poetas nomen effictum ex versibus asclepiadeis choriambicis Scaligerum, aliosque abduxit ad errorem. vid. *Burm.* II. ad Anthol. veter. latin. poet. tom. I. p. 556. — De *Asclepiade Bithyno*, Walchii Antiqq. medic. selectas n. 5. p. 119 sqq. Gotting. biblioth. philol. II. part. II. p. 200 sqq. Infra libr. VI. cap. 9. tom. XIII. p. 87 sq. et alibi. Vid. indic. ex quo maior Asclepiadum numerus colligi potest.] Qui vero in aliis ad Theocritum scholiorum locis citatur *Asclepiades*, fuit Bithynus Myrleanus Grammaticus iunior, qui in Theocritum scripsit. [vid. *Groddek* über die Argonautica etc. in: Gott. Bibl. der alten Litter. II. p. 70.] De utroque Myrleano Asclepiade [infra lib. V. cap. 7. tom. VII. p. 54.] item et de aliis huius nominis vide *Ionsium* p. 167. et 205 sq. *Vossium* Hist. Gr. *Tiraquellum* de nobilitate p. 343. *Meursium* Bibl. Graeca p. 1195. et 1267. et ad Chalcidium p. 24 sq. *Hendreichii* Pandectas Brandenburg. p. 305 sq. [P] De *Asclepiade* Tragilensi Tragoedumenou scriptore ago infra in notitia Tragicorum. *Asclepiades*, Genethlii Sophistae amicus, tempore Gallieni, Imperatoris, Suidas in Γενέθλιος. De *Asclepiade* Medico ac philosopho Prussensi, aliisque vide Giornali d' Italia tom. XI. p. 235. 240 sq. 246. [*Asclepiadem*, medicum, amicum Craffi, hominem eloquentem laudat *Cicero* de Orat. I. 14. quo loco motus *Cocchius*, medicus Florentinus, in notis ad scriptores Chirurgicos, p. 154. negat, verum esse, quod vulgo, auctore Plinio H. N. XVII. 3. statuunt, eum fuisse aequalem Cn. Pompeio. sed v. *Ernesti* clau. histor. Cicer. h. v. p. 108.]

XXI. BACCHYLIDES e Iulide ^{cccc} ciuitate Ceus, Simonidis ciuis et fratris vel sororis filius (Ἀδελφίδης), Pindari vero aemulus ^{dddd}, a quo hinc inde perstringitur in suis ad Hieronem Regem odis, siquidem apud illum in gratia fuisse Bacchylidis Musa dicitur. Vide Schol. Pindari 2. [Olymp. ad v. 155. p. 31.] 2. Pyth. p. 211. et *Aelian.* IV. 15. Var. In Peloponneso scripsisse notat *Plutarchus* de exilio p. 605. Vfus est dialecto Dorica perinde, vt Pindarus.

^{cccc} Stephanus Byz. in Ἰαλίσ. *Fabric.* Ἀδελφίδης Simonidis vocatur a *Strabone* lib. X. p. 745. et Stephano Byzant. v. Ἰαλίσ πόλις. A *Suida* in Βακχυλίδης et *Eudocia* p. 93. adpellatur Simonidis συγγενής. *Van Goens* in disp. de Simonide, *Tractat.* ad Rhen. 1768. 4. docet p. 42 sqq. Bacchylidem nostrum fuisse Simonidis consobrinum ex sorore, filium Medontis, vel (vt legitur in Epigram. in nouem Lyricos apud *Vrsin.* Fragm. sept. ill. foem. p. 62. et alibi,) Milonis, Bacchylidis athletae nepotem. Vocabulum autem Ἀδελφίδης vsurpari quoque de sororis filio, ostendit *Munkler.* ad *He-sychium* h. v. ex Moschopulo: Ἀδελφίδ. ὁ ἀδελφῆ ἢ ἀδελφῆς υἱός. In Lyricis (ἢ μελέται) inferior Pindaro censetur Bacchylides a *Longino* de sublim. sect. 33. §. 8. Floruit is secundum *Saxium* in Ohomast. I. p. 36. A. M. 3554. Olymp. LXXXII. 2. ante

C. N. 449. a. V. C. 303. Adde *Vossium* de poetis graec. cap. V. p. 31. *Burretium* (a Goensio citatum) in Mem. Acad. Inscript. tom. XIII. p. 259. it. Mem. earumdem tom. XXXII. p. 487. *Harl.*

^{dddd} Etiam ciuem Pindari, Bocotum, ex nescio, qua, Alcmena vel Alalcomenio Boeotiae ciuitate facit Lutatius siue Lactantius ad Statium, vt verba illius lecta sunt a *Gyraldo* dialog. IX. p. 474. et *Fulvio Vrsino* in Lyricis p. 341. qui fragm. Bacchyl. apud Athen. XI. probari putat lectionem Lactantii. Sed nihil tale in emendationibus Lactantii libris. Vide editionem Frid. Tiliobrogae siue Lindembrogii p. 254. Sane Ceum Bacchylidem fuisse, consentiunt Strabo, Plutarchus, Aelianus, Stephanus Byz. Suidas et alii. *Fabric.* De eius aetate vid. *Küster.* ad Suidam voc. Διαιγόρας, tom. I. pag. 550. n. 5. *Harl.*

Pindarus et Simonides, licet non essent Δωριεῖς Φύσει, ut ait *Corinthus* de dialect. [p. 170. ed. Koen. cuius notam consules. Plura in hanc rem vide a *Salmasio* de Ling. Hellenist. p. 8. et 28. disputata. Adde Grammatic. gr. Corintho additum a Koenio, p. 308.] Scripta eius a Meursio in Bibl. Graeca p. 1273. recensentur. Sunt autem haec: 1) Ἐρωτικά. *Athen.* lib. XV. p. 667. 2) Ἐπινίκια quae praeter Stobaeum, Meursio notatum, memorat Theophyl. ep. 8. et *Ammonius* in *Nηρείδες*, laudans *Didymum* ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδος ἐπινικίων. ^{cccc} 3) Προσώδια Stob. serm. 96. 4) Δαδύραμβοι Schol. *Pindari* i. Pyth. p. 172. et *Servius* ad IV. Aeneid. 5) Ὕμνοι, quorum praeter Stobaeum et Schol. Aristophanis, meminit *Menander Rhetor* capite περὶ τῶν ὕμνων τῶν εἰς τὰς θεάς. [sect. I. cap. II. p. 30. etc. edit. Heeren.] Verba eius [p. 38.] haec sunt: Κλητικοὶ μὲν ἐν ὅποσιν εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαπφῷ ἢ Ἀνακρέοντι ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς (forte leg. μελικοῖς) κλήσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν. Ἀποπεμπτικοὶ δὲ, ὅποσιν καὶ παρὰ Βακχυλίδην ἐνίοις εὐρηγται ἀποπομπὴν ὡς ἀποδημίας τινος γενομένης ἔχοντες. Dilertius idem Menand. ibid. cap. IV. p. 38 sq. vbi v. Heeren notam; adde *Germeri* disput. de Hymnis. p. 21.] 6) Παιᾶνες. *Clemens* V. Strom. *Zenobius* II. 36. prou. et *Stobaeus* serm. 53. His adde 7) *Bacchylidis Ὑπορχήματα*, Meursio praeterita, quae laudat *Stobaeus* serm. XI. teste Fulvio Ursino: nam in editis Stobaei codicibus solum Bacchylidae nomen est adscriptum. Ex iisdem videtur petitus Bacchylidis locus, qui legitur apud *Dionysium Halic.* περὶ συνθέσεως Ὀνομάτων. [sect. 25. p. 238 sq. edit. Vptoni, cuius notam vide. Item 8) Παιρθενῶα, teste *Plutarcho* de Musica p. 1137 siue p. 667. tom. X. edit. Reiskii. Vide nos ad *Pindari* scripta deperdita et *Burret.* in Comm. Ac. Paris. Inscr. tom. XIII. p. 259 sqq. de nostro et de Partheniis.] *Fragmenta* huius Poetae post Neandrum p. 416. et H. Stephanum p. 250. 424. collegit laudatus *Vrsinus* p. 199. et 340. [nec non *Brunck.* in *Analect.* vet. poet. graec. tom. I. p. 149 — 153. Duas *Bacchylidis* odas recudi fecit, germanice vertit atque bene explicuit cl. *Degen* in sua *Anacreontis* edit. Altenburg. 1787. p. 184 sqq. et 276 sqq. Dithyr. in *Koepfen* Griechische Blumenlese part. III. et germanice versus in: *G. W. C. Starcke*, Gedanken über die Uebersetzung gr. und röm. Dichter. Halae 1790. p. 39. Fragmentum Bacchylidis seruatum est in scholiis Marcianis ad Homeri *Iliad.* ε. 449. p. 142.] Lectione Bacchylidae delectatum *Julianum* Imp. narrat *Ammianus Marcellinus* XXV. 4. Relebat saepe dictum *Lyrici* Bacchylidis, quem legebat iucunde, id adferentem, quod, ut egregius pictor vultum speciosum effingit, ita pudicitia celsius consurgentem vitam exornat. Fuit et *Bacchylides* quidam *Opuntius*. *Suidas* in Σοφιστής. Πλάτων-γὰρ ὁ Κωμωδοποιὸς ἐν δράματι σοφισαῖς καὶ τὸν Ὀπέντιον ποιητὴν Βακχυλίδην εἰς τὸ νομα κατέταξε τῶν σοφιστῶν. Incertum, an huius sit Epigramma, quod sub Bacchylidae nomine exstat in *Anthologia* lib. VI. cap. 7. et aliud, quod *Melanchthon* expressit lib. VI. ep. 512. Ceterum *Gyraldus* qui ab *Aeliano* duos praeterea Bacchylides commemorari adfirmat, [P] Atheniensem alterum, tertiumque Arcadem, falsus haud dubie memoria est, nam *Bacides* tres (non Bacchylides) atque in his Atheniensem alterum, tertium Arcadem commemorat *Aelianus* XII. 35. Var.

cccc) Vid. ad Ammonii locum Valcken. p. 97. vbi *Eustathius* ad *Odyss.* α. p. 824. siue *Ammonium*, siue communes fontes in describenda observationis grammaticae parte potius sequutus vide-

tur, quam, quae Valckenarii erat opinio, *Eudociam*: utpote quae aut compilerator opusculi *Iulianus* tantum exscripsisset — ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδος, omisso voc. ἐπινικίων. *Harl.*

[XXI. β'. BASILIUS, lyricus. Tres illius odas anacreonticas repeti curarunt *Brunch.* in nouissima Anacreontis edit. et *Degen* in edit. Anacr. Altenb. 1787. p. 164. etc.]

XXI. γ'. BATALVS, lasciuorum et inter pocula cantatorum carminum auctor. Secundum *Plutarch.* in vita Demosthen. tom. IV. p. 697. fuit Ephesius et tibicen effoeminatus, quem in comoedia Antiphanes risui exposuit, isque primus, qui cum muliebri calceatu in scenam processerit; *Liban.* vit. Demosth. *Phot.* Bibl. pag. 807. a quo haud iure distinguendum putat *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* Plut. 1012. p. 365. poetam, *Batalum*, quem *Plutarchus* l. c. tradit ex aliorum narratione, molliter et proterue scripsisse. A muliebri vestitu Demosthenem vocitatum fuisse Battalum, fama fuit atque nonnullorum opinio, auctore *Plutarcho*, l. c. et in Orator. vitis, p. 369 sq. *Harl.*

XXI. δ'. BION, Lyricus poeta, cuius meminit *Laertius* IV. 58. [et ex hoc *Eudocia* pag. 94.]

[XXI. ε. BOTHRYS. Secundum *Alcimum* in Sicularum rebus, apud *Athenaeum* VII. 20. p. 322. A. quem sequitur *Henr. Valesius* in notis ad *Polybium* libr. 12. ex excerptis de virtutibus et vitiis p. 9. fuit Messana, in Sicilia, ortus, poeta antiquissimus et argutus, inuentor salium et disteriorum, quae a Graecis vocantur *Paeonia Salpe*, ita dicta a quodam vario Piscis genere: argumentum habebant illa varium et redolebant libidinem, vid. Timaeum apud *Polybium* lib. 12. ex excerptis p. 52. (p. 43. tom. III. edit. Ernesti, tom. III. p. 406. edit. Schweighäuseri,) quem locum describit *Suidas* in *Δημοχάρης*. Adde eundem *Suidam* in *Βορέουσα γῆ ἔρην*. Secundum *Placidum Reinam* in nat. hist. Messanae part. I. p. 175. floruit A. M. 3647. ante C. N. 406. Plura dabit de eo, (quem alii marem, alii foeminam fuisse tradunt,) *Mongitor* in Biblioth. Sicul. I. p. 216. qui praeter ea ex Gyraldo et *Coslio Rhodigino* lect. antiqq. lib. XXII. cap. 23. animaduertit, Mnaseam Colophonium, qui de pisce et poemate ludicro, Salpe, integrum edidisset librum, *Salpam* fuisse cognominatum. Adde Fabricii notam ad nr. LX. huius capituli, et lib. V. cap. 6. §. XIV. — De *Callistrati* scolio in Harmodium vid. infra lib. IV. cap. 24. XIV. 4. et *Degen* in nouissima edit. Anacr. Altenb. p. 190 et 279 sqq. *Lowth* de sacra poesi Hebraeorum, part. I. p. 17. *Harl.*]

XXII. α'. De CHARIXENA inter Lyricas Poetrias mentionem facit *Eustathius* ad Iliad. β'. p. 247. Ἦν δὲ ποιήτρια κρημάτων καὶ Χαριζένη, ὅθεν παροιμία παρὰ τῶν Κωμικῶν ἐν Ἐκκλησιαζέσαις (v. 938.) εἰ γὰρ τὰ πρὶ Χαριζένης τὰ δ' ἐστίν. Ad quem locum Scholiastes atque inde *Suidas* in *Χαριζένη· εὐθῆς καὶ μωρὰ ἢ Χαριζένη*. [Adde *Olearii* diff. de poetriis graecis nr. XVI.]

XXII. β'. CECIDES. *Κηκίδης* enim, non, *Κηκίδιος* apud *Suidam* h. v. tom. II. p. 307. scribendum esse, iam monuit Küster. ad illum. Fuit poeta Dithyrambicus, valde antiquus. *Aristophanes* in Nubib. v. 981. adnumerat eum rebus obsoletis et temporibus vltimis; atque scholiastes ad illum addit, eius meminisse *Cratinum* in Panoptis. Atqui, si Bergleri suspicio ad *Aristophanis* locum non est vana, fragmentum Cecidae latet in illa Comici scena. *Harl.*]

XXII. γ'. CERCIDAE Megapolitani *Μελιάμβοι*. *Laert.* IV. 76. *Fabric.* Vid. *Aelian.* H. V. lib. XIII. cap. 20. ibique Perizon. *Harl.*

XXIII. α'. CINESIAS Euagorae F. Athenienſis, *Plutarcho* lib. de superstitione *μελοποιος*

ποιὸς dicitur, et dithyrambos ^{fff}) scripsit, unde κυκλιοδιδάσκαλος siue κυκλίων ἀσμάτων ποιητής dicitur ab Aristophane. Vide Scholia ad Nub. v. 332. ad Aues v. 1379. 1403. et ad Ranas v. 153. *Aelian.* X. 6. Var. Suidam in Κινησίας. E recentioribus Gyraldum p. 483. Erasmus proverbio *Camelus pyrrichiam didicerit*, et Ioach. Kühnii specimen notarum ad Pollucem p. 132 sq. Duos fuisse *Cinesias*, notauerat Aristoteles in διδασκαλίαις teste Scholiaste Comici ad Aues v. 1379. unde forte *Cinesias* a quibusdam vocatur Thebanus. Citat Cinesiam quemdam Erotianus in Περμβοειδέα τρόπον. *Fabric.* [Aetas eius potest ex eo definiri, quod *Lysias* duas contra istum scripsit orationes, in quibus, ut ait *Harpocratio* voc. Κινησίας p. 215. cum illius extremae impietatis ac παρὰνεμίας subinde meminit, tum quod scriptis comicorum quotannis laceretur. Atque teste eodem Harpocratio, *Strattis*, comicus, totam in eum fabulam fecit, in qua illius impietatem false irrisit. In Aristophanis fragmento, ex comoedia Γαρυτάδης apud *Athenaeum* p. 551. dicitur *Cinesias* missus ἀπὸ τῶν κυκλικῶν. Adde *Bentlei* Respon. ad *Boyl.* p. 167 sqq. ex interpret. *Lennepii*, et *Sturzii* Fragmenta Hellenici p. 87. *Harl.*]

[XXIII. β'. CLEOMENES. Ad Κυκλίων χορῶν ἀσματοκάμπτας, ἀνδρας μετεωροφένους, una cum *Cinesia* et *Philoxeno* refertur ab *Aristoph.* Nub. v. 332. teste quidem Scholiaste ad illum locum, qui praeter ea ait, τέτρες ἔναι τῶν σοφιστῶν βέλεται, διδυραμβοποιὸς χρηματίζαντας τῶν γὰρ κυκλίων χορῶν εἰσιν ἔτοι διδάσκαλοι. Adde Suidam ex illo in Κυκλίων χορῶν. Is quoque fuisse videtur Lamynthius, et cuius versus amatorios, Ἐρωτικὰ, *Epicrates* (mediae comoediae poeta,) in Antilaide se prorsus memoria tenere ait apud *Athenaeum* XIII. p. 604. *Harl.*]

XXIII. γ'. CLEON ἐν δευτέρῳ μελῶν citatur a *Polluce* lib. X. sect. 113. *Fabric.* [Idemne est, qui Argonautica scripsit? (vid. infra lib. III. cap. 21. III.) et in schol. in Apollon. Rhod. Argonaut. ter citatur? *Harl.*]

XXIII. δ'. CLEOBVLVM ἄσματα scripsisse, h. e. Lyrica carmina, testatur *Laertius* lib. I. sect. 89. Ibidem tribuit ei quoque γρίφους, sed versibus scriptos Hexametris, uti filia ipsius *Cleobuline*, (alio nomine *Eumetis*,) similiter aenigmata Hexametris versibus [vid. *Athenaeum* X. p. 448. B.] scripserat. *Fabric.* Cleobulus, viribus corporis et animi praestans, Euagorae filius, Lindius, vnus fuit septem sapientum et obiit senex anno aetatis LXX. teste *Suida* II. p. 323. Filia igitur eius, quam idem *Suidas*, Lindiam, fuisse adfirmat, vixit Thaletis aetate. Hic enim apud *Plutarch.* VII. sapient. conuiu. vol. VI. p. 562. edit. Reiskii laudat eam a sapientia, animi altitudine ingenioque ciuili atque humano; Niloxenus autem ab aenigmatum peritia. Corinthum illi fuisse patriam, prodit idem *Plutarchus* de Pythiae oraculis, p. 401. (f. tom. VII. p. 578. edit. Reiskii,) qui praeterea tradit, *Eumetin* illi fuisse nomen, sed plerumque eam a patre Cleobulo esse vocatam *Cleobulinam*. Adde paullo infra in *Erinna*, plura autem apud *Menagium* de mulier. philos. §. 4. et *Olearium* in diss. de poetriis graecis §. XVII. cum notis Wolfii p. 142 sqq. post poetriarum gr. fragmenta etc. Adde infra lib. II. cap. 23. XV. *Harl.*

[XXIII. ε'. CLITAGORA, poetria Laconica, secundum *Suidam*, II. p. 327. et *Eudociam* p. 270. aut secundum schol. ad *Aristoph.* Vespas v. 1231. et 1238. Thessala: meminit eius

P 3

Aristophan.

^{ffff}) At, si fides habenda est *Pherecratae* apud *Plutarchum* de Musica p. 683 sq. vol. X. edit. Reiskii, miserrimos et corruptos, conf. *Burette* Comm. Acad. Par. Inscr. tom. XV. p. 340 sqq. *Harl.*

Aristophan. in *Vespis* v. 1238. et in deperdita fabula, *Danaides*, auctore Schol. in *Aristoph.* *Lyfistr.* v. 1239. Adde *Olsarii* diff. memor. nr. 18. *Harl.*]

[XXIII. ζ'. CLONOS composuit nomos, Apothetum et Schoenionem, *Plutarch.* de *Musica* p. 655. tom. X. edit. Reiskii, et προσώδια. Vixit paullo post Terpandrum et patria fuit Tegeates, vt *Arcades* adfirmant, f. *Thebanus*, vt *Thebani* aiunt. *Plutarch.* l. c. ad quem locum vid. *Burette* in *Comment. Acad. Par. Infer.* tom. X. (vbi *Burette* de poetis Lyricis aliisque multus est) p. 224 sqq. *Harl.*]

XXIV. α. CORINNA Thebana vel Tanagraea, Poetria, Pindari temporibus floruit, quem quinquies superauit teste *Aeliano* XIII. 25. Var. vid. *Mattius* III. 29. *Opinionum* p. 517 sq. tom. IV. *Miscell.* *Gaudentii Roberti*, et confer *Pausaniam* Boeoticis p. 753. et *Suidam*. *Eustathius* ad *Iliad.* β. p. 247. εἰ δὲ γυνὴ ἐποποιὸς τὴν Πινδάρου λυρικὴν ἀπήλεγξεν ἡττηθέντος ἰσόηται καὶ αὐτό, Βοιωτία δὲ ἦν ἐκείνη τὸ ἔθνος. Pindari iuuenis adhuc a Corinna reprehensi meminit *Plutarchus* libro de gloria Atheniensium p. 347 sq. [vid. supra ad Pindarum et *Schneideri* Versuch über Pindars Leben p. 5 sq. et p. 9 sq.] At enim apud Apollonium libro de pronomiibus Corinna reprehendit Myrtidem, quod mulier cum esset non dubitauit cum Pindaro contendere. Μέμφομαι Ἰώνγα τὰν Λιγυραῖαν, Μυρτίδα μέμφομαι, ὅτι βάννα φῶσα ἔβα Πινδάρου ποτ' ἔβιν. *Quintiuis pretii*, (inquit *Salmasius* 5888) *Epist.* XIV. ad *Voss.*) hoc fragmentum, etiam ad *Historiam*. Vides hoc carmine argui Myrtidem poetriam a Corinna, quod mulier nata descenderit in certamen cum Pindaro. Atqui *Aelianus* et ceteri antiquorum de Corinna hoc ipsum tradunt. Notat et *Hesychius* βάννα vel [P] βάννα ex *Aetolica*, (ita leg. non *Aetolica*.) lingua esse mulierem. In eodem libro, qui MS. exstat Codice MMMCCXLIII. *Bibl. Regiae Paris.* Apollonius laudat Corinnam ἐν Ἰολάῳ et ἐπ' ἐπὶ Θήβαις, vt me docuit *Neocorus*. Scripsit Corinna teste *Suida* libros quinque (ἐπῶν, vt ex *Hephaestionis* *Enchiridio* colligo p. 9. ἔτι μέντοι καὶ ἐν ἔπει, ὡς παρὰ Κορίννη ἐν τῷ πέμπτῳ.

Ἡ δὲ πάλαι ἔσθαι ἐ μὲν πάρος ἦσθα Κορίννα.)

Praeterea νόμους λυρικούς ab illa scriptos ex eodem *Suida* discimus, quae ᾠσματα, ni fallor, vocat *Pausanias* p. 753. In his fuit vnum in Tanagram Poemandri vxorem, memoratum eodem *Pausaniae* p. 748. ex quo versiculos quosdam mihi videtur repetere *Hephaestio* pag. 60. *Enchirid.* Sed et Θῆριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμένη Corinna dicitur ab *Antipatro* in veteri *Epigrammate*, atque *Epigrammata* etiam condidisse ipsa a *Suida* traditur, licet in *Anthologia* edita nullum illius occurrat. Corinnae vel potius Pindari librum primum παρθενίων laudat *Scholias* *Aristophanis* ad *Acharn.* v. 719. Nescio quod poemation aliud Corinnae suppositum innuit *Athenaeus* lib. VII. Κορίννα τε ἡ ὁ πεποηκὼς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτων. Denique *Antonius Liberalis* cap. 25. citat Corinnae librum primum ἑτεροίων siue *Metamorphoseon*. [v. I. G. L. *Mellmann.* *Comm.* de causis et auctoribus narrat. de mutat. formis pag. 74 sq. qui recte monet, probabiliter tribui hoc opus Thebaeae Corinnae. *Beck.*] *Fragmenta* quaedam huius poetriae collegit *Fulvius Ursinus* pag. 46. et 295 sq. [Plura in *Poetriarum* octo fragmentis et elogiis, gr. et lat. edit. a I. *Christiano Wolfio* pag. 42 sqq. cuius notas consules, ibique ex *Hephaestione* quaedam repetuntur cum notis *Pawii.* *Suidae*

gggg) Adde eundem *Salm.* de lingua Hellenistica, pag. 77.

Suidae binas praeterea Corinnas videas memorari, Thespian vnam, quae Corinthia aliis, νόμων λυρικῶν auctorem. Altera iunior Thebana, itidem Lyrica, ἡ καὶ μῦθα κληθεῖσα. Sed et primae illi Thebanae νόμους λυρικούς paullo ante Suidas tribuerat et adfirmauerat, dictam μῦθαν λυρικὴν *Muscam Lyricam*, (ita enim legendum apud Vossium de Poetis Graecis p. 29. non *Musam*) fortassis propter stili tenuitatem. *Statius* V. 3. silu. v. 158. *tenuisque arcana Corinnae*. *Ouidius* quoque amicam suam Corinnae nomine celebrat, sed ut ipse testatur IV. 10. Trist. v. 60. *nomine non vero dictam*. Confer *Ioh. Sauaronem* ad Sidonii lib. II. epist. 10. p. 155. et *carm.* 23. p. 186. Alteram Thespiacam Corinnam a Pausania itidem celebrari, praeter rem, ut existimo, tradit *Tiraquellus* in catalogo foeminarum eruditaram, *Comment. ad leges connubiales* p. 297. *Fabric.* adde *Olearii* diss. de poetis graecis §. 20. *Harl.*

[XXIV. β'. CREXVS, Poeta musicus, aequalis Philoxeni et Timothei. *Plutarch.* de Musica. vid. *Burretium* in *Mem. de l'Acad. Paris. des Inscript.* vol. XIII. p. 199 sqq. *Harl.*]

XXV. CRITONIS μελοποιῶν mentio apud Suidam in *Μελαντιπιδῆς*. De aliis eiusdem nominis adeundus Suidas in *Κρίτων* et *Μευσίω* in *Bibl. Graeca*.

XXVI. CTESIPHON ποιητὴς τῶν καλεμένων κολάβρων, siue auctor carminum, quae inter κολαβρισμὸν, lasciviae saltationis genus, decantabantur. [P] *Athenaeus* lib. XV. cap. 16. et ibi *Casaubonus*. Alius Ctesiphon fuit, pro cuius decreto celebris exstat *Demosthenis* Oratio. Alius item *Ctesiphon* Atheniensis alter, de quo Suidas. Alius *Ctesiphon* siue *Ctesiphron* Cnossius, Architectus, Metagenis pater, condita aede Dianae Ephesiae, et scripto de hoc volumine clarus, de quo *Vitruvius* praef. lib. VII. *Salmas.* ad *Solin.* et *Franciscus Iunius* in *Catalogo Artificum*. Alius *Ctesiphon*, cuius Persica et Boeotica laudat *Plutarchus* in *parallelis*, et libro de flumin. Alius forte, cuius περὶ δένδρων et φυτῶν idem *Plutarchus* libro de flumin. citat. *Ctesiphon* Rhetor, *Tzetz. Chil.* V. hist. 35. *Ctesiphon* medicus, *Corn. Celsus* V. cap. 18. vid. *Elench. medicor. veter.* infra lib. VI. cap. 9. Alius denique *Ctesiphon*, ad quem litteras exaravit *Hieronymus*. Fuit et vicus siue oppidum Parthiae, hoc nomine ad Tigrim situm, ad quod occisus *Gordianus* et *Carus Imperator* ictu fulminis interijt. De illa ciuitate praeter *Geographos* consules *Valesium* ad *Ammiani* XXIII. 6. p. 371. et *Rittershus.* ad *Oppianum* p. 8.

[XXVII. α'. DAMOPHILA, Pamphilia, de qua infra in *Sapphone*.

XXVII. β'. DIAGORAS Melius, secundum *Suidam* h. v. idem est, ac philosophus, qui atheismi incusatus, ἀσμάτων ποιητὴς dicitur; de quo vid. infra lib. IX. cap. 33. §. XVI. et in cuius aetatem inquirat *Küster.* ad *Suidae* locum tom. I. p. 550. adde *Fabricium* nostrum ad *Sextum Empir.* aduers. Mathem. lib. IX. sect. 53. et *Bruckeri* Hist. critic. philos. vol. I. p. 1204. At enim *Eudocia* in *Ἰωνιᾷ* p. 137. vbi Schol. ad *Aristoph.* *Aves* v. 1073. exscripsit, addit in fine pauca, ex schol. ad *Aristoph.* *Ranas* v. 323. minus plene et sincere compilata: in quibus discernit *Diagoram* philosophum a *Diagora* poeta, ἔστι δὲ καὶ, αἰτ, ἕτερος Διαγόρας ἄθεος, ποιητὴς μελῶν ὃς καὶ καινὰ δαιμόνια εἰσηγεῖτο. Καὶ ὁ μὲν Ἀγίσταρχος λέγει, Ἀγίσταρχον αὐτὸν μνημονεύειν ὡς ἐν εἰρωνείᾳ κεκμένον καὶ χλευαζόμενον. Locus esse videtur *Aristophan.* *Ran.* v. 323. Ἀιδέσθην ἐν τὸν Ἰακχόν, ὅνπερ Διαγόρας. Ibi scholiastae minime discernunt hunc a philosopho, sed vtrumque pro eodem homine habuisse videntur. Alter enim et praemium, quod Athenienses iis, qui *Diagoram* atheum siue viuum traderent siue interfi-

interficerent, proposuerunt, de poeta narrat, et eum quoque fuisse ait Teleclytae filium, Melium genere. Alter vtrumque discernere quidem videtur, at enim non diserte: nam tantum, Διδυραμβοποιός, ait, ὁ Διαγόρας ποιητής, συνεχῶς Ἰακχε, Ἰακχε ᾄδων, ἢ ΚΩ-ΜΙΚΟΨ Διδυραμβικά, τῷ τέτι Διονυσιακά δράματα ποιῶν. Harl.]

XXVII. γ. DIONYSIVS Thebanus, Epaminondae in Musicis Magister, teste Nepote XV. 2. ab Aristoxeno apud *Plutarchum* lib. de Musica p. 1142. accensetur claris poetis Lyricis, siue λυρικῶν κρεμμάτων ποιηταῖς ἀγαθοῖς, Lampro, Pindaro, Pratino, Huius nullam mentionem fieri miror a Meursio in libro singulari, quo claros Dionysios recenset, tom. X. Antiquitatt. Graecarum. *Fabric.* adde infra lib. III. cap. 32. §. 20. *Reiskii* Notit. poet. Anthol. p. 206 sq. An is est, cuius II. hymnos repetit *Degen* in nouiss. Anacr. edit. p. 189. et 289 sq. ? *Harl.* Adiecit eosdem Snedorf. Commentationi de Hymnis Graecorum p. 65 sq. *Beck.*

XXVIII. α. ERINNA Lesbica ^{hhhh} aequalis, vt aiunt, Sapphonis, imupta discessit admodum iuuenis, vix nata annos vndeigiunti, et heroico carmine dialecto aeolica scripserat Ἠλακιάτην siue *colum* versibus trecentis, qui elegantia nec Homericis cedere viderentur ⁱⁱⁱⁱ): praeterea epigrammata, e quibus vnum itemque alterum exstat in Anthologia: Quibus adde duo antea inedita in Baucidem Erinnae συνεταῖρῖδα s. sodalem, quae ex Agathiae scholastici collectione profert *G. Olearius* p. 29 sq. de poetiis graecis. [repetita cum Olearii et Io. Christi. Wolfii notis, in Poetriarum octo-fragmentis et elogiis, p. 20 sqq.] In prioribus illis mentio monumenti, quod cicadae fecerat, non Myro statuarius, vt *Varro* apud *Plin.* XXXIV. 8. 3. vbi vide *Harduin.* sed Myro Poetria ^{kkkk}, Μυρὰ παρθέριον εἰζέξασα κόρα δάκρυ. Apud *Stobaeum* serm. VII. habes oden sapphicam sub Erimae nomine in laudem fortitudinis, vt recte *Grotius* in Metaphrasi sua p. 48. non, in laudem urbis Romae, vt *Gesnerus* *Stobaei* interpres, *H. Stephanus* in Lyricis p. 403. et *Lipsius* lib. I. cap. 2. de magnitudine Romana ⁱⁱⁱ). Ceterum a *Fulvio Vrsino*, Erinnae reliquias colligente p. 39. et 295. Ode illa praetermissa

^{hhhh} Alii aliam eius patriam nominant. Vide *Stephanum* in Τῆνος, *Suidam* in Ἠρίνα, *Eustathium* ad Iliad. β. p. 247. et Scholia Graeca, (recentis licet Scriptoris,) ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum p. 135. edit. Wechel. De tempore quoque non conueniunt scriptores: nam ab *Eusebio* refertur ad tempora Alexandri M. circa Olymp. CVI. et a *Syncello* p. 260. quod eodem recidit, aequalis fuisse Demosthenis traditur. *Fabric.* *Lipsius* de magnitudine Romae lib. I. cap. II. *Thom. Sitzmann* ad Rutilii itinerarium, lib. I. v. 47. et alii putant, Erinnae vixisse sub Pompeii aeuum aut circiter illud. *Olearius* in diss. de poetiis gr. §. 31. cum *Suida* malit Erinnae aetatem referre ad tempora Sapphus, circa Olymp. XLII. *Wolf* tamen in nota subiecta p. 154. malit subscribere rationibus *Eusebii* ac *Syncelli*, vt antiquiorum: hac quoque, putat, ratione vindicari posse Erinnae auctori oden εἰς Ἡρώην. Varia de nostra profert *Tho. Crenius* in Animadu. historico-philolog. part. X. p. 267 — 270. *Harl.*

ⁱⁱⁱⁱ In *Anthol.* gr. lib. I. tit. 67. epigr. 14. Erinna laudatur Homerum aequasse hexametris iisque superasse Sapphum, sed ab Sapphone victa esse μελέσει, carminis lyrii arte. adde *Eustath.* ad Iliad. β. v. 726. p. 247. 25. edit. Basil. *Harl.*

^{kkkk} Vide infra §. XLVIII. not. et *Schurzfeisch* in Notitia Bibl. Vinar. p. 263 sq. *Harl.*

^{llll} Item *Casp. Barth* in Animaduers. ad Claudiani Panegyri. in Consulatum Probinii etc. v. 78. p. 27. id Erinnae odarion, quod graece cum versione sua poetica repetiit, non de Robore s. vi aut violentia, sed de vrbe Roma, romanis paene dictis compositum esse suspicatur. In eadem sententia versabatur quoque *Reiske* in Notitia poetarum anthologic. p. 213. eamque, sentit, odam non posse saltem ante Olymp. CLVIII. i. e. ante subactam a Romanis Graeciam fuisse conditam. »Si tamen, inquit, reuera Erinnas est illud carmen, quod *Wolf* sub eius nomine edidit, et quod in *Anth. St.* p. 265. *Anytar*, aut secundum alios *Leonidae* tribuitur, et si illa Myro eadem est cum My-

ROME

praetermissa est, nescio, an? quod illam Erinnæ non esse existimaret. [In *Io. Stobæi* Ecl. Eth. ferm. VII. de fortitudine, p. 87. In corpore poetarum gr. tragicorum, comic. lyricorum, gnomiorum, epigrammatar. gr. et lat. Genevæ, 1614. fol. p. 135. *Erinnæ Lesbicae ode in laudem Romæ.* In *Lyricis H. Stephani* p. 402. *Commelini*, p. 137. Plenior est collectio et reliquiarum Erinnæ, et epigrammatum aliorum in illam, et eorum, quæ veteres de ea commemorarunt, in *Io. Christiani Wolfii* Poetiarum gr. octo fragm. et elogiis, p. 2 — 25. cum notis Wolfii aliorumque: vbi p. 14 sqq. de oda in laudem Romæ aut Fortitudinis diuersa variorum iudicia et versiones Stephani, Grotii, Lipsii Barthii que proponuntur. Ibidem p. 16. *Steinheil* carmen illud Erinnæ falso tribui existimat, quum Roma eius ætate, quam alii ad Olymp. XLIV. alii ad CVI. reijciunt, illud potentiae et auctoritatis fastigium nondum adsequuta fuerit. Denique IV. *Erinnes* reliquiae in *Brunkii* *Analectis* veterum poetarum graecorum, tom. I. p. 58 sq. cum notis criticis in tom. III. p. 9. De odae vero *ὁς τὴν Πόλιν* argumento nihil addit iudicii. *Harl.*] Agit de *Erinna* etiam Tiraquellus in catalogo mulierum eruditarum; sed nonnulla tradit parum accurate; vt, cum ait Myrus Epigramma in Erinnæ statuam legi lib. VI. [P] Anthologiae cap. 1. quod est in Cleoninum; scribit etiam, Laertio in vita Cleobuli Erinnam adpellari Hexametrorum aenigmatum vatem. Sed *Cleobulinam* suæ Cleobuli filiam, *Eumetim* seu *Eumetidem* Laertius vocat *ἐξαμέτρων αἰνυγμάτων ποιήτριαν*, quæ illius aenigmata siue *γρίφοι* Plutarcho, Athenæo et Suidæ celebrantur. Sed et aenigma de cucurbitæ adplicatione in balneo, quod tangit *Aristoteles* III. 2. Rhetor. *Demetrius* de elocut. §. 102. *Cleobulinae* esse, ex Plutarchi Conuiuio obseruat *Mezagijs* ad Laert. p. 52. et in Historia Mulierum Philosopharum p. 4.

XXVIII. β'.

rone poetria, Byzantia, matre Homeri iunioris, qui circa Olymp. CXL. floruit, aliqualem speciem accipit Eusebii traditio, Erinnam floruisse circa Olymp. CVII. Sed forte pro β' legendum est apud Eusebium β', h. e. CLX. Id certum est, a Meleagro eam in Catalogo poetarum suorum laudari.⁴ Idem censet, nomen *Herinna* debuisse potius esse: vt enim a *Philon*, *Philinam*; sic ab *Heron* masculino fieri femininum *Herinna*. Idem praeter ea opinatur, potuisse plures esse Erinnas, ideoque circa patriam Erinnæ auctores discrepare: potuisse tamen ex vitiata lectione nasci opinionem, Erinnam Sapphus aequalem et familiarem fuisse: a Maximo quidem Tyrio Sapphus familiarem adpellari *Γυρίνην*; ab Ouidio autem *Pyrinonen*, facili litterarum confusione. Enimvero apud *Ouidium* (Heroid. XV. 15.) pro antiqua lectione: *Nec mihi PTRINO jubeunt Mnaisue puellae* ex edit. Aldina Heinsius ac Burmannus reposuerunt, *Nec me Pyrrhiades, Methymnidesue puellae*. Ibidem ad v. 17. Nic. Heinsius in loco *Maximi Tyrii*, (Diff. XXIV. segm. 9. p. 297. edit. II. Datis.) loco *Γυρίνα*, (quod seruauit Dausius sine ulla offensione notauit,) scribendum docet *Ἡρίνα*, idemque a suspitione haud alie-

nus est, duas fuisse *Erinnas*, alteram Sapphus familiarem, alteram, quam Olymp. CVI. claruisse, Eusebius in Chronicis contendit. Nomen vero illius frequentius obnoxium fuit confusio et stupori librariorum. Sic apud *Propert.* II. 2. 32. pag. 226. Burmannus II. cum Volscio aliisque restituit, *Carminaque ERINNES non putat aequa suis*, vbi permultae in libris scriptis miraeque aberrationes atque virorum doctorum hariolationes in scribendo illo nomine a Burmanno proferuntur. A Scaligero autem in multas venit editiones lectio: *Carminaque aequa suis* etc. quam *Frid. Gottl. Barth* in sua edit. retinuit atque explicare sustinuit. Ibidem Burmannus multus est de *Erinna*, quam comitem et amicam Sapphus laudat, et ex Anthologia Antipatri aliorumque in Erinnam epigrammata partim adfert, partim citat. Ibidem adnotat, *Iac. Wallium* in notis ad poemata sua, (Antwerp. 1657. 12.) p. 269. (p. 291.) promississe, se integram Erinnæ oden et selecta Graecorum poetarum carmina a se versa editurum. adde infra lib. III. 28. de Meleagri Corona, p. 684. vol. II. edit. prior. et *Burette* in Comment. Soc. Paris. Inscr. tom. XIII. p. 223 sqq. *Harl.*

XXVIII. β'. ERIPHANES μελοποιὸς inmemoratus *Athenaeo* XIV. p. 619.

XXVIII. γ'. EVTYCHIDES μελογράφος ineptus, in quem *Lucilii Epigramma* p. 237. *Anthologiae*, edit. *Wechel*.

[XXVIII. δ'. GLAUCVS, Atheniensis, incertae, sed satis antiquae aetatis. vid. *Reiskii* Notit. poet. anthol. p. 202 sq. vbi *Glauci* carmen, quod in *Musa Stratonis* nr. 49. exstat, sane elegans typis exscribi fecit, et haesitanter discedit a sententia *Fabricii*, infra libr. III. cap. 28. in *Catalogo poetarum epigramm. lata*. Alius *Glaucus* *Epicidydis*, rex *Spartanus*, de quo *Plutarchus* de S. N. V. vol. VIII. p. 202. Opp. edit. *Reiskii*, cuius notam conferes, f. p. 47. edit. *Wytenbachii*, cuius notam p. 62. videbis. Alius *Glaucus*, *Italus*, auctor libri de veteribus poetis ac musicis, teste *Plutarcho* de Musica, p. 654. tom. X. *Reiskii*. Denique *Glauci* quatuor medici, de quibus *Fabric.* VI. 9, 4. vol. XIII. p. 171. *Harl.*]

XXIX. De GLYCONE, qui *Glyconium* carmen reperit, nihil fere restat praeter exiguum fragmentum apud *Hephaestionem* in *Enchiridio*, p. 33. Fuere et alii hoc nomine, vt *Glyco* Atheniensis statuarius. *Glyco* medicus dati *Pansae* veneni suspectus, (*Sueton.* August. cap. XI.) *Glyco* vocis absconae tragoedus, de quo *Casaub.* ad *Perium* V. 9. *Glyco* denique siue *Lycos* Philosophus, de quo *Laertius* V. 65. idemque, (vt *Heinsius* visum,) athleta, de quo *Horatius* lib. I. epist. I.

— — inuisti membra *Glyconis*.

XXX. α'. HERACLIDES Ponticus iunior praeter poemata heroica scripserat libros tres carmine Sapphico et Phalaecio, λέσχας inscriptos, pro *Didymo Alexandrino* praeceptorum suo aduersus aemulum ipsius *Aprum* Grammaticum *Aristarchi* discipulum, de variis difficultibus quaestionibus et controuersiis. Vide *Suidam* in 'Ηρακλειδ. et Λέσχα, *Artemidor.* IV. 65. *Onirocrit.* *Fabric.* adde lib. II. cap. 5. vol. I. p. 513. nr. LXI. et frequentius. *Harl.*

XXX. β'. HERMACRATES, Rhodius, ποιητὴς μέλων, *Aristidis* aequalis, qui meminit eius *Orat.* 4. sacr. tom. I. p. 578.

[XXX. γ'. HIERONYMVS, poeta dithyrambicus, *Xenophantis* filius, quem *Aristophan.* in *Nubib.* v. 347. perstrinxit, notante *Scholias*te, a *Suida* in voc. Κλεῖτος, tom. II. p. 328. exscripto. *Harl.*]

XXXI. HIPPODROMVS Larissaeus, Sophista, *Philostrati* *Lemnii* familiaris, *Athenis* ac *Smyrnae* docuit, et praeter declamationes siue μελέτας fere XXX. etiam *Lyrica* poemata composuit; ἄδονται δὲ αὐτῷ καὶ λυρικοὶ νόμοι, καὶ γὰρ δὴ καὶ τῆς νομικῆς λύρας ἤπτετο. *Philostr.* 2. de *Sophist.* p. 615—620. vbi vid. *Olearii* notas. [vixit circa A. C. 194. vid. *Philostr.* p. 616. ibique *Olearium*.]

XXXII. HIPPONAX, Ephesius, circa *Olymp.* LX. clauit, vt praeter *Plinium* XXXVI. 5. confirmat *Chronicon Marmoreum Arundelianum*, [ad quod vid. *Prideaux* in *marm.* Oxon. an. 1676. p. 209. 254.] quod post *Cyrum* eum ponit, et *Proclus* in *Chrestomathia* p. 7. edit. *Wechel.* qui ait floruisse sub *Dario* ^{ταμιν}. Eius de *Biantis* iustitia elogium refert

mmmm) In aetate *Hipponastis* differunt veteres. In *Chronico Eusebio* - *Hieron.* col. 430. Opp.

Hieron. tom. VIII. edit. *Vallar*fii adseritur ille *Olymp.* XXIII. et dicitur philosophus notissimus, quod

fert *Strabo* lib. XIV. p. 636. et *Laertius* I. 84. Clazomenas concessisse, cum a tyrannis Athenagora et Coma pulsus Epheso esset, testatur *Suidas*; vnde *Clazomenium* adpellatum in *Sulpitiae* Satira v. 6. viri docti obseruarunt. [P] Vide *Adr. Iunii* animaduers. lib. I. cap. 16. *Hipponacti* notabilis foeditas vultus erat, ut ait *Plinius*, (adde *Aelian.* X. 6. Var.) quam obrem imaginem eius lascivia iocorum *Anthemus* (Athenis, *Suidae* ⁿⁿⁿ) et *Bupalus* proposuere videntium oculis, quod *Hipponax* indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum ^{oooo} eos compulisse, quod tamen est falsum, complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere. [ὁ πικρὸς χωλιαμβοποιῶν passim nominatur ab Eustathio ad Homerum. vid. vol. I. p. 481. in indice scriptorum ab illo ad Homerum citatorum. adde longam notam Micylli, inprimis *Saluagn.* ad *Ouidii Ibin* 449. ac 425.] Licet vero *ιαμβογράφος* passim adpellatur, tamen non vulgari iambico versu vsus est, sed scazonte siue choliambico: λοιδορεῖσθαι γὰρ βεβλόμενος τῆς ἐχθρῆς, ἐξέραυσε τὸ μέτρον καὶ ἐποίησε χωλὸν ἀντὶ εὐθέος καὶ αἰεθμον, τῷ τε δεινότητι πρέπον καὶ λοιδορία. Τὸ γὰρ ἐξέραυθμον καὶ εὐήκοον ἐγκωμίοις ἀνὴρ πρέποι μάλλον ἢ ψόγοις. *Demetrius* de elocut. §. 325. Tetrametri siue octonarii scazontis Hipponactei exemplum exstat apud *Hephaestionem* p. 16. [vid. paullo ante nr. XIII. α. in: *Ananias*.] Iambos Ienarios et choliambos confuse protulisse obseruat *Priscianus* de metris p. 1328 sq. Iambicum syllabarum quindecim in penultima claudicans Hipponacti tribuit *Terentianus* p. 2436. Leges iambici carminis praeterea subinde transgressum ex Heliodoro metrico obseruat idem *Priscianus* pag. 1327. vbi librum primum eius *Ἰαμβων* citat, quemadmodum *Pollux* primum ac secundum. [Iambicum Hipponacteum versum esse, prioribus syllabis breuibus si posteriores longae sunt, ait *Athen.* XV. cap. 19. p. 701.] Parodiam ipsius ad primos versus libri primi Iliados versibus Heroicis scriptam ex eius Hexametris profert *Athenaeus* lib. XV. et primum Parodias conscripsisse adfirmat. [vid. supra lib. II. 2. 2. vol. I. p. 550.] Perpauca alioqui *Hipponactis* fragmenta ^{pppp} exstant, quem non tantum

Q 2

petulanter

quod quidem repugnat aliorum testimoniis. Hinc *Schurzfleisch* in Notitia Bibl. Vinariensis, p. 238. coniicit, quod libri scripti habeant *phs*, in autographis exaratum fuisse *ephus*, vel *εφς*, h. e. *Ephesus*. Multo autem iuniorem suspicatur ille fuisse Hipponactem, et vixisse post Olymp. XLIX. quod ex fragmento apud *Suidam* in *Βίαιος Πρίηνιος* fiat manifestum, eum fuisse Biantem, vno de VII. sapientibus Olymp. XLIX. 2. recentiore. Quidam putarunt, Hipponactem fuisse Terpandri aetate, quod vero iam negauit *Plutarch.* de Musica p. 656. tom. X. edit. Reiskii eumque iuniorem fecit. *Diphilus Comicus*, teste *Athenaeo* XIII. cap. 8. p. 599. quando illum in fabula, *Sappho*, (*ἡ Σαπφώ*), inter amatores poetriae enumerat, vel committit *ἀναχρονισμόν*, vel *Sapphum*, quam nonnulli opinantur fuisse, alteram eamque iuniorem intelligit. Plura vide apud *Burette* ad *Plutarch.* de Musica, in Comment. Acad. Paris. Inscript. vol. X. nr. XLII. p. 274 sqq. Quando vero *Schurzfleischius* l. c. p. 257. in Chronico Euseb. Hieron.

nr. 1477. Ol. LX. 2. (vbi vid. *Vallars.* col. 479.) loco *Hybicus carminum scriptor* substituere iubet *Hipponactis* nomen, eius coniecturam reiicit *Burmman.* II. in Addendis ad *Valesii* Emendatt. libr. p. 232. probatque *Salmasii* aliorumque emendationem *Ibycus*. vid. etiam ad nr. sq. XXXIV. α. *Harl.*

ⁿⁿⁿⁿ *Eudocia* in *Viol.* p. 248. de nostro, γράψα πρὸς Βάπυλον καὶ Ἀθήναι, ἀγαλματοποιεῖς, ὅτι αὐτὴ ἀκόνει πρὸς ὕβριν ἀργάσαστο. adde *Lucian.* *Pseudolog.* cap. 2. tom. III. *Reitz.* p. 163. ibique *M. du Soul.* *Harl.*

^{oooo} Exempla eorum, qui dictis vel scriptis acerbis alios ad mortem compulerunt, collegit *Baelius* in *Lexico*, vbi de Hipponacte agit, nota F. confer eumdem in *Cerasi* et in *Hochstrato*, *Pighioque* itidem nota f.

^{pppp} Apud *Aristotelem*, *Strabonem*, *Laertium*, *Plutarchum*, *Stobacum*, *Athenaeum*, *Eustathium* ad *Homer.*, interpretes *Hesiodi*, *Sophoclis*, *Aristoph.* *Apollonii*, *Lycophronis*, *Hesychium*, *Ety-molog.* *M. Harpocrat.* *Tzetzem* *Chiliadibus*, *Su-*

petulanter atque acerbe, sed etiam *αἰσχροῦς* scripsisse, perinde vt Archilochum, ait *Clemens* initio primi stromatis. *Hipponactium praeconium* pro carmine probroso dixit *Cicero* VII. 24. ad familiar. Scripta Hipponactis ideo a sacerdote legi noluit Iulianus Imp. vt supra in Archilocho dixi. *Hipponactem ἐν πρώτῳ Ἰάμβῳ κατὰ Βεπάλης* laudat *Tzetzes* in Chil. X. v. 380. et ad Lycophronem v. 219. ⁴⁴⁴) et ex eius *χωλοῖς Ἰάμβοις* aduersum *Mimnem*, siue *Mimnetum* sex versus producit ad v. 424. Iuniorum *Hipponactem* Grammaticum intelligo, cuius *συνώνυμοι* laudat *Athenaeus* lib. XIII.

XXXIII. HYBRIAE Cretenfis scolium ex *Athenaei* lib. XV. refert H. Stephanus in Lyricis p. 398. [P] [add. Brunck. Anal. I. 15. 3. ad calcem Anacr. p. 106. Köppen griech. Blumenlese II. 107. Cludius in Bibl. d. alt. Litt. III. 54 sq. Beck.]

XXXIV. α. IBYCVS Rheginus ^{rrrr}) Simonide ^{ssss}) antiquior, aequalis Anacreontis, in Samo versatus est temporibus Polycratis; et, teste Suida, Dorice scripsit libros septem carminum

dam in *Βεπάλος*. [*Pollucem* X. 75. quem locum emendat *Toup.* in Epist. critica, tom. II. pag. 100. edit. Lipf. etc. Sententiae quaedam Hipponactis sunt in Collectione Gnomiorum Frobeniana, Basil. 1532. 4. Fragmentum habet Grammaticus a *Valkenari* post Anthonii libr. de differentiis vocc. editus, p. 193. et 204. adde *Is. Vossium* ad Catull. p. 226. *D'Orville* in Vanno critica cap. XII. pag. 570. et *Valck.* ad loc. Grammatici, p. 193. quem *Herodianum Aelium* docet esse, et ex codd. Marcian. varias fragmenti lectiones adfert *Villoison.* in Anecd. gr. tom. II. p. 177. *Harl.*]

^{qqqq}) Item apud Schol. Lycophr. 1165. quem locum corrigit *Toup.* in Epist. crit. tom. II. pag. 87. edit. Lipf. adde *D'Orville* in Vanno critica, cap. X. p. 438. et 457. et de loco ad Lycophr. v. 424. *Salmas.* ad Sol. p. 65. F. ab eoque dissentientem *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* Plut. schol. v. 913. pag. 312 sq. *Harl.*

^{rrrr}) De patria Ibyci multum disputatum est. *Cicero* in Tuscul. disput. lib. IV. cap. 33. Rheginum, Calabriae urbem, patriam illius fuisse testatur, dum, *maxume*, ait, *omnium flagrasse amore* Rheginum Ibycum, *adparet ex scriptis*. Ita quoque sentiunt de patria et infano amore Ibyci *Athenaeus* XIII. cap. 8. p. 601. B. et *Neanthes* Cyziceus in libro primo de Horis Ibycum *RHEGINVM* inuentorem instrumenti musici, *Sambucae Lyrophoenices*, (de quo instrumento copiosus est *Mongitor.* B. Sic. I. pag. 308.) fuisse, prodit apud *Athenaeum* IV. cap. 23. p. 175. E. item *Aelian.* H. An. lib. VI. cap. 51. alique multi recentiores, quorum loca indicat *Mongitor.* in Biblioth. Sicula tom. I. p. 306. in vita Ibyci. Idem tamen *Mongitor.* haud leuem testium nubem excitat, qui, Ibycum fuisse Messanensem, scribunt, quorum sen-

tentiae ipse *Mongitor.* multis, at parum firmis vsus argumentis, subscribit. *Suidas* in *Ἰβυκος*, hunc fuisse, tradit, Phytii, (quem vnice refert *Eudocia* in *Ἰωνῇ* p. 247.) vel, vt alii tradunt, Polyzei *Messenii* historiographi, vel, vt alii, Cerdantis filium, *genere (γένε)* *Rheginum*. E quibus verbis equidem cum *Vossio* de Histor. graecis lib. III. cap. 1. et de poetis graecis p. 91. lubentius efficerem, patrem fuisse Messanensem, Ibycum vero Rheginum, quam, quae erat Lascaris interpretatio, patrem fuisse Rheginum, et Ibycum *genere*, h. e. origine, non patria, itidem fuisse Rheginum. Quod vero plures illius patres nominantur, suspicio potest facile oriri, annon plures fuerint Ibyci, inter quos poeta lyricus maximam nominis gloriam adeptus reliquorum memoriam obscurauerit. Atque vidi, iam *Morerium* in Diction. tom. II. p. 216. duo exstitisse Ibycos, esse opinatum. De patre eius, (ex nonnullorum quidem narratione,) *Polyzeo*, historico Messanensi, et auctore rerum historicarum, vid. *Vossium* locis memm. secundum quem is vixit circa Olymp. L. ante Ch. N. an. 576. ac *Mongitor.* B. Sic. tom. I. p. 307. et tom. II. pag. 190. — *Ibycus* autem floruit secundum *Simson.* in Chronico ad A. M. 3451. et *Saxium* in Onom. I. p. 23. A. M. 3451. Olymp. LVI. 3. ante Ch. N. 552. V. C. 200. Nec multum differt *Suidas* in *Ἰβυκος*, quem Samum, is tradit, migrasse, quum Polycrates, tyranni pater, imperaret, idque contigisse Olymp. LIV. temporibus Croesi. Aut Olymp. LX. 1. ex Eusebio et ante Ch. N. 540. secundum *Ricciolium* in Chronol. reform. tom. IV. ind. I. p. 176. adde *Mongitor.* l. c. p. 308. *Harl.*

^{ssss}) Schol. Apollonii lib. IV. ὅτι δὲ Ἀχιλλεὺς ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον παραγεγόμενος, ἔγχετο Μήδων, πρῶτος Ἰβυκος ἄρχηκε, μετ' ὃν Σιμωνίδης.

minum siue μελῶν, ex quibus liber primos laudatur in scholiis ad Apollon. lib. IV. 57. 814. liber quintus ab *Athenaeo* lib. II. dipnos. [cap. 16. pag. 57. et *Eustath.* pag. 1321. 1686.] In iisdem scholiis ad lib. III. 158. Apollonii laudatur Ibycus ἐν τῇ εἰς Γοργίαν ᾠδῇ, qui Gorgias diuersus sit oportet a Gorgia-Rhetoré. [Secundum *Patritium* Poetic. decad. histor. I. p. 67 sq. ex quo *Crassus* de poetis gr. p. 292. ac *Mongitor.* pag. 308. repetunt, scripsit Ibycus quoque *Raptum Ganymedis et Pithonem.*] Stesichorum potius auctorem esse ἄδων, Ibyco tributorum, docet *Athenaeus* lib. IV. [cap. 21. pag. 172.] Inuenit praeterea Ibycus instrumentum Musicum σαμβύκην teste *Athenaeo* lib. IV. p. 175. E. et *Suida* in σαμβύκῃ, perinde vt *Anacreon* inuenit barbitum. [Ab eo praeter ea inuentum fuisse quoddam carminum genus, quo amores suos cecinisset, ab eoque dictum *Ibycium*, contendunt *Franc. Patritius* in Poet. lib. I. p. 67. *Arn. Pontacus*, not. ad *Euseb.* p. 387. *Crassus* in Poet. gr. p. 292. *Io. Berard Tafurus* de inuentis poeticis Neapolitanis, vid. *Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici*, tom. V. p. 233. At σχῆμα illud ἰβύκειον sit, vt ait *Herodian.* in libello περὶ στίχων τῆς λέξεως, a *Villoisonio* in *Anecd.* gr. tom. II. p. 85 sqq. primum edito ex cod. Veneto, p. 95. ἐν τοῖς ὑποτακτικαῖς τρίτοις προσώποις τῶν ῥημάτων κατὰ πρόθεσιν τῆς σι συλλαβῆς, tum adfert exempla duo ex Homero, et fragmentum quoddam Ibyci; denique addit, vocari illud ἰβύκειον, non, quod Ibycus primus illius, quo iam vsus sit Homerus, fuerit auctor, sed quod ab eo saepius sit vsurpatum, (ἀλλ' ἐπεὶ πᾶσι καὶ κατακορὲς παρ' αὐτῶν.) Ab eodem quoddam instrumentum musicum esse repertum, et ab inuentore ἰβυκινον dictum, tradit *Suidas* in ἰβυκινον, eoque feliciter vsos esse in bello Gallos ac Romanos. Enimvero *Küsterus* ad locum *Suidae* tom. II. p. 93. copiose docteq. ostendit, *Suidam* incidisse in corruptum codicem *Polybii*, vbi hodie lib. II. cap. 29. p. 289. tom. I. edit. cl. *Schweighäuseri* rectius legitur βυκανιτῶν. — In mythologicis interdum a narrationibus superiorum discessisse, et siue alios sequutus esse, siue finxisse videtur. Certe apud *Eudociam* in *Viol.* p. 85. in *Achillis* Genealogia Aeetae filios aliter, ac reliqui, primi dicuntur recensuisse Ibycus atque *Simonides*. *Harl.*] Maxime omnium flagrasse amore, siue, vt ait *Suidas*, ἐρωτομανέστατον fuisse, ex scriptis eius pridem obseruauit *Cicero* IV. *Tusc.* quaest. 33. [Plura dabit *Mongitor.* l. c. p. 307.] Apud *Eusebium* in *Chron.* nr. MCCCCLXXVII. pro *Hippico* legendum Ibycus, carminum scriptor agnoscitur, vt pulcre notauit *Salmasius* ad *Solin.* p. 52. et ante *Salmasium* *Arnoldus Pontacus*, *Eusebii* editor *Scaligero* etiam iudice praestantissimus, [vid. ad nr. XXXII.] quemadmodum *Guil. Canteri* emendationem, qui apud *Statium* V. 3. siluar. v. 153. pro *Obfusus* legit Ibycus, recte aduersus *Barthium* tuetur *Reinesius* *Epist.* ad *Hofmannum* pag. 504. [probatque *Burm.* II. in *Addendis* ad *Valesii* *Emend.* pag. 132. et in *notis* pag. 117.] Praetereo, quae de Ibyci rebus et fato [*Suidas* II. pag. 93. *Eudocia* pag. 247.] *Gyraldus*, tum *Erasmus* in *Adagio Ibyci grues*, et *Bonifacius* historiae ludicrae lib. I. cap. VI. *Fragmenta* huius Poetae collegit *H. Stephanus* p. 90. et 423. etc. *Fuluius Ursinus* p. 115. et 318. Citatur Ibycus etiam a *Galeno* I. in sextum epidem. tom. V. pag. 455. *Marino* in vita *Procli* cap. I. *Fabric.* [passim in scholiis *Marcianis* ad *Homerum*, a *Strabone* I. pag. 59. (pag. 102. *Almel.*)

Q 3

vbi

ttt) Ita Hieronymus solet reddere vocabulum μελοποιός, vt carmina ponat κατ' ἐξοχὴν pro Lyricis carminibus.

uuu) In *Nou. Lection.* lib. I. cap. 12. vbi ex *Antipatri* *Epitaphio* exponit Ibyci fata et mortem eamque per indicium gruuum sequutam vltionem. *Harl.*

vbi vid. Casaubon. et libr. VI. p. 271. (p. 417. Almel.) etc. — In fragmento incerti scriptoris, quod Cenforino ad calcem solet adiungi, cap. IX. p. 140. edit. Hauercampi, leguntur haec: *mox Archilochus et Simonides, trimetrum iambicum, chorion catalecticum*, (s. ex emendatione Nunn. *choricon catalecticonque*) *tetrametron composuerunt. Archilochus etiam commata versibus adplicando varianit. Eupolis per plurimas species secuit, Aleman numeros etiam minuit in carmen, hinc poëtriae melicae; ac Telephilla etiam Argiua minutiones edidit numeros.* In hoc loco, quem integrum ob notitiam aliorum poetarum lyricorum adposui, loco *Eupolis*, pro quo in cod. Carrionis exstat *ea potius*, huius scripturae vestigiis ductus *Valesius* in Emendatt. libr. IV. p. 118. corrigit, Burmanno II. in nota comprobante, *Ibycus*. — adde supra catalogum edit. *Pindari*; et de prouerbio, *Ibyci gruss, Aldrouandum* lib. XX. Ornitholog. tom. III. pag. 145. *Io. Tac. Schudt* tom. II. Iüdische Merkwürdigkeiten, pag. 329. — Num Comicis accenseri debeat? vide infra lib. II. cap. 22. in notitia Comitorum. Vtrum quoque et quomodo historicis, ex mente quorundam apud Mongitor. adnumerari debeat, definire non possum. *Hartl.*

[XXXIV. β'. ION CHIVS. In Dithyrambicis fuit celeberrimus; scripsit quoque Odas, paeanas, hymnos et scolía, item tragoedias, (vid. plura de eo infra lib. II. cap. 19. in Notitia Tragicorum deperditorum, p. 681. tom. II. prioris editionis,) et alia. vid. *Richard. Bentley* Epistolam ad Millium pag. 50 sqq. Versus nonnullos ex *Ionis* Dithyrambis laudat *Athenaeus* lib. II. p. 35. *Suidas* in *Διθυραμβοδιδάσκαλοι*, II. p. 583. initium carminis *Ἄοϊον ἡεροφρίταν ἀνέρεα* etc. adfert, vel potius exscripsit verba Scholiastis ad *Aristoph.* Pac. v. 835 sq. vbi dicitur *Ἴων ὁ Χῖος διθυράμβων, καὶ τραγωδίας καὶ μελῶν ποιητής* etc. cuius locum emendat *Toup.* in Epistola critica, tom. II. Opusculorum critic. edit. Lipsienf. p. 85. et vsque ad p. 96. de aliis *Ionis* carminibus critice disserit. adde *Eudociam* p. 248. *Ἴων Χῖος, τραγικὸς καὶ λυρικός καὶ φιλόσοφος*, etc. Reliquias ex eius Elegiis recudi fecit *Brunck* in *Analectis* vet. poet. graecorum, tom. I. p. 161 sq. *Hartl.*]

XXXIV. γ'. ITHYPHALLICVM Carmen, Demetrio Poliorcetae, cum Athenas ingrederetur, decantatum, castigatius exhibet et illustrat Casaubonus VI. 15. ad Athenaeum. [Sed inprimis de eo videndus *Toupius* Ep. crit. ad Episc. Glocestr. p. 175 sq. s. Opusc. ed. Lipsf. II. p. 143 sq. *Beck.*]

XXXV. δ'. IVLIANI Aegyptii carmen Anacreonticum, quod incipit: *τέφρος πλέκων ποθ' εὖρον*, ex libro VII. Anthologiae exhibet H. Stephanus in Lyricis p. 408. [*Brunck* in editt. Anacreontis, *Degen* in nou. Anacreontis edit. Altenb. p. 172.] Eiusdem *Iuliani* ^{οὐνοῦ}, praefecti

^{οὐνοῦ}) *Reiskius* inter Carmina Iensiana, in Anthol. gr. Cephalae p. 152. reposuit *Iuliani* epigramma in Hypatium, et in notis p. 238. ex isto carmine aetatem auctoris illius expiscari studuit, arbitratus, quod vix videantur de summi principis voluntate erga rebellem, quem supremo supplicio necare iussit, ea posse dici, quae poeta dixit, illumque Hypatium sexti saeculi in carcere periisse, non naufragio. Hinc existimat, Hypatium acui Theodosiani significari, adeoque Iulianum Aegyptium ad idem illud pertinere acuum. Alias praeter ea de Hypatii et Iuliani aetate opiniones adfert.

Enimvero *Brunck* in nota ad vltima Iuliani Aegyptii epigrammata, (quorum LXX. inscriptum est *αἱς ἑπτάτιον ἀδελφιδῶν τῷ βασιλεῖς Ἀναστασίῳ*.) tom. III. *Analect.* pag. 232. non esse vnus adis, edixit, quae de hoc carmine disputasset *Reiskius*, et intelligit *Hypatium* Magnae, Anastasii Imper. fororis, filium, (de quo vid. *Du Cange* Fam. Byfant. pag. 87.) qui Iustiniani iussu capite multatus est, cadavere in mare proiecto: cuius crudelitatis poenituisset postea imperatorem, censet *Brunckius* ex hoc carmine, et, postquam sublato rivali, deferbuit ira, cenotaphii honorem manibus concessisse: hoc fa-

ctum

praefecti Aegypti, alia Epigrammata quamplura occurrunt in eadem Anthologia, [in *Brunckii Anal. poet. gr. tom. II. p. 493—505. adde tom. III. pag. 231.*] quemadmodum et *Iuliani* cuiusdam Antecessoris (*ωωωωω*) et *Iuliani* Dioclis. Fuit et *Iulianus* Aegyptius Medicus Olympiani discipulus, cuius libros XLVIII. contra Aphorismos Hippocratis, et Philonium siue librum de methodo, et alium *περί ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν* idem Galenus memorat, qui eum Alexandriae audiuerat et postea Hippocratem aduersus illum scriptis defendit. [P] [vid. lib. II. 24. 2. vol. I. edit. prior. pag. 847. et VI. 9. 4. vol. XIII. pag. 305.] De *Iuliano* Theurgo patre et filio dixi supra lib. I. cap. XXXVI. §. II. *Iulianum* Apfilarum dynastam, qui ab Adriano Imp. regnum accepit, memorari videas ab Arriano, periplo ponti Euxini. *Antonium Iulianum* historicum, qui de Iudaeis scripsit, a Minucio Felice p. 37. De *Iuliano* Cappadoce Sophista, adeundi Eunapius, Suidas, et, qui Lexicon eius Rhetoricum memorat, *Photius* Cod. CL. *Iulianus* Ictus (*νομικῆς φάος*) in quem est Epigramma *Theacteri* IV. 1. Antholog. [in *Brunckii Anal. gr. tom. II. p. 516. nr. VI.*] non est *Saluius Iulianus* ^{xxxx}, qui iussu Adriani Imp. edictum perpetuum condidit, sed alter iunior, qui sub Iustiniano vixit et conscripsit Epitomen Nouellarum, idem, cui opus suum Grammaticum dicauit Priscianus. *Iulianum* ἐν Ἀθήναις κληρωτὸν ἀρχόντα saeculo post Christum natum tertio clarum memorat antiquum scholion Christiani scriptoris ad Vitam Procli scriptam a Marino, sed apud Marinum cap. 36. potius respicitur Iulianus Imperator, a quo Epocham, quod repetat Philosophus paganus natione Syrus, tanto minus mirari licet, si quidem Ioh. Harduinus in Chronologia V. T. e numis illustrata pag. 62. obseruat, in more positum fuisse Orientalibus, vt aeram inchoarent ab exortu Principis alicuius, qui de ipsis esset optime meritis, eamque producerent, quam diutissime liceret, donec alius maiore beneficio prioris recordationem deleuisset. [*Iuliani*, Imperatoris, Epigr. in *Brunckii Anal. II. p. 403. et III. p. 332.* De *Iuliano* mathematico, vid. lib. III. cap. 20. §. 9. vol. II. p. 505. et tom. XIII. p. 305. de alijs Iulianis medicis *Constantin. Iulianus* apud *Procopium* de eruditjs gr. Fabric. vol. XI. pag. 785. et de *Demetrio Iuliano* p. 797. De *Iuliano* Laodic. lib. III. cap. 20. vol. II. p. 510. Ultra LX. *Iulianos* recensuit Fabricius lib. V. cap. 8. vol. VII. p. 99 sq. et in praefat. ad illud vol. *Harl.*]

[XXXV. β'. LAMPROCLES, poeta dithyrambicus. *Athen. XI. cap. 12. p. 491. C.* Schol. ad Aristoph. *Nub. v. 964.* qui memorat carmen eius in laudem Palladis et versus quosdam ex isto, quos *Tzetzes* Chil. I. hist. 25. v. 683. adtribuit *Stesichoro*. vid. infra *Stesichor.* et *Burret.* in Comm. Acad. Paris. Inscr. tom. XIII. p. 238 sq. *Harl.*]

XXXVI. α'.

etum putida adulatione celebrasse Iulianum. adde libr. III. cap. 28. vol. II. pag. 719. De *Iuliano*, vrbi praefecto, qui Zenoni Augusto auratam statuat ante domus s. bibliothecae vestibulum, et forsā Anastasio posuit, vid. *Anf. Banduri* comm. in Antiqq. Constantinop. lib. VII. s. Imperii Orientalis vol. II. p. 843. edit. Paris. siue p. 598. edit. Venetae; et de alio *Iuliano* Praef. vrbi Const. et Praetorio sub Iustiniano et *Iuliano*, Iustiniano a secretis legatoque ad diuersos principes, ib. p. 841. edit. Paris. et p. 597. edit. Venetae. *Harl.*

ωωωωω) De Iuliano Antecessore, qui Iustiniani Imp. temporibus claruit, vid. *Menagii* Amoenitates iuris p. 141 sq. [et *Bachii* Histor. iurispr. rom. lib. IV. cap. 7. §. 18. et 19. p. 633 sq. ibique laudatos viros doctos. infra VI. 6. 6. vol. XII. pagg. 345. 398. et 474.]

^{xxxxx}) Ita visum Alciato II. 27. disputation. *Fabric.* De hoc vide *Bachii* Historiam iurispr. rom. lib. III. cap. 2. §. 4. p. 469. et qui ibi citantur. infra vol. XII. pag. 331. *Harl.*

XXXVI. α. LAMPRVS inter Lyricos poetas celebratur ab Aristoxeno apud Plutarchum, [de Musica tom. X. Reisk. p. 685.] Vide supra n. XXII. Idem ni fallor *Lamprus*, a quo Musicam edoctum se profitetur Socrates apud Platonem Menexemo, [p. 22. edit. Gottleber. cuius not. confer.] et a quo Sophoclem Musicam et saltandi artem didicisse testatur *Athenaeus* lib. I. p. 20. male *Δάμπος* in vita Sophoclis. Hunc ipsum magna in Musicis gloria fuisse testatur *Cornelius Nepos* in vita Epaminondae cap. 2. [vbi vid. Magium.] Alius fuit et iunior longe *Lamprus*, Erythraeus, cuius auditorem fuisse *Aristoxenum* tradit Suidas voc. *Ἀριστόξ.* Alius quoque, ni fallor, *Lamprus* Grammaticus, cuius meminit *Aristoteles* II. 7. Magnorum Moraliū. *Fabric.* Conf. *Muret.* Var. lect. IX. cap. 5. *Burette* l. c. tom. XV. p. 370. *Harl.*

[XXXVI. β. LASVS, Hermionenſis, poeta Dithyramb. ſcripſit quoque hymnos et odas; vid. *Athenaeum* X. p. 455. et XIV. p. 624. floruit ſub Dario Hyſtaſpide. vid. ſupra lib. I. cap. XVI. 4. vol. I. p. 100. not. e. Secundum *Suidam* tom. II. p. 417. (vbi vid. Küſter.) natus Olymp. LVIII. conf. *van Goens* diſſ. de Simonide cap. III. §. 7. p. 52. qui Tzetzen corrigit in Prolegom. ad *Lycophr.* *Burette* in Comm. Acad. Par. Inſcr. tom. XV. p. 324 ſqq. Secundum *Larcherum* vero, qui poſt *Leopardum* lib. II. Emendatt. cap. 23. corrigit *Suidam*, in Chronol. Herodot. p. 572. vol. VI. verſionis gallicae Herod., floruit Olymp. LXVIII. i. ante C. N. 508. A. V. C. 246. vid. ſupra ad *Arionem* n. XVI. Apud *Plutarch.* de Musica p. 1141. (ſ. tom. X. Reiskii p. 682.) *Lasus* fertur rhythmos in dithyrambicam rationem tranſtulſiſſe, et antiquae muſicae inuexiſſe mutationem. Adde Schol. ad *Ariſtoph.* Aves v. 1403. et Vesp. v. 1401. et 1391. *Harl.* Conf. *Forkelius* in Allg. Geſch. der Muſik. tom. I. p. 358 ſq. *Beck.*]

[XXXVI. γ. LEOTHROPHIDES, poeta Dithyrambicus. Vid. *Suidam* (ex Scholiaſte ad *Ariſtoph.* Aves v. 1406.) voc. *Λεωτροφίδης*, ibique Küſter. tom. II. p. 429. Adde *Burette* in Comment. Acad. Par. Inſcr. tom. XV. p. 341. *Harl.*]

XXXVI. δ. LICYMNIVS Chius *μελοποιός*, Simonide antiquior, laudatur a *Parthenio* cap. 22. Ex eius paeane in ſanitatē, vide, ſi lubet, quae proſert *Sextus* decimo aduerſus Mathematicos p. 447. *Fabric.* [Sub *Licymnii* nomine protulerunt quaedam *Columna* ad Ennii fragm. p. 243. et *Th. Galeus* diſſ. de Scriptor. Mythol. p. 28. ſed vide *Valcken.* in *Diatriba*, ſubiuncta Euripidis Hippolyto, p. 17 ſq. qui in *Stobaei* Eclogis edit. Canteri p. 10. ſuſpicatur in *Ευριπ. διδύμοις* latere nomen *Λικυμνίς*, tragoediae Euripidis. Fragmenta ſunt inter *Apollodori* fragmenta p. 1048. edit. Heyn. *Harl.*]

XXXVII. α. LYSIMACHVS quidam *μελοποιός* *εὐτελής* ſiue Lyricus mediocris fuit, cuius mentionem fecit *Lycurgus* Rhetor in oratione *περὶ διοικήσεως* teſte Harpocratiōe ac Suida. Fuere praeterea *Lyſimachus* Ariſtidiſ Iuſti Patē, teſte Platone, ſed et filius teſte Demosth. in orat. *περὶ τῶν ἀτελεσῶν*. ^{yyyy}) *Lyſimachus* Macedo leoni ^{zzzz}) obiectus impune ab Alexandro, [P] inter cuius duces ac ſucceſſores poſtea fuit, et *Lyſimachiam* in Aetolia condidit,

^{yyyy}) *Eudocia* p. 282 in Viol. Demosthenem, dicit, eius meminisse *ἐν τῇ περὶ ἀδελφῶν*, et sic quoque in Suidae textu legitur; ſed Küſter. ad locum tom. II. p. 476. ex Harpocratiōe (p. 235. coll. nota H. *Valeſii* p. 49 ſq.) ſcribere iubet *ἐν τῇ περὶ*

ἀτελεσῶν, h. e. *ἐν τῇ κατὰ Λικύμνους*, (edit. Reiskii Demosth. p. 491. vol. I. aut edit. huius orat. a cl. *Wolfio* ſeparatim curatae p. 101. vbi v. ſchol. et p. 335. notam Wolfii.) *Harl.*

^{zzzz}) Fabula videtur Curtio VIII. 1. 17.

dit. Iustin. XV. 3. Seneca, Plin. etc. *Lyfimachus* Acarnan, eiusdem Alexandri praeceptor. Plutarch. Alexandro. Praeceptor Regis Attali, *Athen.* VI. 13. [*Lyfimachus* (male Simachus,) philosophus Peripateticus v. *Athen.* VI. p. 252. alius philosophus Stoicus.] *Lyfimachus* Alexandrinus, qui libros *περὶ νόσων* scripsit, teste Athenaeo, Schol. Apollonii, Pindarique et Apostolio, (corrupte Tzetzae ad Lycophronem, *Symmachus*.) vide *Ionsum* p. 12. et *Vossium* de Hist. Graecis p. 384. [supra vol. I. lib. II. 2. §. 18.] Idem, ut videtur, *Lyfimachus*, cuius *Ἀγυπτιακὰ* citat *Iosephus* I. contra Apion. *Θηβαικὰ παραδόξα* Scholiae Apollonti, Euripidis et Sophoclis [Oed. Col. 632. vid. *Valcken.* ad Euripid. Phoeniss. p. 603. a Schol. Soph. ad Oed. Col. 91. edit. Brunck. citatur XIII. lib. *τῶν Θηβαικῶν*.] Confer *Girb. Cuperi* Varias observationes lib. I. cap. 4. Opus de *agricultura*, quod memorant Varro, Plinius, Columella, forte fuerit *Lyfimachi* Hippocratii, cuius mentio in scholiis ad Alexipharmaca Nicandri. Praetereo *Lyfimachum* Ptolemaei F. Hierosolymitanum, in additamentis ad librum Estherae memoratum, et *Lyfimachum* Menelai fratrem atque eius in Pontificatu maximo successorem, 2. Maccab. IV. 29. Tum *Lyfimachum* fratrem Apollodoti Ioseph. XIII. 21. *Lyfimachum* Cyrenaeum Tzetz. VI. Chil. v. 921. [*Lyfimachum*, *Lyssippi*, Aegiliensem, in orat. Demosth. contra Neaer. edit. Reisk. vol. II. p. 1387. etc.]

[XXXVII. β. LYSINVS, poeta Siculus, tempore Phalaridis, Olymp. LII. scripsit Carmina et tragoedias contra Phalaridem: uti *Laurentius Crassus* in Hist. poet. graec. p. 315. et *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. II. p. 27. epistola Phalarid. ad Lysinum, (XCIII. p. 260. edit. Lennepii) moti existimant: sed epistola est spuria, et de tragoediis tempore Phalaridos iam inventis res incerta falsaue. v. *Lennepii* not. et *Bentlei* in diff. de Epist. Phal. §. II. p. 27. inprimis Responf. ad Boyle, §. XI. p. 122 sqq. vers. Lat. *Harl.*]

[XXXVIII. γ. LYSIS, alius philosophus pythagoricus, de quo supra, inter Pythagor. philos. alius poeta Iascius, de quo *Athen.* XIV. p. 620. et *Strabo* XIV. 648. *Burret.* Com. Paris. Acad. Inscr. tom. XIII. p. 236 sq.]

XXXVIII. MEGALOSTRATA amica Alcmanis Poetae, poetria et ipsa, ut paulo ante in Alcmane obseruabam. [vid. *Olearii* disp. de poetriis gr. nr. 44. cum nota Wolfii.]

XXXIX. α. MELANIPPIDAE duo fuerunt Lyrici, vnus Melius, (male apud *Athenaeum* lib. II. sub init. et XIV. p. 651. *ααααα*) *Μελήσιος*.) circa Olymp. LXV. cui *διθυράμβων βιβλία πλεῖστα*, poemata Epica, Epigrammata, elegias et alia multa Suidas [vbi vid. Küster. tom. II. p. 522. et *Eudocia* in viol. p. 302.] tribuit. Alter prioris e filia nepos, circa Olymp. LXXX. cum Perdicca Rege versatus, et qui multa in dithyramborum modulatione innouauit, auctor et ipse plurium *αἰσμάτων* et *διθυράμβων*. [Alterum vtrum Aristodemus apud *Xenoph.* M. S. IV. 2. 3. reliquis praefert Dithyramborum confectoribus. Adde infra in Catal. Tragicorum deperditor. II. cap. 19. h. v.] Ex alterutrius horum poemate *Marsya* quaedam profert *Athenaeus* lib. XIV. p. 616. et *Danaides* eiusdem citat p. 651. *Clemens Alex.* V. Strom. p. 602.

ααααα De quo loco vid. *Io. Bourdelotii* not. ad Heliodori Aethiop. cap. VIII. p. 106. edit. I. P. Schmidii, Lips. 1772. 8. de vtroque Melanipp.

conf. *Burette* in Comment. Soc. Paris. Inscr. tom. XIII. p. 229 sq. et tom. XV. p. 335 sqq. ad Plutarchi libr. de Musica. *Harl.*

p. 602. Ὁ μελοποιὸς δὲ Μελανιππίδης ἄδων· Κλυθί μοι ὦ πάτερ, θάυμα βροτῶν τὰς ἀεζῶς ψυχὰς μετέων. Vide H. Stephani Lyricos p. 390 sq. Gyraldum p. 476. [corpus poet. gr. tragic. tom. II. p. 133.] Democriti Chii Musici (qui cognominis Philosophi aequalis fuit) Icomma in Menalippidem refert *Aristoteles* III. 9. Rhetor. ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῶ ποιήσαντι κακίστη. Parodia ad Hesiodi *Egy.* 266. Melanippides enim pro antistrophis longiores anabolas fecerat, vt notat *Petrus Victorius* ad Aristotelis Rhetor. p. 532. Meminit *Melanippidas* etiam *Plutarch.* p. 1095. de insuavi vita sec. Epicurum, atque in amatorio p. 758. tum libro de Musica p. 1136. [tom. X. p. 666. Reiskli vbi Melanippides ab quibusdam cantilenae cuiusdam dicitur,] et 1141. [p. 682. edit. Reisk. vbi alter dicitur odorum scriptor, alter dithyramborum poeta.]

[XXXIX. β. MELETVS, f. MELITVS, poeta tragicus, (vid. plura infra in Catal. tragicor. deperditorum,) scripsit quoque *Scolia. Aristoph.* Ran. v. 1337. meminit *Σκολιῶν Μελητῆς*, siue vt *Bentlei* in Respons. ad C. Boyle, p. 167. ex interpr. Lennepii scribendum esse docet, *Μελήτης*, contra *Casaubon.* ad Athenaeum p. 857. *Harl.*]

XL. α. MESOMEDES Cretensis, Lyricus, libertus Adriani Imp. non exigua apud illum gratia valuit, et delicias eius, *Antinoum*, carmine celebrauit. Suidas [tom. II. p. 536. vbi vid. Küsteri notas,] *Μεσομήδης Λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανῶν χρόνων*, [P] ἀπελεύθερος αὐτῆ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις· γράφει ἐν εἰς Ἀντίνοον ἔπαινον, (ὅς ἦν Ἀδριανῶ παιδικά,) καὶ ἄλλα διάφορα μέλη. Ab Antonino Pio salarium ei imminutum refert *Iulius Capitolinus* cap. 7. ab altero Antonino (Caracalla vt notat Scaliger ad Euseb. p. 219.) positum ei, (iam ante aliquot annos, vt videtur,) defuncto honorarium monumentum, testatur vetus scriptor apud Suidam. Carmen huius *Mesomedis* Anacreonticum de vitro, (in Anthologia Epigrammatum lib. IV. cap. 32. male in trochaicos numeros redactum,) emendauit et rectius disposuit *Salmasius* tom. I. ad Hist. August. p. 263. vbi praeterea exhibet ineditum ante eiusdem *Mesomedis* aenigma quod incipit: ἔρπυσσα πετωμένα· βεβῶσα κέρα. [*Mesomedis* hymnus egregius in Nemesin editus est in Actis Paris. Acad. Inscr. cum notis criticis tom. V. pag. 185. (tom. VII. p. 289. edit. Amstel.) a *Brunkio* in Analect. poet. gr. tom. II. p. 292. (a *Snedorfio* in Comm. de Hymn. vett. Graec. p. 63. 71 sq. cum musicorum modorum signis a *Forkelio* All. Gesch. d. Musik tom. I. p. 426 sq. Primus vero particulam Hymni ediderat Io. Fellus ad calcem Arati, Oxon. 1682. *Beck.*) ab *Herdero* germanice versus pulcreque explicitus, in: Zerstreute Blätter fasc. II. Gothae 1786. 8. p. 234 sqq. (vbi auctor Hymni scribitur *Mesodemus*,) graece et germanice a *Degenio* ad Anacreontem, edit. Altenburg. 1787. p. 205. et 291. vbi error scripturae *Mesodemus* repetitus est. *Brunch.* l. c. duo alia Mesomedis poemata, a Fabricio iam commemorata, recudi fecit, et aenigma de Sphinge ex alia editione, quae habetur in fratrum Guioniorum vita, vno versu, qui est octauus, suppleuit. Adde infra tom. II. lib. III. cap. 28. in Catalogo poet. epigrammatariorum. In *Eudociae* violario p. 302. nomen eius exaratum legitur *Μεσομήδης*. *Harl.*] Quamquam vero ποιητὴς νόμων κιθαρωδικῶν vocatur ab Eusebio in Chron. ^{bbbb} et apud Suidam ὁ τὸς κιθαρωδικῶν νόμους συγγράψας, hoc est, vt interpretatur Scaliger, qui modulos

^{bbbb} In Chronico Eusebio - Hieronym. ad nr. MMCLX. a. Ch. 146. Olymp. CCXXX. *Mesomedes Cretensis Citharodorum carminum musicus poeta agnoscitur.* vbi Vallars. col. 715. in not. quoque

reprehendit Scaligerum laudatque *Salmasium*, (a Fabricio iam excitatum,) et *Seldenum* in Comment. ad Marmor. I. Arundelianum, vim et potestatem vocc. νόμοι et μέλη rectius explicantes. *Harl.*

modulos musicos fecit, siue cantica musicis pectus expediuit: tamen poetam quoque fuisse certissimum est, et in altera editione Eusebii sui agnoui ipse Scaliger: multis vero docet Salmasius, νόμος et μέλη tam de modulis Musicis, quam de ipsis carminibus dici, sicut iampridem Musicos eodem quoque fuisse poetam, tradidit Cicero 3. de Oratore. *Diomedes* in Scholiis ineditis ad *Dionysium Thracem*: ^{cccc} "Ἐστὶ τινὰ ποιήματα, ἃ ἔ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται, ἀλλὰ καὶ μετὰ μέλῃς ἐσκέπτοντο, ἃ καὶ διπλασίονα κάματον παρέχετο τοῖς σκεπτομένοις τὸ μέτρον σπευδάζουσι διασώζειν καὶ τῶν μελῶν ἐπινεῖν τὴν ἔνθεον. Ταῦτ' ἐν ταῖς ποιήματι καλεῖται λυρικά ὡς ἀπὸ λύρας ἐσκεμμένα καὶ μετὰ λύρας ἐπιδεκνύμενα.

[XL. β. MNASEAS Locrus vel Colophonius, scripsit Πάργνια. vid. *Athenaeus* VII. 20. p. 321. v. supra n. XXI. δ. *Bothrys*. Distinguendus est a *Mnasea*, *Patrensi*, auctore carminum Ἑυρωπαϊκῶν ἢ περὶ Ἑυρώπης, περὶ Ἀσίας (*Endoc.* in *Viol.* p. 103.) et peripli v. Schol. ad *Apollon.* Rhod. IV. 264. ad *Nubes* *Aristoph.* v. 397. vbi vid. not. *Harpocrat.* v. Ἰππία Ἀθηναῖ ibique not. p. 109. edit. *Blancard.* *Voff.* de poet. gr. I. cap. 21. p. 134. *Burm.* II. ad *Valesii* Emend. p. 134. *Heyne* *Opuscul.* II. p. 340. *Harl.*]

XL. γ. MOSCHINE Atheniensis, Iamborum Poetria, memorata *Athenaeo* VII. p. 297. [vid. *Olearii* diff. de poetiis graecis, §. 36. in *Hedyla*, *Moschinae* filia.]

XLI. MVSAEVM Thebanum *Thamyrae* et *Philammonis* filium μελῶν et ᾠσμάτων poetam antiquissimum memorat *Suidas* [et *Eudocia*, p. 303.]

XLII. De MYIA vtraque Lyrica Poetria, Spartiatide altera, altera Thespiaca, dixi supra cap. XIII. 2. [vol. I. p. 883.] cum Pythagoricas recenserem. Nunc tantum addo, Thespiacam non diuersam videri a *Corinna*, de qua paulo ante nr. XXIV. [Adde *Olearii* diff. de poetiis gr. §. 48. *Eudociam* p. 303.]

XLVIII. MYRO siue MOERO ^{dddd} Byzantia Homeri Tragici, qui temporibus *Ptolemaei Philadelphi* ^{cccc} claruit, filia, vel potius vt in Σωσίθεος et [P] Ὅμηρος Ἀνδρομάχη a *Suida* [et ab *Eudocia* p. 304.] traditum est, mater, coniux *Andronici philologi*, poetria
R 2 ἑπὶ

^{cccc} Editis a cl. *Villoisio* in *Anecdotis graecis*, tom. II. p. 179. vbi particula sic incipit: Τὰ λυρικά ποιήματα ἔ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται etc. *Harl.*

^{dddd} *Salmasius* de modo vsurarum pag. 42. scripturam *Mura* mendosam, et ex recentiore graeca litteratura ortam censet, littera ὤψιλον et οἱ diphthongo passim confusis. *Harl.*

^{eeee} Antiquior videtur *Myro* Byzantia, cuius simulacrum aeneum *Tatianus* [in orat. ad Graecos, §. 52. p. 114. edit. *Worthi.*] factum tradit a *Cephisodoto* Statuario, [vid. *Pausan.* *Arcad.* cap. 30. etc.] quem Olymp. CII. floruisse constat e *Plinio*. [*Olearius* tamen in *Diff.* de poetiis gr. nr. XLIX. vbi de nostra multus est, dissentit a *Fabricio*. Primum *Homeri* iūius aetatem confert ad *Ptolemaei Philadelphi* acuum, adeoque post Olymp. CXXV. ex quo colligit, omnino *Myronem* nostram esse,

cuius statuum, teste *Tatiano*, fecit *Cephisodotus*, (de quo vide *Franc. Iunii* Catalogum artificum, p. 49. qui rectius scribi putat *Cephisodotum*, more Graecorum, quam *Cephisodorum*.) Tum obseruat, duos existisse *Cephisodotos*, secundum eundem *Plinium* *Hist. Nat.* XXXIV. 19. horum posteriorem Olymp. CXX. floruisse, eiusque aetati praeclare conuenire cum suppeditatis temporum *Myronis* argumentis. Idem *Olearius* non solum *Suidae* locum adfert, sed etiam *Chrysodori* *Epigr.* in *Anthol.* lib. V. ep. 73. vbi *Myro* mater *Homeri* Tragici vocatur, et *Tzetzae* *Hist. Chil.* XII. 211. ac *Scholias* *Hephaestionis* p. 32, 24. cuius verba laudata sunt ab *Allatio* de patria *Homeri* cap. 17. qui alibi docet, inde emendandum esse *Suidam* in *Mura*, et pro Ὅμηρος τραγικῆ θυγάτηρ substituendum μητήρ.] *Epigramma* etiam *Erinnae*, quo *Myronis* virginis cicadam celebrari dixi supra,

ἑπῶν καὶ ἐλεγείων καὶ μελῶν. Heroicis versibus scripserat poema, cui titulus *Μνημοσύνη*, ex quo pauca profert *Athenaeus* lib. XI. p. 490. E. Forte eodem carminis genere etiam composuerat *diras* siue *αἰρέας*, quae laudantur a *Parthenio* cap. 27. erotic. [in *Galei* scriptorib. histor. poeticae., p. 391. Reiskius tamen l. c. id carmen malit Myroni, viro Byzantio tribuere.] *Hymnus* illius in Neptunum memorat *Eustathius* ad *Iliad.* β'. p. 247. [37. conf. *Küster.* ad *Suid.* voc. *Μυρῶ*, tom. II. p. 589 sq.] *Antipater* in Epigrammate:

Τάσδε Θεογλώσσας Ἑλικῶν ἔδρεψε γυναῖκας
 "Τμνοῖς καὶ Μακεδῶν Πιερίας σκόπελος,
 Πηγεῖλλον, Μυρῶ, Ἀνίτης εἶμα etc.

Epigramma *Myrus* occurrit in Anthologia IV. 1. Fragmenta quaedam collecta a *Fulvio Vrsino* p. 42. et 295. [*Olearius* l. m. aliud carmen addidit ex Collectione *Agathii* Holsteniana et Steinhel ex cod. Vffenbach. nr. 414. Reliquias *Myrus* et quae veteres de illa prodiderunt, collegit atque copiose interpretatus est *Io. Christian Wolf.* in Poetiarum octo — fragmentis et elogiis, p. 26 — 37. Tria fragmenta recepit *Brunch.* in Anal. veterum poet. graecor. tom. I. p. 202 sq. *Myrus* tria carmina vna cum poetica versione et notis *Wahl.* in: Magazin für alte, besonders morgenländische und biblische Litteratur. Cassell 1787. part. I. nr. 1. *Harl.*] At *Pausaniam* quidem miror, (f) cui non foeminae, sed viri nomen est, *Μύρων* δὲ *Βυζάντιος ποιήσας ἑπὶ καὶ ἐλεγεία.* p. 721. Boeotic. vbi quaedam ex eo refert de Amphione [vbi vero *Tiraquellus* in XI. legem Connub. in Catalogo feminar. erudit. tom. II. Opp. p. 190. Byzantiam reperit, et *Olear.* l. c. *Pausaniam* corrigit.] *Myro* filia Aristotimi Eleorum tyranni memoratur a *Plutarcho* de virtute mulierum p. 253. De *Myrone* statuaria celeberrimo Eleuthereo fusc agit *Franciscus Iunius* in Artificum catalogo, praeter quem fuit et *Myron* alter (g) Lycius itidem statuarius, discipulus Polycleti. Apud eundem *Pausaniam* in Atticis p. 55. legendum videtur *Λυκίς τῇ Μύρωνος χαλκῆν παῖδας*, non *Λύκων*. Idem in Eliacis posterioribus p. 454. et alibi statuas Myronis celebraus eum vocat Atheniensem. De *Myrone* Priensi scriptore *Μεσσηνιακῶν*, vide, quae ex Athenaeo et *Pausania Vossii* p. 391. de Hist. Graecis. *Myronis* Sicyoniorum Tyranni mentio apud Aristotelem V. 12. Politic. [*Myro* rhetor, apud *Suidam*, et *Rutil. Rufum* de figur. sent. lib. I. cap. 20. p. 66. edit. Ruhnken. et lib. II. cap. 1. p. 73.] Sed et in commentitia Prochori de S. Iohanne narratione inducitur *Myron* quidam, pater

supra, cum de Erinna agerem, aliam antiquiorem huius nominis respicit; siquidem auctor epigrammatis sit Erinna, Sapphonis *ἑταῖρα*, et, vt volunt, aequalis. Vt ab Eusebio *Erinna* refertur ad Olymp. CVI. et *ἑταῖρος* non semper indicat aequalem, vt infra in Isocrate observabo. [*Suidas* in *Erinna*, hanc quidem Sapphus *ἰσόχρονον* esse scribit. At *Henr. Leqn. Schurzleisch* in Notitia Bibliothecae Vinar. p. 263 sq. animaduertit, Sapphum iuniorem potius, non Erichiam, videri illum intellexisse, eiusque opus esse collectanea, aut cedicem eum habuisse deprauatum. Adde supra ad §. de Erinna, et *Reiskium* in Notit. poet. anthologicorum, p. 247. et infra in *Sappho*, num duae fuerint nec

ne?] Fuerunt et plures foeminae, *Myronis* nomine celebres, vt *Myro Rhodia* Philosopha, quam *Suidas* ait scripsisse *χρᾶς γυναικῶν βασιλίδας καὶ μύδας*. [vid. *Menagii* Hist. mulier. philos. segm. 20. et *Wolf.* in Catal. foemin. olim illustrium p. 403. supra ad lib. II. cap. 9. §. VI. fin.] Tum *Myro*, de qua Epigramma vetus, quod explicat *Salmastius* ad *Solinum*, p. 1221.

(f) *Reiskius* l. m. miratur, viros doctos ad *Pausaniae* loc. offendere, et pro poeta Myrone Byzantio, poetriam hanc substitutum, iri, nullo satis certo argumento. *Harl.*

(g) Fuit et Eleuthera vrbs Lyciae, vide *Steph.*

pater trium filiorum Rhetorum. Omitto, quod *Myrto* a Socrate in domum recepta, (vide *Plutarchum* in *Aristide* p. 335. et *Athenaeum* lib. XIII. p. 553 sq.) alicubi per librariorum negligentiam vocatur *Myro*, ut apud Hieron. in *Iovinian.* tom. III. (II.) p. 23. (37. E.) *Socrates Xantippen et Myro septem Aristidis duas habebat uxores* etc.

XLIX. MYRTIS Anthedonia ποιήτρια μελῶν laudatur a *Plutarcho* in quaestionibus graecis tom. II. p. 300. ubi ex illa refert, quare Eunosti herois lucum intrare nefas fuerit, foeminis Tanagraeensibus. De aetate eius inde constat, quod Pindarum et Corinnam, teste Suida, instituit. Vide *Fulvium Ursinum* p. 44. Ex fragmento Corinnae, quod supra nr. XXIV. retuli, adparet, Myrtidem cum Pindaro ingenii certamen iniisse et propterea a Corinna fuisse reprehensam. [P] [conf. *Olearii* diss. de poetriis gr. §. L. (qui §. LI. *Myrtidem* quamdam ex *Tatiani* Or. ad Graecos, segm. 52. p. 114. edit. Worthii addidit,) item *Io. Christ. Wolf.* in poetriarum octo graec. — Fragmentis etc. p. 38 sq.]

L. α. NOSSIS Locrensis, aequalis fuit Rhinthonis Tarentini vel Syracusani, qui clauit circa Olymp. CXVI. Vnicum eius Epigramma ex Anthologiae lib. III. refert *Fulvius Ursinus* p. 55. quod in illum, quem dixi, Rhinthonem est compositum. Aliud legitur apud *Holstenium* et *Berkelium* in notis ad Stephanum Byz. in *Λοκροί.* Hoc ipsum emendatius exhibuit et alia insuper tria antea inedita vulgavit illustravitque Bentleius in Apologia pro diss. de Epistolis Phalaridis Anglice edita p. 355 sq. [Sive ex interpretatione latina Lennepii, p. 198 sq. ubi eius aetatem post Olymp. CVI. adhuc Olymp. CXIV. eius matrem Theuphilem, (Theophilam,) et filiam, Melinnam, ex epigrammatibus adlatis eruit. Quartum publicavit *Küster.* ad Suidam in voc. *Δαυδάλεον.* Haec omnia reperiuntur quoque in Agathiae collectione, e qua praeterea *Olearius* in diss. de poetriis gr. quinque alia promulgavit. Accessit aliud, quod hucusque in Anthol. lib. IV. cap. 5. epigr. 6. *αδελον* habebatur, sed, indice Doruillio, Nossidis est partus. XII. epigrammata illius dedit atque fusa explicata exhibuit *Io. Christ. Wolf.* in octo poet. gr. fragmentis etc. p. 82 — 91. Eadem, sed alio ordine, *Brunch.* in *Analect. vet.* poet. gr. tom. I. p. 194 — 196. coll. tom. III. p. 36 sq. Duas Nossides, alteram *Locridem*, alteram, ut inscriptio in epigrammate 148. carminum Iensianorum, (p. 174. edit. Reiskii in Anthol. gr. Cephalae,) inruit, *Lesbiam*, Rhinthonis forte praedicatricem, fuisse coniicit, speciose probat, et quaedam contra Bentleianas temporis rationes profert, nec vero sibi constat *Reiskius* in Notitia poetarum anthologicorum p. 250 sq.] Meminit huius Nossidis Antipater in Epigrammate de nouem Poetris:

Νοσσίδη θηλύχλασσαν ἰδὲ γλυκευχήν Μύρτην.

[L. β. PANCRAIVS s. PANCRAATES lyricus, Pindari ac Simonidis imitator, et epigrammatum confector, floruit diu ante Meleagrum. conf. *Plutarch.* de Musica, tom. X. Reisk. p. 670. Alius *Pancrater*, poeta, tempore Hadriani imperat. *Athen.* XV. cap. 6. p. 677. E. Tertius, ex Arcadia, auctor fuisse dicitur poematis *Ἔργα Θαλάσσια.* *Athen.* VII. cap. 7. p. 283. et cap. 15. p. 305. vid. *Burret.* in Comm. Soc. reg. Paris. tom. XIII. p. 279 fqq. *Harl.*]

L. γ. PARMENONIS Byzantii *Ἰάμβων* librum primum laudat Stephanus in *Βαδων* et *Φερκίων.*

[L. δ. PERICLITVS, Lesbius, Hipponacte forsan antiquior, iudice Plutareho, loco mox citando. *Gyraldus* in Hist. poet. dial. 9. col. 449. A. edit. Lugd. Bat. cum auctorem

poeseos dithyrambicae, at nullo dato sponfore, fuisse ait. Secundum *Plutarchum* de Musica p. 656. tom. X. edit. Reisk. fuit citharoedus, qui ad extremum fertur Lacedaemone vicisse Carnia. Athenaeum testari, a Pericleto etiam Hymnum in Cererem scriptum esse, adfirmat *Snedorf.* de Hymnis veterum graecorum, p. II. Sed locum Athenaei neque ille indicauit, neque ego potui inuenire. *Harl.*]

LI. α. PHALAECEVM, a quo genus carminis Phalaecium nomen accepit, Gyraldus et Laur. Crassus confundunt cum Philisco siue Philico, qui fuit ex Pleiade Tragicorum. Mentio huius Phalaeci apud Ausonium Epist. 4. aliosque complures grammaticos, praecipue metricos. At scripta eius qui commemoraret neminem reperi, nisi quod Hymnos in Cererem ab eo compositos testatur *Terentianus* p. 2424. et Epigrammata *Athenaeus* X. Dipnosophist. p. 440.

LI. β. PETRONIA *Musa*, cuius epitaphium in Iac. Manilli descriptione villae Borgheiae, p. 47. tom. VIII. Thesauri Ital. part. IV.

[LI. γ. PHILOXENV, Cytherius, luxuriosissimus ille poeta dithyrambicus, de quo *Suidas* in *Κυκλίαν χορῶν*. A *Plutarcho* in libello, an recte dictum sit, latenter esse viuendum, tom. X. p. 635. carpitur ille, qui, vti Gnatho, Siculus, obsoniorum nimia cupiditate impulsus, narium fordes emungere in patinas solitus fuerit, vt, aliis ab edendo deterritis, ipse solus impleretur propositis cibis. Adde *Sympos.* lib. III. vol. VIII. p. 655. infra in Catalogo deperditorum tragicorum lib. II. cap. 19. Scripsit quoque poeina, *δῆπνον*, cuius particulam seruauit *Athenaeus* XIV. cap. 12. p. 642 et 643. eumque ab *Antiphane* commendatum esse, ex carminis particula docet. Adde eumdem *Athen.* IV. p. 146. et *Buretteum* ad *Plutarch.* de Musica in Comm. Acad. Par. Inscr. vol. XIII. p. 200. sqq. qui duce Marm. Pario ponit eius diem natalem in Olymp. LXXXV. 2. a. C. N. 439. mortem vero Olymp. C. 1. a. C. N. 380. anno aetatis 60. et tom. XV. p. 354 sqq. vbi cum primis de loco *Aristophan.* Acharn. v. 553. et de voc. *νῆγλαρος* disputat. Alius *ὁ μελοποιός*, luxuriae inimicus, de quo *Plutarchus* in lib. de vitando aere alieno, p. 305. tom. IX. Reisk. Idem *Plutarch.* de Musica tom. X. p. 682. 685. vbi *Aristophanes* comicus (Nub. v. 332. vbi vide Schol.) dicitur mentionem fecisse *Philoxeni*, qui cantilenas in cyclios choros intulerit. Hic prior esse videtur: Lyricum autem rursus memorat *Plutarch.* de Musica p. 686. eumque tradit in libro I. de Fort. vel virt. Alexandri p. 320. tom. VII. iussu Dionysii in lapicidas fuisse iniectum, quod scriptam a tyranno tragoediam corrigere iussus, ab initio totam vsque ad coronidem deleuisset, aliis aliam causam indicantibus: nisi etiam hoc Plutarchi loco Dithyrambicum intelligere malis. Saepius enim *Philoxeni*, cum helluones tum poetae, confunduntur etiam ab ipsis veteribus, vt docte copioseque ostendit *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. lib. X. cap. 9. et quatuor *Philoxenos*, Cytherium Dithyrambicum, tum Melicum, dein duo helluones, p̄detarum alterum, forsan Leucadii et alterum Eryxidis filium Anaxagorae discipulum, ex *Aristotele*, *Diodoro* Siculo, *Athenaeo* aliisque producit discernitque probabiliter. *Harl.*]

[LI. δ. PHRYNIS, Citharoedus, ad cuius tempora citharoedica musica, Terpandri aetate vsitata, plane simplex perdurauit, auctore *Plutarcho* de Musica tom. X. Opp. p. 655. fuit Mitylenaeus, aut *Istro* auctore *ἐν τοῖς ἐπιγγραφομένοις Μελοποιῶσι* apud *Suidam*, *Lesbius*, *Canopis* filius, *Aristoclidis*, tempore Xerxis regis Persarum clari musici, discipulus. Ab isto

mafcularia

masculam Graecorum musicam mollibus, nimis artificiosis et difficilibus vocis inflexionibus esse corruptam et effeminatam, *Aristophanes* iam notauit in Nubibus v. 967. (vbi vid. quae animaduerti, et quos laudau.) Consule Scholiasten ad locum *Aristophanis* et ex eo *Suidam* in *Φεῦγῖς*, tom. III. p. 636. Plura dabit *Burette* ad *Plutarchi* lib. de Musica in Comment. Acad. Paris. Inscr. tom. X. p. 268 sqq. et tom. XV. p. 346 sqq. *Harl.*]

[LI. ε. POLYIDĒS, dithyrambicus et Tragicus. *Aristot.* de Poet. cap. 16. et 17. Haud diuersus esse videtur a *Polyeido* pictore et Musico Olymp. XCV. 3. apud *Diodor. Sicul.* XIV. 46. p. 679. *Wesseling.* quem vide et infra II. cap. 19. inter tragic. deperdit. *Harl.*]

[LI. ζ. POLYMNESTVS carmina composuit, quae *orthia* dicebantur, teste *Plutarcho* de Musica tom. X. Opp. p. 659. item *nomos*, p. 660. aliaque, quae Polymnestia nominabantur, ibid. p. 653. vbi Colophonius patria, et aetate Terpandro Clonaque, itidem elegiaco epicoque poeta, posterior dicitur, et apud *Suidam* voc. Πολύμνητος ex Schol. ad *Aristoph.* Equit. conf. *Burette* l. m. p. 227. (vbi p. 229. locum *Pausaniae* lib. I. cap. 14. p. 35. de poemate Polymnesti in honorem *Thaletis* indicat, *Vossiumque* refutat.) p. 266. 285 sq. de nomis et orthiis, et *Küster.* ad *Suidae* locum, tom. III. p. 146. *Harl.*]

LII. α. PRATINAE Phliasii quaedam ex *Athenaeo* [XIV. p. 617. et 624. et V. p. 624. F.] retulit H. Stephanus in *Lyricis* p. 394 sq. [in Corpore poet. gr. tragicorum etc. Geneuae 1614. fol. tom. II. p. 134.] De hoc dixi infra cap. XIX. in notitia Tragicorum. *Fabric.* [*Plutarch.* de Musica p. 659. prodit, Pratinam confecisse hyporchemata, et p. 685. tom. X. Reisk. illum iis adnumerat, qui lyrico carmine praesliterunt, conf. *Burette* l. m. p. 281. vbi refutat *Fabricium*, qui infra, cap. XIX. in Notitia tragicorum, *Eusebium* in Chron. meminisse Pratinae, scripsit, quum potius nominare debuisset auctorem, (h. e. *Scaligerum*), *Αναγρ.* Olymp. p. 318. edit. *Eusebii* *Amselod.* qui adserit aetatem Pratinae Olymp. LXXI. reicit quoque *Gyraldum*, qui, deceptus gallica *Pausaniae* lib. II. p. 141. (vbi dicitur Pratinas filius *Aristiae*, poetae satyrici,) versione, narrat in *Histor. poet. dial.* VI. col. 350. B. edit. *Lugd. Bat.* Pratinam in omnibus suis dramatibus satiricis victorem fuisse declaratum: aut *Gyraldum* incidisse in exemplar *Suidae*, vbi in *Πράτινας*, in vltimis verbis καὶ δαμάματα μὲν ἐπεδείξατο. ὧν Σατυρικά λβ. ἐνίκησε δὲ ἁπαξ, verba duo extrema δὲ ἁπαξ omissa aut erasa fuissent. Adde *Burette* ibidem p. 302 sq. vbi quoque de hyporchematibus agit, et *Toup.* ad *Suidam* *Epist. crit.* p. 52 sq. edit. *Lips.* *Harl.*]

[LII. β. PRAXIGORIS poetria a *Tatiano* in orat. contra Graecos §. 52. p. 114. memoratur. vid. *Olearii* *diff.* de poetriis gr. §. LXII. *Harl.*]

LIII. α. PRAXILLA Sicyonia scripsit *Διδυράμβους*, ex quibus *Odam*, cui titulus *Achilles*, laudat *Hephaestion* in *Enchiridio* p. 9. Antiquissima fuisse videtur, siquidem *Praxilles* trimetris vsu *Sapphonom* notat idem *Hephaestio* p. 36. Potuerunt tamen *Praxillea* metra dici, quibus post *Sapphonom* *Praxilla* frequentius vteretur; nam et ab *Eusebio* in Chron. diu post *Sapphonom* *Praxilla* ponitur Olymp. LXXXII. Admirationi fuisse *Praxillam* ἐπὶ τῇ τῶν σκολιῶν ποιήσῃ ait *Athenaeus* lib. XV. p. 694. A. At *σκολιὸν* illud de *Admeto*, ab aliis *Alcaeo* vel *Sapphoni* tributum testatur *Pausanias* in *Lexico* apud *Eustath.* ad *Iliad.* β. p. 217. [et *Eudocia* p. 20 sq. vbi initium adfertur.] Ex *Praxillae* παρόιους petitum ait *Scholias* *Aristoph.* ad *Σφῆμας* v. 1232. [*Praxillam* versibus prodidisse, *Europae* filium fuisse *Carneum*, scribit

scribit *Pausan.* III. cap. 13. p. 236. nec non Schol. *Theocr.* ad *Idyll.* V. 83.] Sed et huius *Praxillae*, inquit *Gyraldus*, nunc etiam carmen legitur ad *Calain* puerum de amoris mutatione. E *Gyraldo* [dial. III. de poetar. histor. tom. II. Opp. p. 168. E.] *Tiraquellus* ad leg. connubial. p. 303. [f. Opp. tom. II. p. 191. E.] *Praxilla* — cuius etiam nunc exstat carmen ad *Calain* puerum de amoris mutatione. *Laur. Crassus* de *Poetis Graecis* p. 432. De *suoi Ditirambi* vā celebrato quello a *Calai Fanciullo della Mutazion d' Amore*. *Vossius* de poet. gr. cap. V. fin. *Supereſt eius carmen ad puerum Calain*. *Lud. Morery* ^{hhhhh}) in *Lexico*: nous avons encore des vers, qu'elle envoya a un ieune homme nomme *Calais*. Hoc non occurrit apud *Fulvium Vrsinum*, qui pauca quaedam *Praxillae* colligit p. 53. [P] et 296. Neque alibi hoc potui reperire, non magis, quam quod *Tan. Faber* eam adfirmat composuisse hymnos, et a Graecis recentioribus adpellari *Basilicam*. *Μελοποιός* dicitur a *Polemone* ⁱⁱⁱⁱ) apud *Zenobium* IV. 21. prouerb. pro quo male in explicatione prouerbii Vaticana apud A. Schottum *γελοποιός*. Male etiam in prouerbiis e *Suida* VII. 47. *Ἡλιδιώτερος τῆ Πραξιλλῆς Ἀδωνίδος* idem praestantissimus Schottus vertit: *Stupidior Praxillis Adonidos*, pro *Praxillae Adonide*. [Adde Schol. ad *Aristoph.* *Equit.* v. 1121. et *Küſter.* ad *Suidam* voc. *Πραξιλλῆς*, tom. III. p. 168.] Neque *Apoſtolii* interpres probandus IX. 81. prou. qui bis habet *Praxeller*; magis vero peccauit ipse *Apoſtolius*, cui *Ἀδωνίς Πραξιλλῆς* est *Praxillae* filius, cum intelligatur poema eius de *Adonide*. *Fabric.* [Fragmenta *Praxillae* sunt collecta in: *Wahl* Magazin für alte, besonders morgenländische und biblische Litteratur. Cassellis. 1789. 8. part. II. n. 4. b. *Hartl.*]

- [LIII. β. PRONOMVS Thebanus, primus pro varietate tibiārum modos distinxit. *Athenaeus* XIV. 7. p. 631. E. *Aristoph.* in *Ecclef.* v. 102. eius prolixam barbā ridet, vbi vid. Scholiast. quem exſcripsit *Suidas* in: *Πρόνομος*. *Μέλη* tamen eius in certaminibus mūſicis *Messenicis* fuisse cantata, narrat *Pausan.* *Messen.* f. lib. IV. cap. 27. p. 345. fin. *Hartl.*]

LIII. γ. PYTHERMON Auctor *Σκολιῶν* carminis, cuius initium habes in appendice prouerbiorum Vaticana Centur. 3. prouerbio 14.

LIII. δ. SACADAS Argiūus, *ποιητὴς πολλῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων*. Vi-
de *Plutarchum* de *Musica* p. 1134. [f. tom. X. Opp. 638. 659. Reisk.] *Fabric.* [Adde supra II. cap. XV. inter scripta *Pindari* deperdita, in voc. *ῥυμοί*. *Sacadam* primum *Delphis Pythicum* tibiis cecinisse cantum, tradit locumque monumenti, in honorem illius positi, indicat *Pausan.* in *Corinthiac.* siue lib. II. p. 162. Adde libr. VI. cap. 14. p. 487. et libr. X. cap. 7. p. 813. et 814. de victoria praemiisque in certaminibus mūſicis, reportatis: ex loc. cit. p. 813. adparet, *Sacadam* floruisse et vicisse tibiārum cantu *Olymp.* XXXXVIII. 3. Idem libr. IV. pag. 345. fin. prodit, *Sacadas* et *Pronomi μέλη* in mūſicis certaminibus *Messen.* fuisse vsurpata. Adde

hhhhh) Compara *Wolf.* ad *Olearii* diff. de poet. graecis, §. LXIII. vbi de *Praxilla* differit, p. 180. ad *Octo* poetiarum gr. fragmenta in quibus pag. 76 — 81. *Praxillae* reliquiae et veterum de illa testimonia repetita sunt fuseque illustrata. *Hartl.*

iiii) Item in selectis historicis, ex cod. CLXXVII. in *Montfaucon* *Biblioth. Coislin.* part. III. p. 609.

in quo fragmento versus illi ex *hymno* *Praxillae* adducuntur, propter quos prouerbium *stupidior Praxillae Adonide* ortum est. *Adonis* enim inducitur, interrogatus ab inferis, quod pulcerrimum reliquerit in terris, respondisse, se reliquisse primum pulcerrimum solis lumen, secundo splendidae stellas, lunaeque speciem, tum speciosos cucumeres et poma piraque. *Hartl.*

Adde *Burette* in *Comn. ent. Soc. Reg. Paris. Inscript. tom. X. p. 217. Corfni Fast. Attic. tom. III. p. 3. vbi Meursius, qui in Athenaeo lib. XIII. Sacadam pro Acato emendaturus erat, refutatur. Harl.]*

LIV. α. SAPPHO ^{αααα}) Scamandronymy filia, Lesbica Mytilenensis, aequalis Alcae fuit, ut patet vel ex *Aristotelis* i. Rhetor. cap. IX. [*Strabone* lib. XIII. p. 617 s. p. 917. *Almeioui. Polluce*, *Onomast. lib. IX. p. 954. edit. Hemsterh.*] et ex Sapphonis loco apud *Demetrium* ^{ααα}) de elocutione §. 145. vbi Alcaeum celebrat. ^{αααααααααα}) Foeminas illi familiares has refert

kkkkk) Alia nomina mulierum in *O.* desinentia vide in *Reinesii* Epist. ad Hoffmannum pag. 392. Addantur Pampho, Cotytto, Gello, Pyriño, Gorgo, Lichno, in *Reinesii* Inscription. *Fabric.* Quod de Sapphus actate, patria, cum primis num duae fuerint, nec ne? controuersia orta est, quosdam maioris minorisue molis libros, in quibus vita poetriae vberius exposita, aut res controuersae examini sunt subiectae, in limine statim excitabo, quod et auctores illorum librorum otium fecerunt mihi, nec opus erit, ut integros librorum titulos crebrius repetam. *Ger. Io. Vossius* de poet. graec. cap. 3. *Annae Dacieriae* et *Longopetraei* vita Sapphus, gallice, fragmentis eius praefixa. *Tanaquil Faber* in vita poetarum Graecorum tom. X. pag. 755. Gronouii *Antiq. gr. Bayle* in *Dict. ion. vol. IV. pag. 139* sqq. edit. 1740. et germanice vers. in: *Pet. Bayle Historisch-Kritisches Wörterbuch für Dichterfreunde*, (Lubeck. 1780. 8.) pag. 406 sqq. *Olearius* in *diff. de poetis gr. §. LXV. Io. Christ. Wolf* Sapphus vita praefixa illius editioni. Eiusdem vita, auctore *Samuele Frider. Gunthero Wahl*, praemissa versionis germanicae carminum Anacreontis Sapphusque. Erfurt 1783. 8. In *Biographia classica*, ex lingua Anglica in germanicam a *Samuele Mursinna* translata, part. I. Halae Saxon. 1767. 8. pag. 51 sqq. *Io. Christoph. Cramer* de patria Sapphus, commentat. Ienae sine anni nota. 4. qui, postquam variorum tam veterum quam recentiorum narrationes de patria Sapphus atque opiniones recensuerat, *Olearii* subscribit iudicio, vnam, cum Mitylenacam, tum Eresiam fuisse Sapphonem, vnam personam; sed Eresi forte natam, Mitylenis adultam, ideoque a posteris modo Eresiam, modo Mitylenensem dictam esse suspicatur p. XI. *Eiusdem* diatribe chronologico-critica de *αρχαίωνων* Sapphus et Anacreontis. Ienae 1755. 4. ut mittam *Iosephum Barberium* de miseria poetarum graec. tom. X. p. 847. *Thef. Antiq. gr. Gronouiani*, et in tom. IV. *Vbbonis Emmii* de Graecia vet. lib. VII. p. 167. ac *Io. Laurenberg.* in *Graecia antiqua* p. 61. *De Larrey* in *Historia septem*

Vol. II.

sapientum, gallice edita, tom. I. p. 159. *Adr. Baillet* in *Iudiciis de praecipuis operibus auctorum* tom. III. p. 104. edit. Amst. 1725. 4. etc. Adde *Wolf.* in *vita Sapphus* p. 32. *Harl.* Etiam *Io. Ge. Iacobi* scripsit vitam Sapph. vernacula lingua, *Iridis* vol. II. part. II. p. 81 sq. conf. *Karschia* Epp. ad *Iacobium*, *Iridis* vol. IV. part. I. p. 35sq. Quo loco etiam *Heinsii* germ. versio od. Sapph. habetur. *Beck.* ^{lllll}) *Cramer* vero in *Synchronismo* Sapphus etc. p. 4. et p. 5. ostendere conatur, ex locis *Aristotelis* ac *Demetrii*, a *Fabricio* laudatis, non sequi, fuisse Sapphus aequalem. *Harl.*

^{nmmmm}) Sapphus Alcae fuisse aequalem, plures consentiunt cum *Fabricio*. *Suidas* in *Σαφφῶ* vindicat illam, uti *Alcaeum*, *Stesichorum* et *Pittacum*, *Olympiadi* XLII. At rectius *Corfinus* in *Fast. Attic. tom. III. p. 67.* actatem illius assignat *Olymp. XLIV. 1. Period. Iul. 4110. V. C. 150.* pariter *Saxius* in *Onomast. I. p. 17.* qui praeter ea componit cum *Simsone* in *Chron. A. M. 3401. ante Ch. N. 602. V. C. 150.* Secundum *Hambergerum* in: *Zuverlässigen Nachricht. tom. I. p. 93.* *Koeleri* rationes sequutum, floruit Sappho A. M. 3385. ante Ch. N. 599. Fugam Sapphus Mitylena in *Siciliam* collocat *Corfinus* l. m. p. 70. in *Olymp. XLVI. 4. Period. Iul. 4118. V. C. 158.* fide marmoris *Oxon. Epoch. 37. lin. 51.* vbi *Prideaux* oblitteratos annorum characteres ita restituit, ut a. 330. in marmore rescribi deberet, quia *Eusebius* Sapphonem duodecimo *Alyattis* anno floruisse dixerit: sed *Corfinus* iudicat, in marmore non 330. sed 332. scribendum esse. In *Chron. Eusebiana. Hieron.* (vbi vid. *Vallarii* notam h. col. 461.) refertur eius et Alcae actas ad *Olymp. XLV. conf. Schurzfleisch.* *Notitiam Bibl. Vinar. p. 249* sq. qui duas Sapphus Eresiam et Mitylenacam discernendas esse putat: vti plures, v. c. *Heinsius* ad *Ouid. Her. XV. 17. tom. I. p. 198.* edit. *Burm.* et nuper *Wahl* in *vita Sapphus* pag. 2 sqq. *Annae Dacieriae* sententiam argumentaque sequutus, iam opinati sunt. Vide *Kühn.* et *Perizon.* ad *Ael. V. H. libr. XII. cap. 19.* sed dissentiunt *Bayle* in *Dict. noster Fabricius* paullo post, et *Wolf.*

S

refert *Maximus Tyrius* diff. VIII. [diff. XXIV. p. 297. edit. II. Davisti, cuius notam p. 592. conferes,] *Gyrimnam*, *Atthidem*, *Anaſtoriam* ⁿⁿⁿⁿ, *Gorgonem*, *Andromedam*. Ibidem amores Sapphonis cum Socraticis amoribus contendit, eosque non minus atque Anacreontis honestos fuisse ac pudicos disputat, ut Archilochum contra ὕβρις. Suidas praeter Atthidem amicas Sapphus nominat Telefillam, Megarâmque, (quibus ex Ouidio addi possunt *Cydo*, *Muais*, et *Pyrino*;) discipulas *Anagoram* Mileſiam, *Gongylam* Colophoniam et *Eunicam* Salaminiam. *Damophilam* praeterea, *Pamphyliam*, quae cum Sapphone versata sit, et ἑρωτικά, tum hymnos in Dianam Pergaeam aliaque poemata eius exemplo composuerit, et virgines discipulas habuerit perinde, ut Sappho, celebrat *Philoſtratus* I. 30. de vita Apollonii, [p. 37. edit. Olcarii, quem ad h. l. et in diff. de poet. gr. §. 22. confules.] *Gellonis* quoque Lesbiae virginis meminuit Sappho apud *Zenobium* III. 3. prou. In *Doricham* vero, quae *Charaxi* ^{oooo}, (fratris Sapphonis,) amore capta non optima fide cum eo egerat, inuenta est teste *Athenaeo* lib. XIII. p. 556. Meminit illius Dorichae etiam *Strabo* lib. XVII. [p. 808 l. p. 1161 sq. edit. Almel.] et Suidas in Ῥοδάπιδος ἀνάθημα, *Herodoto* enim II. 135. eadem Doricha vocatur Ῥοδάπης, licet *Athenaeo* obseruante Rhodopis siue Rhodope illa, de qua Herodotus, longe diuersa fuerit a Doricha Sapphonis. [Wesseling. vero ad loc. Herodoti p. 168. contra Athenaeum animadvertit, illum ex Strabone nosse debuisse, non Doriches tantum, sed et Rhodopidis cognomine mere-

Wolf. in vita Sapph. p. 2. qui p. 3. sqq. rationes annorum colligit, et ex marmore Oxon. efficit, Alcaeam annis multum praestitisse Sapphoni, si huius versus duo apud *Stobaeum* serm. LXIX. p. 429. 19. et in *Neandri* Aristol. Pindar. p. 429. n. XXX. p. 60. in edit. Wolfii ad illum, quem se repudiat seniore, pertineant. Contra *Cramer.* in Synchron. p. XVIII. illos Sapphus versus in Anacreontem melius cadere, adfirmat, tribus argumentis fultus. At inquisitio, num Sappho Anacreontem habuerit aequalem atque amatorem, magis exercuit diligentiam ingeniumque virorum doctorum. Iam Hermesianax apud *Athenaeum* XIII. p. 598. C. (et ad calcem Epist. II. criticae Ruhnkenii, v. 57 sqq. p. 293.) Sapphum Anacreontis aequalem et ab hoc amatam esse canit. Idem p. 599. C. D. quosdam versus adfert, quos *Chamaeleon* in libro de Sapphone secundum quosdam tradit, ab Anacreonte in illam compositos esse, subiecta Sapphus responsione. Enimuero Athenaeus iudicat, Hermesianactem in iis falli, et per lusum de Anacreontis amore id scripsisse, et *Diphilum* in fabula *Sapphus* amatores eius Archilochum et Hipponeactem Anacreontis aequales finxisse. Athenaei sententiae subscribunt Bailius, et Wolfius, qui tamen in vita Sapphus p. III. et postea *Cramer* in Synchronismo p. X. multorum veterum testimonia excitant, quibus Sapphum et Anacreontem coniunctos fuisse narratur: praecipue *Cramer* *Horatium* III. Odar. IX. v. 9. 10. 11. testem adhibet sensum-

que versusum vberius explanat. Coniunctam igitur utriusque amorum narrationem studiose defendit *Barneſius* in vita Anacreontis p. XXVIII. et vberius id fecit *Cramer.* in Synchronismo etc. pag. X sqq. argumentis Bailii ac Wolfii atque Athenaei examinatis et debilitatis fideque Hermesianactis stabilita et corroborata: qui denique has rationes acute demonstratas subducit, et in tabula quadam sic comparat: *Anacreon* nat. Olymp. circ. XXXVI. 2. A. M. 3331. l. 3332. *Sappho* nata Olymp. XXXX. 1. A. M. 3349. cum *Alcaeo* clara habetur Olymp. XXXXIII. 2. *Anacreon* Olymp. XXXXV. aut sequenti Sapphus amorem ambit versibusque celebrat: *Sappho* vero Olymp. XXXXVIII. 2. aut sq. A. M. 3378. Phaonem deperit, cum eoque rem turpem habet, et Olymp. L. 3. A. M. 3387. digressum ab ipsa Phaonem in Siciliam persequitur et Olymp. LI. 4. A. M. 3392. ab hoc illius vitam saltu terminat. Olymp. LIII. 2. Aescopus floret. Olymp. LIII. 4. Croesus Lydorum rex ultimus. Anacreon Olymp. LV. et LVI. insignem gloriam suis carminibus et Polycratem sibi conciliat, atque Olymp. LVII. 4. A. M. 3416. moritur. Hippomax vero circ. Olymp. LX. 1. A. M. 3425. clarus est. His rationibus subductis Sapphum Anacreontis aequalem fuisse demonstrauit fidemque Hermesianactis ab Athenaei aliorumque suspicione vindicat. *Harl.*

nnnn) Conf. *Ouid.* Her. XV. 17. ibique *Heinſ Harl.*

oooo) Vid. Suidam in Ῥοδάπης. *Harl.*

meretriculam fuisse celebrem.] Reliqui duo fratres huius Poetriae, *Larichus* fuere et *Eurygius*; *Cercolas* autem maritus, et *Κλεῖς* siue *Cleis* ^{ppppp}) filia. Ille vero, [P] cuius amore exarsit, fuit *Pampho* ^{ppppp}), ex cuius *ἔπει* nonnulla didicisse Sapphonem testatur *Pausanias* Boeotic. lib. IX. cap. 29. p. 767. Falluntur enim meo iudicio, qui Sapphonem poetriam, a Lesbia Phaonis amasia, diuersam faciunt, vt *Apostolius* XX. 14. prouerb. et ante eum *Aelianus* XII. 19. Var. [aliique, in primis Anna Fabri et Wahl, ad depellendam a nomine poetriae amorum, flagitiorum ac libidinis nefandae ignominiam.] Menandri versus de Sapphone ob Phaonis amores in Leucadem se praecipitante seruauit *Strabo* X. p. 452. [de quo loco vide Wolf. in vita Sapphus p. 23 sqq.] Ipsa quidem Sappho κατ' ἐξοχὴν dicta est Poetria teste *Gallus* in lib. quod animi mores temperamentum corporis sequantur. [Ab *Ansonio* Epigr. 32. p. 27. edit. Tollii, vbi vid. interpretes, vocatur:

Lesbia Pieriis Sappho soror addita Musis,

Ἐμ' ἐνάτη Λυρικῶν, Ἀοιδῶν δέκατη.

sed plurium veterum honores laudesque Sapphus collegit atque enumerauit *Wolfius* in vita illius p. 25 sqq. ibi quoque et passim in elogiis commemorantur Comici, qui in fabulis integris, sub *Sapphus* nomine editis, eius memoriam et carmina celebrarunt, e. g. Antiphanes Rhodius, Diphilus Sinopenfis, Ehippus Atheniensis, et Timocles Atheniensis: ibidem p. 18 sq. agitur de eius inuentis et carminibus.] *Plutarchus* de Musica p. 1136. Ἀριστόξενος δὲ φησιν Σαπφῶ πρώτῃν εὐερασθαι τὴν μίξολυδιστὶ ἀρμονίαν, παρ' ἧς τὰς τετραγώνους μαθεῖν. Scripta Sapphonis haec apud veteres memorantur:

1) Μελῶν Λυρικῶν libri IX. Suid. Maximam partem de amoribus fuere, vnde *ἔρωτικὰ μέλη* vocant *Plutarchus*, *Athenaeus*, *Dio Chrysost.* Orat. 2. de regno. [Librum I. citat *Apollonius* Dyscolus. vid. Wolf. edit. Sapphus p. 164. nr. 213.] Librum secundum et tertium laudat *Hephaest.* in *Enchirid.* p. 23, 24. et 34. quintum *Pollux*, VII. 16. segm. 73. *Athenaeus* IX. p. 420. et *Atilius Fortunatus* p. 2674. inter *Putschii* *Grammat.* septimum idem *Hephaestio*, p. 34. 20. [Octauum, *Photius* in *Bibl. cod.* CLXI. pag. 176. *Hoefschelii.*] Odarum Sapphonis quarundam argumenta refert et ad legendum, quam ad decantandum, aptiores fuisse notat *Demetrius* libro de elocutione §. 167. [vid. Wolf. edit. p. 90. ibique not.] Inter illas fuere etiam ὠδαὶ ἐπιθαλάμιοι, vt ex *Demetrio* *Rhetore*, *Dionysio* *Halicarnass.* *Hephaestione* constat et *Seruo* [in I. Georg. v. 31. vide Wolf. vitam pag. 18.] Sed et *Catulli* *Epithalamium* de *Hespero*, et alterum *Thetidis* et *Pelei* ex Sapphone expressum suspicatur *Is. Wolf.* p. 189. ad *Catull.* Alia duo illustria Sapphonis carmina recensita et emendata videre licet

S 2

in

ppppp) Sappho ipsa apud *Hephaestion.* pag. 55. *Enchirid.*

Ἔσι μοι καλὰ παῖς χρονοῖσιν ἀνδράμοισιν

Ἐμφερῆ ἔχουσα μορφὴν ΚΛΕΪΣ ἀγαπήν.

Fabric. adde *Wolfii* vitam Sapph. pagg. 7. et 8. *Harl.*

qqqqq) *Fabricius* memoriae errorem admisisse videtur et scribere debuit *Phaon*, cuius amore exarserat Sapphus. *Pamphus* enim fuit poeta au-

tiquissimus. vid. supra lib. I. cap. 24. 1. p. 206. Atqui *Pausanias*, ad quem prouocat *Fabric.* ipse scripserat, *Pamphum* Atheniensibus hymnos fecisse antiquissimos, et, increbrescente ob *Lini* mortem luctu, dixisse *Oetolinum*: *Sapphum* autem Lesbiam, sumto e *Pamphi* versibus *Oetolini* nomine, (τὴ Οἰτολίνα τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπὶ τῶν Πάμφου μαθεῖται,) *Adonim* simul et *Oetolinum* decantasse: ideo posthaec correxi statim *Fabricii* errorem, bis repetitum. *Harl.*

in notis eiusdem *Vossii* ad Catull. p. 113 sq. *rrrrr*) *Iacobi Tollii* ad Longin. p. 76 sq. *Zachar. Pearce* pag. 103. Emendatt. ad Longinum et n. p. 39. [*Toup.* ad Longin. p. 300 sqq.] et in *Dionysio Halicarnasseo* editionis praestantissimae Hudsonianae tom. II. p. 47. et 350. 351. Sunt et nonnulla Sapphonis ab Horatio in Odis pulcre transcripta et imitatione expressa, ut ab *Vrsino* et eruditiss. Poetae *Venusini* interpretibus animaduersum.

2) Ἐλεγεῖα. Suid. Ex his forte est, quam latino carmine ad Phaonem expressit Ovidius in Epistolis Heroidum. Eam recensitam habes in Fulvii *Vrsini* Lyricis p. 29. Consulendus et *Bachetus Meziriacus* in erudito ad Epistolas Ovidii Commentario, Gallice edito, tom. I. p. 327. ubi illustrat aenigma Sapphus de epistola, apud *Athen.* X. p. 450. et *Vrsinus* libri laudati pag. 289. [*Palaephatus* quidem de Incred. cap. 49. testatur, in Phaonis amorem Sapphum saepe cecinisse.]

3) Ὕμνοι. Menander Rhetor [de Encomiis sect. I. cap. 2. p. 30. edit. Heeren.] et *Julianus* Epist. 30. ad Alypium. conf. *Bourdelot.* ad *Heliodor.* p. 106. [Quos quidem, uti quoque Hymnum in Dionysium in *Himerii* Allocutione ad *Julianum*, (vid. supra inter Pindari scripta deperdita, voc. Ὕμνοι) ad libros IX. lyricorum carminum pertinuisse credo.] Hymnus in Venerem apud *Dionysium Halicarnass.* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. [P]

4) Μονωδία. Suid. *Fabric.* [in quibus, ait *Wolf.* in vita Sapph. pag. 21. nostra forte *Adonim* simul et *Oetolinum* decantavit. *Harl.*]

5) Ἐπὶ γράμματα. Suid. Ex his bina supersunt in Anthologia, et vnum quidem in *Timadem*, quae innupta decesserat. *Fabric.* Alterum est in *Pelagonis* piscatoris nr. 65. et 66. eum notis variorum in edit. *Wolfii*, qui in vita Sapphus p. 20. addidit tertium (cum not. *Pauw.* in fragm. *Anacreontis*, nr. XCVI. pag. 309.) quod Sapphoni ambigue adscriptum ex Anthologia inedita *Bentleius* vulgavit et emendavit in fragm. *Callimachi* nr. 417. pag. 417. et post illum *D' Orville* (cuius emendationes optimas sequutus est *Brunck* in *Analectis* etc. reiectis *Bentleianis* *Reiskianisque*.) in *Vanno critica* pag. 193. et *Reiske* in *Anthol. gr.* *Cephalae* nr. 515. p. 52. et p. 87 sqq. notar. qui p. 91. nr. 609. dedit et p. 146 sq. not. explicuit *Dioscoridis* epigramma in Sapphum. *Harl.*

6) Ἰαμβοί. Suid. *Fabric.* [*Eudocia* eorum non meminit in *Violar.* p. 383. atque nescio, an pars tantum fuerint hymnorum. *Julianus* quidem ep. 30. ad Alypium p. 403. edit. *Lips.* et in *Wolfii* editione Sapphus p. 106. nr. 111. laudat Alypii iambos, quos tales esse ait, quales pulchra Sappho solet hymnis suis intexere.]

7) Σκόλιον de Admeto, quod alios *Alcaeο*, alios *Sapphoni*, alios *Praxillae* adscribere testatur *Pausanias* in Lexico Attico apud *Eustathium* ad *Iliad.* β'. p. 247, 20. qui illius initium servavit; et ex eo *Eudocia* p. 20 sq. vid. supra, *Praxilla*. Fragmentum Sapphoni tributum a *Wolfio*, et quod legitur apud *Plutarch.* Oper. Moral. p. 456. E. *Pindaro* adserit *Schneider* in

rrrrr) Conferre praeterea iuenerit notas [*Hudsoni*, *Schurzfeischii*, *Mori* et] eruditissimi *Boinnii* ad Longinum p. 263 sq. qui e MS. antiquissimo Longini quod exstat in Bibliotheca Regis Christianissimi quaedam Sapphonis loca non infeliciter restituit. [Omnium notas ad plura Sapphus carmina,

quae multis *Anacreontis* editionibus adhaerent, collegit *Wolfius* in editione sua; et confer de aliorum conaminibus et periculis criticis notam *Wolfii* pag. 4. et pag. 27 sqq.] Respicit et locum Sapphonis *Lucianus* in amoribus tom. I. p. 905. cui p. 395. celebratur τὸ μελαγχρόν ὑψήμα Λαοβίου Σαπφῶ.

in Fragm. carm. Pindar. p. 67. Aliud fragmentum Schol. *Pindari* ad Pyth. 4, 408. refert ad Sapphonem, quod *Plutarchus* apud *Proclum* ad Hesiodum pag. 103. a. adsignat Pindaro, cuius auctoritatem praefert Scholiaſtis fidei *Schneider* eod. loco p. 93 sq. nr. CXVII. *Brunch* id ad mentem *Toupii* ad Suidam II. 161. emendatum reposuit inter fragmenta Sapphus ultimo loco: contra *Valskenarius* Animadu. ad Ammon. p. 102. mutationem Scaligeri probarat, et pro Sapphico habuerat. *Harkl.*

8) Versus ad Anacreontem, quos ex Chamaeleonte ἐν τῷ περὶ Σαπφῶς refert Athenaeus lib. XIII. p. 599. non dubitat, Sapphoni esse suppositos ab Hermesianacte.

Exiguæ quaedam carminum Sapphonis reliquiae, aliquoties lucem viderunt cum Anacreonte, vt supra, cum de hoc agerem, notare me memini. Diligentius Fragmenta eius collegit *Fulvius Vrsinus* p. 7 — 36. et 281 — 295. quamquam video eius industriae tum in hac tum in reliquis Lyricis nonnulla accedere posse. [Repetiit et auxit tum variis novis atque veterum testimoniis, tum omnium, quotquot reperiri potuerunt, interpretationibus crebro laudatus *Io. Christ. Wolf* in plenissima editione:

Sapphus poëtriae Lesbiae fragmenta et elogia, quotquot in auctoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum doctorum notis integris, cura et studio Io. Christiani Wolfii, in Gymnasio Hamburgensi prof. publici, qui vitam Sapphonis et indices adiecit. Hamburg. apud Abraham. Vandenhoock. 1733. 4.

In fine praefationis memorat praeter ornamenta, quae a Steinheilio, D'Orvillio, Vffenbachio, et la Croze acceperat, *Io. Gothofr. Cyrilli* siue *Herrichen* imitationem gr., *Sapphum Christianam*, quae in illius poematibus graecis et latinis pag. 78. legitur et argumentum pericoparum euangelicarum carmine Sapphico exhibet; tum *Sapphus Lesbiae* ad Phaonem Siculum, dilectum suum, Epistolam mstam, carmine latino haud ineleganti, in tom. III. Catalogi Vffenbachiani cod. LXXV. nr. 14. pag. 547. excitatam, quamquam codicem videre non potuerit, Ouidii Epistol. XV. Heroidum esse existimat; denique dissertatiunculam, quae eodem anno 1733. Londini prodiiit, inscriptam: *Advice to Sappho*, occasioned by her verses on the imitator of the first Satyre of the second book of Horace, by a Gentlewoman, quae praeter Sapphus nomen nihil ad eius res pertinens continere videatur. — Tum *Brunch* in Analectis poet. graec. tom. I. p. 54 sqq. dedit correctâ XII. carmina et fragmenta Sapphus, paucisque notis explicuit criticis tom. III. p. 8 sq. — Duas odas recepi in Anthologiam gr. poeticam et explicui, atque de suauitate, vi, naturali pulcritudine, nec non venustate ac gratia, quae ex contextu vinculisque orationis atque compositionis lenitate, quae nostra aetate vix sentiri potest, ex Dionysio Halicarn. ac Longino iam disserui in Introd. in Hist. L. Gr. pag. 56. — In alias linguas odæ praecipue longiores II. vna cum Anacreonte, (quem vide) crebro sunt translatae. De germanicis vide *Schummels* Uebersetzer-Biblioth. pag. 19 sq. et 349. quibus addatur versio carminis *Φαίρεται μοι* etc. eodem metro et pari syllabarum numero a Comite *Christiano de Stollberg* confecta in: Deutschen Museum m. Januar. an. 1786. alia in Ephem. nouis Lipsiens. an. 1780. scida 97. p. 792. adde Wolfii notas ad Sapphus carmina, not. 45. p. 37. — *Latinas et gallicam* Boilauui recudi fecit Wolfius in sua editione. — Inter *anglicas* notanda est: *Sapphus* odæ, fragmenta (VI.), Epigrammata duo, gr. cum versione anglicana et notis et vita Sapphonis; to the works of Anacreon, by Mr. *Addison*. Londin. 1735. 8. — Apud *Pattonum* in Biblioteca degli Autori ant. gr. e lat. vulgarizzati, tom. IV.

tom. IV. p. 6. memoratur *Discorso di Francesco Anguilla, sopra quell' Oda di Saffo, che comincia, Parmi quell' uomo etc.* Ven. 1572. 4. Harl.] *Callias* Lesbios olim vt *Alcaei*, ita *Sapphonis* quoque poemata commentario illustrauerat, teste *Strabone*, [lib. XIII. pag. 618. *Dracon*, *Stratonicensis*, grammaticus, de *Sapphus* versibus librum scripsit. vid. *Suidas* in *Δράκων*, et *Eudoc.* p. 133.] Varii quoque *Comici* *Sapphonis* nomine dramata ediderunt, vt *Antiphanes*, [de cuius dramate et grypho ex illo vid. *Casaub.* ad *Athen.* X. cap. 19. p. 760. et *Eustath.* ad *Iliad.* é. p. 459, 29.] *Diphilus*, *Ephippus*, [*Timocles* ἐν Σαπφῶι. vid. *Athen.* VIII. p. 339.] de quibus infra in notitia *Comicorum*. Non in flore aetatis decessisse, sed senium attigisse, ipsa testis est apud *Stobaeum* ferm. LXIX. εἰ γὰρ τλάσσω ἐγὼ συνομεῖν ἕσα γεραί-
τῆρα. *Mitylenaeis* tanti post mortem visa est *Sappho*, vt eius vultu numos suos signarent teste *Polluce* IX. 6. 437. qualem numum exhibet *Vrsinus* pag. 2. fragmentor. et in elogiis *Viro-
rum illustrium* p. 38. alium *Sponius* p. 130. Misc. eruditae antiquitatis: alios praeterea binos *Hemsterhufius* p. 1064. ad *Pollucem*. Idem factum ab aliis *Lesbi* ciuitatibus, vt ab *Antissenis*. vid. *Christi. Sigism. Liebe* *Gotham* numariam, pag. 162. [*Wolf.* ad *Olearii* *Disp.* de poet. gr. p. 184. numum aeneum commemorat, in cuius auersa *Sappho sedens* cum epigraphe ΛΕΣΒΙΩΝ ΣΑΠΦΩ. Statuas, gemmam et sex nummos aeri incisos repetiit *Wolf.* in fronte edit. *Sapphus* et illustrauit in vita illius p. 26 sqq.] Sed et *Altaeum* in numo *Mitylenaeorum* obseruat *Holstenius* ad *Steph.* p. 216. Confer *Harduinum* in numis urbium illustratis. De *Sapphonis* statua ^{ssss)} aerea a *Silanione* artifice fabricata meminit praeter *Tatianum* *Cicero* IV. 57. in *Verrem*. Sunt, vt dixi, qui etiam alteram volunt fuisse *Sappho-
nem* *Lesbiam*, meretricem, non poetriam, vt ait *Alcianus* XII. 19. Var. Sed et huic poemata *Lyrica* a quibusdam tribui, *Suidas*, non accuratissimus in distinguendis scriptoribus auctor, retulit. Confer, si placet, quae in hanc rem elegans et eruditus scriptor *Baelius* in *Lexico*, vbi de *Sapphone*. De *Sapphus* *Poetriae* et *Phaonis* amoribus consulendae notae *historicae* *Humfredi Prideaux* ad *Chronicon* *Marmoreum* *Arundelian.* p. 200. 201. *Sapphus* icon in tomo II. *Thesauri* *Antiqu.* *Graecar.* *Gronouiani* tabula 34. e schedis *Pirrii* *Ligorii*, vbi, quod mireris, *Eresia* adpellatur. *Sappho* vetere icone expressa in *Journ. des Scav.* II. p. 695. an. 1716.

LIV. β. SCYTHINVS Tēius, Iamborum Poeta, cuius mentio est apud *Stephanum* *Byz.* in *Tēws*.

LV. SIMONIDIS Iulitae Cei, Ceo, insula Aegaei maris, Cycladum vna, et quidem eius vrbe Iulide, (*Strabo* X. p. 749 sq.) orti, magnum encomium legitur apud *Platon.* I. de *Rep.* Σιμωνίδη γε εἰς ῥαῖδιν ἀρίστην, σοφὸς γὰρ καὶ θεὸς ὁ αἰνῆς. Natus *Olymp.* LV. 4. ^{tttt)} Versatus

ssss) *Sapphus* statua quoque inter *Herculanenses* nuper edita est, ait *Klotzius* *Lectio.* *Venusin.* p. 64. *Harl.*

tttt) In aetate *Simonidis* definienda non omnes consentiant. *Suidas* in voc. Σιμωνίδης, ex *Scholias*te ad *Aristophanis* *Vespas*, v. 1402. natum eum esse, scribit, *Olymp.* LVI. (sic in contextu graeco; *Portus* vero bene correxit in versione latina LV.) aut secundum alios, *Olymp.* LXII. et extendisse vitam ad *Olymp.* LXXVIII. annumque aetatis

LXXXIX. Quo loco abusus *Schurzfleisch* in *Notitia* *Bibl. Vinar.* p. 241. poetam ad *Olymp.* circiter LVI. vel LXII. reponendum putauit. *Olymp.* LIII. *Simonides* ἔγνωσκετο agnoscebatur, legitur in *Chronico* *Paschali*, p. 143. edit. du *Fresne*, *Parisi.* 1688. fol. qui in notis p. 504. prouocat tantum ad *Scaligerum* ad *Euseb.* p. 93. nec errorem *Chronographi* odoratus est, quum eo tempore nondum natus esset *Simonides*. — In *marmore* *Arundel.* ter fit mentio *Simonidis*, *Olymp.* LXXII. 4. *Simoni-*
des,

des, auus Simonidis poetae, ipse poeta; Olymp. LXXV. 3. Simonides, filius Leoprepis, Ceus, qui artem memoriae inuenit, vicit Athenis, quum doceret carmina, Adimanto magistratu: Olymp. LXXVII. 4. Simonides poeta mortuus est, nonagenarius, Theagenide magistratu, in quibus omnibus est vnus idemque Simonides noster, et auus dicitur iunioris, nepotis, qui genealogus vocatur. At *Lydiatus* ad marmor, pag. 57. edit. Pridauui, *Benileius* in Respons. ad Boyle, de aetate Phalaridis p. 20 — 22. (vbi multus est de poeta nostro et marmoris loco,) *Corfinus* in Fastis Atticis tom. III. (vbi p. 102. ad LV. 3. natales Simonidis ponit, et de loco *Cyrrilli* contra Iulian. I. pag. 13. tom. VI. Oper. edit. Paris. qui per errorem suae memoriae suae alius, a quo deceptus est, Simonidem, infantem tum adhuc, iam Olymp. LVI. clarum et praeter omnem historiae fidem, Chilonis, vnus ex VII. sapientibus, aequalem fuisse scribit, minus recte disputat, minusque scite cum Lydiato lectionem *tyrurgero* in *tybero* mutauit,) p. 171. *Burretius* ad Plutarchum de Musica, tom. XIII. Comment. Soc. Reg. Paris. Inscr. p. 250. (vbi de nostro agit vberius,) in locis marmoris Parii duo inuenisse sibi visi sunt Simonides. (Multis ostendit Boissy I. mox laud. p. 28 sq. errorem ex Seldeni versione fluxisse sed idem pag. 3. *tybero* legi vult.) Enimvero otium fecit nobis, omnium paene tam veterum quam recentiorum narrationes atque opiniones de aetate Simonidis composuit atque diligenter examinavit, suas rationes et argumenta sollerter explicuit et firmiter stabiliiuit, de nostroque poeta intelligenter et copiose disseruit *Petrus Gerardus Duker* in dissertatione sub praefidio *Rykl. Mich. van Goens*, (tum temporis historiae, eloquent. AA. et L. Gr. Prof. Extraord.) habita *de Simonide Ceo, poeta et philosopho*, Traiecti ad Rhen. 1768. 4. cap. II. pag. 13 — 37. vbi ad p. 17. in tabula quadam chronologica has subduxit rationes: *Simonides* nascitur Olymp. LV. 2. V. C. 195. a. Chr. 557. A. M. 3446. Per. Iul. 4156. Hipparchi vtitur fauore Olymp. LXII. 4. V. C. 225. a. Chr. 527. Cambyfis historiam scripsit Olymp. LXIII. 4. V. C. 229. a. Chr. 523. Aeschylum vincit in ludis carmine elegiaco in memoriam eorum, qui in pugna Marathonica occubuerant, Olymp. LXXIII. 1. V. C. 266. ante Chr. 486. Spartam videtur abiisse: lyrico carmine Leonidam laudat cum 300. Spartanis, qui ad Thermopylas erant caesi, Olymp. LXXV. 1. V. C. 274. ante Chr. 478. et anno sequenti innotescit Pausaniae. Tum octogenarius victoriam iterum reportat, scriptis epitaphiis, in laudem eorum, qui

praelio Plataeensi occubuerant, e Spartanis et Atheniensibus Olymp. LXXV. 3. V. C. 276. ante Chr. 476. Anno sequenti, relicta Sparta, confert se in Thessaliam ad Aleuadas, et Olymp. LXXVI. 1. artem *μνημονικην* inuenit: quo facto ab Hierone inuitatus confert se in Siciliam Olymp. LXXVI. 3. V. C. 280. 1. ante Chr. 472. 3. et eodem anno, quo Socrates nascitur, fato defungitur an. aet. 89. in Sicilia (vid. *Goens* p. 63 sq.) Olymp. LXXVII. initio anni 4. V. C. 285. ante Chr. 467. A. M. 3536. Per. Iul. 4246. Sepulcrum, quod ad tempora vaeque belli inter Syracusanos et Agrigentinos gesti substitit, ipsi, probabiliter iussu Hieronis, positum est. Genealogia poetae haec est, eodem auctore, ad fidem sensumque marmoris Arundeliani declarandum: Simonidis auus fuit *Hyllichus*; (vid. fragm. *Callimachi* a Scholiaste Pindari ad Isthmion. od. 2. seruatum,) pater, *Leoprepes*, (vid. *Simonidis* epigr. apud Aristid. tom. III. p. 645. Canteri. alterum apud Plutarch. num seni sit gerenda respubl. tom. II. Opp. p. 785. et schol. Hermog. p. 410. adde *Asian.* V. H. lib. IV. cap. 24.) et nostri filia incerti nominis, e qua vidit nepotem *Simonidem*, iuniorem, (cum nostro saepe confusum,) itidem Ceum, poetam et *Genealogum*, quo nomine citatur a Schol. Apollonii Rhod. ad lib. II. v. 868. et Etym. M. v. *Tranis*, scripsit enim libros *Genealogiarum*, vt paullo inferius videbimus. Denique p. 32 sqq. docte refutat *Reiskium*, qui, sententia Fabricii relicta, in Notitia poetarum Antholog. p. 260 sq. statuit, Simonidem nostrum demum post Olymp. LXXXII. esse defunctum. vide infra ad Simonidis carmina nr. 6. adnotata. Secundum *Larcher* in Chronol. Herodotea p. 568. *Simonides* natus est Olymp. LV. 3. V. C. 197. Per. Iulian. 4157. obiit Olymp. LXXVIII. 1. V. C. 286. ante Chr. N. 468. Per. Iulian. 4246. anno aetatis completo 89. init. 90. duce marmore Oxon. epoch. 58. (73.) adde *Vossium* lib. I. de poetis graecis, pagg. 201. 203. et 206. qui Simonidem ab *Eufelno* Olymp. XXIX. memoratum, non de Musico, vt *Goens* in diss. p. 18 sq. docuit esse intelligendum, sed de Amorgino illo, iambico, quem Proclus laudat in Excerptis Photii p. 342. minus recte explicat, atque nostrum poetam, statuit, natum esse Olymp. LV. mortuum vero Olymp. LXXVIII. recteque distinguit a nepote Genealogo, circa Olymp. LXXVII. claro. adde *Bayle* Diction. voc. *Simonide*, vbi Bailius multa super sententiis quibusdam atque effatis Simonidis acute dixit, suoque more atque ingenio dubitante de deo rebusque diuinis philosophatus est: *Burretium* in Comment. Soc. Reg.

Versatus est cum *Pittaco* Mitylenaeo ^{uuuuu}), *Hipparcho* tyranno Athen. [Plat. tom. II. pag. 228. C. Steph.] *Pausania* Rege Lacedaemoniorum, [vid. *Aelian.* V. H. libr. IX. cap. 41. et M. *Hagendorn.* disp. ad illum locum. Altdorf. 1680.] et *Hierone* Syracus. Tyranno, vt ex [P] Schol. *Pindar.* Olymp. od. II. v. 29. et ex eodem *Platone* tom. III. Opp. 311. constat. Sed et cum *Themistocle*, vt docet *Plutarchus* in *Themistoclis* vita, [pag. 449 sq. tom. I. Opp. edit. Reiskii. conf. *Goens* diff. m. p. 54.] et cum *Aleuadis* Thessaliae regibus, teste *Sozomeno* praef. ad Hist. Eccles. [vid. ad Theocrit. XVI. 34. *Goens* l. c. p. 59. ac p. 60 sq. de amicitia cum Hierone.] Annos vixit Simonides circiter nonaginta, et cum aetate prouectus Pindarum instituisse, diem obiit supremum Olympiadē LXXVIII. Aemulus eius fuit *Lasus* ^{uuuuu}) Hermionensis, teste *Aristophane* in *Vespis*, [v. 1402. vbi vid. schol. et *Goens* diff. de Simonide p. 52.] tum *Timocreon*, Rhodius, Poeta Lyricus et ipse, de quo infra suo loco. [Naufragium Simonidis illiusque historiam apud *Phaedr.* IIII. fab. 21. fabellis adscribit *Goens* p. 68 sqq. et *de Boissy* praef. ed. 2. p. X—XXI.] De dictis et factis Simonidis operae pretium est videre Xenophontem, in Hierone testantem ^{uuuuuu}) inter alia, eum in acie quoque aduersus hostes stetisse, et quae collegerunt Gyraldus, atque in *Lexico* h. v. Baelius, [cuius errorem in nota E. de *Suidae* loco et sepulcro Simonidis destructo, culpatur emendatque *Goens* p. 65 sq.] Nam meo quidem instituto satis fuerit scriptorum Simonidis catalogum hic exhibere, quae ad vnum omnia interciderunt exceptis fragmentis collectis a Camerario et Hertelio inter Gnomologos, de quibus supra cap. XI. tum in *Aristologia* *Pindarica* *Mich. Neandri* p. 395. et in *Lyricis* *H. Stephani* p. 272. 424. et 451. longeque diligentius a *Fulvio Vrsino* p. 153 — 198. et 328 — 340. quibus nonnulla addidit *Theodorus Canterus* lib. II. Var. Lect. cap. 7. [tum in *Wintertoni* poetis minoribus graecis, p. 443 sqq. plenius et curatius in *Brunckii* *Analect.* vet. poet. gr. vol. I. p. 120 — 147. Is dedit CXII. epigrammata et fragmenta variorum poematum, quibus vnum e *Tzetzae* Chil. I. 310. et duo alia, ab *Aristotele* in Hist. Animal. p. 122. edit. Sylburgii et in libro de rhetor.

p. 92.

Reg. Paris. Inscript. tom. XIII. p. 250 sqq. *Winkelmann.* Historiam artis antiquitat. part. II. edit. Dresdenf. p. 322. et Histoire de Simonide et du Siecle, ou il a vécu, avec des Eclaircissements chronologiques par M. de Boissy, Fils. Paris, 1755. 8. — nouvelle edit. entièrement refondue et augmentée. ibid. 1788. 8. in qua auctor multa retractauit, correxit auxitque: in eius parte I. historia Simonidis enarratur vsque ad eius iter in Siciliam; in parte II. ab illius aduentu Syracusis vsque ad reliquum vitae: quem tamen librum oculis vsurpare non licuit; cl. *Car. Gotth. Sonntag* Historiam poeseos graecae breuioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex Anthologia gr. adumbrata. Lipsiae, 1785. 8. p. 12 sq. *Harl.* Boissius, cuius libri secunda vtr editio, multo copiosior est in rebus tum in Graecia Siciliaque gestis et earum chronologia explicanda, quam in historia Simonidis. Consentit cum *Goensio* in annis nat. et mort. Sim. nisi quod a. 558. a. Chr. natum et 469. a. C. mortuum dicat. *Beck.*

^{uuuuu}) *Plato* tom. I. Opp. p. 343. edit. Steph.

disputantem tantummodo inducit Socratem cum Prodicō et aliis de sententia Pittaci, quam Simonides alicubi in carminibus minus subtiliter propositam fuisse dixerat: is igitur non versatus est cum Pittaco, Olymp. XLIII. Mitylenaeos regente, et Olymp. LII. 3. octogenario maiore defuncto; locum igitur Platonis male intellexerunt *Burette* tom. XIII. vbi ad *Plutarchum* de Musica agit de nostro, alique. v. *Goens* diff. de Simonide p. 23. 24. *Harl.* et Boissy p. 60 sq. *Beck.*

^{uuuuu}) De hoc *Lasō* consules vbi lubebit, scriptores a me laudatos supra lib. I. cap. XVI. §. 4. [et paullo ante nr. XXXVI. §. De eius lite cum Pindaro vid. Schol. ad *Pindari* Olymp. II. v. 155. fin. De *Timocreone* vid. *Diogen. Laert.* lib. II. sect. 46. pag. 108. edit. Amstel. ac Simonidis acerbum in *Timocreonem*, fatis defunctum, epigramma, in Anthol. lib. III. cap. 6. Epigr. 38. p. 308. edit. Brod. *Harl.*]

^{uuuuuu}) Id quidem ex serie orationis non patet, p. 911. C. *Harl.*

p. 92. edit. Cantabr. servata adiecit in notis, tom. III. p. 18. et 25. in quibus praeter ea retractavit quaedam; epigr. LXVI. cui prava interpunctione *Pausanias* p. 222. deceptus locum inter reliqua dederat, propter temporis rationem ei p. 21. abnegavit: carmen iambicum de mulierum vitis profectum esse suspicatur p. 23. a Simonide Amorgino aliaque ab epigrammate LXXVII. non eiusdem Simonidis, sed alius eiusdem nominis, intertexuit. In Anthol. gr. Cephalae, edit. Reiskii epigr. 453. 465. 466. 467. (quod dederant *Allatius* in Diatriba de Simeonibus p. 214. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. tom. I. p. 425. aliaque, vide *Reiskium* in Notis ad Anthol.) 468. 469. (quod idem p. 53. alii tribuit Simonidi, vti quoque carm. 470.) 591. 703. 705. et sq. 715. 746. Neque enim omnia vni Simonidi nostro tribuenda recte censet *Reiskius* in Notitia subiecta p. 260 sq. qua de sententia postea locus erit differendi. In scholiis ad Homerum Marcianis et Eustathii saepius occurrunt nomen et fragmenta Simonidis, e. g. ad Iliad. β. 1. 2. 219. x. 252. v. 103. bis. δ. 79. etc. in *Apollonii* Lex. Hom. p. 582. *Etym. M.* coll. *Schneidero* in Fragn. Pindar. p. 75. nr. LX. et *Montfaucon* in Bibl. Coisl. p. 462. — Separatum editum est:

Simonidis carmen, in scriptum περί γυναικῶν de mulieribus; recensuit atque animadversionibus illustravit Georg David Koeler. Goting. 1781. 8. Pag. 1. incipit de auctore carminis disputare, quem cum *Boissy* in Histoire de Simonide p. 272 sq. (p. 179. sq. ed. nou.) et *Bruckio*, (vti quoque *Fabricius* in not. mstis senserat, et antea *Allatius* de Simeonum scriptis, p. 206.) *Simonidem Amorginum*, quem veteres λαμβόγεαρον frequenter adpellarunt, fuisse existimat; cl. *Heynius* in praef. censet, magnam poematis partem intercidisse, neque id ab inveniunt felicitate atque tractationis arte multum merere laudis, quamquam simplicitatem et orationis elegantiam ac gravitatem haud negat, et emendationes subiicit. Id carmen graeca prosa expressit *Theodosius Melitensis* de nuptiis Theophili et Theodoraе a. C. 830. latinis versibus *Taubmannus*, *Grotius* in Stobaeo suo p. 312. et *Buchananus*, qui plerasque Simonidis reliquias eleganti metaphrasi latina donavit: gr. et lat. leguntur in edit. Basileensi poematum Buchananii, A. Turnebi, Mich. Hospitalii, Io. Aurati, et Caroli Vtenhouii, in 8. apud Guarin. Neruium pag. 308 — 319. — Carmen, *Danae* Monolog. in *Koepfen* Anthol. gr. part. III. p. 163. et germanice versum cum animadversionibus, in: *G. W. C. Starke* Gedanken über die Uebersetzung griechischer und römischer Dichter, nebst einzelnen Gedichten des Ovid, Minnermus, Theognis, Pindar, Bacchylides und Simonides übersetzt. Halae Saxon. 1790. 8. pag. 40 sqq. — Sententiae et fragmenta Simon. sunt quoque in Collectione Sententiarum *Frobeniana*, in Sylburgii Collectione de mulieribus et alia apud Stobaeum cum interpr. latina Grotii in *Bruckii* Gnomis poet. gr. p. 94 sqq. et not. p. 311 sqq. in Corpore poet. gr. tragic. etc. tom. II. p. 121. et 125.

Tum adhuc notandum est, eum inuenisse litteras graecas, η, ω, ζ, ξ, al. ψ, qua de re indeque orta controuersia grammatica multus est *Goens* diss. mem. per integram sectionem primam capitis quarti p. 72 sqq. cum primis p. 79 sqq. (Cf. de *Boissy* p. 190 sq.) adde supra ad vol. I. lib. I. cap. 23. p. 201. a me adnotata; *Salmasius* ad Inscript. antiqq. Herod. Attic. et Regill. p. 221 sqq. nec non grammaticum, ad Dionys. Thracem in cod. Veneto CCCCLXXXIX. ap. *Villoisium*. in Anecd. gr. part. II. 186. qui Simonidem inuentorem prodit vocalium η et ω, Epicharimum vero, Syracusium, consonantium ζ, ξ, ψ. *Lucian.* in iudicio vocalium cap. 5. tom. I. ibique longam eruditamque notam *Hemsterhusii*, et ccl. *Villoisium*. in Prolegom. Homericis

T

Vol. II. p. V sq.

p. V sq. not. — Alterum Simonidis inuentum est *ars memoriae*, τὸ μνημονικὸν vocatur in marmore Pario. Illud vero, prouti celebratur a *Cicerone* II. de oratore cap. 86. *Plinio* H. N. lib. VII. cap. 24. aliisque, maiorem laudem a religione et occasione, quam ab ipsa arte reique magnitudine obtinuisse et inuuisse videtur. Namque sedes conuiuarum animo signare et tenere memoria, quomodo ad artis ingeniiue gloriam inultum valeat, equidem non perspicio. Cautius igitur scripsit *Quintil.* Inst. Orat. lib. XI. cap. 2. §. II — 17. *Artem memoriae* primus ostendisse dicitur *Simonides*: cuius *vulgata fabula est*; enarrata illa, atque magna inter auctores dissensione, cui scriptum fuerit Simonidis carmen, memorata, ita concludit: *quamquam mihi totum de Tyndaridis fabulosum videtur: neque omnino huius rei meminuit usquam poeta ipse, profecto non taciturus de tanta sua gloria*: cuius sententiae prior pars vera mihi esse videtur, altera vero, temere sumpta, ita potest remoueri, saltem excusari, vt respondeatur, *Quintiliani* aetate plurima aut multa *Simonidis* carmina iam intercidisse. Sed vid. *Goens* l. c. sect. II. cap. IV. p. 94 sqq. vbi praeter ea de *Scopa*, f. *Scopade*, *Scopadumque* gente, et contra *Perizon.* ad *Aeliani* V. H. lib. XII. 1. de *Scopa*, *Pario*, sculptore egregio, *Olymp.* XCVI. aliisque cognominibus, de errore *Lydiati* ad marmor *Parium*, *Burretii* in *Memoir. de l'Acad. des Inscript.* tom. XIII. p. 257 sq. et aliorum, qui inuentum artis memoriae referunt ad iuniorem *Simonidem* *Genealogum*, docte agit. adde *Burm annum* II. ad *Henr. Valesii* *Emendatt.* lib. III. cap. V. p. 84 sq. *Harl.* et de *Boissy* p. 21 sq. *Beck.*] Scripserat itaque *Simonides* *Dorica* dialecto:

- 1) Καμβύσις καὶ Δαρεῖς βασιλείαν. Suid. [et *Eudocia* p. 383.] in *Σιμωνίδης* et Schol. *Aristophanis* ad *Vespas.* [v. 1402. qui est locus classicus de scriptis nostri.]
- 2) Ναυμαχίαν Ξέρξης sive τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, μελικῶς. Suid. et Schol. *Aristophanis*, Schol. *Apollonii* lib. I. v. 211. Ex hoc opere videtur *Diodorus Sic.* lib. XI. pag. 248. ^{xxxx}) referre encomium *Lacedaemoniorum*, qui ad *Thermopylas* fortissime pugnantes cecidere cum duce suo *Leonida*.
- 3) Τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίων Ναυμαχίαν, δι' ἐλεγείας. Suidas, Schol. *Aristoph.* *Priscianus* de metris *Comicis*. [p. 1328. *Putsch.* e quo loco colligit *Goens* l. c. p. 57 sq. scriptum fuisse genere *iambico*.]
- 4) Θρήνος. [in his regnabat. conf. *Schneider.* fragm. *Pindari*, p. 20.] Suid. Scholiastes *Aristoph.* et *Theocriti*. Ex his threnis videtur petita *Danaë*, miseriam suam ὀδυρομένη apud *Dionysium Halicarnass.* in calce libri περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. *Threnum* *Simonidis* in *Lyfimachum* *Eretriensem* memorat *Harpocratio* in *Ταμύνα*. Confer *Meursium* *Attic. Lect.* IV. 7. *Threnos sive Planctus optime scripsit Simonides*, inquit *Porphyrio* ad *Horat.* [vid. *Dacier.* ad *Horat.* lib. II. od. 1. *Caeae retractes munera Naeniae*, pag. 41 sq.] Meminit et *Georgius Galesiota* apud *Leonem Allatium* Lib. de *Simeonum* scriptis p. 210. *Quintiliano* autem X. 1. 64. Inst. iudice, praecipua *Simonidis* in commouenda miseratione virtus fuit, quod praeter *Catullum*, *Dionysium Halicarnass.* et *Horatium* confirmat *Bafilus Caesarensis* *Epist.* 397. ad *Martinianum*. *Aristides* tom. I. p. 134.

xxxxx) Pag. 412. edit. *Wesseling.* quem vide, qui vero, dum scribit, *Fabricium* nullam illius

fecisse mentionem, primam tantummodo editionem *Bibl. Gr.* habuit. *Harl.*

p. 134. Ποῖος, αἶτ, ταῦτα Σιμωνίδης θρηνησας; [adde Ciceron. de N. D. I. 22. Alia de nostri poetae ingenio iudicia collegerunt *Bailius* in Diction. voc. Simon. *Craffus* in Hist. poet. gr. p. 462. *Faber* in vita poetarum graecorum, aliique. De eius alto stilo vid. *Vffenbach*. Bibl. MSS. p. 632. Eius εὐτραπέλης λόγος imitatus Stratonicus Citharoeus, teste *Athenaeo* VIII. p. 352. Quinquagies sexies Simonidem vicisse dithyrambis suis cum cycliis choris, ex duobus epigrammatibus docet *Bentlei*. in Responf. ad Boyle p. 169 sq. ex interpr. lat. Lennepii, eaque emendat; idem edidit et corrigit duo alia Simon. epigrammata, p. 258 sq. Apud *Athenaeum* lib. VIII. cap. 17. p. 364. in parodia quadam τῶν μεγάλων Ῥοίων excitatur Simonides.] Nihilominus idem *Simonides* propter singularem suauitatem meruit, ut diceretur *Meliceretes*, teste *Suida* et Schol. *Aristoph.* [P] [ad Aues. 1402.]

- 5) Ὑμνος et Παιῶνας. *Menander* Rhetor [de encomiis, sect. I. cap. 2. p. 31. edit. Heeren.] *Suidas*, et Schol. *Aristoph.* Hymnum Simonidis in *Neptunum* memorat Schol. *Euripidis* ad *Medeam* v. 4. At Hymnus in memoriam, de quo *Philostratus* lib. I. cap. XI. de vita *Apollonii*, et inde *Suidas* in *Σιμωνίδ.* non Simonidis fuit, sed *Apollonii*. [H. in *Bacchum* et *Venerem* meminit *Himerius* in λαλίστῃ ad *Julian.* imper. vid. *Catalog.* MSS. *Vffenbach*. p. 632.] Falsum interim adparet, quod plane nullos in Deum hymnos scripserit *Simonides*, ut tradit *Ioh. Tzetzes* Chil. VIII. hist. 228. "vvvv")

Οὐδ' ὕμνος ἔγραψε Θεοῖς αὐτὸς ὁ Σιμωνίδης,
Ἐκπλίνων τὸ ἀνάργυρον, ἔγραψε δ' αἶνας παίδων,
Ἄφ' ὧν ἱλάμβανε πολὺ καὶ διαρκές χρυσίον.
Ἐρωτηθεὶς δὲ πρὸς τινῶν, τί πρὸς Θεῶς ἔγραψας;
Πρὸς παῖδας αἶνας γράψας δέ; ὁ Σιμωνίδης ἔπεν,
"Ὅτι οἱ παῖδες μοι Θεοί, ὡς ἐξ αὐτῶν λαμβάνων.

- 6) Μῆλη varii generis, praecipue ἐπινίκια, *Theophyl.* ep. 8. atque ἐγκώμια. *Theocritus* zzzzz) *Idyll.* 16. v. 44. *Suidas*, Schol. *Aristophanis*, *Theocriti* et *Pindari*. Περί Βασιλέως. *Apotholius* centur. XV. prouerb. 97. Carmen Simonidis in *Eualcidem* Eretriorum ducem, (scriptum ante *Olymp.* LXIX.) memorat *Herodotus* V. 102. In *Anaxilam* Messenium, qui mulis *Olympia* vicerat, *Aristot.* 3. Rhetor. et *Heracrides* in *Politia* Rheginens. In *Leophronem*, *Athenaeus*. In *Megarenser*; Scholiafles *Theocriti*: in *Scopam* aaaaaa) *Theffalum*, (quod laudibus *Castoris* et *Pollucis* maiorem partem reple-

T 2

verat)

yyyyy) At non *Simonidi*, sed *Anacreonti* id dictum tribuit Schol. ad *Pindari* *Isthm.* II. 1. Pariter *Epigr.* quoddam apud *Suidam*, v. Ἀγόνε, alii *Anacreonti*, alii *Simonidi* tribuunt, vid. *Toup.* in *Epist. critica*, tom. II. edit. *Lipf.* p. 10. et 11. qui id emendat. *Harl.*

zzzzz) Apud *Allatium* p. 211. pro *Theocriti* in *Eratiis* legendum *Theocriti* in *Gratiis*. *Fabric.* Schol. ad loc. *Theocr.* tradit, *Simonidem* in ho-

norem *Theffalorum* scripsisse ἐπινίκια καὶ θρήνην. *Harl.*

aaaaa) Alii in *Glaucum Carystium*, in *Leocratem* alii, alii denique in *Agatharchum* fuisse adfirmarunt, teste *Quintiliano* XI. 2. Nullum nomen adscripsit *Phaedrus* IV. 24. idem carmen memorans. Ἄσμα Simonidis ad *Scopam* *Creontis* *Theffali* F. memorat *Plato* *Protagora* pag. 294. [f. tom. I. p. 339. edit. *Steph.*] Vide et *Rich. Bentleyum*

verat) Cic. II. de Oratore 86. Valerius Max. I. cap. 8. et Suidas ^{bbbbb}). In *Xenocratem*, Schol. Pindari. Hisce epiniciis Carminibus etiam adscriperim, quod Simonidem ἐν πεντάθλοις laudant Lucillus Tarrhaeus ab Aldo editus, Suidas, Apostolius in ἀλκυονίδες, et quod a Scholiaste Comici ad Equites v. 404. citatur aliquid ἐκ τῶν Σιμωνίδας τετρίππων. At enim in *Alcibiadem* ἐπινίκιον ab aliis rectius tribuitur Euripidi. Vide *Valesium* ad Ammiani XIV. 6. In Scholiis vero ad Comici Nubes, τὸ το μέλος Σιμωνίδας καὶ ἐπινίκας v. 1359. pro Ἐπινίκας legendum ἐπινίκιον. De *Epiniciis* etiam potissimum intelligendum suspicor, quod, Palaephatum Aegyptium, Suidas refert, scripsisse argumenta, siue ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. [Huic sententiae subscribit *Goens* diff. m. p. 12.] Primum mercede ἐπινίκια scripsisse, legas in Scholiis *Pindari* ad Isthm. 2. et apud *Tzetsum* VIII. hist. 228. et X. hist. 354. ne hoc loco repetam, quae de mercenaria Simonidis ([P] Musa ad Phaedrum notant viri docti ^{cccc}): et quae de ἡμίονοις ab eodem laudatis, Anonymus Graecus Scholiastes ad Aristotelis Rhetorica lib. III. p. 55. Satis tamen acutum est, quod apud *Stobaeum* ferm. X. p. 130. rogatus, cur senex etiam numeros corrudere non cessaret, ὅτι βελοίμην ἄν, inquit, ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μάλλον ἀπολυπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων. Aliam eius responsionem notavit *Plutarchus* p. 786. an feni gerenda sit Resp. quod per senium reliquis spoliatus voluptatibus, sola luendi oblectatione grauem recrearet aetatem.

7) Τραγωδίας. Suid. et Schol. Aristoph. [Eudocia, pag. 383. id vero valde dubiae fidei videtur, vid. *Goens* l. m. p. 51.]

8) Ἐπigram-

teium ad fragmentum Callimachi LXXI. [et *Goens*. l. c. p. 96 sq.]

^{bbbbb}) Vide et *Aristidem* orat. IV. sac. tom. I. p. 584. [*Reiskius* in Notitia poet. anthol. p. 260. fat multa epigrammata ex H. Stephani Anthol. laudat, quibus aetas Simonidis desimiri potest. Ad iuniorum tamen Simonidem refert epigr. in Steph. Anthol. p. 276. in *Anacreontem*, p. 274. in *Sophoclem*, p. 296. in *Scopam* sculptorem, p. 302. in *Iphionem* Corinthium, p. 331. in *Praxitelem* et *Phrynem* meretricem, et p. 373. in *Xenoclem* architectum. Quod vero e duobus Simonidis carminibus, quorum alterum exstat in illius collectione nr. 581. (quod *Diod.* Sic. lib. XI. p. 451. et *Aristides* tom. III. p. 260. ediderunt, *Vrsinus* vero inter fragm. Simon. p. 158. e Scholiaste *Aristidis*; tum emendatum a *D'Orville* ad *Charit.* p. 628. ad fidem cod. Vatican.) alterum in Anthol. Steph. p. 201. et quibus celebrat felicem Atheniensium duce *Cimone* contra *Perfas* ad *Cyprum* et in *Cilicia* pugnam, quae accidit Olymp. LXXXII. 3. colligit, *Simonidem* lyricam illa Olymp. adhuc in vivis fuisse, tum quod illa carmina, negat, posse iuniori *Simonidae* tribui, quippe quem post Olymp. CXXV.

vixisse constet e carm. 460. quo sacra Gallorum, quae demum post illud tempus in Graeciam cum barbaris illis immigrarunt, memorat: in eo dissentientem recte habet *Goensium* in diff. mem. p. 32 sq. Hic enim duo prima vindicat Simonidi iuniori, nepoti, florenti circa Olymp. LXXXVII. postremum igitur, alii *Simonidi*, *Magnesio*, *Sipyli* filio, tempore *Antiochi* M. cuius etiam res gestas conscripsit, adeoque post Olymp. CXXXIX. 2. ex ipso carminis argumento docet probabiliter esse adscribendum. Quo fit, ut *Reiskii* rationes facile convellantur. *Harl.*]

^{cccc}) Conf. *Aelian.* H. V. lib. VIII. cap. 2. *Chamaeleon.* apud *Athenaeum* lib. XIV. pag. 656. *Tzetsum* Chil. VIII. 816. *Xenophanem* Colophonium apud Schol. *Aristoph.* in *Pacem*, v. 696. et *Vrsinum* in Carmin. poet. et lyricorum p. 128. et 188. qui plura loca, Schol. *Aristoph.* schol. *Theocr.* in *χαρτας*, *Stobaei* περὶ ἀδικίας et aliorum collegit. adde *Suidam* in *Simonid.* ibique *Kuster.* tom. III. pag. 316. in primis *Wytttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 58 sq. Quaedam adigit *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* *Plutum* p. 193. *Harl.*

3) *Ἐπιγράμματα* siue *Ἑλεγεία*. Merito enim haec duo coniungo, quoniam Epigrammata Simonidis vno disticho constantia a Pausania et aliis *ἑλεγεία* vocari, contra a Scholiaste Aristophanis ac Suida, qui Epigrammata Simonidis memorant, nullam *Ἑλεγείων* mentionem fieri video. Horum Epigrammatum non pauca adhuc supersunt tum in Anthologia, [libr. III. p. 300. p. 511.] tum apud *Herodotum* VII. 228. [p. 612. vbi vid. Valcken. coll. *Cicerone* I. Tuscul. cap. 41.] *Thucydidem*; *Aristotelem*, [Diodor. Sic. XI. p. 412.] *Pausaniam*, *Hephaestionem*, *Stobaeum*, *Pollucem*, *Laertium*, *Athenaeum* c. g. X. p. 456. et *Aristidem*, quae collegit et descripsit *Allatius* de Simeonum scriptis p. 214 sq. longe plura atque emendatiora *Fulvius Vrsinus* p. 157 sq. (quem ab Allatio non consultum miror,) [et *Brunch.* l. c.] *Ἑλεγεία* in Athenienses, qui praelio ^{adddd} Marathonio aduersus Persas occubuerant, tumulis ipsorum inscripta memorat *Pausanias* Boeoticis p. 715. in quibus componendis superatum a Simonide Aeschylum legitur in Tragici huius vita. Videntur adhuc superesse lib. III. Anthologiae cap. *εἰς ἀνδρείους*. Similia exstant apud *Strabonem* IX. p. 425. 429. Epigramma in mortuum, quem repertum humauerat, et a quo per somnium monitus naufragium euaserat, [quod exstat in Anthol. gr. p. 301. Wechel. apud Reiskium p. 72. Vrsin. p. 157. alio auctum a *Goensio*, p. 67 sq.] praeter *Cicor.* de Diuina. I. cap. 27. *Valerium Max.* lib. I. cap. 7. Ext. 2. et *Ioh. Tzetzum* in Chiliad. I. hist. 24. memorat Scholiastes Aristidis apud Vrsinum p. 330. [adde *Vossium* de poetis gr. III. cap. 33. p. 331. *Goens* l. c. p. 66 sq.] Fuerunt et in Simonidis Epigrammatis *Griphi* quidam, vt vno alteroque exemplo constat, quod producit Athenaeus. Mentio Simonidis tamquam *Ἐπιγράμματογράφος* etiam in prolegomenis Tetzac ad Lycophronem, et in Scholiaste Pindari.

Locus, quem ex *Luciani* Scytha tom. I. p. 599. producit *Fulvius Vrsinus* p. 181. non Simonidis est, sed alterius Cei, Bacchylidis; vt obseruat *Colomesius* p. 463. ad Gyraldum. Idem *Vrsinus* p. 185. ex Lucillo Tarrhaeo in *Σαρδάνιος γέλως* et *Theocriti* Scholiaste in Idyll. I. 65. producit loca, in quibus citatur Simonides libro secundo de Sicilia, et libro II. de Syracusis, [P] sed is alius *Simonides*, ^{uuuu} Platone iunior fuit, vt probe notatum *Vossio* I. 8.

T 3

de

dddddd) Gestum est Olymp. LXXII. 3. [praetium vero contra Mardonium, diuersum a Marathonio Olymp. LXXV. 3. 4. conf. van *Goens* diss. mem. p. 26. et p. 58.]

eeeeee) Enimvero ego lubentius adoptarem emendationem *D' Orville* in Siculis cap. XIII. p. 246 sq. Is quidem in Theocriti Scholiaste, pro *Simonides* substituendum putat *Σίληος*. Nam is, ait, apud *Suidam*, (vade igitur Lucillus quoque Tarrhaeus mihi corrigendus videtur,) in *Σαρδάνιος γέλως*, (ex emendatione Kusteri fide codd. Paris. et Photii in Lexico MSto,) *ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Συρακῶνας* et in Photii Lexico *ἐν τῷ Δ τῶν περὶ Συρακῶνας*, et *ἐν τῷ τρίτῳ Σικελικῶν* apud *Athenaeum* lib. XII. cap. XI. p. 542. laudatur *Silenus Calactinus*: et apud *Stephanum* in *Παλιῇ Σίληος ἐν τῷ δευτέρῳ*. Vocabulum *Silenus* apud *Suidam* quoque in *Σιμωνίδης*

abiit. Haecenus *Dornilius*, in cuius sententiam transit *Burmamnus* II. in Commentario ad Numism. Sicula p. 473. *Silenus* vero, quem Fabricius omisit, fuit ex vrbe Sicula, Calactia, progenitus, ideoque ab *Hier. Ragusa* in Siciliae bibl. veter. p. 247. aliisque apud *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. II. p. 225 sq. (vbi de hoc agitur) inter Siculos recensetur. Fuit Historicus, at incertae aetatis, vid. *Ger. Io. Vossium* de historicis graecis, lib. III. p. 413. qui libros eius enumerat. Scripsit igitur *Silenus*, 1) *Res romanas*. (*Dionys. Halicarn.* antiqq. rom. I. cap. 6. p. 17. tom. I. Reiskii, vbi vid. not. *Liuius* libr. XXVI. cap. 49. An is liber idem est, quem *Cicero* de Diuinat. I. 24. *Gracchan* citat *historiam*, cuius auctorem, *Silenum*, adfirmat, diligentissime res Hannibalis persequutum esse? aut liber fuit seorsum editus, aut potius pars sequentis

de Historicis Graecis. *Strabonis* vero locus lib. XV. p. 728. edit. Morelli; in vitio forte cubas, licet aliud videatur *Allatio* p. 211. nam pro verbis *ὡς ἔρηκε Σιμωνίδης ἐν Μήμονι διδυράμβω τῶν Δαλιακῶν*, Casaubonus e Suida legit *Σῆμος ὁ Ἠλεῖος*, siue ὁ Δῆλιος. Sic *ouum*, quod sub *Simonidis* nomine laudat Franciscus Blondellus in comparatione Pindari cum Horatio pag. 32. Simmiae esse constat, de quo infra suo loco Libro tertio cap. 17. Vicissim pro Simmia, Simonidis nomen male positum a Suida in *Σιμμία*s. Vide Ionsium p. 23. Quod porro Scholiastes Apollonii lib. I. p. 56. *τὴν γὰρ Ἰωλκὸν Μινύα ᾤκον, ὡς Φησι Σιμωνίδης ἐν συμμίκτοις*, aut subintelligendum fuerit *μέλεσι*, aut alius fuerit *Simonides* illorum *συμμίκτων* scriptor, siquidem eiusmodi exstiterunt, qualia *συμμίκτα* Philemonis, Callistrati etc. de quibus Woweranus cap. 13. Polymath.

Fuit et alius *Simonides Iambographus*, *fffff*) Amorginus, qui et elegiarum libros duos Suida teste scripsit, cuius meminere Strabo, Clemens Alex. Athenaeus, et alii: *ssssss*) confer *Vossium* III. Instit. poet. p. 97. *Allatium* p. 206. Huic forte *σύμμικτα* rectius tribueris, et Epigramma in Sophoclis mortem. Fuit praeterea, qui Amorginum videtur aetate antecessisse, *Simonides Ceus iunior*, circa Olymp. LXXXII. clarus, quem Suidas ait scripsisse libros III. *Περί hhhhhh*) *ἐυρημάτων*, et libros tres de genealogiis. *iiiiii*) *Simonidis*, qui Historias suas Speusippo

sequentis libri?) 2) *de Rebus Siculis*, cuius tertium librum citat *Athenaeus* lib. XII. cap. 11. p. 542. *Diogenes Laertius* in vita Anaxagorae lib. II. cap. 12. laudat *Silenum in primo historiarum*. Partes huius operis fuisse quoque videntur, 3) opus de *Aetna*, cuius *secundum librum* commemorat *Stephanus Byzantin.* de Urbibus in *Παλαιή*, et 4) de *Aphrodisiade insula*, ex *Plinio* H. N. lib. IV. cap. 22. Num vero *Glossae*, quas citat *Athenaeus* lib. XI. et XIV. et Scholiastes Apollonii in lib. I. (item apud *Eustath.* ad *Odyss.* 1571. 5. occurrit *Silenus Glossographus*;) atque *Historiae fabulosae* ex *Tzetze* in *Lycophron.* p. 111. nostrum *Silenum* habuerint auctorem, dubitat *Vossius*, idque optimo, reor, iure. Apud *Tzetzen* quidem ad *Lycophron.* vers. 786. et *Eudociam* p. 394. laudatur *Σιληνός* Ὁ ΧΙΟΣ ἐν δευτέρῳ τῶν μυθικῶν, vbi de ortu *Vlyssis* actum esse dicitur; (ad poetas igitur *Cyclios* pertinuisse videtur;) atque p. 43. cum exigua aut falsa scripturae varietate *Σιληνός* Ὁ ΧΙΟΣ, de matre *Vlyssis*, adeoque ex eodem libro. Idem eiusdemque liber citatur ab *Eustathio* ad *Hom.* *Od.* p. 1571. Apud *Strabon.* III. 172. (p. 261. *Alm.*) *Σιληνῶ* pro vulgato *Σιληνῶ* corrigendum videtur. *Harl.*

ffffff) *Tzetzes* Chil. XII. v. 52. notat, *Simonidem* fuisse inuentorem litterarum *η* et *ω*, dubitat vero, vtrum τὸν Ἀμόργα, (Amorgi filium vocat etiam Chil. I. v. 619.) τὸν Σάμιον ἐκάνον, an Ceum. Sed Amorginum a patria, non a Parente adpellandum

esse, *Stephanus Byz.* et alii perspicue testantur. De litterarum inuentoribus consule, si lubet, scriptores supra a me laudatos lib. I. cap. XXIII. §. 2. *Fabric.* Inprimis *Goens* diss. de *Simonide* cap. IV. sect. I. p. 72 sqq. et paullo ante notata. *Harl.*

gggggg) *Strabo* libr. X. pag. 486. (pag. 745. *Alm.*) *Simonidem* lyricum Ceium Iulide natum, diferte ibid. p. 487. (p. 747. *Alm.*) distinguit a *Simonide* iamborum scriptore, τῶν Ἰάμβων ποιητῆ, Amorgo, vna de *Sporadibus*, orto. Secundum *Suidam* tom. III. p. 317. et *Eudoc.* p. 383. vixit 490. an. post bellum Troianum. *Simonides* in Ἰάμβους laudatur ab *Harpocrate* in voc. *Μύσων λαιαν.* etc. In codice quodam, a *Montfauconio* in *Bibl. Coislin.* p. 597. exstat obseruatio grammatici cuiusdam lepida; Lyricum scribi *Σημωνίδης διὰ τῆς η* (per *η*): Iambicum vero poetam *Σημωνίδης*: ὁ Ἰάμβοποιός διὰ τῆς ι, (per *ι*), καὶ ἴσως, pergit ὁ μὲν παρὰ τὸ σῆμα, ὁ δὲ παρὰ τὸ σιμός. Plures *Simonides* cognomines recensent *Suidas* tom. III. p. 315 sqq. vbi conf. *Kusteri* notas, *Eudocia* p. 383. *Allatius* de *Simeonibus*, p. 217 sq. et ex eo *Fabricius* infra lib. V. cap. 42. §. 13. vol. X. p. 299. *Crassus* in *Historia poet. graec.* p. 462 sqq. *Vossius* de poetis gr. Oper. III. p. 201. et de historicis graecis lib. IV. cap. 13. p. 470. Adde *Villoison.* prolegg. ad *Apollonii Lexic. Homcr.* p. 28. not. *Harl.*

hhhhhh) Praeter *Simonidem* hunc scripsere *περὶ ἐυρημάτων* *Antiphanes*, *Aristodemus*, *Aristoteles*, *Cydippus*, *Dinias*, *Ephorus*, *Philostephanus*, *Sca-*

Speusippo Philosopho inscripsit, in quibus egerat de rebus Dionis ac Bionis, meminit Laertius IV. 5. Longe iunioris *Simonidis* Philosophi circ. a. Ch. 370. sub Valente Imp. combusti meminit praeter Zosimum IV. 15. et Suidam Ammianus XXIX. 1. p. 555. *Chamaeleontem* Heracleotam ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου laudat *Athenaeus* XIV. p. 656. D. nimirum de pluribus Poetis egerat ille scriptor, vt adcurate notauit *Ionsus* p. 93. [Curatius de eo differit *Goens* diss. m. p. 3 — 9.] De dialectis Simonidis et aliorum poetarum Lyricorum, Homerique, scripserat *Tryphon* Alex. teste Suida. [conf. *Goens* p. 9 — 11. *Palaephatus*, grammaticus incertae aetatis, scripsit ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. vid. supra ad n. 6.] *Protagoram* vero [Democriti discipulum, aequalem Socratis, circa Olymp. LXXXIV.] poemata Simonidis mercede accepta interpretatum esse refert *Themistius* Orat. XXIII. p. 289. edit. Harduini. [P]

LVI. SIMON Magnesium, de quo *Strabo* lib. XIV. p. 648. Musicus fuisse videtur et simul Poeta. καὶ Σίμων ὁ μελοποιὸς καὶ αὐτὸς παραφθεύρας τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν αἰσωγὴν, καὶ τὴν Σιμωνίδαν εἰσαγαγὼν, καθάπερ ἔτι μᾶλλον Λυσιαῖδοι καὶ Μαγῶδοι. Mentio huius Simonis siue Simi Magnesium etiam apud *Athenaeum*. Videndum quoque, sitne diuersus ab hoc Σίμος Ἀρμονικὸς, cuius meminit *Porphyrus* in vita Pythagorae p. 3. *Fabric.* [conf. *Athenaeus* XIV. cap. 4. p. 620. E. F. *Suidas* in voc. *Sotades*, *Salmas.* Exercitt. *Plin.* p. 76. G. edit. Traiect. *Scaliger.* Poet. I. cap. 52.]

LVII. STESICHORVS ^{kkkkk}) Hesiodi filius a quibusdam habitus, ex Hime-
ra

mon Mytilenaeus, Strato Peripateticus et Theophrastus. Confer *Clementem* Alex. I. Strom. pag. 308. *Athenaeum* et *Plinium* VII. 56.

iiiiii) Schol. ad *Apoll.* Rhod. II. 868. vbi de *Astypalaea* Ancaei matre agit, καὶ Σιμωνίδης ὁ γενεολόγος ὁμοίως τῷ Ἀπολλωνίῳ γενεολόγῳ, et de eo quoque schol. ad eundem, III. 26. et IV. 177. ex quibus locis cl. *Groddek* coniicit, in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. II. p. 100 sq. a Simonide in suis Genealogiis quoque decantatam fuisse Argonautarum expeditionem. Ex eodem Simonidis opere Apollonium mutuum sumsisse fabulam de connubio *Achillis* cum *Medea* in *Elysis*, ait Schol. ad *Apollon.* IV. 814. Scholiast. ad *Lycoph.* v. 355. tres versus tamquam Simonideos laudat, ex quo loco *Goens* in diss. mem. p. 109 sq. probaturus est, Simonidem lib. περὶ γενεολογίας ligata scripsisse oratione, nec, quae sententia est vulgaris, prosaica: atque illos versus, exinde pateret, si *Tzetzes* recte prodidit, ab *Apollonio* Rhod. I. 550 — 52. fuisse exscriptos: ab *Brunck.* ad *Apoll.* Rhod. I. 551. p. 26. ex *Etym. M.* voc. Ἰωνίς *Tzetzen* esse corrigendum, neque illos versus habere auctorem Simonidem animaduertit, notante iam eodem *Groddekio*. Eosdem tamen tres versus *Eudocia* in *Viol.* p. 322. in histor. de *Pallade* diferte quoque tribuit *Simonidi* Genealogo. Enimvero *Eudocia*, aut quisquis fuerit compilator siue

interpolator illius libri haud raro, nullo adhibito iudicio delectuue, aliorum narrationes et ἡσας non ex limpidis fontibus sed ex turbidis riuiulis haustas immiscuit.

Addi debent ex *Suida* et *Eudocia* *Simonides* Magnesium, poeta epicus, qui vixit tempore *Antiochi* M. cuius res gestas, et pugnam cum *Galatis* decantauit: *Simonides* Carystius, s. Eretrienfis, poeta epicus, qui scripsit Graecorum conuentum in *Aulidem*, *Trimetrorum* libros II. de *Iphigenia* vnum: *Simonides* Musicus, quem aequalem fuisse *Archilochi*, et *Aristoxeni*, (id si verum est, hic *Aristoxenus* poeta, a Musico, *Aristotelis* discipulo, diuersus est intelligendus,) *Olymp.* XXIX. tradunt *Eusebius* in *Chronol.* et *Cyrillus Alexandrinus* lib. I. contra *Julian.* p. 12. C. Illi Simonidi tribuit *Plinius* H. N. libr. VII. cap. 56. inuentionem *heptachordi*. vide *Goensii* diss. p. 18 sq. *Harl.*

kkkkk) Hesiodi filium tradidere *Philochorus*, *Aristoteles* etc. vt *Suidam* ac *Tzetzen* praeteream. Sed alia aliorum sententia. Prius dicebatur *Tisias*, Stesichori vero nomen accepit ὅτι πρῶτος κίθαριν διὰ χορὸν ἔσπεν, vt est apud *Suidam*. Confer de illa εἰσα χορὸν differentem *Dodwellum* lib. de aetate *Phalaridis* p. 59 sq. Κύκλιος χορὸς sine vlla εἰσα erat διδυρμυξικῶν, vt supra dixi in *Cinesia*. Vide et si placet, quae de *Choro* Lyrico habet *Tzetzes* *Chil.* XI. hist. 377.

ra ⁱⁱⁱⁱ) Siciliae ciuitate fuit. Natus Olympiade XXXVII. antiquior Simonide, qui eius meminit apud *Athenaeum* lib. IV. p. 172. Phalaridis Tyrannidi in Patria sua resistit, narrata fabula de equo, qui, vt cerui leuem iniuriam vlsceretur, frena iniici sibi passus esset. Vide *Aristotelem* II. 20. Rhetor. Quae praeterea in tributis Phalaridi Epistolis et inde apud *Tzetzem* Chil. I. Hist. 25. et Chil. V. Hist. 31. leguntur, tamquam virorum doctorum disputationibus controuersa, praetereo, licet illa non praeter historiae fidem scripta mihi videantur. [at dubiae fidei esse, et vero falsa, Bentleius, Lennepius alique viri docti ostenderunt.] Obiit apud Catanenses, Olymp. LVI. vt tradit *Suidas*, vel serius etiam, si aetatis annum attigit LXXXV. vt *Lucianus* habet in *Macrobiis*.

E P I M E T R O N.

[De aetate et parentibus Stesichori non conuenit inter historicos et chronologos: atqui plures forsan fuerunt eiusdem nominis: lyricus autem, quoniam fama reliquis praeslitterit obsecuris, per ignorantiam hominum et vetustatem temporis, modo hoc modo illo patre ac tempore editus ferebatur. Atque Stesichorus *Himeraeus* Hesiodi *Boeotii* filius fuisse non videtur. Neque ex Phalaridis Epistolis spuris aliquid roboris accedere potest vlli sententiae atque vllius rationibus aetatis. Suidae auctoritatem in aetate Lyrici definienda plerique sequuntur: Suidam quoque exscripserat *Eudocia* in *Violar.* p. 385. sed ita, vt tantummodo repeteret, Stesichorum fuisse filium Euphorbi vel Euphemi, reliquorum a Suida dictorum et patriae mentione omissa. Apud Suidam tamen de poeta nostro verba *ὅτι πρῶτος κινδάρωδις χορὸν ἔσθην*, non opus est cum *Langbaenio* ad *Longin.* sect. XIII. p. 99. mutare in *σὺν κινδάρωδι*: idem *Langb.* ibidem chorum, quem Stesichorus instituisse dicitur, intelligit lyricum non dithyrambicum, quem *Philoxenū* aut *Arionem*, (de quo vide supra,) aut alium inuenisse produnt veteres, nec tragicum aut comicum, quos, putat, *Philammonem*, (de quo in vol. I. pag. 214. egimus,) agnoscere auctorem. Enimuero *κύκλιος χορὸς* idem est, qui *διδύραμβος*, vt Bentleius iam obseruauit. Sed haec obiter. Atque ego nimis longus forem, si omnia ea, quae *Dodwellus*, Bentleius, Corfinus alique ad inquirendam firmandamque temporis rationem in vtramque partem disputarunt, copiosius repeterem. *Dodwellus* de Cyclis veterum Graec. et Rom. diff. V. sect. X. p. 250 sqq. primum adfert *Aristotelis* testimonium de aetate Hesiodi atque Stesichori a *Io. Tzetze* ad Hesiodum p. 3. seruatum, lyricum fuisse filium Hesiodi, sed aequalem *Pythagorae* philosophi ac *Phalaridis* addit, et ex epistolis Phalaridis colligit *Tzetzes*: tum de rationibus *Eusebii* et marmoris *Oxonien*sis, (cuius auctor *Epoch.* 51. meminit Stesichori, dum in Graeciam venisset, et quo nostrum lyricum denotari suspicatur *Dodwellus*: at epocha 74. auctor iste nominat secundum Stesichorum *Himeraeum*, aliter censente *Dodwello*: vide ad vtramque ep. *Seldeni* et *Prideaux* notas,) et plura alia disserit; at quoniam fide Epistolarum Phalaridis vnice nititur, et, vt cum Phalaridis aetate compararet, Stesichori mortem collocat, diff. V. de Cyclis p. 261. in Olymp. LXXII. 3. illa mittamus. Idem, postea meliora edoctus a Bentleio,

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱ) *Silius* XIV. 223. *Littora Thermarum prisca dotata Camoena.* *Cicero* 2. in *Verrem* cap. 35. *Erat etiam Stesichori poetae statua senilis, incurua, cum libro, summo vt putant artificio facta, qui fuit Himerae: sed et est et fuit*

tota in Graecia summo propter ingenium honore et nomine. Iconem Stesichori iuuenili facie exhibet *Iac. Gronouius* tom. II. *Antiquitat. Graecar.* tabula 38.

a Bentleio, (de quo paullo post videbimus,) retractat suam sententiam in Exercit. I. de aetate Phalaridis §. 21 — 25. p. 56 — 72. ipsius Simonidis testimonio innixus, neglecta marmoris Oxoniensis auctoritate, et, Suidae fides si habenda sit, natalem Stesichori diem assignat Ol. XXXVII. mortis autem tempus Olymp. LVIII. vel LIX. adferit, praeunte Luciano in Macrobiis; at p. 86 sq. in tabula quadam omnia complectitur et comparat aet. Stesichori, Phalaridis et Simonidis aliorumque. Tum ex Eusebio illi videtur natalis Olymp. XLII. $\frac{1}{2}$. Per Iul. 4103. V. C. Varr. 143. et mors illius Olymp. LXIII. $\frac{1}{2}$. Per Iul. 4188. Varr. 228. an. aet. LXXXV. P. 62 sqq. de chori *σάσες* eiusque auctore Stesichoro, et de Stesichoris in marmore Oxoniensi memoratis, docte fuseque, at nimis subtiliter, disputat ex iisque colligit, de primo Stesichoro, Pindaro, qui *σάσες* epodicas metrumque Stesichoreum vsurpauit, antiquiore, ante illum Stesichorum, cuius in Graeciam aduentum Olymp. LXXIII. $\frac{1}{2}$. tribuit auctor marmoris Oxon. esse intelligendum, nec Stesichorum Himeraeum filium fuisse Hesiodi; *σάσιν* ab Himeraeo inventam ante Olymp. LXX $\frac{2}{3}$, post aetatem tamen Arionis, repertoris *χορὸς κυκλῆς* etc. vid. supra, ad *Arionem* §. XVI. B'. notata. Enimvero *Lennepius* ad Phalar. epistol. p. 269 sq. de formula, *χορὸς σάσις, σῆσαι χορὸν* s. *χορὸς* etc. *chorum* s. *choros instituere* et aliis rebus erudite disserit et contra Dodwellum efficit, Stesichorum non inuenisse *χορὸς σάσιν*, sed talem chorum *κθαρωδία*, secundum Suidam, instituisse, qualem circa Delphicum templum primum instituit Phylammon, (*Pherecydes* in schol. Hom. ad Odyss. τ'. 432.) et ita rem existimari posse, Stesichorum primum Himerae, aut in Sicilia chorum *κθαρωδία* instituisse, aut saltem eius rationes, antea, sicut ipsam *κθαρωδίαν*, (de qua lege *Plutarch.* de Musica p. 1133. B.) rudioribus simplicioresque multis modis correxisse et mutasse, atque adeo, tamquam chori artificiosius instructi auctorem adpellatum Stesichorum, quum antea Tisias nominaretur: eo etiam posse referri *ἐπωδὲς* inuentionem, quum antea tantum *διάσις*, i. e. *ερεοφῆ καὶ ἀντιερεοφῆ*, aut etiam simpliciore choro vterentur homines. — De *Bentleii* sententia, in Responsione ad C. Boyle etc. ex *Lennepii* interpretat. lat. p. 17 sq. lata, quaedam addere lubet. Contra *Dodwellum* disputans, fabulam *equi* et *cerui*, quam *Aristoteles* Rhetor. II. 20. Stesichoro tribuit, *Dodwellus* tamquam arcem rei suae tuetur, ipseque noster Fabricius veram esse iudicat, suspectam habere malit, quia *Conon*, qui tempore Iulii Caesaris scripsit, Narrat. 42. eandem habeat narrationem, sed pro Phalaride ponat *Gelonem*, de quo sit loquutus Stesichorus, nec illam, si ponimus cum marin. Arundel. vixisse Stesichorum Olymp. LXXXIII. 3. ab Gelonis aetate discrepare. Tum agit de rationibus *Suidae*, *Eusebii*, (qui Stesich. floruisse scribit Olymp. XLII. 1. mortuum Olymp. LV. 1. pariter *Hieronymus* in Chron. p. 458. et 478. edit. Vallarsii, cuius notas consulens,) *marmoris Arundel.* (in quo Stesichori aduentus in Graeciam Olymp. LXXIII. 3. demum notatur, a quo tamen dissentit, comparata, examinata et constituta Simonidis aetate, de qua supra iam egimus:) ex quo concludit, aetatem Stesichori multum antecessisse tempus, in marmore notatum. Denique si Stesichori aetas recte definita est in marmore, epistolae Phalaridis huiusque aetas repugnant reliquis rationibus, et illarum *νοθείαι* manifestant; sed qui omnem controuersiam curatius noscere et secundum alterum vtrum dirimere cupiat, eum ablegemus necesse est ad *Dodwelli* et *Bentleii* libros. — *Corfinus*, auctoritate Phalaridis Epist. motus, annum natalem Stesichori in Olymp. XXXVII. mortis autem annum in Olymp. LVII. in fastis attic. tom. III. p. 60. pag. autem 101. ad Olymp. LV. $\frac{1}{2}$ adfert Eusebii et Hieronymi narrationem, qui Stesich. mortem in illum annum conferunt. Scaliger tamen accedit Suidae testimonio, poetam obiisse Olymp. LVI. *Hamberger* in Z. N. tom. I.

p. 92. natum illum esse scribit, A. M. 335 – a. Ch. 65 – floruisse A. M. 3372. a. Ch. 612. e vita excessisse, A. M. 3432. a. Ch. 526. De nostro scripserat quondam *Chamaeleon*, teste Athenaeo XIV. cap. 3. p. 620. Adde *Mongitor*, B. Sic. tom. II. p. 241 sqq. qui de patria, et aetate, ingenio, scriptis atque auctoritate poetae multa disputat, in nonnullis nimium tribuit Phalaridis Epistolis. *Craffi* Histor. poet. graecor. p. 487 sqq. *Burreté* in Comm. Acad. Paris. Inscr. tom. X. p. 209 sqq. et 286. Sed satis. *Harl.*]

Dorica dialecto poemata composuerat libris XXVI. vt ab eodem Suida adnotatum. Poetis eius Epodica e Strophe, Antistrophe et epodo constans, vnde prouerbiū: ὁδὲ τρεῖς Στησιχόρου, de quo Suidas. In sepulchro Stesichori apud Himerenfes πάντα ὁπῶ, vnde in astragalorum ludo Stesichori octonarium denotabat. Vide, quae Viri docti ad *Pollucem* lib. IX. cap. 7. sect. 100. (Pollux. de octonario) Tituli vero poematum ipsius apud veteres scriptores mihi obseruati hi sunt:

Ἀθλα, quae Ibyco ab aliis, sed male, tributa, ex Simonide obseruat *Athenaeus* lib. IV. pag. 172. [in illo opere lyrico fuerunt exposita vett. certamina.]

Βασιλικὰ μέλη. *Aelian*. X. 18. Var.

Γηρυονίς. *Athenaeus*, lib. XI. p. 449. et 469. cum *Casaub.* comment. p. 781. 1. etc. *Pausanias* Arcad. f. VIII. 3. p. 602. vbi male in Kühnii quoque editione Τηγεύων Διὶ pro Γηρυονίδι, *Eustath.* ad *Odys.* I. p. 1632. l. 21. et *Schol.* *Apollonii* I. 211. Respiciunt [P] et *Schol.* *Hesiodi* ad *Theogon.* et *Strabo* lib. III. p. 148. C. Vide *Fulu.* *Vrsinum* pag. 309. *Fabric.* Poema fuit, in quo de rebus, ad Geryonem pertinentibus, agebatur: ex fragmentis autem illius adparet, Stesichorum descripsisse Herculis expeditionem aduersus Geryona. conf. *Adr. Heringae* *Obseruat.* crit. *Leoward.* 1749. 8. p. 20. vbi, *Fabricianae* emendationis aequae ac aliorum h. carminis fragmentorum f. immemor siue ignorans, in *Pausaniae* loco cit. et in *Schol.* *Apoll.* *Rhodii* mem. corrigit ἐν Γηρυονίδι. *Harl.* Ἐλένης

~~~~~) Splendidum eius sepulcrum apud *Io. Baptistam de Grossis* in decachordo Catanensi p. 194. tom. X. thes. Sic. Lugd. Bat. 1723. fol. *Fabric.* Sed, vtrum Stesichorus in patria, Himerac siue Thermis, an Catanac sepultus sit, inter veteres auctores agitatae sunt controuersiae. Mortuum eum fuisse Catanac et ante portam, quae ab ipso Stesichorea, (verosimiliter ab illius monumento) vocatur, sepultum, *Suidas* et praecipue *Antipater* in *Epigr. Anthol. gr.* lib. III. cap. 25. Ep. 62. p. 403. edit. *Opfop.* diserte testantur: ad litteras enim *Phalaridos* fictitias nolo prouocare. Famam tantum sequuntur *Pollux* loco, a *Fabricio* citato, et qui eum sequutus est, *Eustath.* ad *Iliad.* ψ. p. 1289. At id monumentum, aequae ac eius statua, summo artificio facta, et Himerac quondam posita, (vid. *Ciceron.* *Orat. Verrin.* II. cap. 35.) hodie non exstant. *Catinenses* quidem ostendunt murum quemdam, tamquam Stesichorei sepulcri reliquias: sed vide *Io. Phil. D' Oruilli* *Sicula* p. 25. et 216 sq. at-

que *Burmamn.* II. in *Commentario* ad *Numisma.* *Sicula*, qui tab. IX. Nr. 10. exemplar nummi aerei curauit aeri incidendum, in cuius altera parte est caput galeatum, forte *Palladis*, in altera autem Stesichorus stans et dextra coronam lauream, sinistra lyram tenens, cum epigrapha: IMIHPOΩN, quem nummum p. 262 sq. vberius explicat et de poetae nostrae apud *Himeracos* auctoritate agit: idem laudat *Fazellum* Dec. 1. de reb. Sicul. lib. III. p. 65. et lib. IX. p. 197. de nostro eiusque insigni apud *Siculos* veneratione copiosum. Stesichorus templo quoque fuit honoratus. vid. *Bentleii* diff. de *Epist. Phalar.* §. XV. *Epitaphium* Catanac in *Ferretii* *Musis lapidariis*, V. 36. p. 354.

Ops (h. e. terra) ego Stesichori

Aetneis hinc ossibus ossa

Clausula te go vatis. Cetera mundus habet.

*Harl.*



Ἑλένης κατηγορία siue ψόγος, in cuius scripti poenam excocatus, sed post compositum oraculi monitu Ἑλένης ἐγκώμιον siue *Palinodiam*, visum recepisse traditur. Meminit Plato Phaedro, [Operr. tom. III. p. 243. de republ. IX. p. 586. tom. II.] *Isocrates* Helenae encomio p. 218. D. edit. Canteri, *Dio* 2. de regno p. 21. et diss. XI. p. 162. *Lucianus* secundo de vera Hist. tom. I. p. 673. [f. II. 15. tom. II. edit. Reitzii. *Pausan.* III. 19. pag. 260. ibique Kuhn. coll. *Conone* in Narr. 18. apud Photium p. 432. *Philostr.* VI. p. 246.] *Hieronymus* 1. contra Rufin. [Schol. Eurip. Orest. v. 249.] multique alii, quos laudat *Fulvius Ursinus* p. 305 sq. et *Allatius* cap. VIII. de patria Homeri. Stesichori Ἑλένην citat *Athenaeus* lib. III. [p. 81. D. idem p. 451. D. X, 457.] *Ptolemaeus Hephaest.* lib. IV. Ex primo Helenae epithalamio a Stesichoro scripto Theocritum in Idyll. XVIII. quaedam mutuatum notat eius Scholiastes. *Fabric.* Apud *Plutarchum* de S. N. V. tom. II. p. 555. A. [p. 38. edit. Wytttenbach.] occurrit fragmentum, quod *Suchfort* loco mox memorando e Stesichori vituperio Helenae sumtum putat explicatque, contra Wytttenbach. fere malit dicere ad Plut. locum p. 54. locum sumtum esse ex Stesichori Ὀρεσεία, nisi metri genus obesset: ideoque nil definit, at egregias Valckenarii emendationes huius fragmenti adfert. Adde *Firmum Caesariensem* Episcop. ep. 37. earum, quas Muratorius edidit inter Anecd. graeca. *Harl.*

Ἐρμούλη. Sext. I. contra Mathem. sect. 261. [contra grammat. I. cap. 12. p. 271. ibique Fabr. et *Heyne* ad Apollodor. p. 701 sqq.]

Εὐρωπεία. Schol. Eurip. Phoenissis, 674.

Ἰλὶς πέρσις. *Dio Chrysost.* Orat. 2. de regno, p. 25. ait, Alexandrum Regem Stesichori aemulatorem fuisse, ὅτι μιμητὴς Ὀμήρου γενέσθαι δοκεῖ καὶ τὴν ἄλωσιν ἐν ἀναξίῳς ἐποίησε τῆς Τροίας. Mentio in veteri tabula Iliaca apud Fabrettum p. 342. Meminit et *Pausanias* Phocidis f. X. cap. 26. p. 862. et 864. 27. p. 865. *Harporat.* in καθελών. Τζετzes ineditus apud Clariss. Dodwellum opere elaboratissimo de Cyclis, p. 802. [conf. cl. *Tychsen* in: Bbl. der alten Litterat. und Kunst part. IV. p. 12. inedit.] Hoc poema videtur respicere *Quintilianus*, cum Epici carminis onera, lyra sustinentem Stesichorum celebrat X. Inst. Or. cap. 1. 62.

Καλύκη. Athen. lib. XIV. p. 619. E. Eustath. Iliad. φ'. 1236. 61. [forsan pars fuit παιδικῶν.]

Κύνος. Schol. Pindari Olymp. X. 19.

Ὀρεσεία. Schol. Aristoph. ad Pacem, [v. 797. Schol. Euripid. ad Orest. v. 41. et 268.] Athen. lib. XII. p. 513. qui Xanthi Lyrici hoc in poemate imitatore fuisse Stesichorum observat.

Παιδιά siue παιδικά. <sup>παιδικά</sup> Athen. lib. XIII. p. 601. Καὶ Στησίχορος δ' ἐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος συνέθηκε καὶ τρίτον τὸν τρόπον ᾠμάτων. ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Eiusmodi ᾠματος Stesichorei initium mihi videtur adferre *Strabo* lib. VIII. p. 347. D.

V 2

"Ayo

<sup>παιδικά</sup> H. e. pueriles lusus et deliciae, in laudem puerorum carmina. Vid. *Warton* ad argument, *Theocr.* Idyll. 29. p. 307. *Harl.*



Ἄγε Μῆσα λίγα κ' ἔρξον δαιδάς  
Ἑρατῶν ὕμνοι Σαρμίων περὶ παιδῶν  
Ἑρατῇ φθγγομένη λύρα.

Παλλὰδος ἐγκώμιον, quod aliis tributum *Lamprocli*. Initium eius adfert *Tzetzes* Chil. I. v. 683. et Schol. Aristidis [in *Milciad.* tom. II. p. 269.], tum *Aristoph.* ad *Nubes*, v. 964. qui *Lamprocli* tribuit. [Schol. *Apollon.* IV. 1310. *Harl.*]

Συοθήραι. *Athen.* lib. III. pag. 95. D.

[Ἐν τῇ Σκύλλῃ. Hanc fuisse filiam *Lamiae*, prodidisse *Stesichorum*, testatur Schol. ad *Apollon.* IV. 828. An pars fuit carminis Ἰλῖς πέρις, et illius quoque pars, ex qua Schol. cod. *Homerici Veneti Marciani B.* et *Eustath.* ad *Iliad.* φ'. 575. citat ἀπειρέσιον πυνυλαγμόν? In memoratis scholiis ad *Homerum Venetis* quater fit mentio *Stesichori*, aut ex eius carminibus quaedam narrantur. Vid. indicein, supra, in vol. I. pag. 450. *Olympum* dicitur imitatus esse apud *Plutarch.* de *Musica* p. 654. et 656. tom. X. Opp. edit. Reisk. — *Gregorius Barhebraeus* s. *Abulfaragius* in *Chronico Syriaco* e codd. *Bodleianis* a *Brunso* descripto, quod coniunctum ediderunt *Paul. Jac. Bruns*, Prof. *Helmstadiensis*, et *Georg. Guil. Kirsch*, *Gymnasii*, quod *Hofae* est in principatu *Baruthino*, *Rector*, *Lipsiae*, 1789. 4. p. 13. scribit, *Stesichorum* inuenisse [Ἰσχυροῦς] quia inter feminas esset educatus: id *Bruns* vertit *instrumentorum musicorum genus*; sed censor editionis illius in *ephem. litter.* *Goting.* an. 1789. plag. 174. p. 1746. duce *Lexico msto Isabar Ali* malit interpretari *satiram*, et suspicatur, vel eo respici ad *Stesichori κατηγορίαν Ἑλένης*, vel hunc confusum esse cum *Simonide*, auctore carminis in mulieres, idque eum fecisse, quod inter feminas fuerit educatus. *Harl.*]

Angelicum metrum, celeritate nunciis aptum reperit *Stesichorus*, [P] cuius hoc exemplum profertur a *Diomede* lib. III. p. 512. *Optima Calliope miranda poematibus.*

Fragmenta nonnulla *Stesichori* collecta sunt a *Neandro* p. 421. *H. Stephano* p. 76. et 443. maiorque industria a *Fulvio Vrsino* p. 79 — 97. et 304 — 309. [inter *Poetas vett. graecos tragicos, lyricos etc.* *Colon. Allobr.* 1614. fol. nouissime: *Fragmenta Stesichori* lyrici in vnum collecta, certo ordine digesta et interpretatione illustrata, auctore *Iu. Andr. Suchfort.* *Gotingae*, 1771. 4. coll. censuris in *Ephem. litterar. Erfurtanis* plag. 24. an. 1772. vbi cl. *Herelius* notas quasdam criticas in fragmenta suggessit, *Klotzii* in *Actis litter.* vol. VII. part. I. nr. 7. p. 82 — 88. et in *Bibl. philolog.* tom. I. part. VI. nr. 6. p. 382 sqq. *Suchfort* in fine comm. laudat *Miri* comment. de *Stesichoro*, poeta graeco lyrico, quam adhibere mihi non licuit. — *Stesichori* ingenium, dulcedinem et suauitatem, iam veteres critici laudarunt. *Dionys. Longinus* de sublim. sect. XIII. 7. et alii eum *Homeri* imitatoribus atque aemulis adnumerant. Adde *Dionys. Halicarnass.* de structura orat. sect. 19. p. 159. edit. *Vptoni*, cuius notam conferes, et sect. 24. p. 220. vbi *Stesichorus αἰγιόχευτος* iudicatur. *Stesichorum* in rebus mythologicis interdum discessisse ab antiquiorum fabulis, pro illius temporis et diuersarum narrationum gentiumque ratione haud mirum videbitur. Sic Schol. ad *Apollon. Rhod.* IV. 1310 sq. obseruat, ab *Stesichoro primum* traditum fuisse, οὐν ὅπλοισι profiluisse ex *Iouis* cerebro *Athenen.* Id si verum est, hymnus *Homericus*, nr. XXVI. in *Athen* n est *Stesichoro* recentior. Vid. cl. *Heyne* ad *Apollodori Bibl.* p. 40. In rhythmis idem quaedam nouauit. Vid.



Vid. *Plutarch.* de Musica, p. 663. edit. Reisk. *Harl.*] Socrati in carcere constituto quendam scite lyrici carmen Stefichori admodulatum refert *Ammianus* XXVIII. 4. p. 529. Citatur Stefichorus a *Vibio Sequestro*, christiano scriptore, vbi de Himera fluuio agit, [p. 12. edit. cl. Oberlin. cuius notam vide p. 130.] sed Ctesichorum perperam ibi exhibent quaedam editiones.

[Procreauit quoque filias laude poeseos claras: de quibus vid. *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. I. p. 197. *Olearii* diff. de poetiis gr. §. 67. Claros idem habuit tres fratres, *Mameratinum*, siue *Marinum*, qui post Thaletem disciplinam geometricam adtulisse in Graeciam, et rerum geometricarum inuentor fuisse ac de rebus geometricis scripsisse dicitur. (vid. *Mongitor.* l. c. tom. II. p. 28.) atque *Helianacten*, poetam et legumilatorem egregium: scripsit is, auctore Suida, leges saluberrimas: et alium. conf. *Mongitor.* tom. I. p. 268. *Harl.*]

LVIII. TELESILLA Argiua Lyrica poetria claruit temporibus Cleomenis Spartano-  
rum <sup>\*\*\*\*\*</sup>) Regis circa Olymp. CXXXIX. vt constat e *Plutarcho* Lib. de virtutibus mulierum tom. II. p. 245. C. Itaque longe fuit iunior Laide meretrice, licet *Theophylactus Simosata* Epistolam Telefillae ad Laidem confinxerit. Eius *ᾄσματα* siue *μέλη* memorant *Pausanias*, [libr. II. cap. 20. p. 156 sq. *Suidas* h. v. *Clemens Alex.* Strom. IV. 19. p. 522. ibique *Potter.*] *Max. Tyrius*, [diff. 37. p. 439. edit. II. Dauis. cuius not. vide,] et alii. Auctor fragmenti Cenforino subiecti cap. 9. *Alcman numeros etiam minuit in carmen, hinc poetrice melicae; at Telefilla etiam Argiua minutiones edidit numeros.* *Athenaeus* lib. XIV. p. 619. *ἡ δὲ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ Φιληλιας, ὡς ἡ Τηλεσίλλα παρῆσθον.* Versum eius producit *Hephaestio* Enchirid. p. 36. Confer *Vrsini* *Lyricas* p. 49 sq. et 296. *Fabric.* [vid. *Olearii* diff. de poetiis gr. §. 69. *Wolf.* in *Poetriarum graecarum* octo fragm. et elogiis p. 62 sqq. et in *Catal. foeminarum olim illustrium* p. 446. qui praeter ea laudat *Ottonis Frid. Menkenii* obseruationem in *Bibliotheca virorum militia ac scriptis illustrium*, nr. 238. p. 451. *Telefillae* aetatem non circa Olymp. CXXXIX. sed LXVIII. collocandam esse; primum, quia *Cleomenes*, rex Spartanorum, contra quem pugnavit *Telefilla*, non fuerit vltimus, sed primus istius nominis, *Anaxandridae* filius, qui circa LXVIII. Olymp. imperauit, vid. *Pausan.* in *Laconicis*, lib. III. cap. 4. p. 212. deinde, quod alias *Herodotus*, qui longe ante Olymp. CXXXIX. historiam suam consignauit, impletionem oraculi de mulieribus Argiuis nullo plane modo commemorare potuisset. *Harl.*]

LIX. TELESTAE Selinuntii quaedam ex *Athenaeo* describit *H. Stephanus* in *Lyricis* p. 392. Si idem est *Telestus* poeta, cuius monumentum memorat *Plinius* XXXV, 10. vixerit circa tempora *Philippi Macedonis*. Sed cuius *Ἀργῶ* et *Ἀσκληπίος* ab *Athenaeo* laudantur, Connicus fuit teste *Suida* in *Τηλεσῆς*. *Telestae* *Dithyrambos* memorat *Plutarchus* in *Alexandro*, *Diodorus Sic.* XIV. 47. et *Athenaeus* lib. XIV. 2. pag. 616. et cap. 5. pag. 626. laudat *Τηλεσῆν ἐν ὑμεναίῳ διθυράμβῳ*. *Aristoxenum* de hoc *Teleste* agentem citat *Apollonius Dyscolus* hist. mirab. cap. 40. Alius fuit *Telestes* *Aeschyli ἐρχησῆς*, quem *Tragici* illius *Septem Thebanam* egregie saltasse, tradit idem *Athenaeus* lib. I. p. 22. [*Telesten* *Selinuntium*, *dithyramborum artificem*, retulit *Diodorus Sic.* loco mem. ad Olymp. XCV. 3. a cuius rationibus auctor marmoris *Oxon.* qui eum *Archonte Athenis Micione* floruisse adnotat,

V 3

parum

\*\*\*\*\*) Vide *Luciani amores* tom. I. p. 895.



parum discrepat. Suidas vero, quod eum ex Athenaeo comicum facit, iusto liberalior mihi esse videtur; nam Athenaeus p. 616. carmina illius haud vocat *comœdias* aut *fabulas* sed citat tantum versus, dithyrambicorum potius quam comicorum more scriptos, ex eius *Argo* et *Arsilepio*: nec distinguit eum p. 525 sq. Hinc *Telestes* Dithyrambicus a Comico Suidae, (si umquam fabulas ille scripserit,) haud diuersus, sed vnus idemque esse iure quodam videtur. Nec diuersos illos fuisse censent, saltem dubitant, *Patritius* in poet. dec. histor. lib. I. p. 77. *Gyraldus* de poet. hist. dial. 9. *Crassus* in historia poet. graecorum p. 497. *Mongitor.* in Bibl. Sic. tom. II. p. 245. qui prae scripsit nomen eius *Thelestes*, atque haesitat quoque *Wesseling.* ad locum Diodori Siculi tom. II. pag. 678 sq. adde. cl. *Heeren*: in Bibl. der alten Litterat. und Kunst, part. IV. p. 54 sq. *Mongitor.* insuper haud distinguit ab illo dithyramborum artifice *Telesten* Aeschyli ὀρχηστὴν, quod tamen temporis ratio non admittit. Scripsit igitur *Argum*, *Aesculapium*, *Dithyrambos*, (quos Harpalus legendos misit Alexandro M. teste *Plutarcho* in vita Alexandri M. sect. 8. pag. 20. Opp. edit. Reisk. tom. IV.) tum *Hymenaeum*, et *Palladem Marsyamque*, ex sententia quidem Patritii. adde *Prideaux* ad *Marmor* Oxon. p. 225 sq. *Harl.*] Alius quoque *Telestes* Corinthi Rex apud Eusebium Chron. ad nr. MCCXXV.

LX. α. TELLEN tibicen pessimus <sup>pppppp</sup>, nec multo forte melior poeta lyricus, et si propter dicacitatem nonnullis probatus. Si idem, qui ΤΕΛΛΙΣ *Plutarcho* in *Apotheigmati* [p. 732. tom. VI. Opp. edit. Reiske.] *Epaminondae* temporibus vixit. *Zenobius* prouerbio αἶθε τὰ Τέλληνος ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται ἡ παροιμία. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητής, παίγνιά τε <sup>qqqqqq</sup> κατέλιπεν [P] εὐρυθμότατα καὶ χάριν ἔχοντα πλείστην καὶ σκώμματα κομψότατα. Idem alibi: ἕτος ὁ Τέλλην ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀνυποτάκτων [licentiosorum et liberae dicacitatis carminum] ποιητής· μέμνηται αὐτῷ Δικαίαιρχος ὁ Μεσσηνός. Meminit et *Diogenianus*, *Apostolius* etc.

[LX. β. THALES. Vid. *Plutarch.* de Musica p. 659. vbi dicitur ὁ Γορτυνίς, et discernitur a *Thaletā* τῷ Κρητὸς p. 660. (Plures enim fuerunt. vid. *Crassi* *Histor. poetar. graec.* pag. 490 sqq.) *Burette* in: *Memoir. de l'Acad. Paris. des Inscr.* tom. X. p. 287 sqq. 298. etc. supra lib. I. cap. 35. §. 2. pag. 296. vol. I.]

[LX. γ. TERPANDER. Vid. supra l. m. cap. 34. §. 4. p. 292 sqq. et hoc capite §. 10. 16 sq. *Burette* lib. cit. tom. XV. p. 321 sqq. de *Terpandro*, quem *Plutarchus* prodit fuisse inuentorem scoliorum, ac de scoliis ipsis, in primis pag. 213 sqq. tom. X. vbi de *Terpandri* aetate eiusque lyra, p. 218 sqq. de νόμοις et p. 232 sqq. de cithara illius agit, et quaedam contra nostrum *Fabricium* disputat: de TIMOTHEO, poeta musico, lyrico ac dithyrambico, Milesio, de eius aetate, nat. Olymp. LXXXIV. 3. ante Chr. nat. 446. mort. anno aetatis 90. secundum auctorem marmoris Oxon. eius poematibus et nomis idem *Bur.* l. c. tom. X. p. 235 sqq.

pppppp) *Plutarch.* ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλης κάκιστος, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας κάλλιστος.

qqqqqq) Παίγνια eiusmodi scripserant *Botrys*, *Mnaseas* *Locrus*, et *Salpe* *Lesbia*. Vide *Io. Bro-*

*daeum* ad *Anthologiam* pag. 562. edit. *Wechel.* *Fabric.* vid. supra, hoc capite, nr. XXI. γ. et *Mongitor.* ibi citatum; item nr. XXXX. β. De *Salpe* vid. *Athen.* VII. p. 321 sq. *Wolf* *Catalog. fœminar. olim illustrium.* p. 442. *Harl.*



X. p. 235 sqq. copiose differit ad illustrandum *Plutarch.* de Musica, qui *Timothei* facit mentionem p. 654. 682. 686. etc. tom. X. Opp. edit. Reisk. adde eundem *Burret.* ibid. tom. XV. p. 336 sq. et p. 349 sqq. *Plinium* H. N. lib. VII. cap. 56. qui scribit, Timotheum addidisse chordis citharae *nonam*; contra *Nicomachus* lib. II. p. 35. Music. edit. Meibom. *undecimam* dicit: *Stephan. Byzant.* voc. Μίλητος, *Salmas.* ad *Capitolini* Antonin. Pium, cap. 7. tom. I. Scriptor. historiae aug. p. 264. infra in Catalogo tragicorum deperditorum, h. v. et supra *Mefomedes*, *Craffi* histor. poet. graec. p. 519 sq. et de *Terpandro* p. 509 sq. De loco in marmore Oxon. vbi de *Terpandro* agitur, est docta disputatio in *Miscell. Obseru. Belg.* vol. II. tom. III. p. 341 sqq. *Harl.*]

LXI. THEANO Lyrica Poetria commemorata mihi fuit supra cap. XIII. cum de foeminis Pythagoricis agerem.

LXII. TIMOCREON Rhodius, pugil ac Poeta, Simonidis aduersarius fuit, vt notatum *Laertio* II. 46. Comicus veteris Comoediae, sed qui praeter Drama in Themistoclem ac Simonidem scripsit praeterea, *Suida* teste, ψόγον siue vituperationem *Themistoclis* carmine lyrico: [Versus omnino mordaces seruauit *Plutarchus* in vita Themistoclis, cap. 21. tom. I. Opp. edit. Reiskii.] Versus huius *Timocreontis* ante ineditos profert *Allatius* de Simeonum scriptis p. 213. e quibus colligas eum a Simonide prius laesum fuisse:

Κῆῶς μὲ προσῆλθε φλυαρία ἐκ ἐθέλοντα  
Οὐκ ἐθέλοντά μὲ προσῆλθε Κῆῶς φλυαρία.

*Scolium* Timocreontis in *Plutum* memorat, et eius initium refert *Aristophanis* Scholiastes ad *Acharnenses* v. 531. et ad *Ranas* v. 1335. *Suidas* in σχολίων. ex quo transcriptum exhibet *H. Stephanus* in Lyricis suis pag. 396. [et *Brunck.* in *Analect. poet. gr.* I. pag. 148.] Respicit et, *Küssero* ad *Suidam* obseruante, *Isidorus Pelusiota* lib. II. epist. 146. Mortuum hoc Epigrammate *Simonides* perstringit, quod exstat in *Anthologia* lib. III. cap. 6. et apud *Athenaeum* X. pag. 415.

Πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ πινὼν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρ  
Ἄνδρες, καὶ μὲν Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Confer *In. Meursium* in *Rhodo* lib. II. cap. 13. p. 108 sq. De voracitate huius Timocreontis mentio apud *Aelianum* I. Var. Hist. cap. 27. et *Eustathium* ad *Iliad.* ψ. pag. 1447. At *Simonides*, notante *H. Stephano* in diss. de Parodiis p. 68. allusit ad hunc epitaphii *Sardanapali* versiculum: πολλὰ πινὼν καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ τρυφῆσας. *Fabric.* adde *Craffi* histor. poet. graec. pag. 517. *Harl.*

LXII. XANTHVS Poetis Lyricis antiquissimis adnumerandus, *Stesichoro* antiquior est, qui *Orestiam* suam et alia ex illius carminibus composuit, vt testatur *Athenaeus* lib. XII. p. 513. Meminit et *Aelianus* IV. 26. Var. vbi consulendae *Perizonii* notae. De *Xantho* Historico [Lydo natione, quem priscae, imprimis patriae historiae peritissimum iudicat *Dionys. Halicarnass.* Antiqq. rom. lib. I. cap. 28. p. 73. edit. Reisk. tom. I. et *Strabo* I. p. 49. (p. 85. *Almel.*) laudat, et qui secundum *Hefychium* Milesium ac *Suidam* h. v. *Lydiacorum* libros IV. scripsit,] *Meursius* ad *Hefych.* p. 173 sq. et *Vossius* de Hist. Graecis. De aliis *Xanthis* Illustris *Ez. Spanhemius* ad *Callimachi* H. in *Delum*, v. 41.

LXIII.



LXIII. XENOCRITVS Locrensis, per omnem vitam oculis captus teste Heraclide in Rep. Locr. [p. 533. edit. Crag. Lugd. Bat.] poeta fuit, ac vel paeanas vel dithyrambos scripsit, et a *Plutarcho* Lib. de Musica <sup>rrrrrr</sup>) antiquissimis paeanum scriptoribus [P] *Thaleti* ac *Xenodamanti* atque auctoribus secundae constitutionis musices accensetur. Incertum, idemne sit XENOCRATES ἄσματα γεγραφώς, quem ex *Aristoxeno* memorat *Laertius* IV. 15.

[LXIII. XENODAMVS. *Plutarch.* de Musica p. 1134 f. p. 659. tom. X. Opp. edit. Reisk. cum, patria Cytherium, adnumerat *Thaletae* Gortynio, *Xenocrito* Locrensi, *Polyymnaſto* Colophonio, et *Sacadae* Argiuo, auctoribus secundae constitutionis musices; tum eum refert inter Paeanum scriptores, tamen fatetur, alios contendere, illum non Paeanas scripsisse sed hyporchemata, ipsiusque adeo Xenodami cantilenam esse memoriae proditam, quae non obscure hyporchema sit, a paeane diuersum. *Athenaeus* I. cap. 13. pag. 15. D. E. *Xenodemi*, (apud illum enim scribitur Ξενόδημος) et *Pindari* aetate, tradit, floruisse ὑπορχηματικὸν τρόπον, quae saltatio erat imitatio earum rerum, quas dictio cantionis enunciat. adde *Burette* l. m. tom. X. p. 659 sq. *Harl.*]

## CAPVT XVI

## DE THESPIDES ET AESCHYLO TRAGICIS.

I. *Thespis primus Tragicus Athenis. Dramata ei ab Heraclide supposita. Plures Thespides ibid.* II. *Aeschyli aetas. III. Quantum ab eo Graecae acceperit Tragodiae. IV. Aeschyli μυνηλοφωία, dramata ipsius etiam defuncto illo acta publice proposito praemio. Alia in eius laudem, et quod in luctu mouendo plurimum valuit. ibid.* V. *Setta Pythagoreus; Impietas ac vinofitas ipsi obiecta. Mors. VI. De septem Aeschyli Tragodiis quae exstant. VII. Catalogus deperditorum dramatum Aeschyli, cum variis observationibus. VIII. Alia scripta Aeschyli deperdita, atque obiter de Tynnicho Chalcidenſi. IX. De editionibus, Scholiastis et interpretibus Aeschyli. X. Catalogus Scriptorum in scholiis Graecis ad Aeschylum citatorum.*

## I.

Quamquam *Plato* in *Minoe*, [pag. 140. vol. VI. edit. Bipont.] Tragodiam *Thespide* et *Phrynicho* longe antiquiorem fuisse contendit, quod etiam innuit *Laertius* III. 56. et *Suidas* nominat *Tragicos Thespide* antiquiores *Arionem* *Methymnaeum* et *Epigenem* <sup>a)</sup> *Sicyonium*, *Nicephorus* quoque *Gregoras* (lib. X. p. 289. edit. Boiuiuii,) τὴν Ὀρφῆως ἐν τραγωδίας δῶναμιν celebrat: communis tamen sententia iampridem obtinet, quod primus Tragodias docuit *THESPIES* Icarientis: (vide *Sponium* de populis Atticae et *Reines.* Var. Lect. p. 364.) vt praeter *Horatium*, *Plutarchum* in *Solone*, [vol. I. p. 377. edit. Reiskii,] aliosque testatur marmor *Arundelianum* 44. Θέσπις ὁ ποιητὴς - - - πρῶτος <sup>b)</sup> ὃς ἐδίδαξεν - - - καὶ ἐτέθη

<sup>rrrrrr</sup>) Pag. 1134. f. edit. Reiskii vol. X. pag. 659 sq. conf. *Burette* ad *Plutarchi* locum in *Comment. Acad. Paris. Inscript.* tom. X. pag. 298. et de paeanibus pag. 301 sq. *Harl.*

a) De *Arione*, *Epigene* et *Phrynicho* egi infra cap. XIX.

b) Hoc vocabulum πρῶτος diserte legitur in edit. *Pridecaufii* p. 168. itaque *Seldeni* *Indocem* intelligit, dum



ἐτέθη ὁ τράγος ἄθλον νενικηκότι, Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀλκαίῃ τῷ προτέρῃ, hoc est Olymp. LX. 4. siue LXI. 1. Confer [*Stanleium* in vita Solonis cap. X. pag. 50 sq.] *Mourfium* in Solone

dum illud legi in editis negat. *Bentleius* in *Apolo-*  
gia pro diff. de Epistolis Phalaridis p. 231. *Fabric.*  
f. secundum interpretationem *Lennepii* latinam,  
Phalaridis Epistol. adiunctam, p. 130 — 174. *Bent-*  
leii argumenta examinavit et tragoediae arte excul-  
tae maiorem diu ante Thespidem aetatem adserere  
sustinuit cl. M. Io. Iac. *Meno Valett*, Hambur-  
gensis, in II. disputat. num Thespiis Tragoediae  
auctor haberi possit. Erlangae, 1788. 4. Hic non  
vacat, omnem historiam et controuersiam de ortu  
tragoediae persequi et argumenta ab vtraque parte  
prolata repetere atque expendere. Mihi sufficiat,  
de initiis illius pauca, eaque quae meliora certio-  
raque videntur, colligere ac referre. Omnis dra-  
matica poesis, quae a dithyrambis, siue hymnis il-  
lis in Bacchi honorem vindemiae tempore cantare  
solitis, originem duxit, pedetentim cepit incre-  
menta et ad perfectionem deinceps venit. Chorus,  
qui laudes Bacchi praecipue cecinit, valde anti-  
quus, iam Thespi probabilitate aetate exstitit, sed  
admodum rudis, et incompressus, ab Arione au-  
tem aliisque, (vt supra, quum de lyricis egimus  
praefertim de Arione et Stesichoro, iam cognoui-  
mus,) melius constituebatur. *Turneminus*, (in  
noua edit. libri Brumoiiani, Theatre des Grecs,  
p. 46.) putat, mortem Bacchi seu Ofiridis per Ty-  
phonem occisi interdum fuisse celebratam, quod  
postea tragico dramatis argumento praebuerit occa-  
sionem. Qui choros Bacchicos efficiebant, ii mi-  
nio se inficiebant, vel faecibus rubri vini, (vid.  
*Horat.* de A. P. v. 275 sqq. de Thespide, *Tibull.* II.  
1. 55. ibique *Broukhuf.* et *Heyne*, *If. Casaubon.*  
de Satyrica Poesi, lib. I. cap. 11. p. 11 sqq. ibique  
*Crenium* et *Rambach.*) vnde nomen *τρυνγιδίαν* ena-  
tum est. Drama igitur quoddam fuit, sed rude.  
*Thespiis* inuenit et adiecit *ἱκασόδιον*, h. e. histrio-  
nem f. actorem, qui, dum chorus aliquot vicibus  
quiesceret, per intervalla fabulam de Baccho, vel  
alio deo, aut heroe recitaret; quae, quum plerum-  
que nihil cum Bacchi laudibus haberet commune,  
id nomen, *ἱκασόδιον*, obtinuit. Thespiis vero  
quod, quum ludum ageret f. fabulam suam doce-  
ret, primus hircum acceperat praemii instar, dedit  
occasionem nominis *tragoediae*. Hinc *Diogenes*  
*Laert.* III. 56. scribit, tragoediam, siue potius fa-  
bulam, τὸ παλαιόν, a solo choro fuisse actam, post-  
modum, ὕστερον, autem Thespin inuenisse vnum

histrionem, vt chorus interdum quiesceret. Ille  
vero interlocutor, quod ea dicebat, quae nulla  
arte composita, sed extemporanea erant, αὐτο-  
σχιδιάσματα protulisse et tragoedia αὐτῷ ἀρχῇ αὐτο-  
σχιδιάσκειν fertur ab *Aristotele* A. P. IV. 6. Ne-  
que tamen illa *μονωδία*, illae fabulae, ab histrione  
recitatae, grauis semper ferriue argumenti, sed  
frequentius ioculares aut disteriis insulsiue fig-  
mentis refertae videntur. Nam *Solon*, qui tum  
ciuitati erat praefectus, hominem prohibuit fabu-  
las docere et vocauit illas inutilem-falsiloquentiam  
αἱ ἀνωφελῆ τὴν ψευδολογίαν, teste *Diogene Laertio*  
in *Solone*, f. lib. I. sect. 60. Disterius id enarra-  
uit *Plutarchus* in *Solone* vol. I. pag. 377. Reisk.  
*Solonem*, quum Thespi iam mouere coepisset tra-  
goediam, (ἀρχομένην τὴν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγ-  
ωδίαν κινῶν,) et retineret rei nouitas multitudinem,  
ipsum agentem (vt mos erat veterum) *σπεῖλαισθε*  
*Thespin* et sub ludis conuenisse Thespin ac quae-  
siuissse, numne ipsum pueret in tanta corona tanta  
proferre mendacia etc. Hinc fuerunt, qui Thespiam  
inter Iambicos referrent. Quod igitur Thespiis fuit  
Atheniensis et Solonis aequalis, inde et illius aeta-  
tem ac patriam et natales ortumque poeseos tragicae  
cognoscimus. Satyri et alii πρόσωποι Bacchi im-  
mixti primum erant choro: neque vero inde con-  
sequitur, drama satiricum arte compositum ante  
Thespidos aeuum fuisse, vti *Bentleius* adseuerarat.  
(conf. *Hurd* Com. ad Horatii Epistolas ad Pisones  
et *Horat.* tom. I. pag. 173. interpret. german. cl.  
*Eschenburgii.*) Pratinas vero, qui circa Olymp.  
LXX. fabulas docebat satiricas, (vid. *Tomp.* ad  
*Suid.* pag. 53. et *Casaub.* de P. Sat. pag. 120. edit.  
*Rambach.*) id in cantibus quoque ausus est, vt,  
relicta Bacchi memoria, chorus aliud quoduis ca-  
neret argumentum. Phrynichus itidem Atheniensis,  
non multum discessit a more praeceptoris sui,  
Thespidos, praeterquam quod primus in scenam  
introduxit mulieres, et episodica adcommodauit  
animi motibus. Successit demum Aeschylus, qui  
pro vno interlocutore duo substituit, dialogum et  
actionem dramaticam, praecipuas tragoediae par-  
tes, inuenit, cantus chori reddidit breuiiores, tra-  
goediam a comoedia vel potius satyrica distinxit,  
a laudibus Bacchi ad laudes aliorum deorum aut  
heroum fabulam et chori cantum conuertit, (vid.  
sequentes §§. 3. et 4.) atque adeo primus tragoe-  
diae



lone cap. XXVII. *Plutarchum* in Solon. pag. 207. *Dioscoridis* Epigramma editum a prae-  
stantissimo *Bentleio*: [item in Anthol. gr. a Constant. Cephalæ condita, edit. *Reiskii* p. 91.  
nr. 610.

diæ veram formam atque indolem dedit. vid. *Aristotel.* de A. P. cap. IV. (qui est locus classicus,) et quæ ibi adnotavi. Quæ quum ita sint, chori quidem vetustiores sunt Homero, neque vero illius tempore fuerunt tragoediæ et comoediæ, arte confectæ, quamquam semina illarum in illius carminibus erant sparsa, e quibus postea tragici et comici argumenta colligerent. In Homeri enim carminibus fuit narratio dramatica, (*διήγησις δὴ μὴ μῦθος*), non, actio dramatica. Porro a dithyrambis orta est tragoedia; hinc sequentibus quoque temporibus chorus sermone vti est dithyrambico adeoque valde lyrico; vti a iambicis, (*ἰαμβίσις*) iocosis et luforiis carminibus et phallicis enata est poësis satyrica, comica et mimica. Attamen primis temporibus nullum vel saltem exiguum intercessit discrimen inter tragoediam et comoediam. Thespis vero, vti iam dixi, non inuenit tragoediam, (quæ demum successu temporis cepit incrementa,) sed tantum episodium siue interlocutorem. Si igitur Epigenes Sicyonius, Thomis, (qui a Scholiaste apud *Stanleium* in Obseru. super *Aeschylum* dicitur inuenisse τραγῳδικὰς μελῳδίας,) Pratinas Phliasius, ipseque Thespis a *Suida* aliisque vocantur tragici; id cognomentum non eo sensu accipiendum est, qui proprie adhaeret notioni tragicorum, sed admodum lato aut potius peruerso, quum illi iambici potius vel satyrici sint numerandi. Hinc, num *Io. Christoph. Cramer*, qui in comment. de *Thespide* primo haud dubie cultioris tragoediæ auctore, Ienæ, 1754. haud indocte de eo egit, prope afuerit a vero, vel ex inscriptione poterit colligi. *Κοροφαῖος*, qui choros duxerunt cantusque praeiuerunt, et, qui, quando quiesceret chorus, prodierunt, sunt apud *Aristotelem* οἱ ἱερέες τῶν δῶν μὶς. Denique in omni hac controuersia definienda, omnino sunt discernenda tempora et ipsa materies; nempe drama tragicum rude et iners ab eo, quod arte postea est compositum; nec non chorus antiquior eiusque natura atque indoles, a munere chori, orta tragoedia vera; dialogus eiusque ratio tragica; denique argumentum chori, quum vnicus esset, et illius, aliud argumentum tractantis, quum fabulae subiiceretur. Sed video me nimis a scopo deuertisse: in viam igitur redeo, eosque, qui plura de ortu et constitutione tragoediæ ac reliquorum dramatum scire cupiant, (ita tamen, vt caueant

sibi,) ablego ad aliquot libros maioris minorisque momenti. Praeter *Aristotelis* A. P. eiusque commentatores, *Heinsium*, *Battesium*, *Curtium*, aliosque viros doctos, quorum scripta meritaque iam laudavi in notis ad *Aristotelis* editionem, Lips. 1780. et praeter *Ger. Ioan. Vossium* de artis poeticae natura ac constitutione et in eiusdem poetiarum institutionum libris III. atque *Caubon*, de satyrica Graecorum poësi etc. cum adnotationibus *Crenii* et *Rambachii*, Halæ Saxon. 1774. mai. 8. denique praeter innumeros paene illos variarum gentium et linguarum auctores, quos excitauit *de Blankenburg* V. C. ad *Swizeri* Allgemeine Theorie der schönen Künste, vocc. *Comœdie*, *Drama*, *Satire*, et *Tragoëdie*, consuli possunt *Bulenger* de Theatro, in tom. IX. Theſ. Graec. Antiqu. rom. *Le Beau* junior de tragicis graecis in Comment. Societ. regiae Paris. Inscr. vol. XXXV. an. 1770. p. 432 sqq. *Brumoy* Theatre de Grecs. Paris. 1730. in 4. et 12. Nouvelle edition, enrichie de très belles Gravures et augmentée de la Traduction entière des piéces grecques et de Comparaisons, d'Observations et de Remarques nouvelles etc. Paris. 1785. sqq. (XIII. voll.) m. 8. (vbi tom. I. pagg. 41 — 134. est *Brumoy* diff. de origine Tragoediæ.) — *Io. Adam. Emmrich* de quibusdam apud Graecos veteres tragoediarum auctoribus, Ienæ, 1759. 4. vbi in notis multi, qui de ortu et initis tragoediæ, de Thespide et reliquis, qui vel putabantur tragici poetae, vel reuera id nomen merent, diuersa ratione differuerunt, viri docti et antiqui et recentioris æui excitantur. — *Petr. Signorelli* in Storia critica de' Teatri antichi e moderni etc. Neapoli, 1777. 8. II. voll. germanice versa, Bernæ, 1783. 8. II. voll. — iterum italice, Neapoli, 1787. 8. III. voll. 8. de theatro Graecorum nec plene nec satis recte agit; idem persequitur trium superstitem tragicorum graecorum reliquias, et earum analysin atque argumenta refert: at criticorum expectationi non satisfacit. Addendi sunt *Brumoy*, qui rem melius tractat, et *du Bos*, qui de externa theatri forma melius differit in Reflexions critiques sur la Poësie et sur la Peinture, edit. V. Paris. 1746. mai. 12. germanice vers. Hauniae, 1760. et 1761. III. part. 8. et particulam de rebus ad theatrum vet. pertinentibus, praecipue de musica, declamatione, laruis, saltatione etc. excerptam atque in sermonem teuton-

nicum



nr. 610. cum varietate quadam lectionis, not. pag. 147 sq. adde *Heinsf.* in notis ad Horat. pag. 194.]

Θέσπιδις ὅδε Τραγικὴν ὡς ἀνέπλασε πρῶτος αἰδῶν  
 Καμήταις νηφαίς κωνοτομῶν χάριτας. [P]  
 Βάκχος ὅτε τριττὸν \*) κατὰγοι χορὸν, ἢ τράγος ἄθλων  
 Χ' ὡς ἑτικὸς ἦν σὺκων ἄβριχος ἄθλων ἔτι.  
 Οἱ δὲ με νῦν πλάσσει νέαι, τὰ δὲ μύριος αἰῶν  
 Πολλὰ πρό σεν, φήσα, χᾶτερον· τᾶλλα δ' ἐμὰ.

Ceterum Tragoedia huius Thespidis non hodie tantum nulla superest: sed nec Platoni nec Aristoteli lecta vlla videtur, et quae a iunioribus scriptoribus citantur, suppositae fortassis sunt, vt idem *Bentleius* conicit: sane *Heraclidem* Ponticum sub Thespidis nomine Tragoe-  
 dias vulgasse testatur *Aristoxenus* apud Laertium V. 92. Citatur autem a *Polluce* VII. 12. Thespidis Πενθεύς, praeter quod drama Suidae memorantur ἄθλα Πελοῖς ἢ φορβὰς, ἱερῆς, ῥήθροι. Thespidis *Alestin* d), sed ex sola et parum verisimili coniectura, in marimore Arun-  
 deliano exhibuit Seldenus, quum, Suida teste, primus Phrynichus foeminae personam in tragoedia introduxerit. Profert praeterea Thespidis sub nomine versiculos tres *Plutarchus* Lib. de audiendis poetis [cap. 12. p. 88. edit. II. Krebsii] p. 72. edit. Grotii, et alios sex *Cle-  
 mens Alex.* V. Strom. pag. 570. in quibus omnes litterae Alphabeti, quarum nonnullae post Thespidis demum traduntur repertae esse aetatem \*). Vide, si placet, quae illustrandis hisce versibus scripta sunt a *Salmasio* ad Solinum p. 896. edit. Paris. a *Tho. Galeo* in diss. Apollo-  
 doro praefixa p. 16 sq. et a laudato *Bentleio* Epistola ad Millium p. 48. Nescio, alius ne sit

X 2

Thespiis

nicum translata dedit *Lessingius* in Theatralische Bibliothek. part. III. Berolini, 1755. 8. De Episo-  
 diis et choris veterum, atque adeo de Thespide quaedam differit *Franc. Hedelin Abb. d' Aubig-  
 nac*, in Pratique du théâtre, Paris. 1657. 4. germanice versa a *Wolfg. Balthasare Adolpho de  
 Steinvöhr*, Hamburgi, 1737. 8. libro III. cap. 2—4. In primis commendandi sunt libelli: *Ar-  
 noldi Hermanni Ludovici Heeren* disp. de chori Graecorum tragici natura et indole, ratione argu-  
 menti habita, Gottingae, 1784. 4. — *M. Caroli  
 Davidis Ilgen* comment. Chorus Graecorum tra-  
 gicus, qualis fuerit, et quare vsus eius hodie re-  
 vocari nequeat, Lipsiae, 1788. 4. — et *Io. Iacobi  
 Henrici Nafz* disp. Observationes in rem tragi-  
 cam Graecorum, Stuttgartiae, 1788. 4. Sed ha-  
 etenus. Nam de theatro veterum eiusque forma  
 externa atque constitutione aequae ac vicissitudini-  
 bus, vitiis virtutibusque poeseos tragicae vberius  
 agere, a consilio et instituto nostro est quam ma-  
 xime alienum. *Harl.*

c) Idem pag. 233. [pag. 177. edit. Lennep.] haec verba exponit de Dionysiis, quae ter quotannis

Athenis celebrabantur, Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις et Διονύσια τὰ κατ' αἶνυ et Διονύσια τὰ κατ' ἄγρην, tem-  
 pore quod respondet nostro Martio, Aprili et Ianuario. In his Dionysiis Comoediae agebantur et Tragoediae. [In vers. 3. 5. et 6. plura immutarunt  
*Heinsf.* in notis ad Horat. p. 194. et *Reisk.* in Anthol. Cephalae p. 92. in notisque p. 147 sq.]

d) Thespin fabulam *Alcestin* docuisse an. Per. Julian. 4178. Olymp. LXI. 1. ante Chr. N. 536. putat *Larcher* in Chronol. Herodotea pag. 570. *Harl.*

e) Responderi quidem potest, litteras in illis fragmentis, post Thespidos aetatem demum re-  
 pertas, ab hominibus aliis et librariis multo serioribus esse profectas et, vti supra in cap. de Ho-  
 mero, de huius carminum mutationibus suspicati sumus, immutatas. Verum enim vero aliae eae-  
 que grauiore sunt rationes, quibus νοθία illorum fragmentorum possit demonstrari. Illa enim pro-  
 dunt ipso sermone et vocabulorum vsu, et arte, quae rudi simplici Thespidos aetati non conue-  
 nit, ordine, formaque dialogi aetate posteriori atque impostoris fraudem. *Harl.*



*Theſpis* ſive *Theſpidis*, cuius Apophthegma, ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποίας ὁ πλεῖστος, laudat *Apoſtolus* I. prouerb. 53. adſcripto nomine Θεſπίδης. Alius certe *Theſpis*, Thebanus, citharoedus, cuius meminit *Lucianus* aduerſus indoctum. [cap. 4. tom II. p. 30. edit. Reitz. vbi *Ptolemaeus* Lagi F. hominem quemdam *Theſpidi* cuidam αὐλητῇ dono dedit.] Alius denique *Theſpis* Erechthei F. vnde *Theſpiadae*, de quibus *Diodorus* Sic. lib. IV. pag. 234. [*Theſpin*, quem *Ariſtoph.* in *Vesp.* verſ. 1470. memorarat, fuiſſe τὸν κισσαρωδὸν, ὃ δὲ τὸν Τραγικὸν, ait ſcholiaſtes, ex eoque *Suidas*: at vnum eundemque, nec diuerſum fuiſſe, contendit docetque *Bentlei.* in *Reſp.* ad Boyleum p. 146 ſq. vbi praeter ea locum Comici pertrahat emendatque.] De *Theſpide* Tragico egerat, qui de aliis etiam poetis ſcripſit *Chamaeleon* *Heracleotes* f), teſte *Suida* et *Apoſtolio* in ἑδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

II. AESCHYLVS Euphorionis F. <sup>5)</sup> Athenienſis ex ciuitate Atticae [P] Eleuſine <sup>6)</sup> natus anno 525. ante Chriſtum, poſtreimo Olympiadis LXIII. <sup>7)</sup> vt teſtantur Epochae marmoreae

f) Ille liber *Chamaeleontis* de *Theſpide* pars fuiſſe videtur Operis maioris de antiqua comoedia. *Athenaeus* quidem lib. IX. p. 406. E. Χαμαελίων ὁ Πορταῖος ἐν ἑκτῇ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμικῆς etc. conf. *Gorns* diſp. de *Simonide* p. 8. *Harl.*

g) *Macrobio* lib. V. Saturnal. cap. 19. *vir Siculus* dicitur, quia in Sicilia diu extrema aetate eſt verſatus, vnde Siculis vocibus multis uſum, notat *Athenaeus* lib. IX. p. 402. [Nec deſuerunt, qui putarent, Aechylum fuiſſe Siculum: atque *Hieron.* *Ragusa* in Elogiis Siculorum p. 10. et in *Bibl. Veterum* p. 10. duos tragicos poetas Aechylos floruiſſe innuit; Siculum alterum, alterum Athenienſem, et vtriuſque geſta ſcriptaque confuſa opinio- num diuerſitatem induxiſſe putat. At haec ſuſpicio mihi quidem aeque incerta vanaque videtur, ac *Mongitor.* opinio, (in *Bibl. Sic.* p. 4. tom. I. vbi de Aechylo copioſus is eſt,) apud *Aelian.* H. Anim. VII. 16. cauſſam mortis Aechyli narrantem, pro Αἰσχύλον τὸν Ἐλευſίνιον legendum eſſe Ἀλεſίνιον, et *Aleſiam*, urbem Siciliae nunc dirutam, eſſe intelligendam. *Harl.*] Alius fuit *Aechylus* Mathematicus, diſcipulus Hippocratis Chii (*Ariſtot.* I. 6. Meteorolog.) Huius, vt putabat in *Bibl. Gr.* *Meurſius*, ποιητὰς χρώματα laudat *Suidas* in Κάλαις. Sed illa mihi potius tribuenda videntur *Aechylo Alexandrino*, cuius Amphitruo et Μετσηνιακὰ ἐπη ab *Athenaeo* citantur. Nefcio, cuius *Aechyli* περὶ παροιμιῶν laudat *Zenobius* in prouerbio Σαρδάνιος γέλως. *Aechyli Cuidii* Rhetoris *Cicero* vt tempore ſuo florentis meminit in *Bruto* 91. quem admodum eidem *Meurſio* obſeruatum. [Idem *Cicero* in *Verr.* IV. 22. meminit *Aechyli Tyndaritamii.*] Fuit et *Aechylus* quidam *Menedemi* Ere-

trienſis inimicus, de quo *Laertius* lib. II. ſect. 141. ne dicam de *Aechylo* Agameſtoris F. qui Athenienſibus imperauit circa initium Olympiadum: vel de *Aechylo* Corinthio apud *Plutarch.* in *Timoleonte* pag. 237. [et *Tyrium* Max. diſſ. 24. init. pag. 283. edit. II. *Dauif.*] aut *Aechylo* Argiuo, *Plutarch.* in *vita Arati* p. 1038.

h) At *Corſin.* in F. Att. tom. III. p. 120. contra Fabricium diſputans contendit; Aechylum ortum eſſe *Deceliam*, Atticae populo, quoniam *Plutarchus*, (*Themist.* cap. 14. pag. 468. tom. I. *Reisk.*) *Aminiam* vocat *Decelenſem*, qui in bello Salaminio interfecerat Xerxis nauarchum; *Aminias* autem ille frater fuit Aechyli, qui in illo praelio praecipuam meruit laudem, teſte *Diodoro* Sic. XI. cap. 27. tom. I. p. 426. *Weſſeling.* adde *Aelian.* H. V. lib. V. cap. 19. ibique *Kuhn* et *Perizon.* *Herodot.* VIII. 93. etc. *Harl.*

i) Hanc ſententiam vt veriſimillimam ſecutus ſum, [et ſequutus eſt *Larcher* in *Chronol.* *Herodotea* p. 571. item *Corſin.* in *Faſt. Attic.* tom. III. p. 119 ſq.] licet in diuerſa abeant veteres pariter et recentiores. Vide *Cafaub.* de *Satyrice* Poeti lib. I. 5. [pag. 125. edit. *Rambachii.*] *Sam. Petitum* lib. III. Miſc. cap. 14. et qui diligentiffime doctiſſimeque de Aechylo egit, *Thomam Stanleium* in notis ad vitam huius Poetae ab Anonymo ſcriptam et *Scholiis* Graecis praefixam. Cui addes praetantiſ ingeniū virum *Petrum Baelium* in *Lexico* *Historico Critico* Gallice vulgato p. 1166 ſq. editionis ſecundae. [ſ. edit. nouiſſimae tom. II. pag. 396 ſqq. vbi variorum opiniones ac rationes iam adferuntur, et, quae ſcitu memorabilia de vita, fatiſ ingenique Aechyli viderentur, iam congeſta atque interdum



reæ Arundelianæ. Clarus fuit virtute bellica, quam tribus celebribus pugnis Marathonica<sup>4)</sup>, et nauali ad Salaminem<sup>5)</sup> et Plataeensi<sup>6)</sup> demonstravit, sed ingenio clarior. Puer admodum in somnio monitus est a Baccho, ut tragoedias scriberet, factoque periculo comperit feliciter hanc rem sibi procedere, ut ipse refert apud *Pausaniam* in Atticis cap. 21. p. 49. [Haec est fabula aetati illi apta: sed bene potus, quum largius biberet, tragoedias scripsisse dicitur, vid. *Mongitor* lib. cit. p. 4 sq.] Sane Thespin, Phrynichum et alios, qui ante ipsum hoc in genere Athenis versati sunt, non minus superasse visus est<sup>7)</sup>, quam ipse aetate iam prouectior cessit iuueni Sophocli. Primum tragoedia vicit, ut in iisdem marmoribus Arundelianis adnotatum est, Archonte Philocrate Olymp. LXXIII. 3.

III. Quantum ab Aeschylō accesserit Graecæ Tragoediae, docet hoc Epigramma *Dioscoridis* ab Eruditissimo Stanleio editum:

Θεσπίδος ἔνθεμα τῆτο, τὰ δ' ἀγροῦνται ἐν Ἑλλας  
Παίγνια καὶ κῆμας τὰς δὲ τελευτήρας  
Ἀσχύλος ἐξύψωσε<sup>o)</sup> νεοσμύλευτα χαράζας  
Γράμματα, χαμῆρ' δ' οἷα καταρδόμενα  
Καὶ τὰ κατὰ σκητὴν μετακλίνουσιν ἢ νόμα πάντων  
Δειδὼν ἀρχαίων, ἥσθ' αὖ τις ἡμετέρων.

X 3

His

interdum examinata reperiuntur: germanice illa sunt versa in: *Pet. Bayle* hist. kritisch. Wörterbuch. P. II. für Dicaterfreunde, Lubec. 1780. 8. p. 1 sqq. Secundum *Saxium* in *Onomast.* I. p. 31. nat. est Olymp. LXXIII. 3. Annum vero postremum eiusdem Olympiados *Larcher.* l. m. agnoscit eumque conspirare scribit cum anno Per. Iul. 4189. a. Ch. 325. V. C. 229. Florem poetae ponit *Saxius* in A. M. 3509. Olymp. LXXI. 1. ante C. N. 394. V. C. 258. Vitae Aeschylī tempora digessit quoque *Is. Casaubon.* de Satyr. poeti lib. I. cap. 5. p. 130 sq. edit. Rambach. Praeter excitatos V. D. vide de Aeschylō *Edw. Simson.* in Chron. ad A. M. 3467. 3514. et 3549. *Vossium* de Poet. Graecis cap. 4. pag. 25. et cap. 5. p. 29 sq. *Tánaq. Fabrum* de vitis poetar. graec. gallice, Saumur. 1664. 12. cum adnotatt. Relandi, Amstel. 1700. 12. latine versis tom. X. Thef. antiq. graec. Gronou. *Olaum Borrichium* diff. de poetis II. p. 29. *Io. Burchardi et Frid. Ottonis Menckeniorum* bibliothecam virorum militiae aequae ac scriptis illustrium, Lipsiae 1734. 8. p. 19 sqq. *Francisc. Dionys. Camusatum* in Obss. ad Ciacconii Bibliothecam, artic. *Aeschylus* p. 815 sqq. *Adr. Baillet* Ingeniens des Savans tom. III. n. 1110. p. 114 sqq. edit. Amstel. 1725. 4. *Emmrich* de quibusdam apud graecos veteres tragoediarum auctoribus, Ienae 1759. 4. p. XI sqq. vbi in notis bene multi auctores proferuntur. *Sulzer* in: Theorie der schönen Künste, voc. *Aeschylus*, ibique cl.

de Blankenburg. tom. I. p. 28 sqq. Alios postea nominabimus, ex quibus sitientes sat possunt haurire. Reliqua igitur, quae de eius vita, fatis virtuteque bellica dici possint, consulto omittimus. *Harl.* Add. *Rochefort* Vie d'Eschyle tom. I. ed. nou. Brumoei p. 274 sq. et *Dan. Ienisch* qui in praef. ad vers. germ. Agamemnonis Aesch. (1786.) de ingenio poetae disputat. *Beck.*] Abulpharaius vero pag. 55. male Aeschylum comicum adpellat.

k) Olymp. LXXII. anno 3. [vid. *Corfini* F. A. tom. III. p. 148.]

l) Olymp. 74<sup>o</sup> anno 4.

m) Olymp. LXXV. anno 1.

n) Immo vero melior atque vera tragoediae forma et constitutio ab illo traxit originem cepitque incrementa, ut ad §. I. iam animaduertimus. *Harl.*

o) Ita legit *Bentleius* diff. de Epistolis Phalaridis p. 232. [p. 126. vers. Lennep.] pro eo, quod Stanleius ediderat, ἐξύψωσε νοήματα \* στα, verteratque: gratum spectanti modulatus et utile carmen, quasi legisset νόημα. Sed Bentleius in MS. reperit ἐξύψωσε νοήματα στα, vnde haec ipsi lectio subnata. *Fabric.* *Reiske* in Anthol. gr. Cephalae, p. 92. amplexus emendationem *Salmasii*, in Exercitt. Plin. p. 735. prolatam, edidit ἐξύψωσε, ὁ μὲν σμυλευτά, atque in notis p. 150. coniecturis Heinsii et Cōmaci Bentleiique examinatis, vberius sensum epigrammatis declarat. *Harl.*



His addas licet, quae viri docti \*) obseruant ad ista Horatii art. poet. v. 279.

*Post hunc (Thespin) personae pallaeque repertor honestae  
Aeschylus, et modicis instravit pulpita signis,  
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. [P]*

*Vitruvius* praefatione libri VII. *Primum Agatharchus Athenis, Aeschylus docente tragœdiam, scenam fecit, et de ea commentarium reliquit. Arist.* cap. 4. sect. 6. poet. [vbi p. 30. quaedam adnotati] καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Ἀισχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τῷ χορῷ ἡλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν. *Mox histrionum numerum auxit Aeschylus, pro uno enim uti duobus coepit, chorica contraxit, ac primarum partium suae praecipui histrionis actionem introduxit \*).* Idem tradit *Laertius* lib. III. sect. 56. ad quem locum *Menagius* adfert luculentam explicationem *Ludouici Casteluettii* ex eius commentario ad *Aristotelis* verba iam adducta. cui addes, vbi lubebit, *Stanleium* p. 708. *Athenaeus* lib. I. p. 121. Καὶ Ἀισχύλος δὲ ὁ μόνον ἐξεύρεν τὴν τῆς σολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δαδῆχοι ἀμφιέννυνται, ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχηστικά αὐτὸς ἐξευρίσκων ἀνεδίδα τοῖς χορευταῖς. Χαμαιλέον γὰρ πρῶτον αὐτὸν φησι σχηματίσαι τὰς χορεῖς, ὀρχησοδιδασκάλοις ὁ χρησάμενον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τοῖς χορεῖς τὰ σχήματα παίοντα τῶν ὀρχήσεων καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τῆς τραγωδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιεῖπεν. Ὑπεκρίνετο γὰρ μετὰ τῷ εἰκότος τὰ δράματα. *Aeschylus non tantum pal- larum et abollarum decorum et grauem habitum excogitauit, quam aemulati sacerdotes, et qui faces in sacris gestant ministri, iis induuntur; sed etiam multos saltatorios gestus a se inuentos chori personis tradidit. Chamaeleon \*) igitur scribit ab eo fuisse primum formatos choros absque saltationum doctoribus, eumque gestus chori praescripisse, ut totam prorsus dispositionem tragoediae atque actionem in se transfunderet. Agebat enim quasuis in scena personas et fabulas, ut decebat agere.* Eandem rem deinde confirmat *Athenaeus* prolatis *Aristophanis* testimoniis, quae hic praetereunda duxi. *Philostratus* lib. I. *Sophistar.* vbi de *Gorgia*, p. 496. [f. p. 492. edit. *Olear.* cuius not. videbis,] Ἐπεὶ γὰρ τὸν Ἀισχύλον ἐνθυμηθέμεν, ὥς πολλὰ τῇ τραγωδία ζυνεβαίλετο, ἐσθῆτι τε αὐτὴν κατασκευάσας καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῶ, καὶ ἡρώων εἶδεσιν, αἰγγέλοις

p) In his *Hurd* in *Comment.* ad *Horatii* *Epist.* ad *Pison.* et *Aug.* tom. I. secundum germanicam *cel.* *Eschenburgii* interpretationem p. 211 sqq. *Harl.*

q) Duos igitur *histriones* introduxit *Aeschylus*, qui plures personas, πρόσωπα, in fabulis sustinerent. At enim sunt scenae, in quibus non duo, sed tres colloquuntur, e. g. in prima scena actus tertii in *Choephoris*, vbi colloquio *Orestis* cum *Clytemnestra* interuenit etiam *Electra*. *Cl. Naß* in *disp.* mem. vero coniicit, post eius obitum filios ipsius, *Euphorionem* ac *Bionem*, iussos, fabulas patris nonnisi castigatas de integro in scenam referre, eas aliquantum immutasse, et in quibusdam personas adeoque etiam actores multiplicasse. *Harl.*

r) *Chamaeleon* *Heraclæotes*, qui de *Poetis* egit,

et ἐν τῷ περὶ Ἀισχύλου laudatur ab eodem *Athenaeo* IV. p. 184. lib. IX. p. 375. et X. p. 428. [vid. ad finem §. I. adnotata] *Glaucum* ἐν τοῖς περὶ Ἀισχύλου μύθων memorat *Anonymus Scholiastes* graecus in argumento *Perfarum Aeschyli.* *Heraclides* quoque *Ponticus* teste *Laertio* V. 88. scripserat περὶ τῶν τριῶν τραγωδοποιῶν de *Aeschylus*, *Sophocle* et *Euripide*. Caeterum de *Glaucio* *Rhegino* consules *Ionsium*, [libr. I. cap. 4. sect. 4.] vti de *Chamaeleonte* quoque [II. 17, 29 sq.] de quo praeterea agunt *Vossius* in *Historicis* et *Mcursius* in *Bibl. Graeca. Fabric.* Adde *Burette* in *Comment. acad. Parif.* *Inscr.* vol. I. p. 238. ad locum *Plutarch.* de *Musica*, vbi *Glaucius* ὁ ἐξ Ἰταλίας ἐν συγγράμματι τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν laudatur. *Harl.*



ἀγγέλοις τε καὶ ἐξαγγέλοις, \*) καὶ οἷς ἐπὶ σκηνῆς τε καὶ ὑπὸ σκηνῆς χερὶ πράττειν. Si Aeschylum consideremus, quam multa is Tragoediae contulerit, nam et symmate ornavit, et subleuauit cothurnis, et pulpito excelso grandiore fecit, et Herculeum [P] formis, nunciis, et iis omnibus quae in scena aut sub scena agenda sunt. Alter Philostratus lib. VI. vitae Apollonii cap. II. p. 258. [p. 244. Olearii qui interdum alias dedit lectiones.] Aeschylus τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευον τε καὶ μήπω κεκοσμημένην, ἣ μὲν ζυέσειλε τὰς χορὰς [ὁ Ἀισχύλος] ἀποτάδην ὄντας, καὶ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὖρε, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονωδιῶν μῆκος, καὶ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκον ἐπένοησεν, ὥς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοιν. — Ὀκρίβαντος δὲ τὰς ὑποκριτὰς ἀερίβασεν ὥς ἴσα ἦρωσι βαίνοιν. ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησε, ἐκ πρόσφορον ἦρωσι, etc. Cum Aeschylus artem tragicam confusam nimis et rudem immitemque videret, iam aliquantum moderatus est. Itaque contraxit choros nimium productos, reperitque, ut histriones \*) inter se colloquerentur, refugiens monodias illas prolixas, excogitata etiam caede sub scena, [rectius post scenam,] ne in omnium oculis homines interficerentur. \*\*) Cothurnos praeterea histrionibus induit, ut gradientes Heroes repraesentarent, et vestes idoneas Heroibus adtribuit. Themistius Orat. 26. p. 316. Ἀλλὰ καὶ ἡ σεμνὴ τραγωδία etc. Immo et grauis ipsa ac seuera tragoedia num cum omni simul adparatu, cum choro et actoribus in theatrum peruenit? Nec Aristoteli credimus, cum ait, initio chorum ingredientem in Deorum aliquod praekonium cecinisse; Thespin vero prologum ac ῥῆσιν, sermocinationem, inuenisse, Aeschylum vero τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας tertium actorem et pulpitem: caetera nos a Sophocle et Euripide accepisse? Primus etiam praeter arbylas cothurnosque in scena induxit vsum personarum siue laruarum, cum antea ore et vultu facibus inuncto tragoedias egissent. Suidas in Ἀισχύλος. Οὗτος πρῶτος εὖρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχεν τὰς τραγικὰς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις τοῖς καλεμένοις ἐμβάταις κεχεῖσθαι. Hic primus inuenit, ut tragici uterentur personis terribilibus et unctis, arbylisque, calceamenti genere ita appellato. Idem tradit Porphyryon ad Horatium, et Horatius ipse in loco ante adducto \*\*). De reliqua scenae διατάξεις siue adparatu, quem ab Aeschylo repertum ait anonymus auctor vitae eius graecus, suffecerit adscripsisse, quae notat praestantissimus Stanleius p. 702. Scenae antiquitas, cum adhuc tragoedia in lacte quasi et fistulis esset, e ramis et frondibus confectae erant cum racemis et corymbis, quasi umbracula quaedam, quae parietes non haberent, ait Seruius, Ovidium sequutus:

*Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes  
Simpliciter posita Scena sine arte fuit.*

*Postea*

s) Schol. ad Euripidis Hippolytum vers. 775. Ἐξαγγεῖλος· ὁ τὰ πεπραγμένα ἐνδοῦ τῆς σκηνῆς τῇ χορῇ ἀναγγέλλων. Mentio ἀγγέλου τραγικῆς apud Lucianum Nigrino tom. I. p. 25. Hinc linguam Nemesius p. 10. edit. Oxon. eleganter vocat ἔξαγγελον τῶν κατὰ γῆν κηρυμάτων.

e) Conf. Paul. Benium ad Aristotel. A. P. pag. 150.

u) Huc refer illud Horatii v. 185. poetic. *Nec pueros coram populo Medea trucidat.*

Fabric. Hinc cothurno incedere est, more Tragicorum, magnifice, audacter et sublimiter scribere. Propert. II. 25. 41. ex emendatione Burm. II. quem vide,

*Desine et Aeschylus componere verba cothurno.*

Mirror, ait Fabric. in notis MStis, Benio aliter videri, qui caedes spectatorum oculis committendas esse disputat p. 313 sqq. Harl.

v) Conf. Lettres sericueuses et badines, tom. VI. p. 249 sqq.



Postea casae cum cellis effectae; postremo magnifice exornatae sunt. Hanc demum perfectiorem contulit Aeschylus — et primus scenam ornauit picturis, machinis, aris, sepulchris, tubis, spectris et Diuis, quae omnia in altera vita Aeschyli, MS. Oxoniensi et editioni Robortelli praefixa, enumerantur: Τὴν δὲ σκηνὴν ἐκόσμησε, καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς [P] τε καὶ τάφοις, σάλπιγγιν, εἰδώλοις, ἐρινύσι. Machinis usum fuisse tradit et Eusebithius in Iliad. σ'. ubi clypeorum insignia ait in ἑπτα ἐπὶ Θήβας descripsisse, quasi essent animata, quod et fecerat antea Homerus in Achillis clypeo. Tumulus etiam adhibuisse, ex principio Χρηόφρων discimus: Ὑμbras, ex Prometheo vincto et Persis, Diras, ex Eumenidibus.

IV. Quum priores Tragici ludicro fere sermone ac γελοία λέξεις fuissent vsi, Aeschylus primus sectatus est μεγαλοφώνϊαν, [vnde μεγαλοφώνότατος adpellabatur, vid. Photii Biblioth. cod. CLVIII. p. 328] et genus dicendi αἰδρὸν, de quo cum idem Stanleius p. 705. agat, adscribam tantum verba Quintiliani lib. X. Institut. cap. 1. [66. vbi vid. Gesneri not.] Tragodias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis et grauis et grandiloquus saepe usque ad vitium; (confer Suidam in Ψόφῳ πλέως, in Γομφοπαγῇ ῥήματα, et in Λήμῃ Θερῶν.) Sed rudis in plerisque et incompositus, propter quod correptas eius fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permiserunt, suntque eo modo multi coronati: Hoc est, ni fallor, quod apud Philostratum lib. VI. de vita Apollonii cap. 6. p. 258. [p. 245. edit. Olear. cuius not. consules] legas: Ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν τῆς Τραγωδίας αὐτὸν (Ἀισχύλον) ἠγᾶντο, ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα εἰς Διονύσια. Τὰ γὰρ τῷ Ἀισχύλῳ ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκειτο καὶ ἐνίκῃ ἐκ καινῆς. Athenienses inde eum Tragoediae parentem habuerunt, et iam defunctum vocarunt ad Dionysia (siue iam defuncti tragoedias in Dionysiis agi iusserunt.) Aeschyli enim ἄρματα ex decreto iterum docebantur, qua ratione de nouo ille viciit. Adde Scholiasten Aristophanis ad Acharnenses v. 10. et ad Ranas [v. 826. vbi a Comico vocatus est ἐριβρεμέτας, quod Suidas h. v. tom. I. p. 854. interpretatus est, ὁ μεγάλως κτύπος ἀποτελεῶν.] Anonymus auctor vitae Aeschyli addit praemium propositum iis, qui illius tragoedias docerent. Confer Plutarchum in vita Lycurgi Rhetoris, Sam. Petitum ad leges Atticas p. 68. et Stanleium p. 708. Etiam in conuiuuiis rorum myrti gestantes pueri, poemata Aeschyli recitabant, vt praeter alios docet Suidas in Μυρτιῶν. [vid. quoque Aristoph. Nubes, v. 1367. ibique schol.] Tanti quoque visae sunt Ptolemaeo Euergeti tragoediae Aeschyli, Sophoclis et Euripidis, vt pignore XV. talentorum interposito eas describendas sibi peteret ab Atheniensibus, et antiquis codicibus sibi seruatis pulcherrime descriptas restitueret, et quindecim insuper talenta eis relinqueret, teste Galeno comment. 2. in 3. Epidem. tom. V. p. 412. [Dionysius vero senior, tyrannus, pugillares Aeschyli, in quibus ille scribere solitus erat, studiose emit, futurum ratus, vt diuino quodam ad poetice studio inde animaretur, teste Luciano adu. indoctum, cap. 15. tom. III. Opp. edit. Reitz. pag. 112.] Plurimum valuisse Aeschylum in mouendo moerore et rebus tristibus commemorandis, notauit Basilus M. Epist. 379. ad Martinianum, [tom. II. Opp. p. 1154. edit. Paris. 1518. fol.] Σιμωνίδῃ ὄντως ἢ τινος τοιαύτης μελοποιῆς ἐδεόμεθα, ἐναργῶς εἰδότες ἐπισυναίξεν τοῖς παθεσι. Καίτοι τί λέγω Σιμωνίδην; δὲν Ἀισχύλον εἶπεν, ἢ εἰ δὴ τις ἕτερος παραιπλησίως ἐκείνῳ συμφορᾶς μέγεθος ἐναργῶς διαθέμενος μεγαλοφῶνως ὠδύρατο. Fabric. Adde Thom. Pope Blount Censuram celebr. authorum p. 7. edit. Geneu. 1710. 4. Bibliothecam classicam ex versione german. Mursinnae, vol. I p. 91 sqq. C. A. Clodium in: Versuchen aus der Litteratur und Moral. part. I. p. 61. Heeren in disp. de chori Graecorum tragici natura etc. sect. I. p. 7 sqq.



p. 7 sqq. vbi et singularum, quae supersunt, tragoediarum argumenta persequitur atque explicat, et qui in singulis sint hymni, Threni, philosophemata intermediaque chori cantica enumerat; imprimis cl. *Nastii* Obsf. in rem tragicam Graecorum, p. 15 — 34. vbi virtutes ingenii Aeschylei, poeseosque nec non noua, quae ad ornandam tragoediam inuenit atque adtulit, perceruset, argumentum tragoediae *Χρηόφορος* late persequitur; *Humii* iudicium in: Grundsätzen der Kritik, part. III. cap. 22. p. 307 sqq. examinat, et alia bene eruditeque disputat, post haec Aeschylum cum Sophocle atque Euripide commode comparat. *Longinus* de sublim. sect. XV. 11. 12. laudat in Aeschylō *φαντασίας ἡρώικαύτας*, ac nobiles et elatas; sed notat quoque, eas nonnumquam rudibus et impexis ac nondum subactis sententiis fuisse vestitas, eumque comparat cum Sophocle atque Euripide. conf. Tollii notas pag. 111 sqq. Apud *Aristoph.* Nub. 1369 sq. Strepsiadis filius a patre iussus, accepta myrto ex Aeschylō aliquid recitare, incipit:

Ἐγὼ γὰρ Ἀισχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,

Ψόφz πλείων, ασύστατον, εόμφακα, κρημνοποιόν.

*At enim ego Aeschilo principem locum tribuo inter poetas,*

*Streptitus pleno, incomposito, duro, confragoso.*

Primas Aeschylum concedit Menedemus: vide infra in Catal. tragoed. deperdit. voc. *Δέων*. Enimuero finem non inuenirem, si omnia de vitiis virtutibusque Aeschyli poeticis iudicia et hinc inde sparsa de eo loca colligerem. Is vero, quod primus in lucem protulit tragoedias, dithyramborum viniq̄ue erat ainator, ingenio splendido inultorumque phantasmatum capaci, et turbulenti animis patriae tempestatibus, caedibus et furori militum proeliorumque atrocitati, non dicamq̄ intererat, sed praeerat: quamquam et in constituendâ et ornanda fabula permulta praestitit; tamen omnia perficere non potuit, ac rudis adhuc in multis et incompositus ac grandiloquus vsq̄ue ad vitium interdum mansit: aduetus militiae moribus et choris antiquissimis, in quibus deorum ac magnorum virorum laudes ex rebus eorum gestis petitaе, celebrabantur, per quamuis occasionem bella, pugnas, proeliaque chorum canere fecit: suo naturali feruore ad audaciam, interdum infrenatam neque adeo felicem, quae parumper abesset a tumore frigidoque dicendi genere, indeque ortam obscuritatem aliaque vitia abreptus est: nec unitatem loci temporisque vbique seruauit. Id praeter ea tenendum est, atque res est, quae maiore inuestigatione atque expositione digna est, in nullius tragici graeci quam in Aeschyli fabulis plures reperiri hebraismos, vel potius linguae orientalis reliquias, ex quibus tamen colligi non potest, ab eo lectos esse sacros Iudaeorum libros. Caussae potius plures esse possunt: primo studium Homeri, (de cuius hebraismis siue potius, si dicere fas est, orientalisms, qui habentur, eorumque fontibus, supra me agere memini,) atque, si noster fuit pythagoricus, studium philosophiae pythagoricae, in qua plura remanserint Orientis vestigia; tum, quod in choris et canticis antiquioribus eadem occurrerint; denique, quod antiquam eamque vulgarem loquendi formam, quae non tam cito amittit vltimam antiquitatem atque simplicitatem et originis colorem, siue propter consuetudinem, siue eo consilio, vt plebis, illi dicendi generi magis aduetae, auram captaret, frequenter maluit retinere. Sed haec in coniecturis posita sunt, aliorumque acuerè diligentiam curamque possunt. De mythologia eius, de qua Fabricius §. V. quaedam adnotat, plura quoque dicenda essent; si ratio instituti nostri id permitteret. Pancis igitur absoluaui. Haud mirum videbitur, Aeschylum et reliquos tragicos aliquo-

Vol. II.

**Y**

ties



ties discessisse ab Homerica mythologia. In variis enim ciuitatibus variae ortae aut potius per poetas magis cognitae et diuulgatae sunt diuersae de diis atque heroibus, eorumque ortu ac natura, nominibus, actionibus, virtutibus vitiisque, de mundi seu potius vniuersi origine, forma, auctore, eiusque administratione, de animi humani natura, aliisque rebus et disciplinis narrationes fabulaeque. Praeter ea homines de rebus humanis diuinisque aliter et subtilius philosophari coeperunt. In primis factum est per lyricos poetas, quos feruidum audaxque ingenium et poeseos genus ipsaque rei, quam carmine celebrabant, nouitas ad noua rapuit audenda et carminis lyrici constitutio formaque, nouique libido, nec non argumentum odorum in homines, horumque patriam, maiores, moresque, et quorum opiniones de rebus humanis diuinisque patrias ac domesticas, receperunt aut carmini laudibusque immiscuerunt ad fabulas siue mythos hinc inde mutandos et argumentis carminum suorum accommodandos inuitarunt atque impulerunt, ut multi mythi nouas acciperent immutationes non magis, quam accessiones. Quo euenit, ut mythologia conduceret ad poematum ornamentum et quasi illecebras, et ab opinionibus popularibus ac poetarum adeoque tragicorum ingenio auctas nutritas mutatae adsumeret formas. Quapropter mythologiae usus apud tragicos non semper adhibebatur ad religionis doctrinam. *Harl.*

V. Pythagorae dogmata sequutum, testatur Cicero lib. II. Tusc. quaeft. cap. 10. *Veniat Aeschylus, non Poeta solum, sed etiam Pythagoreus; sic enim accepimus.* Ni Cicero forte Aeschylum Tragicum confudit cum altero Aeschilo, Hippocratis Chii discipulo, de quo supra cap. XIII. [Aeschylum, carmina sua traditurum posteritati, eximium fuisse philosophum, hisce testatur Athenaeus lib. VIII. cap. 18. p. 347. E. F. ex versione latina: „Nos vero semper animo voluimus elegantis et illustris Aeschyli dictum, (τὰ τῷ καλῷ καὶ λαμπρῷ Διοχάρη,) qui suas tragoedias esse iactitabat magnificarum Homeri coenarum frustra, (τεμάχη εἶναι τῶν Ὀμήρου μεγάλων δέπνων.) Eximius sane philosophus Aeschylus fuit, qui in agendis fabulis aliquando iniustis suffragiis ab aduersario superatus, ut auctor est Theophrastus siue Chamaeleo, libro de voluptate, tempore se suas tragoedias consecrare, (χρόνον τὰς τραγωδίας ἀνατιθέναι) dixit, non ignarus, olim meritum honorem adepturas.“ Fabulae apud Homerum cuidam ab Aeschilo totam tragoediam, Ψυχροασίαν inscriptam, fuisse adcommodatam, narrat Plutarchus de audiendis poetis, p. 59. vol. VI. edit. Reisk. *Harl.*] Porro e Platonis lib. [P] II. de Republ. sub extremum, adparet, ab eo referri inter poetas, quorum lectionem, quod de diis parum reuerenter loquantur, interdicens iuuentuti existimat, et quorum dramata nolit publice doceri aut spectari. Etiam apud Athenienses impietatis accusatum, vix poenam capitis euasisse intercessione fratris Aemyniae <sup>w)</sup>, narrat Aelianus lib. V. Variar. cap. 19. siue quod Eumenidum crinibus primis angues inferuit, siue quod choro quinquaginta Eumenidum ita exterruit spectatores, ut infantes deliquium, grauidae abortum paterentur: siue, quod primus poetarum Aegyptiam potius, quam Graecam sequutus theogoniam, Dianam ausus sit vocare filiam non Latonae, sed Cereris; <sup>x)</sup> siue potius, cui sententiae eruditus Aeliani interpres Iacobus Perizonius merito adslipulatur, quod mysteria Eleusinia in theatro propalasset, causatus deinde, se haud initiatum, ἀπὸρρητα illa quod essent, ignorasse, ut docent Clemens

*Alex.*

<sup>w)</sup> Vide supra ad §. II.

<sup>x)</sup> Teste Herodoto lib. II. cap. 56. pag. 180.

vbi vide Valckenar. ac Wesseling. Ex Herodoto repetiit id Pausanias VIII. p. 676. *Harl.*



*Alex. II. Stromatum* p. 387. et *Aristoteles* lib. III. *Nicomach.* cap. 1. ad quem locum *Eustratius*: *Videtur Aeschylus in sagittariis, in sacerdotibus, in Sisypho saxum volente, in Iphigenia, item et Oedipode, de Cereris sacris curiosius quasdam euulgasse, de quo Heraclides Ponticus in primo de Homero libro scribit parum abfuisse, quin in scena ea de causa fuerit interemptus, quod nonnulla de mysteriis prodere videretur. Praesensisse enim populi tumultum, atque ad aram Bacchi confugisse, cumque Areopagitae intercessissent, dicerentque, nihil prius de eo temere consulendum, quam iudicio suo fuisset decretum: Ita fuisse in iudicium adductum, atque absolutum, clementia iudicis maxime veniam consecutum, quod strenue apud Marathonem pro patria pugnaverat. Nam et fratri Cynaegyro manus obtruncatae fuerant, ipse graviter saucius ex eo praelio fuerat exportatus.* Δοκεῖ γὰρ Ἀισχύλος λέγειν μουσικά τινα ἐν τε ταῖς τοξότοις καὶ ἱερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Ὀιδίποδι. Ἐν γὰρ ταῖτοις πᾶσι περὶ Δημήτρας λέγων τῶν μουσικωτέρων περιεργώτερον ἀπτεσθαι ἔοικε. Λέγει δὲ καὶ περὶ Ἀισχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὀμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναρεθῆναι, ἐπὶ τῷ τῶν μουσικῶν περιφέρειν τινα δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τῷ Διονύσῳ βωμὸν καὶ Ἀρειοπαγίτων αὐτὸν παραιτησάμενον ὡς ὀφείλοντα κρηθῆναι πρῶτον, ἔδοκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτῶν δικαστῶν ἀφέντων, μάλιστα, διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν τῇ ἐπὶ Μαραθῶνι μάχῃ. Ὁ μὲν γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κυναίγυρος ἀπεκόπει τὰς χεῖρας, αὐτὸς δὲ πολλὰ τραυεῖς ἀννήχθη φορεῖδον. Quum vino incaluisse, tragoedias scribere solitum Aeschylum, tradit Plutarchus lib. I. Symposiac. qu. 5. et lib. VII. qu. 10. [p. 856. vol. VIII. edit. Reiskii.] Lucianus in Demosthenis encomio [cap. 15. tom. III. Reitzii p. 502. Lucianus ibi Callisthenem prodit auctorem. Ex Chamaeleonte autem narrat id Athenaeus lib. X. cap. 7. p. 428. E. F. qui vitio vertit Aeschylō, quod primus, non, ut alii censent, Euripides, in tragoediam ebriorum personas induxerit. Tum pergit: „Nam in Cabeiris (Καβείροις.) Iasonem ebrium induxit, quo vitio laborabat ipse poeta tragicus, eo teneri mentitus heroas, (αὐτὸς δὲ αὐτὸς ὁ τραγωδοποιὸς ἐποίησε, ταῦτα τοῖς ἥρωσι περιέθηκε.) Ebrius sane tragoedias ille scriptitabat: quamobrem Sophocles, cum accusans, dicebat, quamvis, Aeschyle, facias, quae decet, inscius tamen et imprudens facis, ut narrat Chamaeleon libro de Aeschylō.“ Harl.] Victus Athenis, Archonte Apsephone, Olymp. LXXVII. 3. a iuvene Sophocle, [P] indignabundus secessit in Siciliam. Hinc, diu versatus in Sicilia, Siculis utitur dictionibus teste Athenaeo IX. p. 402. Ibi defunctus et circa Gelam humatus est teste eodem Plutarcho in Cimone p. 483. Obiit Olympiad. LXXVIII. anno 2. ante Christum 467. (aetatis vnde sexagesimo \*) cum aquila in illius, temere confidentis, caluum caput testudinem deiecisset, ut praeter alios refert Suidas in Χελώνη μυῶν. Epitaphium eius hoc refert Plutarchus libro de exilio, p. 604. [vol. VIII. p. 385. edit. Reisk.]

Y 2

Ἀισχύλον

y) Petavius, Scholiaften Graecum secutus, ponit, Aeschylum anno aetatis LXV. obiisse Olymp. LXXVI. 1. ut adeo natus fuerit LX. 1. Auctor vitae Sophoclis natus testatur Olymp. LXVII. 1. Verum malui sequi rationes marmoris Arundeliani. Fabric. Cum Fabricio consentit Corfin. in Fastis attis. tom. III. p. 193. Aeschylum sexaginta tres annos vixisse, adfirmat auctor graecus vitae Aeschyli: is tamen in eadem pagina scribit, tragicum obiisse diem, sexa-

ginta quinque natum. Saxius in Onom. I. p. 31. Aeschylum, scribit, denatum esse Olymp. LXXXI. 1. Larcher. vero in Chronol. Herodotea p. 571. annum mortis ponit secundum Marmor Oxon. Epoch. LX. in a. Periodi Iulian. 4258. ante Ch. N. 456. Olymp. LXXXI. 1. V. C. 298. aet. 69. Ita quoque Aristophanicus scholiaften ad Acharn. vers. 10. mortuum Aeschylum tradit Callia archonte, n. Ol. LXXXI. 1. vid. Corfin. l. m. p. 203. Harl.



Ἀισχύλον Ἐυφράντος Ἀθηναῖον τὸδε κίνεω  
Μνημα καταφθίμενον πυροφόρου Γέλως. 2)

# VI. Exstant Aeschyli Tragoediae septem.

- 1) ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ *Prometheus vincsus* siue *reliatus*. *Cicero* lib. II. Quæst. Tusc. [cap. 10. vbi vid. *Dauis*.] profert versus duodetriginta Aeschyli latine a se redditos, in quibus loquitur Prometheus adfixus ad Caucasum. Sed in hac Aeschyli tragoedia versus illi haud leguntur, quæ Prometheum inducit vinctum non ad Caucasum, sed πρὸς τοῖς Ἑυρωπαϊαῖς μέρεσι τῷ Ὀκεανῷ, ad *Europaeas partes Oceani*, vt obseruat graecus Scholiastes. Videntur itaque petiti e Tragoedia deperdita, quæ inscribatur Prometheus λυόμενος. [*Accius* quoque scripsit *Prometheum*. vid. *Nonium* in *adulatio*, vbi versus quosdam Ciceronianæ versionis in quæst. tusc. l. m. *Accii* Prometheo refert: Adde eundem in *Gelus* et *Priscianum* lib. VI. col. 685. quare Ciceronem dissimulati scriptoris inculcat *Petr. Seruierius* fragm. trag. p. 142. Enimuero Ciceronis honorem vindicat *Dauis*. ad locum Ciceronis p. m. 145. et adnotat, Aeschylum scripsisse Προμηθεῖα δεσμώτην, λυόμενον et πυρεκατα siue πυροφόρον, quorum δραμάτων primum, opinatur *Dauisius*, *Accium* in linguam latinam transtulisse, Ciceronem vero secundi particulam in quæst. tusc. l. m. prolatam. — *Prometheus*, graece, cum praefatoria *Io. Aurati* epistola. Paris. apud Christian. Wechelium 1548. 8. vid. *Maittaire* A. T. indic. p. 10.] Prometheum vinctum, in quo sensus principis noui, sapientum consilio regnum consequuti, et mala, quæ deinde ab ipsis refertur, gratia, viuis depingitur coloribus, latina prosa vertit *Matthias Garbitius*, Illyricus, professor Tubingensis, graeceque et latine adiectis notis edidit Basil. 1559. 8. apud Io. Oporin. Cum eadem versione recusus *Argentor.* 1609. 8. et in tragoediis selectis H. Stephani [inscriptis: *Aeschyli Prometheus*, gr. cum interpretatione *Matth. Garbitii*. *Sophoclis* Ajax, Electra et Antigone cum versione duplici, prosaria in Aiace, Ioach. Camerarii, in ceteris vulgata per Franciscum Portum raptim recognita, et metrica Georgii Rotalleri. *Euripidis* Hecuba, Iphigenia in Aulide, Medea et Aiceclis cum versione prosaria ex Melanchthonis praelectionibus et Dorotheo Camillo, sed recognita multis locis, et Hecuba ab Erasmo et Medea a Buchanano carmine reddita. exc. Henr. Stephan. 1567. 12. — Ἀισχύλος Προμηθεὺς Δεσμώτης cum Stanleiana versione, scholiis α, β, et γ. ineditis, amplissimisque variorum notis, quibus suas

- 2) Aliam inscriptionem monumento suo inscribi iussisse Aeschylum:

Ἀλκὴν δ' ἐνδοκίμον μακροθύμιον ἄλσος ἐν ἄποι,  
Καὶ βαθυκατήης Μῆδος ἐκισάμενος.  
*Praeclarum animi fortis constantiam praedicabit*  
*Marathonius lucus,*  
*Expertusque Medus ipse, coma densa*  
*capillatus*

prodidit *Athenaeus* lib. XIV. cap. 6. p. 627. At illud distichon pars fuit epigrammatis, cuius prius distichon Fabricius e Plutarcho adtulit, quod vero

non ipse Aeschylus sibi confecit, vti *Kuhn*. ad *Pausan.* in Atticis p. 35. Bailiusque in *Diction.* putarunt; sed Geloi, cum sumtuose inter publica monumenta sepelientes mortuumque magnifice honorantes, id epitaphium inscripserunt, teste auctore graeco vitae Aeschyli. *Pausanias* vero l. m. non de illo epitaphio, sed de alio carmine, quod Aeschylus, quum vitae sibi finem propius adesse sentiret, in sui ipsius memoriam composuisse dicitur, est intelligendus, vti fusius demonstraerunt *Menckeni* in *Bibl. virorum militiae* acque ac scriptis illustrium, p. 20 sqq. *Harl.*



suas adiecit, nec non scholia de metro ac anglicanam interpretationem, *Thomas Morell*. Londini, 1773. 4. conf. *Ephem. Gotting. litter.* 1774. p. 630. — Critica et ex codicibus bonisque libris aut ingenii fertilitate castigata est editio: *Aeschyli* tragoediae, *Prometheus*, *Persae*, et septem ad *Thebas*, *Sophoclis* *Antigone*, *Euripidis* *Medea* ex optimis exemplaribus emendatae, (per *Rich. Fr. Phil. Brunck*.) Argentorati ex officina I. H. Heitz. 1779. 8. gr. cum notis criticis, de qua recensione vid. censorem in *Bibl. vniuersali*, *Berolin.* vol. XXXVII. part. I. p. 251. qui in quibusdam discedit a docto editore, locaque aliquot explicat. — *Prometheus* primum locum occupat in *Chrestomathia tragica* auctoritate *I. M. Garneri* edita a *Ier. Nic. Eyringio*, *Gottingae*, 1762. 8. — Est quoque in *Io. Patusae* *Encyclopaedia paedagog.* *Venet.* 1710. 8. vol. IV. p. 154 sqq. — *Aeschyli* *Prometheus* vinculus, cum scholiis graecis, et lectionis varietate — edidit *Christoph. Godofr. Schütz*, *Eloq. et poef. P. P. O. Ienens.* *Halae* 1781. 8. — Germanice versa est haec tragoedia: *Prometheus in Fesseln*, aus dem Griechischen des *Aeschylus*, übersetzt von *I. G. Schloffer*, *Basil.* 1784. 8. — italice versa in vol. II. *I Capi d' opera del teatro antico e moderno, italiano e straniero.* *Venet.* 1789. — In *Paitoni* *Biblioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati*, tom. II. p. 26 sq. citantur:

Ἀισχύλος τραγωδία Προμηθεὺς δεσμώτης. *Prometeo Legato*, *Tragedia d' Eschilo*, volgarizzata, e con annotazioni sul Testo greco illustrata da Monsignor *Mich. Angelo Giacomelli*, in *Roma* 1754. mai. 4.

*Prometeo legato*, *trag. di Eschilo* trasportata in Versi Italiani. In *Padoua*, per il *Conzatti*. 1754. 8. — *Antonii Cinutii* (*Cinuzzi*.) versio italica adhuc in *Bibl. Vaticana* latere dicitur. *Harl.*] Ex *Prometheo* *Aeschyli* multa translata in parabatam *I. Aug. Thuani*, notat *Grotius* *Epist. ad Gallos* 139. *Matthiam* quoque *Flacium* in hac *Tragoedia* latine transferenda versatum memorant *Pandectae Brandenburgicae*, *Flacium* fortasse pro *Garbitio* per auctoris memoriae lapsum adpellantes. *Bernardini Laurentani* *Patritii* *Veneti* argumentum in *Aeschyli* *Prometheum* latinis senariis exstat ante graeca scholia in editione *Robertelli*. [Huc quoque referenda sunt *Patrobasilii*, (h. e. *Frid. Ludou. Abreschii*.) *Observata* ad *Aeschyli* *Prometheum* vinculum et scholiasten, eiusdemque *Praetermissa* in *Observatis* ad *Aeschyli* *Prometheum* vinculum, in *Miscell. Obseruu. belgicis* vol. VII. tom. III. p. 405 — 416. et vol. VIII. tom. III. p. 341 — 346. item *Io. Aug. Starckii* libellus de *Aeschylo* et in primis eius tragoedia, quae *Prometheus* vinculus inscripta est, *Gottingae* 1765. 4. Quatuor loca in *Prometheo* et vnum in *trag. septem adversus Thebas* acute emendat illustratque doct. *Caspar. Iac. Besenbeck*, *Erlangensis* in disputatione, me praeside, m. Octobr. 1784. ventilata: *Aeschyli* *locorum quorundam interpretatio*. — Hoc quoque in hac tragoedia singulare est, quod *Κεῖρος* et *Βίης*, personae allegoricae, in scenam productae, prologum agunt, et *Κεῖρος* suo atque *Βίης* nomine cum reliquis colloquitur personis. Neque vero ideo culpandus est poeta: nam cautionem adhibuit in ea re vsurpanda. Tum, quod vniuersa veterum religio nixa fuit allegoriis, atque *Robur* et *Vis* iam ab *Hesiodo* *Theogon.* v. 385. *Stygis* liberi, a *Pallante* editi, qui semper sedem habeant apud *Iouem*, memorantur, nihil fecit inusitati. *Harl.*] *Prometheum* docuit *Aeschylus* victor anno aetatis 53. *Olymp.* LXXVI. 4. archonte *Menone*. Reliqua tria tetralogiae dramata fuere *Phineus*, *Persae* et *Glaucus Potniensis*.



- 2) ἙΠΤΑ ἘΠὶ ΘΗΒΑΙΣ<sup>aa</sup>) *Septem Duces aduersus Thebas*, actae post Olymp. LXXVI. Telesthen Aeschyli ὀρχηστὴν, qui hoc drama saltauit, admirationi fuisse tradit *Athenaeus* lib. I. p. 22. et testimoniis Aristophanis ac Plutarchi docet *Zachar. Pearce* ad Longin. p. 60. Stilo veteri tragico expressa septem Thebana & *Quinto Septimio Florento Christiano*, Parif. 1585. 4. [In Maittaire Ann. typogr. tom. III. part. II. p. 792. ita indicatur editio:

*Aeschyli Tragoedia Septem Thebana*, graece, et seorsim latine, stylo ad veteres tragicos Latinos accedente, quam proxime fieri potuit, a Q. *Septim. Florento Christiano*, Lutet. apud Fed. Morel. 1584. 4.

In excerpta particula epistolae nuncupatoriae a Maittario subiuncta, Florens Christianus, ut typis, ait, mandes, quasi inuitus trado, quod nollem nudum prodire istud scriptionis genus, sed cum scholiis et notatis, quae in *schedis meis* sunt adsecutura mox *commentarium ad Prometheus Dermotam*; tum addit, Scaligero non displicuisse priora ipsius Aeschylea.] Idem Prometheus quoque simili Metaphrasi illustrauerat, sed quod [P] sciam adhuc inedita. Latina profana versio *Ioannis Casselii* prodit Rostoch. 1582. 8. Et idem drama Graece ac latine, *Casselio* edente ibid. 1581. 4. [cum animadversionibus. — *Aeschyli Septem aduersus Thebas* insunt tomo II. operis: Πενταλογία siue tragoediarum graecarum delectus cum adnotatione *Io. Burton*. edit. altera. Cui observationes indicemque graecum longe auctiorem et emendatiorem adiecit *Thomas Burgeff*. tom. II. Oxon. 1779. 8. — De Symbolis etc. Aeschyli in Septem ante Thebas et Euripidis Phoenissis agit *Fraguier* in Mem. de l'Acad. Parif. des Inscr. tom. II. pag. 409 sqq.]

- 3) ΠΕΡΣΑΙ, ita dictum drama, quod e Persis chorus constat, ante septem Thebanam actum, ut testatur Schol. Aristoph. ad Ranas, v. 1058. et 1060. Archonte Menone Olymp. LXXVI. anno 4. Hanc Tragoediam e Phoenissis *Phrynichi* concinnatam notauit *Glaucus Rheginus* in libro de fabulis Aeschyli, et innuit in Ranas Aristophanes. Quae de successione Regum Persarum leguntur v. 765 sq. non temere alibi inuenias. Confer Chronologorum Principes Scaligerum, Petauium, Marshamum: ac si placet Barnabam Briffonium opere de regno Persarum. *Fabric.* [Explicationem illorum versuum 761 — 788. dedit quoque *Campeg. Vitringa* in Obseruu. lib. VI. §. IX. p. 294. in primis *I. G. Walther* in Animadu. historicis et criticis, Weissenfelsae, 1738. 8. pag. 10 — 65. vbi multis quoque refutat Stanleii, Schurzfleischii, Scaligeri, maxime Marshami, etiam Vitringae interpretationes. Ibidem p. 278 sqq. de καταβασιμῶν, in Prometh.

aa) Plutarch. VII. 10. sympof. ὥσπερ καὶ τὸν Διοχόλον ἰσοῦσιν τὰς τραγωδίας ἐμπιπὸντα ποιῶν, καὶ, ἔχ' ὡς ὁ Γοργίας ἔπεν, ἐν τῶν δραμάτων αὐτῶ μέγιστον Ἄρεως ἔσθαι τὰς ἐπὶ ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. In Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 520. pro Aeschyli Eteocle legendum est ἐπὶ ἐπὶ Θήβας. *Fabric.* Sic quoque in cod. Taurinensi CCLIII. (teste Catal. MSS. gr. Bibl. Taurin. p. 369.) sunt

Aeschyli Trag. Prometheus et *Eteocles* cum adnotat. in margine et glossa interlin. et in indic. pag. 489. scribitur *Theocles*. Sed sunt ἐπὶ ἐπὶ Θήβας, vbi primus loquitur Eteocles. Interdum a veteribus inferibitur haec tragoedia, ἐπὶ ἐπὶ Θήβας. vid. Aristoph. Ran. v. 1053. ibique Schol. et loca a Burtono et Schützio, (in huius comment. ad hanc fabulam pag. 205.) congeſta. *Harl.*



meth. 806 sqq. fufius differit contra If. Voffium, et p. 224. ac 239. locum in Prometheo vincto verf. 728. de Aulone explicat; — verf. 12. et 13. corrigit vberiusque explicat *Valcken.* ad Eurip. Phoen. v. 1489. p. 500 sq. — Hanc tragoediam germanice vertit *J. T. L. Danz*, Lipsiae, 1789. 8. add. Reflexions fur la Tragédie d'Eschyle, intitulée les Perses, par M<sup>s</sup>. de *Burigny*, in Hist. Acad. Reg. Parif. Inscr. tom. XXIX. pag. 58 — 63. *Harl.*]

- 4) ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ acta Archonte Philocle Olymp. LXX. (non XXVIII. vt in argumento graeco perperam legitur) anno 2. De hac ita Salinasius praef. ad librum de Lingua Hellenistica p. 37. *Quis Aeschylum possit adfirmare, Graece nunc scienti magis patere explicabilem, quam Evangelia aut Epistolas Apostolicas? - Unus eius Agamemnon obscuritate superat, quantum est librorum sacrorum cum suis Hebraismis et Syriasmis, et tota Hellenisticae suppellestiles vel farragine.* Agamemnonem Aeschyli in prima editione mancā et cum Choephoris confusam distinxerunt et integritati suae ex MStis codd. restituerunt *Franciscus Robortellus*, *Bartholomaeus Barbadorus*, *Hieronymus Maeus*<sup>bb)</sup>, et *Petrus Victorius. Fabric.* [In Tetralogia dramatum graecorum, a cl. *Wolffio*, Professore Halensi, Halae Saxon. 1787. mai. 8. in vsum lectionum graecae, sine vllis notis edita, *Aeschyli* Agamemnon primum locum occupat. — Germanica versio est sic inscripta: *Agamemnon*, ein Trauerspiel des Aeschylus, aus dem Griechischen rhythmisch übersetzt und mit erläuternden Anmerkungen begleitet, nebst einer Vorrede über das Genie des Dichters und Beobachtungen über die Menschendarstellung der Alten, von *Daniel Ienisch*. Berlin und Liebau, 1786. 8. Interpres, vt plurimum quidem sequitur *Stanleium* et *Schütziū*, interdum tamen discedit ab illis; Aeschylum praefert multum Homero, quem putat non idoneum paremque fuisse tragoediae aequae excellenti ac Epopoeae scribendae, aliaque de Homero iniqua falsaue fert iudicia. Ceterum haud male illustrat illam tragoediam; acrem tamen censorem nactus est in Biblioth. univers. Berolinensi, vol. 83. part. II. p. 548. — Docte persequitur historiam textus, nec non argumentum et vitia virtutesque tragoediae, emendat denique aut interpretatur multa loca difficiliora cl. *Schütz* in binis disputationibus: *Commentationum in Aeschyli tragoediam*, quae inscripta est Agamemnon, libellus primus, Ienae, 1779. 4. — libelli primi pars altera, ibid. 1780. 4. adde *Sallier* comm. in Agam. in Comment. Acad. Parif. Inscr. vol. VIII. p. 224. *Harl.*]

- 5) ΧΟΗΦΟΡΟΙ *Inferiae*. Tragoedia itidem acta Olymp. LXX. 2. cum Agamemnone atque Eumenidibus. Hanc primus edidit *Franciscus Robortellus* an. 1552. sed initio mutilam, quod ex Aristophanis *Ranis*, nec integrum tamen, reposuit *Stanleius*. Confer *Scaliger*. ad Propert. p. 278. Apud *Mongitor.* in Bibl. Sic. p. 6. perperam excusum est *Choëphron* pro, *Choephoris. Fabric.* Haec tragoedia, multis laborans vulneribus, expectat adhuc suum Aesculapium. Separatim edita est gr. et lat. Glasgae, excud. Foulis. 1777. 4. *Harl.*

## 6) ΕΥΜΕ-

<sup>bb)</sup> De hoc Hieronymo Maco, Florentino, qui studium posuit, vid. Iul. Nigri *Historiam Scriptorum Florent.* p. 303. et de Barbadoro p. 78.



- 6) ΕΥΜΕΝΙΑΔΕΣ *Furiae* siue *Dirae*, quae cum Agamemnone, Choëphoris, et dramate Satyrico deperdito, cui titulus erat Proteus, constituerunt tetralogiam, quam *Orestiam* vocat Aristophanes, vt ex veteribus *διδασκαλίαις* obseruat Scholiastes Comici ad Ranas. Itaque et Eumenides Aeschylus docuit Olymp. LXX. 2. Has stilo veteri Pacuviano vertisse se testatur *Iosephus Scaliger* p. 111. ad Varronem, vbi Eumenides Aeschyli ab *Ennio* olim translatae obseruat. Eiusdem versionis suae meminit Epistola 30. ad Florentem Christianum. In illis Poeta chorum quinquaginta Eumenidum in theatrum induxerat: quo spectaculo ita perterriti spectatores, ὥς τὰ νήπια ἐκψύζαι, τὰ δὲ ἄμβροτα ἐξαμβλωθῆναι, vt narrat anonymus vitae Aeschyli auctor. Ab eo tempore numerus chori Tragici ad quindecim reductus est, teste *Iulio Polluce* lib. IV. cap. 15. Confer *Samuelem Petitum* ad leges Atticas pag. 66. [P] *Meziriac.* ad Ouid. Heroid. tom. II. pag. 206.

7) ΙΚΕΤΙΔΕΣ *Supplices*.

VII. Anonymus scriptor Graecus vitae Aeschyli, ait, eum fecisse dramata *septuaginta*, et quinque Satyrica. Suidas ipsi tragoedias *nonaginta* tribuit. Sed vtrunque numerum excedunt nomina fabularum iam a me recensenda, siue quod vna tragoedia sub duplici nomine laudatur ab antiquis, siue, quod nomina corrupta numerum auxere, siue quod falso quaedam huius Aeschyli nomine ferebantur, siue, quod Suidas et alter anonymus pariter in numero dramatum falsi fuerunt. [Confer *Casaubon.* de Satyr. poesi lib. I. cap. 5. pag. 125 sqq. edit. Rambach.] Ceterum nomina deperditorum Aeschyli tragoediarum haec sunt, partim memorata in Catalogo, qui graecis in Aeschylum scholiis praefigitur, partim obseruata a *Ioh. Meursio* in diatriba de Aeschyli, Sophoclis et Euripidis Tragoediis, (quae post editionem Lugd. Bat. 1619. 4. ex auctoris Chirographo auctor edita est tom. X. Antiquitatum Graecarum Clarissimi Gronouii), ab eodem Meursio in Bibliotheca Graeca pag. 1197 sq. a *Thoma Stanleio* [et *Cornelio de Pau*] in Aeschyli fragmentis, ab *Hugone Grotio* in excerptis Tragicorum, [atque *Heathio* in notis s. lectionibus ad Tragicos p. 158 sqq.] et a *Thoma Gatackero* in Aduersariis postumis cap. 10. quibus plures obseruationes nostrae accedunt. *Fabric.* Atque hic catalogus augeri poterit. Sic in dramate Aeschyli deperdito fabula, quam Aeschylus vnus omnium, qui ei praecesserunt, ex narratione Aegyptiaca adoptauit, Dianam fuisse Cereris filiam, apud *Herodot.* II. 156. pag. 180 sq. fuisse exornata videtur *Valckenario* ad locum Herodoti. Post Stanleium *Cornelius de Pau*, (qui in fragmentis multa bene, multa quoque peius immutauit,) et *Heath* in Notis s. Lectionibus ad Tragicos pag. 166. spicilegium praecipue incertorum collegerunt atque interpretati sunt. Atque cl. Schützius, qui plura fragmenta collegit, quae quarto editionis suae tomo subiecturus est, hunc quoque catalogum forsitan locupletabit, aut, eiectis quibusdam ex numero citatorum, imminuet. Locum incertae tragoediae, seruauit Scholiastes, a Villoisonio editus, ad Homer. π'. 542. p. 391. Inter incerta locus est ab Aristotele in Historia animal. de *upupa* ex quadam Aeschyli tragoedia, ad quam respicit quoque *Plin.* Histor. Nat. lib. X. cap. 44. Illos versus, latine redditos, offert *Perottus* in Cornu copiae pag. 513. Alios emendatos dedit *Salmas.* in Exerc. Plin. pag. 296. A. edit. Vltraiect. et alibi. *Harl.*

Ἀδάμας



Ἀθάμας. Athen. VII. 19. Hefych.

Ἀίας Λοκρός. Zepob. VI. 14. prou. et Ἀίας alter *μαστιγοφόρος*, si audimus Gatackerum hoc e quodam Scholiaſtae Sophoclis loco colligentem.

Αἰγύπτιοι. Catalog.

Ἀἴτνα, Αἴτναι, Αἴτναϊα, Αἴτναῖοι γνήσιοι et Αἴτναῖοι νόθοι. Vide Holſten. ad Stephanum in *παλική*, et Macrobiū V. 19. Pro Αἴτναῖαι male *Λιτανῖαι* legi apud Hefychium in Ἀναξίαν, poſt Meurfium notauit Salmaſius.

Aeſchylum in *Alcibiade* laudari videas in Suida latino Hieron. Wolfii, voce *Σκύμος*. Sed in graeco tantum eſt: *Διſχύλος λέγει περὶ Ἀλκιβιάδα*. Sic *Plutarch.* de audiendis Poetis p. 32. *Διſχύλος περὶ τῆς Ἀμφιαράου γράφων*. Et in Ariſtide p. 320.

Ἀλκμήνη. Hefych.

Ἀμυμώνη. Athen. XV. 12. Hefyc. *Ammonius* in γῆμα. [ad quem locum vid. *Valcken.* in *Animaduu.* pag. 59.]

Ἀμφιτρεύων et Μεσσηνιακὰ ἔπη, perperam in Meurfii Bibl. Graeca [ac Geſneri Biblioth. p. 14.] referuntur inter tragoedias Aeſchyli Athenienſis: Alexandrini enim eſſe, probe ex *Athenaeo* [lib. XIII. cap. 8.] obſeruauerat idem vir doctus alibi.

Ἀργεῖοι. Catalog. et Etymol. M. Pro quo male Ἀργεῖα apud Hefychium in Ἀπόσκημμα, et in Ἑμμέλεια non minus corrupte ἀργύριοι.

Ἀργεῖαι. Vide Iac. Gronou. praefat. ad Harpocrat. \*\*\*\* 4.

Ἀργὼ ſive κωπευτής. Catalog. [P]

Ἀταλάντη id.

Βάκχαι id.

Βάσσαραι ſive Βαſſαρίδες Hefych. Scholiaſtes Nicandri ad *Theriac.* Simplicius in lib. II. de Coelo p. 125. b. *Διſχύλος ἐν Βαττάραις*.

Γλαῦκος Πόντιος. Strabo lib. X. p. 447. Pauſan. *Boeoticis*, p. 575. et *Athenaeus*, III. 10.

Γλαῦκος Ποτνιεύς (\*). Strabo lib. IX. Scholiaſtes Ariſtoph. ad *Ranas*, Euripidis ad *Phoeniſſ.* [v. 1201. ad quem vid. *Valcken.* p. 411. et 750.] Aeſchyli in argumento *Perſar.* vnde hauſit Scaliger in deſcriptione Olympiadum Graece edita ad Olymp. LXXVI. 4. Ceterum duo diuerſa Aeſchyli dramata fuiſſe Glaucum Pontium et Glaucum Potnienſem, adeoque diſtinguenda, contra Caſaubonum Meurfius docet. [Stanlei. quoque diſtinxit; at Paw dubitat propter ſcripturae ſimilitudinem, Caſaub. vero ad lib. III. *Athenaei* errare putat.] Glaucus Aeſchyli, vter, incertum, memoratur a Schol. *Theocriti Idyll.* 4. 62. *Pindari Pythionic.* Od. 1.

Δανάη

cc) *Glaucus Potnienſis* fuit piſcator, qui, quum, herba quadam guſtata, inter maris deos eſſet relatus, quotannis futura praedicere exiſtimabatur na-

viculatoribus, vnde Aeſchylus totius fabulae argumentum ſumſit, teſte *Pauſan.* IX. 22. pag. 754. *Harl.*



Δαναή siue Δαναΐδες Hefych. Schol. Pindari Od. 3. v. 31. *Athen.* lib. XIII. p. 606. [Eadem fabula videtur Stanleio: diuersae autem Corn. de Paw, qui duce Strabone V. pag. 221. cum Stanleio Δαναΐδας et Ἰκετίδας pro eadem fabula habet: secus sentit Heathius.]

Δικτυελκοί. Hefych. Aelian. VII. 47. de animal.

Δικτυεργοί siue potius Δικτυεργικοί. (quae forte a superiore haud diuersa fuit) Catalog. Pollux. VII. sect. 35.

Διονύσε τροφοί. Schol. Euripidis argumento Medae.

Ἐκτορες λύτερα, ἢ Φρύγες. Auctor vitae Aeschyli, idemque (vt puto) catalogi tragoediarum. Etiam Aeschylum ἐν Ἐκτορι laudat Stobaeus et ἐν Φρυξίν ἢ λυτρείς Pollux et Scholiastes Comici ad Ranas: ἐν Φρυξί Athenaeus et Hefych. eandem tragoediam innuens. Aeschyli imitatione *Lutra* quoque Ennius scripsit.

Ἐλευσίνια. siue Ἐλευσίνιοι. Plutarchus Theseo. Hefych.

Ἑλλάδιος [Aeschylō abiudicat hanc tragoediam Stanleius.] vide infra in Ἡλιάδες.

Ἐπίγονοι. Schol. Pindari Isthm. Od. 6.

Εὐρώπη siue Κάρες Stob. serm. 49. (51.) Steph. in μύλασα.

Ἡδωνί. [ἐν Ἡδωνοῖς Schol. Ven. ab Villoisonio edita ad Iliad. i. 535. et ψ. 34.] Strabo lib. X. Schol. Aristophanis ad Aues, Athenaeus, XI. 8. Erotianus in ἵκταρ, Suid. in Διγί-ζεν et Μεσόμεαντις, Hefych. [Eustath. Parechol. p. 1282. lin. 60.]

Ἡλιάδες. Hoc drama Athenaeo X. II. XI. 5. et in anonymi Catalogo memoratur. Verum Schol. Sophoclis Oed. Col. laudat Aeschylum ἐν Ἰλιάδι. Forte, inquit Meursius, *scriptae fuerunt et Aeschylō Ἰλιάδες, vt Euripidi Τρωάδες.* Sed magis eo propendeo, vt legam ἐν Ἡλιάσι. Similiter etiam apud Harpocr. tionem in μαλακίζομεν legit Gatackerus, pro ἐν Ἑλλάδιῳ, sed ibi verior videtur lectio Viri Clariss. Iacobi Gronouii, qui ad Harpocratonem p. 91. ἐν λαῖῳ reponendum esse suspicatur. [Paw suspicatur Ἑλλάδιῳ, *constringit, occludit diuino et indefesso pede tremiscens; at perperam.*]

Ἡρακλεΐδα. Hefych. Stob. serm. 121.

Θαλαμοποιοί. Pollux, [lib. VII. cap. 27. ibique interpr.]

Θεωροί ἢ ἰσομιασαί. Aeschylum in Θεωροῖς laudat Athenaeus XIV. cap. 7. Sed male apud Hefych. in Ἀποσᾶς citatur Aeschylus ἐν Ἰσομιασαῖς. Perperam [P] et in anonymi Catalogo Aeschyli tragoediarum: Θεόδωροι ἢ ἰσομιασαί.

Θρηῖσσαι Hefych. Scholiastes Sophocl. ad Aiace. [134. 815.] Comici ad Ranas.

Ἱερεῖαι *sacerdotes.* Macrobius V. 22. Hefych. Eustratius ad Ethic. Aristotelis III. 1. Schol. Sophoclis ad Oedip. Colon. [v. 791.]

Ἰλιάδες. Vide supra in Ἡλιάδες.

Ἰξίων. Hefych.

[Ἰξιν male citat Mongitor. ex Polluce X. cap. 34. segm. 157. ibi enim legitur Ἀχαιοὺς ἐν Ἰξιδί. Harl.]

Ἰσομιασαί.



Ἰσθμιασά. Vide supra in Θεωροί.

Ἰσοςάσιον. Vide infra, ψυχόσασια.

Ἰφργένας Eustratius, vbi supra §. V. Schol. Aristoph. ad Ranas. Suid. in κυδάζεται. [Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 722]

Κάβειροι. Athenaeus IX. cap. 4. X. p. 428. et Plutarch. lib. II. quæst. 1. sympot. p. 632. Sed male apud Schol. Pindari Pythionic. Od. 4. laudatur Aeschylus in Κιβήραις. Aeschylum Καίρειος vet. Lex. Bibl. Coislinian. p. 484. lege Καβήρειος.

Καλλιζώ. Hesych.

Καμικοὶ tam recte in libro de Aeschyli tragoediis a Meursio omittuntur, quam in Bibliotheca eiusdem Graeca perperam accensentur Aeschyli fabulis, ex corrupto loco Athenæi lib. II. p. 51. nam pro καμικοῖς legendum ibi est κατὰ τῆς βάρης, vt ex MSS. codicibus docuit Casaubonus lib. II. cap. 11.

Κᾶρες. Vide supra Εὐρώπη.

Κεραυνών. Corrupta vox pro Κεκύων in prioribus Harpocratonis editionibus in ὄρεον.

Κεκύων Σατυρικός. Hesych. Pollux X. sect. 175. Harpocrat. in ὄρεον ex Salmasii emendat. [compara Pausan. Attic. I. 39. p. 94. Casaub. de Poesi Sat. I. 5. p. 128 sq.]

Κήρυκες. Pollux lib. IX. sect. 136.

Κήρυκες Σάτυροι <sup>dd</sup>. Pollux lib. X. sect. 186. [vbi vide interpr. p. 1377. et cap. 19. sect. 68. ibique interpr. p. 1230. edit. Hemsterhus.] et Photii Lexicon MS. in πυρσεκόμῃς λέοντος  
Z 2 laudante

<sup>dd</sup> Satyrica dramata, in quibus Satyri s. mimi saltabant. vid. Salmas. pag. 10. de Hellenismo. Fabric. adde Jf. Casaubon. de Satyrica Poesi, lib. I. cap. 1. p. 19 sqq. ibique not. Crenit ac Rambachii, et pluribus locis. Κήρυκες vero h. l. non sunt praecones, sed sacrorum administri. vid. Casaubon. ad Athen. Dipnos. XV. p. 939. adde Knox on satire and satirists, in Essays moral and literary, vol. II. pag. 147. cl. Io. Gottlieb Buhle prolus. de Fabula Satyrica Graecorum. Gottingae, 1787. 4. qui plures excitat scriptores. Idem vir doctiss. p. 8. negat, Aeschylum fuisse vel cultioris primum auctorem, ea de causa, quod eius aetate mos faciendarum quotannis τετραλογιών iam esset usurpatus; omnia porro nomina fabularum, quarum Thespin auctorem ferunt, credere vetent, pertinuisse eas ad satyricarum genus; denique non Aeschylo soli, sed etiam Phrynicho, Pratinæ et Choerilo Atheniensi, Aeschyli ferè aequalibus, praeter satyros, tragoediae quoque triuantur; quod denique Plato in Minoe tom. VI. pag. 140. edit. Bipont. adfirmet, tragoediam neque a Thespide, neque a Phrynicho duxisse originem; sed vi-

deri potius priscum Atticorum inuentum, de quo parum constet. Omnis vero controuersiae cardo versatur in notione verae tragoediae, et num Thespis auctor fuerit dramatum, quae nomini illius adscribuntur: qua de re supra in paragrapho de Thespide iam disputauimus. Idem vir doctiss. p. 10. patet, inquit, fabulis satyricis Aeschyli plerumque historiam aetatis mythicae Graecorum argumenta suppeditasse. — Minime vero probabile est, argumenta fabularum satyricarum ab Aeschylo ita tractata fuisse, vt ille nihil aliud, nisi auditorum risum ciere, studeret, aut falsa dicteria in populares suos conicere; miscuit potius in fabulis satyricis seria cum ludo, easque medium tenere voluit inter tragoediae seueritatem et comediae praeae dicacitatem suo tempore nimis adhuc amarulentam; quo magis Sileni lasciuia aut γελοία λέξαι et Satyrorum proteruitate reuocarentur ad hilaritatem spectatorum animi acta aliqua tragoedia Eumenidum simili paullo vehementius adfecti. Ceterum minus bene statuit Casaubonus, argumentum fabulae satyricae, trilogiae tragoediarum adnexae, fuisse semper adfines illis, quae in tragoediis



laudante Clarissimo Bentleio. [in Epistol. ad Millium p. 15. adde p. 57. et *Casaubon.* de Satyr. Poesi lib. I. cap. 5. p. 127.]

*Κίρκη Σατυρική.* Hefych. Corrupte in anonymo Catalogo *Κίρκης Σατυρικοί.* [vid. *Casaubon.* de Satyr. Poesi, lib. I. cap. 5. pag. 126.]

*Κρήσσα.* Athen. II. cap. 11. Hefych.

*Κωπευτής.* Supra in *Ἀργώ.*

*Λαῖος.* Vide supra in *Ἡλιάδες.* Memoratur in Catalog. et apud Hefych.

*Λέων Σατυρικός.* Ita enim apud Stephanum in *χώρα* recte legunt Salmasius et Gatackerus. Sic omnium quinque Satyricorum Aeschyli dramatum nomina tenemus. Quae sunt *Κερκύων*, *Κήρυκες*, *Κίρκη*, *Λέων* et *Πρωτεύς.* Ex his ne vnam quidem ad nos pervenisse, est, quod doleant litterarum harum amantes, cum in isto genere primas Aeschilo tribuerit *Menedemus* Eretrienſis teste *Laertio* lib. II. sect. 133. et Hefychio Illustri, vbi de Menedemo agit; tum Pausanias in Corinthiacis. [¶]

*Λήμνιοι* tum in Catalogo memorantur tum apud Hefychium in *Ἀγκυρόβολα*, vbi Iohannes Vitus Pergerus legit: *ὡς καὶ ἐν Λημνίσις Αἰσχύλος.*

*Λυκῆρες.* Aristarchi Grammatici commentarius in Aeschyli Lyncurgum memoratur in Scholiis Graecis ad Theocriti Idyll. 10. Fabulam ipsam citant vel ad eam respiciunt Aristophanes Theſmophoriaz. Longinus *περὶ Ὑψους*, Athen. X. cap. 14. Hefych. et Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. [v. 668.] Schol. Aristoph. ad Equites.

*Λύτρα Ἐκτορος* siue *Φεύγες.* Vide supra *Ἐκτορες Λύτρα.*

*Μέμνων.* Catalog.

*Μήδεα*, nescio, satisne certo colligatur ex Aristotelis Poetics cap. 17.

*Μηλοσφαγῆσαι*, si credimus Bifeto in Scholiis gr. ad Aristoph. *Lyſistratam*; quem tamen falli putat Langbaenius ad Longinum.

*Μυρμιδόνες.* Strabo lib. XIII. Harpocr. Hefych. Athen. Scholiastes Aristoph. ad *Ranas*, *Pacem*, *Aues*, et *Ecclesiāz.* 392. Suid. in *ἀβδέλυκτα*, *ἀπείμωζον* et *τρίμβολον.* Ex eadem fabula Aeschyli petitum, quod adfert *Aristides* Orat. I. Platonica p. 27. tom. III. et *Philo* de mundo incorruptibili pag. 737.

*Μυσά.* Suid. in *Ὁργεῶνες.* Steph. in *Οἶος.* Aristoteles cap. 24. Poetic: *ἐν Μυσσίς ὁ ἄφρων ἐκ Τεγέας εἰς Μυσίαν ἦκον.*

*Μύσαι* memorantur Harpocrati in *Ὁργεῶνας*; sed *μυσαί* reponi iubent Meursius et Maufiacus, quod confirmat Suidas eadem voce.

*Νεανίσκοι.*

diis exhibuerat poeta; nam ipsum Aeschyli exemplum id redarguit. [vid. locum Scholiast. ad *Ὁρσίαν* infra a Fabricio nostro laudatum.] Nihil adſine ſibi habuere v. c. argumenta tragoediarum, *Phinei*, *Perſidis*, *Promethei* (*πυρφόρος* ſ. *πυρκαῖος*), et fabulae ſatyricae, *Glaucoi Potniensis*; quae tamen

omnes conſtituebant tetralogiam doctam ab Aeschilo, Olymp. LXXVI. 4. Menone praetore. Quid? quod ſaepe fabulae ſatyricae ſeparatim actae fuerent, nec trilogiis adiectae. Haecenus cl. Buhle.

*Harl.*



Νεανίσκοι. Athen. XI. cap. 15. Hefych.

Νέμεα. Catalog.

Νηρεύς. Hefych.

Νηρηίδες. Schol. Euripidis ad Phoeniss. [v. 219. ibique Valcken. p. 635.] Pindari Neimeonic. Od. 6. Hefych.

Νιόβη. Strabo lib. XII. Hephæstio Enchirid. Aristot. cap. 17. Poetic. Hefych. Anonymus auctor vitae Aeschyli et Scholiastes Aristoph. ad Aues et Ranas: Euripidis ad Phoeniss. v. 162. Aeschyli ad Promethi. [Eustath. in Parecbol. pag. 744. lin. 3. Priscian. grammat. lib. I.]

Ξάντριαι. Schol. Aeschyli ad Euménid. Suid. in Ὀκτώπῳ. *Fabric.* Pollux Onom. X. sect. 117. vbi vide interpret. p. 1295. edit. Hemsterh. et *Bentlei.* Epist. ad Millium p. 58. *Harl.*

Οἰδίππε. Eustratius III. ad Ethic. Nicomach. *Fabric.* Ex Oedipo Aeschyli praebebat fragmentum, a Stanleio omissum, Schol. ad Sophoclis Oed. Tyr. v. 723. quod restituit *Valcken.* ad Euripid. Phoeniss. 38. p. 17. *Harl.*

Ὅπλων κρίσις. Respicit Aristot. cap. 23. Poetic. laudat Stob. et Scholiastes Sophoclis ad Aiacem [190.] Aristophanis ad Acharnenses, 883. Latina tragoedia Attius expressit *Artemorum* iudicio. *Fabric.* Conf. *Valcken.* Animadu. ad Ammonium lib. III. cap. 1. p. 164. *Harl.*

Ὅρεσία. Tetralogia tragoediarum Aeschyli acta Olymp. LXX. 2. Schol. Aristophanis ad Ranas v. 1153. Τετραλογίαν φέρει τὴν Ὅρεσίαν αἱ διδασκαλῖαι, Ἀγαμέμνονα, Χρηφῶρες, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Ἄριχος (lege Ἀρίσταρχος) καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν σατυρικῶν. [conf. *Casaubon.* de Satyr. Poesi, lib. I. cap. 5. pag. 124. edit. Rambach.]

Ὅσολόγοι. Athen. XV. cap. 2.

Παλαμήδην quoque vel Ναύπλιον inter Aeschyli δράματα fuisse suspicatur Gatackerus, ex loco quodam Athenaei. [P] [In Scholiis Venetis a Villoisfonio editis ad Hom. Iliad. δ. 319. p. 120. citatur Αἰσχυλος Παλαμήδην, et fragmentum ex eo datur. Ex hoc dramate forsan locus ille Athenaei I. p. 11. quem emendauit et illustrauit *Valcken.* ad Euripidis Phoenissas p. 204.]

Πενθεύς. Catalog. et Galenus 1. in 6. Epidem. tom. V. p. 455.

Πεῖραιβοί, Πεῖραιβίδες. Hefych. Athen. XI. cap. 7. et 14.

Πηνελόπη. Etymol. M.

Ποικίλα χρώματα. Suid. in Κάλαις, nisi locus est corruptus, perinde ut alter in κάλλη, vbi Aeschylus in ποικίλοις κάλλεσι citatur. *Fabric.* Kuster. ad utrumque locum verba ἐν ποικίλοις χρώμασι inducenda putat. Secus sentit *Lamb.* Bos in Animaduu. ad Suidam, et Aeschylum mathematicum libri, Ποικίλα χρώματα, auctorem censet. vid. supra δ. II. not. a. *Harl.*



Πολυδέκτης. Catalog.

Προμηθεὺς πυρκαεὺς Polluci lib. IX. segm. 156. memoratur. Ab eo non diuersus est πυρφόρος laudatus Gellio lib. XIII. cap. 18. et in Catalogo Anonymi recensitus. Vide Guil. Canterum lib. VII. cap. 21. nouar. lect. [et Hemsterhus. ad loc. Pollucis pag. 1140. Casaubon. de Poesi Sat. p. 128. ibique Rambach.]

Προμηθεὺς λυόμενος. Strabo lib. I. [p. 58. vbi vide Casaubon. et hunc de Poesi Satyr. p. 127.] Dionys. Halicarn. lib. I. Antiquit. Stephanus in ἄβροι., Hyginus Poetic. Astronom. lib. II. cap. 6. Hesych. Athen. Scholiastes Apollon. ad lib. IV. Arrianus in periplo Ponti Euxini. Procop. IV. 4. de Bello Gothico p. 579. Ex hoc dramate H. Stephanus depromptos esse coniicit Aeschyli versus, quos de Prometheo laudat Strabo lib. IV. et alios item quos adducit Galenus comment. 1. in sextum ἐπιδημίων Hippocratis, §. 29. quamquam ibi, (memoriae, vt videtur, vitio,) citat Prometheum Aeschyli δεσμώτην. Vide et quae de Ciceronis loco notauī supra, vbi de edito Aeschyli Prometheo. [Salmas. Exercit. Plin. pag. 42. supra ad §. VI.]

Προπομποί. Hesych.

Πρωτεὺς Σατυρικός. Hesych. Athen. [IX. cap. 11. pag. 394. ad quem locum vide Dalecamp. et Casaubon. comm. p. 428.] Scholiastes Aeschyli in argumento Agamemnon. atque inde Scaliger in descriptione graeca Olympiadum ad Olymp. LXXX. "2. Vide, quae supra inter editas Aeschyli tragoedias in Eumenidibus. [Casaubon. de Poesi Sat. I. 5. p. 129.]

Σαλαμίνια siue Σαλαμίνιοι. Perperam apud Hesychium duobus in locis Σαλαμίνι.

Σατυρικά δράματα quinque Aeschylum docuisse auctor est anonymus Graecus, qui vitam eius scripsit. Horum nomina habes supra in Λέων. Vtrum vero tamquam singulares Tragoediae et ab aliis diuersae memorandae sunt Σατυρικός ex Hesychio, et Σάτυροι ex Pausaniae Corinthiacis, cum doctissimo Gatackero iure dubites, imo non esse, ne dubites quidem.

Σεμέλη ἢ Ὑδροφόρος. Catalog. Hesych. [fragm. ex ea tragoedia: ἐν Σεμέλει ἢ Ὑδροφόροις, in Scholiis Hom. Marcianis ad Hom. Iliad. δ'. 319. p. 120.]

Σίσυφος δραπέτης. Catalog. Laudant etiam Sisyphum Aeschyli Aeliamus XII. 5. animal. Erotianus in διοπῶ et Pollux, [lib. X. cap. 3. sect. 20. ibique Hemsterhus. etc. 22. In Etymologico Gudiano, in Specimine Emendat. in Etymol. M. a Kulenkampio edito p. 36. quod fragmentum Aeschyli ibi seruatum corrigit Schneider. in Fragmentis Pindaric. Carminum p. 106. nr. CLIX. Harl.]

Σίσυφος πετρακυλίστης, quod nomen dramatis corrupte legitur apud Hesychium [P] in Ὠψείας. Integrum in Catalogo Anonymi, et apud Eustratium III. 1. ad Ethic. Nicomach.

Σφίγξ. Athen. XV. cap. 5. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad Ranas.

Τήλεφος.

ee) Olympiade LXXX. iam obierat Aeschylus, itaque ad illam non magis quadrat tempus aeti huius dramatis, quam ad Olympiadem XXVIII.

quae in graeco Agamemnonis argumento designatur, illa enim Aeschylus natus nondum erat.



Τήλεφος. Hesych. Clemens Alex. IV. Strom. Scholiaſtes Comici ad Ranas.

Τοξότιδες f. Τοξόται. Antigonus Caryſtius hiſtor. paradox. ff) cap. 127. Euſtratus vbi ſupra, Hesych. Plutarch. in amatorio p. 676. et Lib. de proſectus indiſciis, p. 81.

Τροφοί. Hesych.

Υδροφόρος ſive Σεμέλη, quam vide.

Υψιπύλη. Hesych. Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. [620 ſq. 773. conf. Groddek in Bibl. der alten Litterat. und Kunſt. part. II. pag. 108 ſq.]

Φιλοκτήτης. Ariſtot. cap. 22. Poetic. Athen. IX. cap. 11. Schol. Ariſtophanis ad Ranas. Plutarchus Lib. de tranquillitate. Dio Chryſoſt. diſſ. 52. Scholiaſtes Sophoclis in Philoctetæ argumento. Suid. in ενθ' ἔτε μίμνειν ἄνεμος ἔτ' ἐκπλεῖν ἐᾶ, quo prouerbio vitur etiam Ariſtaenetus Epiſt. 27. [Maxim. Tyrius diſſ. 13. p. 147. edit. II. Dauif.]

Φινεύς. Athen. X. cap. 5. Scholiaſtes Aeſchyli in argumento Perſarum et inde Scaliger deſcript. Olympiadum ad Olymp. LXXVI. 4.

Φοινῖſſαι. Pollux.

Φορκίδες. Eratoſthenes cap. 22. Cataſteriſm. Hyginus II. 12. poetic. Aſtronom. Athenaeus. Videtur reſpicere Ariſtoteles cap. 18. Poetices.

Φρύγες ἢ Ἐκτορος λύτρεα. Pollux VII. ſect. 131. Corrupte apud Hesychium in Ἀγασαί, [vbi vide Alberti notam,] legas Αἰσχύλος φράζει, pro Αἰσχύλος Φρυγί. De hac Aeſchyli fabula conſulendus Caſaubonus ad Athenaeum lib. I. cap. 19. pag. 56. et quae ſupra in Ἐκτορος λύτρεα. [Stobaeus ſerm. 32. et Schol. Homer. a Villoiſonio edita.]

Φρύγιοι, tamquam diuerſum a ſuperiore drama ab Anonymo recensetur in Catalogo.

Ψυχαγωγοί. [Athen. X. cap. 1.] Pollux, X. ſegm. 10. Hesych. Suid. in Στάθερόν. Schol. Apollonii ad lib. III. et Homeri ad Odyſſ. λ. v. 133. Ariſtophanis ad Ranas. Ceterum pro Ψυχαγωγοῖς, Ψυχαγωγίαν habet idem Anonymus in Catalogo. Fabric. Aeſchylo huius dramatis argumentum Homeri praeſtuit Νεκυία. Vid. Valckenar. diatriben Euripidis Hippolyto ſubiectam, pag. 286. C. qui fragmentum poſt Heathii curas corrigit. Harl.

Ψυχοſαſία, Ponderatio animarum Hectoris ac Pollucis, (argumento petito ex Iliad. XXII.) pro qua ἰſοſάſιον infelici coniectura reponit Reineſius p. 124. Variar. lect. Neque enim Plutarchus tantum Lib. de audiendis Poetis, [p. 151. f. pag. 54. vol. VI. edit. Reisk.] et Pollux IV. ſect. 130. ſed Anonymus quoque in Catalogo et Hesychius drama hoc commemorat, etſi apud iſtum duobus in locis legitur ψυχοſαſία in voce ἀννηΐδοις et αὐριβάτας.

[Ωρεοδυία, quod Aeſchyli drama vnus Io. Siceliota in comment. mſto, (quod euſtoditur in Bibl. Pariſ. Camilli Falconeti) in Hermogeneim περί ιδέων commemorat. Fragmentum ex

ff) Locum Aeſchyli ab Antigono Caryſt. cap. 127. pag. 349. b. et Heath. in Lectionibus pag. 161. aſcitatum emendat Salmaſius p. 669 ſq. ad Solinum, que Cora. de Paw.]  
edit. Pariſ. [ſed vid. Valcken. ad Eurip. Phoeniſſ.



ex eo seruauit *Longinus* de Sublimitate sect. III. init. vti docuit et locum Siceliotae ex msto protulit cl. *Ruhnken.* in diss. de vita et scriptis Longini §. X. pag. 26. et ad Longini locum pag. 242 sq. edit. Toupilii, Oxon. 1778. 8.

Ceterum animaduertendum est, de metro Aeschyli, Sophoclis atque Euripidis, scripsisse, (καλομετρίαν τῶν μελικῶν Αἰσχύλου etc. ἔγραψε etc.) Eugenium, Trophimi filium, Augustopolitanum, Phrygem, teste *Suida* in Εὐγένιος, et ex illo *Eudocia* in Violar. p. 168. *Harl.*]

VIII. Praeterea Aeschyli Ἑλεγῆα laudantur a *Theophrasto* lib. IX. Histor. plantar. cap. 15. et *Plutarcho* lib. I. Sympos. qu. 10. vt *Plinium* XXV. 2. et *Suidam* omittam. Ex his Elegiis *Stanleius* p. 707. ad vitam Aeschyli, suspicatur, petatum esse tetraſtichon, quod sub eius nomine legitur [P] in Anthologia lib. III. cap. 5. in eos; qui ad Marathonem occubuerunt. In eadem, quam dixi, vita auctor Anonymus refert Aeschylum a Simonide, cuius in eodem Anthologiae loco versus quidam huius argumenti leguntur, superatum Elegiaco carmine εἰς τὰς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας, quod Aeschyli dictio longius abesset a tenuitate illa et λεπτότητι, quam Elegia requirit. *Pacana* in *Apollinem* rogatus componere a Delphis, id facere renuit, quod iam existeret alius *Paeon* vetustior auctore *Tynnicho*<sup>gg)</sup> celebris, qui cum suo si conferatur, velut antiquae imagines cum recentibus, fore, vt minus forte artis atque elegantiae, verum plus sanctimoniae et dignitatis habere videretur. *Porphyrus* de abstinendo ab animatis lib. II. sect. 18. Τὸν Αἰσχύλον, φασὶν, τῶν ἀδελφῶν ἀξίωντων εἰς τὸν Θεὸν γράψαι παιᾶνα, εἶπεν ὅτι βέλτιστα Τυννίχῳ πεποιήται, παραβαλλόμενον δὲ τὸν αὐτὸς πρὸς τὸν ἐκεῖνος, ταῦτόν πείσεσθαι τοῖς ἀγάλμασι καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα. Ταῦτα γὰρ καί περ ἀπλῶς πεποιημένα. Θεᾷ νομίζεσθαι, τὰ δὲ καινὰ περιέργως ἐργασμένα θαυμάζεσθαι μὲν, Θεῶν δὲ δάξαν ἥττον ἔχεν. Si *Romulum Ainaſceum* Pausaniae interpretem audimus, Aeschylus in limine carminis de pugna *Marathonia* suum et Patriae nomen commemorauit. Sed verborum Pausaniae lib. I. Attic. pag. 49. longe alius est sensus, vt animaduersum *Ioachimo Kühnio* in notis ad Pausaniam, et clarissimo *Baelio* pag. 1168. *Dictionary*, edit. secundae. Nempe Aeschylum sibi ipsimet composuisse Epitaphium, et in eo nihil commemorasse, quam nomen suum Patriamque, et quod ad Marathonem fortiter pugnavit. [P] *Fabric.* Sed vide ad finem §. V. adnotata; Kühnius potius errauit: adde *Heath.* Lectiones in Addendis ad Aeschylum, fin. *Harl.*

[IX. De codicibus atque editionibus tragoediarum ita agam, vt ea, quae *Fabricius* iam bene adnotarat, rectius digeram, vberius exponam et aliis accessionibus, quantum fieri potest, diligenter locupletem. — Inter codicc. gr. *Escorial.* (apud *Plüer.* in itineralio etc. pag. 155.) *Supplices* cum Scholiis, et secundum Antonii Augustini indicium, tres tragoediae cum scholiis, fol. — In bibliotheca reg. *Matrit.* apud *Iriartum*, est cod. XLVII. nr. 135. p. 162. qui continet vitam tragici poetae, quae parte propemodum sexta copiosior esse dicitur ea, quam in edit. H. Stephani reperimus; tum comparat *Prometheus* vincus cum glossis, inter lineas scriptis,

gg) Tynnichi Chalcidensis paeonem vsquequaque illis temporibus decantatum laudat *Plato* in *Ion* pag. 362. [pag. 62. edit. Mulleri, cuius no-

tam conferes; adde ibidem pag. 68.] Apud *Porphyrum* male quidam codices habent Phrynichum pro Tynnicho.



scriptis, scholiisque: post sequuntur Septem ad Thebas, cuius argumentum mstrum differt ab edito, et quae, ut alibi, ita quoque hic, vocatur Ἑπεὶ κλέης: porro argumentum Persarum ipsaque tragoedia, cum glossis interlinearibus et argumentis in margine. De huius dramatis ratione auctor excerptum Lascaris breue adfert, quod incipit: Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθοις ἐκ τῶν Φρηνισσῶν Φρυνίχης Φησί. ita quoque in cod. LXXV. p. 271. qui continet Prometheum vinctum, Septem ad Thebas et Persas, cum glossis inter lineas scriptis et scholiis, a vulgatis interdum diuersis et ex aliis commentariis conflatis. — cod. LXXII. p. 256. praebet sententias ex Aeschilo aliisque a Lascare collectas. — Ibidem p. 276 sq. memoratur cod. ex Mendozae bibliotheca in Elscurialensem translatus, qui habet scholia in Aeschyli Prometheum et Persas. Epigramma Antipatri in eum, ibid. p. 97. fol. codicis CXII. it. p. 162. et exstat in Anthol. lib. III. cap. 25. — Co lices in Bibl. Taurinensi iam paullo ante adtulimus. In bibl. Barberina Romae cod. CCCCLII. saec. XIV. habet Aeschyli Prometh. et VII. contra Thebas cum scholiis editis et partim ineditis. Praeter ea in Italia frequentes sunt codd. Aeschyli; vide Montfaucon. Biblioth. In Bibl. Medic. Florentina teste Bandin. tom. II. pag. 44. sunt Aeschyli Prometheus, Septem duces adu. Thebas, et Persae cum vita Aeschyli, ab edita aliquantum discrepante: eadem plut. 31. cod. I. p. 74. it. p. 76. ibidem cod. XXXVIII. p. 119. tum p. 124. — Prometheus et Septem contra Thebas, cum scholiis, plut. 31. cod. III. p. 79. et plut. 91. cod. V. tom. III. pag. 421. — Prometheus, Septem adu. Thebas, Persae, Agamemnon, Eumenides, cum glossis et scholiis tom. II. pag. 83. 11. — Tragoediae VII. cum scholiis antiquis marginal. glossis inter lineas scriptis atque argumentis, vitaeque, tom. II. p. 133. II. — Prometheus, ib. p. 173. — Persae cum scholiis, tom. III. pag. 290. Citatur quoque in florilegio sententiarum, tom. I. p. 253. et in violar. composit. pag. 549. In collectione diuersorum scriptorum gr. sententiarum de adscensu Nili, ibid. p. 583. II. et 610. VI. — In Bibl. Veneta D. Marci, Prometheus, Septem adu. Thebas, Persae, Agamemnon, Furiae, cod. DCXVI. p. 316. Catalogi. — ibid. cod. CCCCLXVIII. pag. 248. Prometheus, Septem adu. Thebas, Persae cum scholiis vulgatis. — Eadem trag. cum scholiis, cod. CCCCLXX. p. 249. — In Vaticana tres trag. cum schol. p. 7. et bibl. reginae Sueciae Aeschylus cum Scholiaste, in Montfaucon Bibl. bibliothecarum MSS. tom. I. p. 28. nr. 662. ibid. p. 34. nr. 963. — in bibl. Bononiensi, ibid. p. 434. A. — in bibl. Patav. ibid. p. 488. E. — in bibl. Mediol. ibid. p. 530. C. — in bibl. quadam rom. Aesch. cum glossis, ibid. p. 200. D. ut mittam indicem eorum codd. quos ex aliis urbium terrarumque catalogis laudavi. — Secundum Montfaucon in Diario italico: in bibl. Ambros. Mediol. Aeschyli quaedam, pag. 27. coll. eiusdem B. bibl. MSS. I. pag. 506. — Neapoli, in bibl. S. Ioannis, Aeschylus et commentarius in eum, p. 311. — Florentiae in coenobio S. Mariae, tragoediae cum scholiis, et in duobus aliis codd. quaedam Aeschyli tragoediae, p. 369. 370. et in Montfaucon. Palaeogr. graeca, p. 70. — Secundum Iac. Phil. Tomafinum in Bibl. Venetis mstis, (Vtini, 1650. 4.) in bibl. S. Antonii, plut. 18. Aeschylus cum scholiis, pag. 17. — in bibl. S. Ioann. et Paulli, plut. II. Duae tragoediae, pag. 21. — in bibl. Iac. Barocci, Aeschylus, pag. 81.

Lugduni Batau. in bibl. publ. teste Catalogo: Prometheus vinctus et VII. ad Thebas cum Scholiis interlin. nr. 51. p. 336. — eadem trag. cum Persis cum scholiis et interpretationibus, nr. 23. p. 392. — Eadem tres trag. bis, nr. 4. et 6. p. 395. — ibid. p. 332. nr. 180. sunt Franc. Porti comment. msst. in Aeschyli trag. nr. 180. pag. 332.



In *Germania* sunt *Wittebergae* cod. qui tres priores tragoed. continet, ex quo varias lectiones excerpsit et recensuit *I. Car. Zeune* in singulari prolusione. Witteb. 1781. 4. — *Guelferbyti* in bibl. ducali, cod. omnium tragoediarum cum scholiis, in *Agamemnone* mutilus. — In bibl. *Vindobonensi*, teste *Nesselio*, in Catalog. part. IV. p. 111. cod. CXVII. tres priores trag. — ibid. p. 129. cod. CCXXXV. duae tragoed. cum scholiis. — ibid. part. V. p. 172. nr. 5. *Prometh.* et VII. ad *Thebas* cum adnotatt. — part. IV. p. 141. cod. CCLXXIX. *Aeschyli* fragmenta cum glossis scholiisque. — ibid. p. 145. cod. CCXCVIII. et p. 158. cod. CCCXXXIV. Scholia in *Aeschylum*. — In Bibl. *Noriberg.* cod. exeunte saec. XVI. scriptus, comprehendens quoque *Prometheum*. — Bibl. *Bavar. Monaci* habet cod. CXLIII. CXC. CXCH. et CCXLVIII. in quibus sunt scholia in tragoed. *Aeschyli*. — In bibl. *Augustana* *Plut.* inf. VII. 12. *Prometheus*, et *Plut.* VIII. 9. *Eumenidae*: subfell. VIII. 16. *Septem ad Thebas*. — In bibl. *Hamburgensi*, trag. III. cum schol. interlin. et margin. — In *Heidelbergenfi* bibl. plures quondam fuere codd. in quibus modo plures, modo pauciores continebantur *Aeschyli* trag. teste *Sylburgio*.

In *Parisiensi* bibl. regia custodiuntur secundum Catalog. decem codd. quorum nouem carent trag. *Agamemnon*, quae separatim exstat in cod. MMDCXCXI. *Eumenides et Supplices* sunt tantum cum reliquis in cod. MMDCCLXXXVI. in omnibus reperitur *Prometheus*; in octo, septem ad *Thebas*; in septem vero *Perseae*. Duo illorum codd. contulit *Brunck.* sex autem *Askew.* in Comm. praecipue ad *Septem ad Thebas*. — In Bibl. *San-Germanensi*, (teste *Montfaucon* in Bibl. bibliothecarum MSS. pag. 1065. B. siue in *Montfaucon.* Bibl. Coislin. p. 520. cod. CCCLIII.) *Aeschyli* vita, *Prometheus* et VII. ad *Thebas*.

In *Angliae* bibliothecis X. libri occurrunt, qui vel manu exarati sunt codices et *Aeschyli* comprehendunt tragoedias, vel exempla typis excusa, variis lectionibus aut notis notis ornata, et quater in bibl. *Bodleiana* et *Seldeniana*, teste Catalogo librorum mssorum *Angliae* et *Hiberniae*. Codicem *Oxoniensem*, continentem *Prometh.* et VII. ad *Thebas*, atque cod. *Arundelianum*, comprehendentem tres priores trag. contendit *Stanleius*. *Askew* habuerat cod. chart. 500. annos circiter habentem.

*Mosquensium* duorum codd. varias lectiones cl. *Matthaei* suppeditauit cl. *Schützio*.

Pleniorem et criticam codd. mssorum notitiam expectare iubet promissio et diligentia cl. *Schützi*.

Ad editionum indicem est veniendum.

Princeps est *Aldina: Aeschyli tragoediae sex*, Venetiis in aedibus *Aldi* et *Andr. soceri*. Mense *Februar.* 1518. 8. gr. — Parum emendata est, quam, *Aldo* biennium iam antea mortuo, curauit *Andreas Asulanus* socer. Praeter ea *Agamemnonis* postrema pars cum *Choëphoris* capite mutilis confusa, pro vna fabula exhibita est *Agamemnone*. Causam huius confusionis, quod in vetusto codice, in quo *Agamemnon* praecederet, et consequerentur *Choëphorae*, nonnullae paginae deerant, in quibus reliqua et magna quidem illa pars *Agamemnonis* continebantur, bene reperit et indicauit *Victorius* in praefatione ad suam editionem. — In *Hibernia* in *Biblioth. Mori*, *Episc. Noruic.* fuerunt, teste *Montfaucon* in *Bibl. bibliothecarum MSSorum*, tom. I. p. 688. edit. *Aldina* cum emendationibus mss. viri docti, atque edit. *Stephan.* emendationibus et notis *Casauboni* referta.

*Eadem*



*Eaedem* gr. Parif. ex officina Adr. Turnebi, 1552. 8. Turnebus quidem Aldinam sequutus editionem, tamen multa, cum primis in tribus prioribus tragoediis ex cod. msto *Aemarii Rancoueti* castigauit, et adiunxit variarum lectionum libellum. conf. Biblioth. ancienne et nouvelle, chez P. Golle, part. III. pag. 112.

*Aeschyli tragoediae septem*: a *Franc. Robortello*, Vtinenfi, nunc primum ex mstis libris ab infinitis erratis expurgatae ac suis metris restituta. Venet. 1552. 8. apud Gualter. Scottum.

*Robortelli*, nouam editionum classem ducentis, merita in Aeschylum sunt egregia. Is enim non tantum Aeschylum vulgauit emendatius, adiectis suis et *Mich. Sophiani* castigationibus, versus ac personas distinxit, Agamemnonis, quam solam habebat partem postremam, et Choëphoras distincte e MSto recensuit; sed etiam primus adiecit veteres commentarios:

*Scholia in Aeschyli tragoedias omnes*, seorsim excusa, ex vetustissimis libris mstis collecta, atque in hoc corpus redacta a *Francisco Robortello*. Venet. 1552. 8. ex officina Erasmiana Vincentii Valgriffii.

Epistola ad Marianum Sauellum, a quo ille antiquissimum accepit librum, in quo tres posteriores trag., suo ordine collocatae, manu vetusti cuiusdam ac docti hominis adcurate descriptae fuerunt, data est Venetiis idibus Nou. 1551. vid. *Maittaire* Annal. typogr. tom. III. p. 615. et *Schütz.* comment. I. in Aeschyli Agamemnona, p. 5 sqq. — Qualis sit, et num exstiterit edit. *Aesch. trag.* VII. gr. cum scholiis *P. Victorini*, Parif. 1552. 8. a *Bauero* in Biblioth. librorum rariorum vniuersali, part. I. p. 6. indicata, equidem nescio, et metuo, ne deceptus fuerit collector. In bibl. Sarrazian. poet. in 8. p. 92. nr. 1332. occurrunt *Aesch. trag.* Parif. nulla alia editoris aut notarum mentione facta.

Noua lux exorta est Aeschylo opera *P. Victorii* et *H. Stephani* in nitida adcurataque, eademque hodie rara editione, sic inscripta:

Αἰσχύλου Τραγωδίααι Ζ. — — σχολία εἰς τὰς αὐτὰς τραγωδίας. *Aeschyli Tragoediae VII.* quae cum omnes multo, quam antea castigationes eduntur, tum vero una, quae mutila et decurtata prius erat, integra nunc profertur. Scholia in eisdem, plurimis in locis locupletata et poene infinitis emendata, *Petri Victorii* cura et diligentia. Ex officina *H. Stephani*. 1557. 4.

*Petrus Victorius*, ille tot veterum scriptorum graecorum latinorumque Aesculapius felicissimus, Agamemnonem primus exhibuit duobus e codd. mstis, ex iisdem aliisque totum Aeschylum castigauit, scholiaque graeca in plurimis locis locupletata et emendata exhibuit. Plurimum tribuit his scholiis *Victorius*<sup>hh</sup>), quorum iam apud Eustathium, Homeri interpre-

A a 2

tem,

hh) En eius verba praef. in Aeschylum: *Vt libere loquar, quod sentio de scholiis iis, quae in tres nobilissimos Tragicos circumferuntur, puto, haec, quae in Aeschylum leguntur in vetustissimo praesertim nostro exemplari, meliora ceteris et eruditiora esse, primasque ipsis libenter detulerim: secundas vero Sophocleis, et illis maxime, quae Romae (1518. 8.) primum separatim*

*excusa fuerunt: nam ipsa postea creuere opera cuiusdam, qui magis numerum augere voluit, quam intelligentiam eius poetae adiuuare studuit: immiscuit enim cum ipsis nonnulla, doctrina et acumine priorum illorum indignissima. Quae in septem Euripidis tragoedias declarationes editae sunt, minores multo, inferioresque doctrina esse existimo.*



tem, magna fuit auctoritas. Neque dubium videtur, plerasque illorum particulas esse iustorum commentariorum, quibus veteres grammatici Aeschylum olim explanarant. Vfus est Victorius eximio msto codice, in quo praeter Aeschylum Sophocles et Apollonii Argonautica cum scholiis graecis continebantur. In hac Victorii editione per singulas paginas Tragici verbis subiecta et luculentis typis exscripta prostant. Sed et ipse Stephanus eruditae suae in Aeschylum castigationes subiecit p. 356. testatus, se quindecim poetae exemplaria manu exarata inspexisse partim Venetiis, partim Florentiae, partim Romae et Neapoli, sed in quorum bona parte tantum primae tres tragoediae haberentur. Victorii praefationem excipit Aeschyli vita, gr. scripta et *Κατάλογος τῶν Αἰσχύλου δραμάτων, κατὰ σοιχῆς*. In fine tragoediarum p. 343 sqq. reperitur disp. *περὶ μέτρων, οἷς ἐχρήσατο ὁ Αἰσχύλος*, cuius praeslantiam in eo etiam elucere, animaduertit *Paw*, (scholiorum gr. in Aeschylum contemptor,) in praef. ad suam editionem, quod omnes versus, paucissimis exceptis, ita exhibeat, ut ad metrorum genera, ab Hephaestione enarrata, non difficulter reduci possint. conf. *Freytagium* copiosum de hac aliisque Tragici editionibus et de Petro Victorio, in *Adparatu litter.* tom. II. pag. 771 sqq.

Praeceptam laudem a critica ratione atque diligentia dexteritateque in curandis vulneribus meret editio:

*Aeschyli Tr. VII.* in quibus praeter infinita menda sublata, carminum omnium ratio hactenus ignorata, nunc primum proditur, — opera *Guil. Canteri*, Ultraiectini, Antwerp. ex officina Chstoph. Plantin. 1580. 12.

In hac editione admodum rara et adcurata non tantum plura longe menda sunt sublata, sed etiam carminum et interlocutorum, quorum partes a Choris clarius distinguebantur, ratio primum perspicue explicata habetur.

Latina prosa reddere Aeschylum ausus est impar plane huic conatui *Ioannes Sauromannus*<sup>ii)</sup>, Vratislavia Silesius, cuius interpretatio ex officina Oporini prodit 1575. 8. *Si modo interpretatio dicenda est*, (verba sunt Stanleii,) *in qua vix ullibi reperiatur sensus; nemo, qui legerit, dicet fides*. Barthius etiam lib. XI. Aduersariorum cap. I. queritur, *tam stupide latine redditum esse, ut nesciat, an summo studio quis laborans possit priori modo quod non capit, interpretari*. Adiunctam tamen hanc translationem Aeschylo videre est in Corpore graecorum poetarum tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammaticorum, quod graece et latine editum est Genevae, 1614. fol. Ceterum egregios *Guil. Canteri* et *Isaaci Casauboni* conatus, quorum ille in prolegomenis ad Aeschylum, latinam versionem; hic in notis ad lib. I. et V. Strabonis, nouam editionem Aeschyli cum notis pollicitus est, fata interceperunt.

Canteri editio facta est basis sequentis *ἐκδόσεως*, quae et dotes superiorum habet coniunctas, et vero noua ornamenta:

*Aeschyli Tr. VII.* cum scholiis graecis omnibus, deperditorum dramatum fragmentis, versione et commentaria *Thomae Stanleii*. Londini, typis Iac. Fleisher. 1663. apud Cornel. Bee, fol. et ibid. 1664. fol. apud Io. Hart.

Eadem

ii) *Sanrauius* vocatur in Catalogo librorum ab Oporino excusorum. Sed *Sauermannus* nomen eius fuit. Obiit Vratislaviae, vbi Canonicum egit,

an. 1510. d. XXVII. Nou. vid. Martini Hanckii librum de Silesiis indigenis eruditae, cap. 55.



Eadem est editio: in prioris tamen editionis exemplari, quod fuit in Bibl. Pinelliana, (tom. II. pag. 253.) paginae duae defunt, in quibus est diploma regium cum epistola dedicata. conf. Bibl. choisie de Ms. le Clerc. tom. XXIII. p. 224. Heumanni Acta philos. tom. I. p. 530. Journ. des Sçavans 1665. p. 112. Goetze Mem. bibl. Dresd. vol. II. p. 458. Denis Memorabilia biblioth. Garellianae, p. 322. Bure Bibliogr. instructive B. L. tom. I. nr. 2538. In hac editione, ait Fabricius, contextus poetae emendate ex Canteri editione, et typis nitidis ac maioribus descriptus exstat: subiuncta sunt ad imum cuiusque paginae graeca scholia descripta ex editione Victorii et ad tres primas tragoedias ex MS. Barocciano locupletata, novis etiam scholiis graecis adiectis ex codice MS. quem Seldenus ipsi utendum dederat, Arundeliano. Singulis paginis ex aduerso respondet recens latina profaria Stanlei versio, elegans ac perspicua; tum ad calcem voluminis leguntur eiusdem Stanlei in vitam Aeschyli et septem Tragoedias notae eruditae; et ex deperditis Aeschyli tragoediis <sup>kk)</sup> fragmenta, notis illustrata. Neque in hac editione desiderantur priorum editionum praefationes, Turnebi, Robortelli, Victorii, Canteri: nec variae lectiones ab iisdem collectae, novisque ex codice Barocciano et Arundeliano auctae, neque Henrici Stephani in Aeschylum castigationes; sed et sententias ex Aeschyllo collectas, et a Cantero in sua Tragici editione, atque ab Hugone Grotio in Sententiis Tragicorum et Comicorum graecorum latinis versibus redditas Stanleius exhibuit. Idem dicitur praeterea ab eo tempore parasse amplissimos in Aeschylum commentarios <sup>ll)</sup> octo volumina in folio complentes, qui vna cum aliis viri docti ineditis scriptis manu exarati exstant apud Iohannem Morum Episcopum Noruicensem.

Contextum a Stanleio constitutum et totam illius editionem repetiit Paw, et animadversionibus instruxit bene multis, maximam partem criticis, in quibus metri rationem potissimum explicuit, Stanleium saepius more suo refutatum iuit, et tamen ipse propter audaciam atque insolentiam nugasque crebro in aliorum incurrit reprehensionem, rarius sensum verborum, multo minus virtutes vitiae Tragici exposuit, neque curavit, ut commentarios a Stanleio relictos nancisceretur in usumque conuerteret: e contrario Grotii coniecturas, nomine eius suppresso, ad se rapuisse, et hisce latrociniis ferox, aliis interpretationibus contumeliose insultasse incusatur a censore Speciminis Askewiani in Nouis Act. Lips. Eruditor. an. 1749. mens. Aug. pag. 490.

*Aeschyli Tragoediae superstites, graeca in eas scholia et deperditarum fragmenta, cum versione latina et commentario Thomae Stanleii, et notis Fr. Robortelli, A. Turnebi, H. Stephani et G. Canteri, curante Io. Cornelio de Paw, cuius notae accedunt. Hagae Comitum, apud Petrum Goffe, filium et socios. 1745. 4.*

A a 3

Aeschyli

<sup>kk)</sup> Iniquissima est suspicio viri docti, qui in praefatione ad tomum decimum thesauri Antiquitatum Graecarum, Stanleium de fragmentis hisce plagii in Meursium commissi arguit.

<sup>ll)</sup> Vide Stanlei vitam nouae editioni Historiae eius Philosophicae praemissam, Acta Eruditor. Anni 1702. p. 46. et Catalogum MS. Bibliothecarum

Angliae et Hiberniae tom. II. p. 378. Fabric. nec non Stanleii elogium scriptore Guil. Wottono, quod ad calcem elogiorum Sammarthani vulgavit Christoph. Aug. Heumann. Isenaci, 1722. 8. Octo illi inediti commentarii custodiri dicuntur in Bibl. Cambridg. vid. Ioecheri Lexicon virorum doctor. v. Stanley. adde Catal. MSS. Britann. et Hiberniae, bibl. Cambridg. Harl.



*Aeschyli trag. quae exstant, septem, cum versione latina et lectionibus variantibus*, tom. I. II. Glasgae in aedib. academ. exc. Rob. Foulis. 1746. in 8. et 4. Textus est is, quem Stanleius concinnarat.

Novam editionem atque recensionem curare sustinuit, et non solum criticis, sed etiam grammaticis atque exegeticis, in quibus et sensus tragoediarum non magis quam verborum ac sententiarum dilucide declaratur et de rebus fabulisque ipsis earumque indole, antiquitate vsuque copiose differitur, animaduersionibus atque excursibus instruere coepit cl. Schütz:

*Aeschyli Tragoediae, quae supersunt, ac deperditarum fragmenta*, (graece tantummodo,) recensuit, varietate lectionis et commentario perpetuo illustravit, scholia graeca, adparatus historicum et *Lexicon Aeschyleum* adiecit Christianus Godofr. Schütz, eloq. et poef. P. P. O. in Acad. Ienenfi. Halae Saxon. vol. I. continens Prometheum vincum et Septem adu. Thebas, cum commentario separatim edito 1782. mai. 8. — tom. II. — Persae et Agamemnon. ibid. 1784. reliqui duo tresque tom. adhuc expectantur. *Harl.*]

*Iohannis Aurati ἀνέκδοτα* in Aeschylum glossas memorat, et apud If. Vossium euolvisse se testatur vir illustris doctrinae *Ezechiel Spanhemius* ad Callimachum p. 535, p. 227. ad Callimach. [ad H. in Apoll. 51. adfert Aurati emendationem prouocatque ad notas suas ad Aeschylum, ad *Aristoph.* Plut. v. 260. 486.] Adnotata sua in Aeschylum pridem in scriniis latere, testatur idem ad orat. I. Iuliani p. 175. vbi dat specimen. *Christophorus Hendreichius* fallitur, cum in pandectis Brandenburgicis tradit, a Iohanne Meursio Lugd. Bat. 1619. et a Ioh. Fichtelio Lubecae, Aeschylum emendatiorem vulgatum fuisse. *Barthius* tom. III. ad Statium p. 869. testatur, se habuisse Aeschyli Prometheum, septem ad Thebas et Persas MSS. cum scholiis, quorum, inquit, collatione ad *Stephani et Canteri exemplaria*, multa loca illustriora fieri poterunt. [P] *Gilbertus Gaulminius* in notis ad Eustathium p. 14. adfert aliquot versus graecos ex Iphigenia, quam Aeschyleo caractere scripsisse se testatur. In catalogo codd. MSS. bibl. Vffenbach. p. 685 sq. specimen exhibetur codicis msti trium Aeschyli tragoediarum, Promethei vincum, septem ad Thebas et Persarum cum scholiis ineditis interlinearibus ac marginalibus. — Aeschylus *Needhami* promittitur, (in Mem. de Trevoux 1717. pag. 167. 1715. pag. 732. et an. 1716. p. 181.) vsi msstis Stanleii obseruationibus. *Fabric.*

Aeschyli sententiae sunt in Frobeniana Gnomiorum collectione, supra, vol. I. p. 725. et in Grotii Excerptis, ibid. pag. 747.

Novam editionem *Askew* parauerat, non solum multa litterarum graecarum scientia, ingeniique felicitate, sed etiam subsidiis praeclaris instructus. Habuit enim notas ineditas Aurati, Iacobi, Ios. Scaligeri, Grotii, Falkenburgii, If. Casauboni, Burdelotii, Pearsonii, If. Vossii, Stanleii, Spanhemii, Fungeri et aliorum, variasque lectiones e codd. triginta quinque msstis, quibus deinde in itinere litterario, quo plures Europae partes peragravit plures accesserunt. Sed nil praeter specimen lucem vidit:

*Novae editionis tragoediarum Aeschyli specimen*, curante Antonio Askew, M. B. Colleg. Eman. apud Cantabr. nuper socio commensali. Lugd. Bat. 1746. mai. 4.

Animaduersiones pertinent ad Eumenides. conf. Noua Acta Eruditorum. mens. Aug. 1749. p. 488 — 490. vbi censor et specimen notarum Askew suarumque dedit, et graue tulit iudicium de Cornelii de Paw imperitia metricarum legum, superbia ac furtis.

De



De versionibus quibusdam iam supra vidimus. Hic addere lubet alias. — Aeschyli tragoediae gallice versae sunt Paris. 1770. 8. addita comment. in qua itinera s. errores Ius, nec vero ubique feliciter, explanantur, atque ab obiectis vitiis vindicantur geographicis: — tum a *du Theil*, in noua editione: Theatre des Grecs par le P. Brumoy etc. Paris, 1785. 8. ubi in parte I. p. 315 sqq. est *Rochefort* comm. de Graecorum tragoedia; idem vitam Aeschyli, huiusque singularum tragoediarum examen conscripsit, et tom. II. p. 235. nonnullas inseruit obseruationes de difficultate versionis Tragicorum graecorum. Idem *du Theil* Aeschylum gallice vertisse, additis notis textuque gr. Paris. 1789. in 8. III. voll. dicitur: ego vero librum nondum vidi: nec plura de eo dicere possum. Addatur Allgemeine Litterat. Zeit. an. 1789. nr. 165. pag. 505 sqq.

*Italica* versio est: Tragedie di Eschilo, Sofocle ed Euripide — in verso scioltto Italiano dell' Ab. Mich. Mallio, tom. I. Romae, 1788. 8. praemissa est longa comment. de origine, progressu, et perfectione graeci theatri. Comparatio poetarum optime instituta, versio autem languida, certe minus poetica, esse dicitur.

*Potterus anglice Aeschyli trag.* Londin. 1779. 4. interpretatus est, easque illum melius, quam Sophocleas vertisse, memoratur in Monthly Review. an. 1789.

*Germanice* a Toblero: tum versa est trag. VII. adu. Theb. in Goldhagen Anthologie etc. part. III. et magnam partem Prometheus ibid. part. II. In libello menstruo, Deutsches Museum, mens. Aug. 1785. est metrica *Agamemnonis* versio teutonica, auctore G. A. ab Halem.

Pauca alia, quae ad illustrationem dramatum Aesch. scripta sunt, hic adferam. *Hemsterhus.* ad Luciani IX. dial. marin. Neptuni et Nereidum, tom. I. p. 313. monet, (quod supra adnotare oblitus sum,) fabulam, probabiliter satyricam, Τροφὸς et Διονύσος Τροφὸς, vnam eandemque esse, atque *Io. Meursium* ac *Stanleium*, (itidem *Fabricium*,) male duas inde concinnasse tragoedias. — *Vauvilliers* in Notices et Extraits des MSts de la Bibliotheque du Roi, lû au Comité établi par sa Maiesté dans l'Academie royale des I. et B. L. tom. I. Paris. 1787. mai. 4. p. 281 — 340. in quinque sectionibus describit V. codd. MSS. Aeschyli, nr. 2789. Prometheus, VII. ante Thebas, et Persas; nr. 2790. Prometheus; nr. 2782. eundem, et VII. ante Thebas, (tres codd. saec. XVI.) nr. 2788. Prom. VII. ante Thebas et Persas, saec. XVII. et nr. 2791. copiam Agamemnonis cum notis Casauboni et Pithoei. Potiores, quas ille adfert et diiudicat, lectt. sunt iam in Brunckii Tetralogia et Schützii edd. Idem critica in illas dat specimina.

In commentariis acad. Paris. reg. Inscr. plures sunt recitationes, quae ad tragicos pertinent. Missis iis, quas iam memoravi, notari possunt in vol. II. p. 409 sqq. *Fraguier* de symbolis etc. in Aeschyli VII. ante Thebas et Euripidis Phoenissis; (l'ancienneté des symboles et des Devises établie sur l'autorité d'Eschyle et d'Enripide, avec quelques remarques sur les passages de ces deux poetes,) — in vol. VIII. *Vatry* Dissert. où l'on examine, s'il est nécessaire, qu'une Tragédie soit en cinq Actes, (p. 188 sqq.) — eiusdem Dissert. où l'on traite des avantages, que la Tragédie ancienne retiroit de ses chœurs, (p. 199 sqq.) eiusdem Diss. sur la récitation des Tragédies anciennes. (p. 211 sqq.) — In Eumenidas et Prometheus obseruat. le Beau iunioris, in tom. XXXV. pag. 433 sqq. et p. 450 sqq. — *Patrobasthii* h. e. *Frid. Ludou. Abresch.* Obseruata ad Prometheus vinctum et scholiam; eiusdem Praetermissa



Sophoclem, postquam, a filiis in iudicium vocatus, recitasset carmen de Oedipo Coloneo chori in scenam progredientis, (n. παράδοον, vers. 700 sqq.) esse absolutum: additque: carmen hoc Herodoto composuit Sophocles annos natus LV. πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα, vbi interpretes nihil vitii odorati sunt, quamquam alii, quos Fabricius in nota quoque laudauit ultimam vitae humanae metam adtigisse poctam, diu prodiderunt: sed *Omwens* in Noctibus Haganis lib. II. cap. 2. p. 174. recte corrigit ἐπ' ἐννεήκοντα. Versionem Bernardi Segni, Florentini, MS. memorari a Julio Nigro pag. 107. de Scriptorib. Florent. et italicam metaphrasin Hieronymi Iustiniani, Venet. 1611. 12. produisse, margini adscripserat Fabricius. De Oedipo ἐπὶ Κολώνῳ disputat *Sallier* in Comment. Soc. reg. Paris. Inscript. (Memoires etc.) vol. VI. pag. 372 sqq. idem vers. 147. 248. et 1589. pertractat in Historia illius Societ. vol. V. p. 81 sqq. — In Museo german. 1778. mens. Mart. p. 235. est critica *Vossii* comment. Oed. Col. v. 1626 — 1649. (secundum Brunck. edit. v. 1556 — 1578.) et mens. Iun. e. anni, p. 547. responso Heynii, qui Vossii emendationes modo probat, modo dissentit ab illo. Brunck. in sua editione illas comm. ignorasse videtur; saltem nullam illarum habuit rationem. *Harl.*

- 6) ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ. *Trachiniae*, e quibus expressus *Senecae* Tragicus Hercules Oetaeus. Gallico carmine donauit Io. Antonius Baysius. Io. *Posselii* argumentum Trachiniarum, Rosae et Epigrammata, Rosloch. 1580. 8. ad vir. illustrem Henr. Ranzouium.

[Sophoclis Trachiniae, graece, ex recens. Brunckii. Edidit et perpetua adnotatione illustravit I. G. C. Höpfner. Lips. 1791. 8.]

- 7) ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. *Philoctetes*, (diuinum drama iudice Ios. Scaligero,) separatim excusus est cum glossis Graecis, et pereleganti Metaphrasi Q. *Septimii Florentis Christiani*. Paris. 1586. 4. [Huius editionis exemplar est cum notis missis in Bibl. Bernensi. — Edit. eruditis notis illustratam debemus cl. *Frid. Gedicke*, Berol. 1781. 8. — Vtilis est collectio: *Sophoclis Philoctetes*, *Euripidis Hecuba*, *Medea*, *Iphigenia in Aulide*, in usum lectionum acad. recudi curauit, indicem graeco-latinum et mantissam variarum lectionum adiecit *Aug. Herm. Niemeyer*, Theol. P. P. Halae Magdeb. 1781. 8. — *Philocteten de la Harpe* gallice vertit; at linguam moresque auctoris valde deturpauit, vimque enervauit poeticam, iudice *Clement* in Essais de Critique sur la Litterature ancienne et moderne, Amsterd. et Paris. tom. II. cap. XII. an. 1785. vbi Harpii versionem vberius examinat. Id vero primum fuit graecum drama, quod in theatro gallico agebatur, sed praeter expectationem parum accepisse plausus narratur. vid. Journal de Litterature et Choix du Musique — aux Deux Ponts. 1783. med. 4. nr. III. — Dio Chrysostomus orat. LII. *Philocteten Sophoclis*, *Aeschyli* atque *Euripidis* commisit. conf. *Valcken.* diatrib. adiectam *Euripidis Hippolyto*. cap. XI. pag. 114 sqq. *Harl.*] Integer titulus huius fabulae Φιλοκτήτης ὁ ἐν Δήμῳ. De illa videndus Dio Chrysostomus Diff. LII.

III. Sophoclis 9 tragoediae deperditae hae sunt, obseruatae ab *Isaaco Casaubono* ad Athenaeum lib. VII. cap. 4. *Iohanne Meurfio* in opusculo de Aeschyli, Sophoclis et Euripidis

t) Περί τῶν Σοφοκλέους μύθων quinque libros olim scripserat Philochorus Atheniensis, teste Suida in Φι-

λόχορος. Ceterum recte notat Samuel Petitus ad leges Atticas p. 71 sq. Sophoclis iunioris et Iophonis fabulas,



dis Tragoediis, Lugd. Bat. 1619. 4. et tom. X. Antiquitatt. Graecar. Gronouii: et ab *Hugone Grotio* in excerptis Tragicorum, quibus nostrae quaedam, et *Thomas Gatackeri* obseruationes accedunt, ex *Aduersariorum* postumorum capite 10. *Fabric.* At in hunc catalogum, ut in multorum ceterorum veterum scriptis, quae deperdita enumerabantur, nominibusque factum esse scimus, haud pauca sunt perperam recepta. Interdum enim tamquam duarum diuersarum editionum, quae una eademque fuit, nomina ponebantur; interdum minus certae adducebantur auctoritates, nec tuta incorruptaque pro fide cuiusdam dramatis testimonio. In definiendis tamen ac recensendis Sophoclis tragoediis deperditis nemo felicius sollertiusque versatus est, quam cel. *Brunck.* in indice illarum, editioni illius subiecto, quem sequi haud dubito, qui fontes curiose adiit, sedes diligenter indagauit atque indicauit, multa loca emendauit, omniaque vberius docteq; probauit atque exposuit: ad illum igitur equidem breuitatis studiosus ablego, qui plura de iis scire cupiat. Dubia aut falsa vncis separabo. *Harl.*

(*Ἀδμητος* Sophoclis, persona in dramate est, non dramatis titulus apud *Plutarchum* p. 417. de Oraculor. defectu aliosque.) [P]

*Ἀθάμας α.* Hefych. Forte etiam apud *Harpocrationem* \*) in ἐπιπλον pro ἀκάμαντι legendum ἀθάμαντι. Et laudatur Sophoclis *Ἀθάμας* etiam Scholiastae Pindari ad Pythionic. Od. 4. Vide et Apostolium XIII. 46. prouerb.

*Ἀθάμας β.* Hefych. et Schol. Aristophanis ad Nubes. [v. 256. sed hic et ab Apostolio ad superiorem a Fabr. laudato, una eademque res narratur.]

*Αἴας Λοκρός.* Suid. in Σπολαῖς, Scholiastes Sophoclis in Argumento Aiacis flagelliferi. [*Liban.* epist. 33. Schol. ad *Eurip.* Alcest. 453. et ad *Aristoph.* Aues, 934.] Aristides Apologia 2. contra Platon. tom. III. p. 477. vbi notat versum vulgatum σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνεσία non Euripidis esse, ut *Plato* in Theage p. 240. sed Sophoclis ex Aiaee Locro, quod monet etiam *Gellius* XIII. 18. vbi pro *Plato* in Theasteto legendum in Theage. Fortassis vero apud Euripidem et Sophoclem eadem sententia lecta est, notante *Zenobio* V. 98. prouerb. Post Platonem sane Euripidi illam tribuunt *Themistius*, *Stobaeus* alique. Sic Aeschilo tribuit *Libanius* tom. I. p. 461. versum, qui legitur in Euripidis Oreste.

Cc 2

Αἰγυῖς

fabulas, veterum quorundam confusione et negligentia etiam tributas fuisse Sophocli maiori, qui non plures quam LXVI. docuit. Suidas tamen CXXIII. ad cum referre non veretur, additque plures etiam illi adscribi ex quorundam sententia. Et sane Anonymus scriptor graecus, qui vitam Sophoclis tradidit, CXXX. dramata ab eo scripta refert, inque his XVII. spuria esse pronunciat, auctorem laudans sententiae suae Aristophanem Grammaticum. *Sophocles* vero iunior, maioris ex *Aristone* nepos, dramata XL. ab aliis falso XI. docuisse apud Suidam dicitur, et elegias itidem composuisse. *Diodorus Sic.* ad Olymp. XCV. 4. lib. XIV. p. 278. ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφο-

κλής Τραγωδίαν διδάσκειν ἤρξατο, καὶ νίκας ἔλαβε δυνάμει. Idem Suidas praeterea *Sophoclem tertium* hoc nomine Tragicum et Lyricum laudat, nostri ἀπόγονον, clarum μετὰ τὴν Πλάτωνα aetate Ptolemaeorum, cuius ait fuisse dramata XV. Alius denique fuit *Sophocles*, cuius edictum aduersus *Philosophos*, contra *Philonem* defendit *Rhetor Demochares*, teste *Athenaeo*. Confer de hoc Ionsum pag. 94 sq.

\*) Vbi vide not. edit. *Blancardi*, p. 165. qui correctionem *Casaubon.* ad Athen. VII. cap. 4. probauit, atque *Brunck.* in indice Sophocleo reposuit in *Harpocrat.* loco Ἀθάμαντι. *Harl.*



*Αἴγυς* siue, quae e Stephani Byz. non bene constituto loco incerta Casauboni coniectura est, *Αἴγυς ἐκλυόμενος*. Hefych. in *Ταύρειον πῆμα*. Pollux, [X. 160. Schol. ad Aristophan. Equit. 84. ex emendatione Casaubon. et Brunck.] Stephanus in *Χώρα*, Athenacus, Schol. Pindari Pyth. Od. 2. v. 62. et ante hos *Strabo* lib. IX. p. 601. Eius fabulae argumentum diuinare licet e Plutarchi Theseo, vt docet *Casaubonus* III. 24. ad Athenacum, quem vide.

*Αἴγισθος*. Hefych. in voc. *Ἀγύθων*.

*Αἰθίοπες*. Athen. [p. 122. conf. *Hege*, Exc. XIX. ad Virg. Aen. I. 489.] Hefych. [Phot. in Lex. MS. apud Albert. ad Hefych. tom. I. cod. MCCCCLXXII. cum crisi Brunck.]

(*Αἴμων* ὁ *Σοφόκλητος*. apud Aristotelem Poetic. non est dramatis nomen, sed personae in *Antigone*.)

*Αἰχμαλώτιδες*. Stephanus Byz. [qui in *Χρύση* f. *Κρίσει* confudit Lemniam et Troicam. vid. Salmaf. apud Brunck.] Pollux, IV. 62. X. 190. Hefych. Erymol. M. in *Φαῦλος*. Schol. Aristophanis ad *Ranas*, 233.

(*Αἰχμάλωτοι*. Hefych. Schol. Nicandri ad *Theriaca*, v. 19. Aristophanis ad *Ranas* Pollux X. sect. 190.) *Fabric.* Haud diuersum a superiori, quod drama satyricum fuisse videtur. *Harl.*

*Ἀκάμας*. Vide supra in *Ἀθάμας*.

*Ἀκρίσιος*. Hefych. Stob. Vide et infra in *Λαρισσαῖοι*. [Duplici enim hoc titulo insignita fuit haec fabula.]

*Ἀκύριοι*. Vide infra in *Σκύριοι*.

*Ἀλέαδαι*. [Rectius *Ἀλωάδαι Σάτυροι*. vid. *Hemsterhus.* ad Luciani *Contempl.* pag. 494. et Brunck.] Aelian. VII. 39. Animal. Hefych. Stob. Erotianus in *Κατεφρόνες*, vbi male legas: Sophocles in *Ἀχαιάδῃ*. Vide et infra *Ἀλεύαδαι*.

*Ἀλεξάνδρα* vel [rectius] *Ἀλέξανδρος*. Hefych. in *Δύσαυλος* et *Θηλάστρια*. Steph. in *Ἐφεσος*. Eustathius ad *Iliad.* ε. [Fragm. ἐν *Ἀλεξάνδρῳ* in schol. Venet. ad *Iliad.* ε. 158.] *Rutgers.* II. 1. Var. Lect.

(*Ἀλεύαδαι*. *Clemens* VI. Strom. p. 621. Aleuadae nobiles Thessali. *Casaubon.* lect. Theocritic. cap. 17. *Vales.* ad Sozom. p. 79. v) vide et paullo ante in *Ἀλέαδαι*.) [P]

*Ἀλήτης*, ita enim apud Stobaeum pro *Ἀλείτης* legunt Casaubonus et Meursius. Incertum autem est, num *erronem* eo vocabulo denotare voluerit Sophocles, an *Aletam* Corinthi conditorem, a quo vrbis illius incolas Aletidas dictos referunt Strabo et Pindari Scholastes ad *Olymp.* XIII. 17. *Fabric.* Nomen proprium viri Brunckio videtur. *Harl.*

*Ἀλκμαίων*. Porphy. qu. Homeric. 1. [e Valcken. opinione *Plut.* de audiend. poetis, p. 35. et de capienda ex inimicitiis vtilitate, p. 88.] Hefych. in *Αἰνῶ* et *Ἀγαίαις*, Stob. serm. 77. nisi locus ille depromptus ex Alcmaeone Euripidis.

[*Ἀλωάδαι Σάτυροι*. Vide *Ἀλέαδαι*.]

*Ἀμυκος Σατυρικός*. Athen.

*Ἀμφιάρεος*

v) Adde Goens et Duckeri diff. de Simonide Ceo, cap. III. pag. 59. *Harl.*



*Ἀμφιάρεος Σατυρικός.* Athen. X. p. 454. Strabo lib. IX. p. 399. Hesych. Scholiastes Aristoph. ad *Ranas*, 484. et *Vespas*, 1501. Erotian. in *Κατεφρονες* et *Πέλων*. [Schol. instus Platonis apud Brunck.]

*Ἀμφιτρυών.* Hesych. Scholiastes Sophocl. ad *Oedipum Colon.* 390.

(*Ἀμφιτρυών. β.* Hesych. in *Ἐπενώτισε* e Meursii emendat.) [sed dubitat *Alberti* ad locum Hesychii col. 1326. qui cum Flor. *Archippum* potius auctorem illius dramatis subintelligendum censet.]

*Ἀνδρομάχη.* Etymol. M.

*Ἀνδρομέδα.* [*Σατυρική.*] *Eratoſth.* cap. 16. et 36. catasterism. Phrynich. Ecl. p. 164. *Athen.* XI. p. 482. *Poll.* X. 120. Hesych. Etymol. M. Scholiastes *Theocr.* Idyll. IV. 62.

*Ἀντηγόριδα.* *Athen.* IX. 373. Hesych. Scholiastes Sophocl. argumento *Aiacis.* *Fabric.* *Strabonem* XIII. p. 608. non respexisse fabulam *Antenorides* Sophocleam, quod Brunck. p. 9. et Heyne ad Virgil. tom. II. p. 282. alter. edit. putant; sed ad locum *Ἀϊάντος Λοκρῆς*, ostendit *Iacobi*, idque comprobatur *Heyne* in Addendis Virg. tom. IV. p. 231. *Harl.*

(*Ἀπανίς.* Hesych. in *Ἀπάνθρωπος.* Sed pro *Ἀπᾶνι* Meursius legit *καπανεῖ*, Iohannes Vitus Pergerus in notis ad Hesychium editione dignissimis *ἁ Πανί.* Quamvis neque *Καπανεὺς* Sophoclis, neque *Πᾶν* prior vel posterior usquam alibi apud veteres memoratur, quod sciam.) [Nil est coniiciendum, sed potius *τὸ ἁπᾶνι* apud Hesych. delendum, nec drama Sophoclis hoc nomine adpellandum.]

*Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναί.* [f. rectius *Μυκηναῖα.*] Hesych. in *Ἐπισπάσει.* Schol. Euripidis ad *Hippolytum.* v. 307. Fortassis *Atreum* Sophoclis respicit etiam *Achilles* *Tatius* *Isagoge* ad *Aratum.*

(*Ἀχαιάδη.* Vox corrupta apud Erotianum. Vide supra *Ἀλέαδα.*)

*Ἀχαιῶν σύλλογος.* *Pollux*, X. 133. Schol. *Pindari* ad *Isthmionic.* II. vers. pen. Hesych. [Plut. *Moral.* pag. 74. *Villois.* *Anecd. gr.* II. pag. 94.]

*Ἀχαιῶν σύνδειπνον*, siue *σύνδειπνοι.* *Cic.* ad *Quintum fratrem* II. 16. *Athen.* III. p. 365. XV. p. 679. p. 696. Hesych. *Stob.* [Fuit drama satyricum, idemque ac superius *Ἀχαιῶν σύλλογος.* vide *Tourp.* *Epist. crit.* p. 133. et *Brunck.* p. 10 sq.]

*Ἀχιλλέως ἔρασαί,* *Σάτυροι.* *Athenaeus*, IX. pag. 401. *Stob.* Hesych. in *Ὀμμάτεος πόθος.* Schol. *Pindari* *Nem. Od.* 3. 60. et 6. 90. *Aristophanis* ad *Nubes*, 1064. *Ranas* et *Vespas*, 1021. quo posteriore ex loco *Casaubonus* colligit, drama hoc fuisse *Satyricum.* Scholiastes *Apollonii* lib. IV. *Zenobius* et alii in *ὁ πᾶς τὸν κρύσταλλον.*

*Δαίδαλος.* *Pollux*, VII. 117. Hesych. apud quem male *παιδάλα* legitur in *ἑσέφθην.* [Schol. *Apoll.* *Rhod.* ad IV. 1638. vbi est legendum *ἐν Δαίδαλῳ.* Schol. MS. *Platonis* apud *Brunck.*]

*Δανάη.* Hesych. *Stob.* *Suidas* in *Πείρα.* [Vetus Lex. in *Biblioth. Coislin.* pag. 482.]

(*Διονυσιακός.* Hesych. in *Θωχθεῖς.* *Casaubonus* negat, se titulum huius fabulae satis capere: Gatackerum autem miror, cui non videtur titulus dramatis alicuius singularis innui; sed tantum notari *Tragoedia*, quae in *Dionysiacis* celebritatibus vel certaminibus edita fuerit.)



rit.) *Fabric.* Brunck. omisit illam in indice deperditorum fabularum; neque agnouit illam *Valckenari* in Diatr. ad Euripidis Hippolytum, p. 179. A. vbi quidem grammaticus in Lexico Sangerm. MS. laudat Sophoclem ἐν τῷ Διονυσιακῷ Σατυρικῷ, et Hefych. in Θωχθεὶς habet Σοφ. Διονυσιακῷ nec vero dramatis est titulus, sed cum Brunckio in indice Sophocleo, voc. Θωχθεὶς probabiliter corrigendum ἐν Διονυσιακῷ τινὶ σατυρικῷ. *Harl.*

Δόλοπες. Hefych. et Etymol. M. [P] in Εὐναῖος.

(Ἑλένη. Schol. *Aristophanis* ad Equites, 84.) [Sed versus ibi adlati sunt ex *Aegio*. vid. *Caubaubon*. ad Athen. p. 234. et Brunck. in voc. Αἰγεὺς pag. 4.]

Ἑλένης ἀπαίτησις. *Strabo* lib. XIV. p. 952. *Erotianus* in Θράσσει, Schol. *Euripidis* Phoeniss. 312. Hefych. Confer *Sam. Petitum* lib. I. Obsl. cap. 9. *Fabric.* *Plutarch.* in compar. *Icycurgi* et *Numae* p. 168. (f. p. 350. edit. *Leopoldi*.) versus quosdam de *Hermione* ex *Sophoclea* tragoedia quadam adduxit: illos *Valcken.* in Diatr. ad Euripidis Hippolyt. scite corrigit, Brunckio probante, qui praeter ea illos, chori cantici particulam, sumtos esse ex *Helenas* repetitione, censet. *Harl.*

Ἑλένης ἀρπαγή. [si modo scriptum fuit hoc drama. vid. Brunck.] Schol. Sophoclis in argumento *Aiacis*.

Ἑλένης γάμος. Athen. p. 76. ex eoque *Eustath.* p. 1205.

(Ἐπὶ Ταινάρειοις. Athen. Hefych. in Ἀλαλίαν, vbi male *Παιενάροις*.)

(Ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικόν. Hefych. in Ἀρχέμων.)

Ἐπίγονοι. Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. *Cicero* de optimo gen. Oratorum, cap. 6. et 2. *Tusc.* 24. vbi verbum ex *Epigonis* [quos *Attius* latine expresserat,] producit, nomine Sophoclis praeterito. *Fabric.* Brunck. p. 13. opinatur, apud *Athenaeum* XIII. pag. 584. Sophoclis drama, ἐπίγονοι, vt nobilius, quod *Andronicus* egisse dicitur, esse probabilius intelligendum, quam, quae est *Fabricii* sententia, infra in Notitia Tragicorum deperditorum voc. *Andronicus*, *Aeschyli Epigonos*. *Harl.*

Ἑρασμὶ Ἀχιλλέως. Vide supra in Ἀχιλλ. Schol. Sophoclis ad Oedipum Col. v. 473.

(Ἑρεχθεὺς. Stob.) [fuit Euripidis fabula, vti adscriptum est cod. reg. Stobaei.]

(Ἑρεῖς. Hefych. in Εὐώρεος. Forte Ἱερεῖς.)

Ἑριφύλη. *Clemens Alex.* VI. Strom. p. 621. f. p. 741. Stob.

Ἑρμιόνη. *Eustathius* ad *Odyss.* δ'. p. 1479. [*Stephan. Byz.* in Ἀγυαί.]

Εὐμηλος. *Harpocr.* in Καθελών. Hefych. in Αἶματος.

Εὐρύλαος. *Parthen.* cap. 3. ἐρωτικῶν. Ἑρύπυλον quoque tragoediam, incertum Sophoclis, an alterius Tragici, memorat *Aristoteles* cap. 23. Poetices, nisi legendum Εὐρύλαος. [Verum nomen est Εὐρύαλος. *Beck.*]

Εὐρυτάκης. Hefych. in Ἀδόξασον.

(Ζωσῆρης. *Pollux* VII. 14. 68.) [Sed Brunckio et locus *Pollucis* et nomen dramatis Sophocli videtur esse deprauatum.]

Ἡρακλῆς



Ἡρακλῆς [ἐπὶ Ταυνάρεω] σατυρικὸς. Pollux IV. 25. [Pollux X. 110. ex emend. Brunckii.] Hefych. Steph. Etymol. M. in Βαθύτη, vbi male Ὀνομακλεῖ pro ἐν Ἡρακλεῖ. Fragmentum ex hac fabula apud Strabonem, lib. X. [conf. Tour. Epist. crit. p. 123.]

Ἡεργόνη. Etymol. M. in Τοπάξεν. Erotian. in Ὑποφρον, vbi male Σμηεργόνη. Attii Eri-gonen fortassis ex hac Sophoclis expressam suspicatur Casaubonus.

Θαμύρας vel Θάμυρις. Anonym. in vita Sophoclis. Pollux, IV. 75. Athenaeus, XIV. p. 637. idem lib. I. pag. 20. καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων αὐτὸς ἐκιδάρισεν ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. [Schol. ad Oed. Col. 378.]

(Θεμιστοκλῆς Euripidis vel Sophoclis laudatur in Marginibus Stobaei ferm. 119. Sed versus, qui ibi adferuntur, ex Euripidis Cresphonte petitos esse, Gatackerus observavit. Neque quisquam veterum vel Euripidis vel Sophoclis Themistoclem laudat.)

Θησεύς. Suid. in Ὀμπνιον ἱέφος.

Θυέσης ἐν Σικυῶνι siue Σικυώνιος. Hefych. Stobaeus Eclog. Phys. cap. 8. et ferm. 29. Scholia-stes Euripid. in Phoeniss. 238. [P]

Θυέσης δεύτερος. Hefych.

(Ἰαχος. Vide paullo infra Ἰναχος.)

Ἰλῖς ἄλωσις. Strabo lib. XIII. Fabric. At enim cel. Heyne Excurf. I. ad Virg. Aen. libr. II. pag. 282. edit. II. de Sophoclea hac fabula admodum dubitandum et locum totum apud Strabon. XIII. pag. 608. ab aliena manu margini forte adpositum in contextum perpe-ram venisse arbitrans, haesitat quoque, an is ipse, qui verba adscripsit, nouam aliquam fabulam hoc nomine declarare voluerit. Negat quoque cel. Brunck. pag. 9. in: Ἀντη-νόριδα, verba Strabonis a Fabricio recte capta fuisse, ac Sophoclem vniquam hoc titulo edidisse Ἰλῖς ἄλωσιν. Harl.

Ἰναχος, [Σατυρικὸς.] Dionysius Halicarn. lib. I. 25. p. 20. Athen. [XV. p. 668. emendatus a Toupio in Epist. crit. p. 57.] Pollux, X. 50. Suid. in Ἀράχνη, Hefych. apud quem in Ἀλωπας male Ἰάχω pro Ἰνάχω. Scholiastes Apollonii lib. I. Aeschyli ad Prometh. v. 576. Aristophanis ad Plutum, [727. vbi vid. Hemsterhus. p. 248. Tour. Epist. crit. p. 51.] Equites, 1147. et Aues, 1203. [et Concion. 80. Valcken. Diatr. Eurip. p. 208. not.]

Ἰνω. Hefych. [Athen. VIII. pag. 344.]

Ἰξίων. Schol. Apollonii ad lib. IV. 14.

Ἰοβάτης. Hefych. [Stobaeus Floril. tit. CXX. pag. 489.]

Ἰοκάση. Eustathius ad Odysseae α. pag. 1425. Fabric. Brunck. omisit tamquam nullam, Eu-stathii verbis ab aliis male acceptis. Harl.

(Ἰοκλῆς. Pollux X. 8.) [segin. 39. at Kühn. malit ibi ἐν Ἐτεοκλεῖ ἢ Διοκλεῖ. Relicit eam Brunck. in Ἰφικλῆς.]

Ἰόλαος. Schol. Comici ad Equites, 498.

(Ἰπποδάμεια. Stob. ferm. 27.) Fabric. Eadem est tragoedia, quae alias Οἰνόμαος dicitur. Harl.

(Ἰππόλυτος.



(Ἰππόλυτος. Arrian. lib. I. cap. 28. diff. Epictet.) *Fabric.* Non diuersum a Phaedra. vid. Brunck. p. 36. *Harl.*

Ἰππόνοος. Hesych. et Clemens VI. Strom. p. 621. f. 742. vbi male codices quidam ὑπὸν pro ἰππὸν. [Stephan. in Ὀλένος, vti dedit Brunck. vid. Iungerm. ad seq. voc.]

Ἰππῶν. Pollux IV. 16. segm. III. et Steph. in Ὀλένος, licet *Meursius* utroque loco ἰππὸν rescibere iubeat. [accedit Brunck. Ad Pollucem probat *Iungermann.* lectionem cod. ἐν Ἰππονόω.]

Ἰρις Σατυρικῇ. Athen. XIV. p. 646. Vide supra in Ἔρις.

Ἰφργένη. *Aristot.* cap. 13. Poetic. Athen. XII. p. 513. Stob. Erotianus in Ὑποφρον. Suid. in Πενθερά. Hesych. cui in voce Ἀπαρθέρευτα laudatur Sophoclis Ἰφργένη ἢ ἐν Αὐλίδι.

Ἰφίκλεια. [sed rectius Ἰφικλῆς. vid. Brunck.] Schol. Sophoclis ad Oedipum Coloneum 791. nisi cum *Meursio* legendum Ἰφικλῆς, vt duas in Iphiclem Herculis fratrem tragoedias Sophocles docuerit.

Ἰχνευτὰ σάτυροι. Pollux X. 7. Athen. pag. 64. [*Phot.* in Lex. MS. apud Brunck. in Lexico Sophocleo, voc. Ἰκνός.]

Ἰων. Hesych. Stob.

Καμικοί. Athenaeus lib. III. p. 86. et IX. p. 388. sed Suidae et Apostolio in Πέρδικος ἱερὸν laudantur Sophoclis Κωμικοί. *Fabric.* Καμικοί ἢ Μίως sincerum esse huius fabulae titulum, docet Brunck. p. 17. ab oppido Siciliae, Camico: fabula a personis, quibus constabat chorus, est denominata, vt Μυκηναῖαι etc. vid. *Hemsterhus.* ad Pollucem X. 156. *Harl.*

(Καπανεύς. Vide supra in Ἀπανίς.)

(Κασάνδρα. Schol. Hesiodi ad Theogon. 30.) *Fabric.* Nulla fuit. Corrupto Schol. loco deceptus est Casaubon. vid. Brunck. pag. 36. et 46. *Harl.*

Κηδάλιον. Suid. et paroemiographi in Λευκὴ σαθρὴ (de quo proverbio *Mercerus* ad Aristae-neti lib. I. epist. 28.) Athen. p. 164. Hesych. in Αὐτοκτιστὲς et δέατος, vbi male κηδάλιον editum pro κηδαλίον.

Κλυταιμνήστρα. Erotian. in Ἀντίονθεον. [sed verba Erotiani corrupta ad superstitem Electram, loco manco, v. 1432. pertinere suspicatur Brunck.]

Κολχίδες. Schol. Apollonii lib. III. 1371. Athen. p. 602. Suid. in Ἀνθυπαργῆσαι. [P] *Fabric.* vid. *Groddeck.* in Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, part. II. pag. 110. *Harl.*

Κόλχοι. Schol. Aeschyli in argumento Promethei, Etymol. M. in Ἡσμεν. Galenus comment. I. in sextum ἐπιδημ. tom. V. edit. Basil. p. 454. *Fabric.* Sed idem fuit drama, quod antecedens: in titulo tantum est error, animaduertente Brunckio. adde *Bentleium* in Epist. ad Millium, (post Malalam.) pag. 57. *Harl.*

Κρέσσα. Pollux. Stob. Hesych.

Κρηῆτες. Athen. Hesych.

Κρίσις



**Κεῖσις Σατυρικῇ.** Hunc titulum, suadente Thom. Tyrwhitt, auctoribus Herodiano et Dracone Stratonicensi restituit Brunck. in malam rem abire iussit et *Κρησιν* et *Χρῶτες* et *Χρυσῇ*, quibus titulis nullas unquam Sophocles edidit fabulas. vid. *Athenaeum* pag. 687. Schol. ad *Aristoph.* Ranas, 193. *Pollux.* IV. 83. Apud *Ammonium* igitur de diff. voc. in *Βωμῆς*, et *Apollon.* Lexic. Homer. in *Ἰονθάδος* pro, ἐν *Χρῶσῃ* corrigit Brunck. ἐν *Κεῖσις.* Harl.

**Κύριοι.** Vide infra *Σκύριοι*.

**Κωμικοί.** Vide supra *Καμικοί*. [et *Alberti* ad *Hefych.* v. *Ἀνθρῶσκε*.]

**Κῶμος.** *Hefych.* in *Ἀνθρῶσκε*. Forte legendum *Μῶμος*. [vid. *Albert.* ad locum.]

**Κωφοί** [*Σάτυροι*.] Schol. *Apollonii* lib. I. 972. et 1162. Scholiasies ad *Nicandri Theriaca* pag. 40. Ald. laudat *Sophoclem* in *Κωφοῖς*. Vide et infra in *Σάτυροι*. Male hos *Gyraldus* p. 364. habuit pro poemate a dramatibus siue fabulis diuerso.

**Λακκαῖναι.** Ex hac fabula petitos esse putat *Meursius* binos *Sophoclis* versus, quos in descriptione *Laconicae* profert *Strabo* lib. VIII. pag. 364. Ceterum *Sophoclis* *λακκαῖνας* laudant *Pollux* IX. 10. 49. *Pristian.* lib. XVIII. p. 1177. Meminit et tragoediae hoc nomine *Aristoteles* cap. 18. de Poetic. licet *Sophoclem* non nominet, [p. 180. vbi vid. not.]

**Λαοκόων.** *Dionysius Halicarnass.* lib. I. pag. 38. *Harpocr.* in *Ἀγυιεύς*, *Hefych.* *Stob.* Schol. *Aristophanis* ad *Ranas*, 678.

**Λαρισσαῖοι.** *Stob.* *Hefych.* *Athen.* lib. II. qui *Ἀκρίσιον* in *Larissaeis* *Sophoclis* loquentem refert, X. p. 466. et *Steph.* in *Κράνεα*, vbi male *Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος* pro *Λαρισσαίσις*. conf. ad *Harpocrat.* v. *Ἐπιπλον*, pag. 165.]

**Λήμνιοι ἢ Λημνιάδες.** *Steph.* *Hefych.* Schol. *Apollonii* ad lib. I. 773. et *Pindari* Od. 4. *Pythion.* 303. [duplex recensio existisse videtur. conf. *Brunck.* in *deperdita fabula* *Αἰχμαλώτιδες* et *Groddeck.* in *Biblioth. der alten Litteratur* etc. part. II. p. 107. *Harl.*]

**Λήμνιοι δεύτεραι.** *Steph.* in fragmento de *Dodone*.

**Μάντεις.** *Stob.* Scholiasies *Comici* ad *Ranas*, 596. *Euripidis* *Phoeniss.* v. 1262. 1290. [v. *Πολύιδος*.]

**Μελέαγρος.** *Hefych.* Respicit et forte *Aristoteles* tragoediam *Meleagrum* memorans cap. 13. *Poetics.* [citatur ad *Homer.* l. 571. in Schol. *Marcian.*]

(*Μελανίππη* siue *Μεναλίππη*. Schol. *Aristoph.* ad *Ranas*, 100.) *Fabric.* At pro ἐκ *Μελανίππης* *Σοφοκλέους* corrigendum censet *Bergler.* ad *Aristoph.* *Thesm.* v. 279. ἐκ *Μελανίππο* siue *τῆς σοφῆς*, comprobante *Valcken.* in *Diatr.* *Euripidea* ad *Hippolytum* pag. 49. B. Excludenda igitur est huius nominis tragoedia *Sophoclea* e numero *deperditarum.* *Harl.*

**Μέμνων.** Schol. *Sophoclis* in argumento *Aiacis* *Lorarii*.

(*Μίνως*. *Clemens* VI. *Strom.* p. 621.) [idem est drama, ac superius *Καμίκιοι*.]

(*Μῆσαι*. *Pollux* X. 49. 186. nisi legendum *Μυσοί*, vt videtur etiam *Casaubono* et dedit *Hemsterhusius*.)



(Μυκῆναι. Vide supra in 'Ατρειδῆς.)

Μυσοί. Strabo lib. VIII. p. 546. Athen. p. 183. [Pollux X. 186. ex emendatione Casauboni.]  
Hefych. Stob. Vide et Loensem lib. VII. cap. 24. Epiphylid. et supra in Μῆσαυ.

Μῶμος. Hefychius pluribus locis. Vide et supra in Κῶμος.

(Ναύπακτος. Schol. Apollon. ad lib. IV. Sed Neocorus ad Suidam in Κατελας, ex inedito  
Photii Lexico docet, legendum esse Ναύπλιος.) [P]

Ναύπλιος. Poll. IX. 97. et X. 134. Hefych. Stob. Schol. Aristophanis ad Pacem, v. 1126. et  
Pindari ad Od. 6. Isthmionic. 10. Achilles Tatiuss Isagoge ad Aratum, cap. 1. vbi Nau-  
plium de Palamede quaedam celebrantem inducit. [Steph. Byz. in 'Ασπλις.]

Ναύπλιος καταπλέων. Hefych. apud quem in 'Επίκοτα male legitur καὶ πλέοντι.

Ναύπλιος πυρκαεύς. Pollux, Hefych. in Ναύκληρον et Πεσσαί. [Tres forte tantum tituli sunt  
vnius dramatis. vid. Brunck.]

Ναυσικάα, [ἡ Πλύντρια. vid. Brunck.] Athen. Pollux X. 52. et Hefych. apud quem nomen  
hoc corruptum in 'Αναξδοιδῆ. Tota fuit HomERICA, et Satyricis dramatibus adnume-  
randa, iudice Casaubono. [Eustath. p. 1553. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. p. 181]

Νιόβη. Athen. p. 601. et Harpocraton, qui in Δερμυτῆς laudat Aristarchi Grammatici com-  
mentarium in Νιόβην. Laudat et Νιόβην Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. v. 684.  
Comici ad Vespas, 578. et Lutatius ad Statii Thebaid. lib. VI. Fabric. Fragmentum  
seruauit Scholiastes B. ad Homer. Iliad. t. 533. edit. Villoison. item Diogen. Laert. in vita  
Zenonis VII. 28. conf. Valcken. ad Euripidis Phoenissas, p. 320. et in Diatribe Euripidea  
post Hippolyti drama, pag. 13. Harl.

Νίπτρα. Suid. in Παρυσία. Cicero II. Tusc. cap. 20. vbi docet, Patavium Sophoclis Niptra  
latina, laudata Gellio XIII. 29. tragoedia expressisse, neque adeo sine dubio est, quod illo  
in loco a Cicerone respiciatur Sophoclis Vlysses ἀκανθοπλήξ. Fabric. ut videtur Casau-  
bono ad Athenaeum p. 491. Sophoclei dramatis index fuit Νίπτρα ἡ Ὀδυσσεὺς ἀκανθο-  
πλήξ, h. e. Vlysses pastinacae radio vulneratus. (vid. Brunck.) Vna igitur eademque,  
non duplex, fuit tragoedia. Harl.

Ξοανηφόροι. Schol. Aeschyli ad ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, 310.

Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπληγῆς vel ἀκανθοπλήξ. Hefych. Vide et supra in Νίπτρα. Stephanum  
Byz. fragmento de Dodone. [vid. Villoison. Anecd. gr. II. p. 94. not.]

Ὀδυσσεὺς μανόμενος. Hefych. Schol. Pindari ad Isthmionic. Od. 6. 86. Fabric. adde Villoi-  
son. Anecd. gr. II. pag. 94. not. Harl.

Οἰνόμαος, [ἡ Ἰπποδάμεια.] Laertius IV. 35. Athen. [p. 410. et 564. quem locum emendarunt  
Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 468. et Tyrwhit apud Brunck.] Hefych. Suid. in Λήθης  
πέδον et Διέξοδοι. Pollux X. 13. Schol. Comici ad Aues, 1337. [Burmann. ad Ouid.  
Trist. II. v. 385.]

Ὀνομακλῆς. Etymol. M. in Βεδοίη, nisi legendum Ἡρακλῆς, ut Casaubon. vel Οἰνόμαος, ut  
Gatacker. Aut nisi potius corruptum est scriptoris nomen; versus enim Heroicus adfer-  
tur: [quae quidem ratio parum valet.]

(Παίδαλος.



(Παίδαλος. Vide supra in Δαίδαλος.)

Παλαμῆδης. Hefych. *Eu/ithius* in 2. Iliad. p. 172. e Suetonii *περὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι παιδιῶν*. [sed conf. Brunck. ad drama deperd. *Ναύπλιος*, sect. VI. et *Hemsterhus.* ad Lucian. *indie. voc. cap. 5. tom. I. p. 88 sq.*]

(Παὺν α' et β'. Vide supra in Ἀπανίς.)

Πάνδωρα ἢ Σφυροκόποι. Athen. p. 476. Hefych. Pollux X. 44.

(Παρεθενοπαῖος drama Sophocli suppositum a Spintharo vel Dionysio Metathemenno, Laert. V. 92.)

Πελιάς. Erotianus in Παιδικὸν πάθος.

Περίλαος. Hefych.

Πηλεὺς. Clemens VI. Strom. p. 625. (748.) Harpocr. Steph. Scholiafles Aristophanis ad Aues, 851. Equites 1098. et Nebulas, 1419.

(Πλύντριά. Pollux VII. 12. 45.) [Idem est drama, quod alias *Ναυσικάα* inscribitur.]

Ποιμένες. Steph. Athen. pag. 319. Harpocr. in *Ναυνίον*, vbi male πόλεσιν pro ποιμέσιν. [P] Erotianus in Πέλον. *Sextus* I. contra Math. cap. vlt. pag. 63. (p. 286.) Etymol. M. et Tzetz. ad Lycophron.

Πολύειδος [Πολύιδος ἢ Μάντεις.] Porphy. II. *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*, [p. 134. edit. Vltraiect.] Hefych. *Fabric.* Etymolog. reg. inst. citatum a *Valckenario* in *Diatr. Eurip.* p. 200. *Clemens Alex.* Strom. I. p. 399. *Harl.*

Πολυζένη. Strabo lib. X. p. 721. Hefych. Harpocr. Stob. Eclog. Phys. I. p. 129. Schol. Apollonii ad lib. II. v. 1123.

Πρίαμος. Pollux X. 31. 147.

Προκρίς. Pollux IX. 8. 140.

Προμηθεύς. Schol. Pindari Od. 5. Pythionic. v. 35.

Ῥιζοτόμοι. Hefych. Macrobius V. 19. Schol. Apollonii lib. III. 1213. *Fabric.* Fragmentum illud, (quod Grotius ad Soph. Polyxenam per errorem retulit,) in Scholiis ad Apollon. emendauit *Valckenar.* in *Diatr. Eurip.* pag. 167. conf. *Meziriac.* ad Ouid. Her. tom. II. p. 84. et *Groddeck* in *Biblioth. der alten Litter. und Kunst*, part. II. p. 110 sqq. *Harl.*

(Σαλαμίνη, (forte Σαλαμῖνοι,) Σάτυροι. *Galenus* comment. I. in 6. Epidem. bis laudat hoc drama tom. V. p. 454. et 455. Licet *Gatackerus* malit legere Σαλμωνεὺς σατυρικός. *Fabric.*) Eadem, quae *Gatackeri* erant, sententia est quoque *Bentleii* in Epistola ad Millium p. 57 — 59. Sophocles nullam fecit tragoediam, Σαλαμίνη inscriptam: neque Brunck. eam agnoscit. *Harl.*

Σαλμωνεὺς, [Σατυρικός.] Athen. p. 489. Hefych.

Σάτυροι. Zenobius IV. 80. prouerb. et Aristides Orat. 2. Platonica tom. III. p. 512. Vide supra in Ἰχνευταὶ σατύρων et Κωφοὶ σάτυροι. Σατυρικὸν δράμα Sophoclis laudat *Athenaeus* lib. X. Confer *Casaubonum* p. 723. Ab Hefychio in *ἄβραγες ὅμμα* citatur Sophoclis σατυρικός, vbi *Gatackerus* legit σατυρικὸν et nomen proprium tragoediae putat excidisse.



excidisse. Plura autem Satyrica dramata scripserat Sophocles. Vide in Ἀμυκος, Ἀμφιάρεος, Ἐπὶ ταινάρῳ, Ἡρακλῆς, Ναυσικάα, Σαλαμίνη, [f. Σαλμωνεύς,] Σίσυφος, Ὑβρις.

Σίνων. Hefych. Vide et infra in Συνωνύμων. Meminit quoque, sed Sophocle haud nominato, Aristoteles cap. 23. Poetic. [vbi vid. not.]

Σίσυφος. Hefych. Hoc drama satyricum fuisse suspicatur Casaubonus, quia Euripidis Sisyphus satyricis accensetur ab *Aeliano* lib. II. cap. 8. Var. Itaque eodem argumento licebit colligere, Palamedem Sophoclis quoque fuisse satyricum.

Σκύθαι. Athen. p. 189. Hefych. *Fabric.* Brunck. excitauit Schol. MS. Apollon. Rhod. ad IV. 223. item ad IV. 284. conf. *Valcken.* Diatr. Eurip. pag. 224. *Groddeck.* l. c. p. 140. *Schoenemann.* de Geographia Argonaut. pag. 41. *Harl.*

Σκύρσαι vel Σκύριοι. Stob. et Hefych. apud quem in Αὐτόστυον male legas ἀκυρτοῖς pro σκυρτοῖς. Et in Ἀποσιβῆς non minus corrupte Κυρτοῖς. *Fabric.* vid. Brunck, refutans Toupium adfirmationem, vnam fuisse fabulam gemino titulo insignitam, *Scyrias*, et *Achillis amatores* Ἀχιλ. ἐρασάς quum tamen illa esset satyrica, haec tragica. *Harl.*

Σμηγρόνη. Supra in Ἡργόνη.

Σύλλογος Ἀχαιῶν. }  
Σύνδεσπον Ἀχαιῶν } Vide supra in Ἀχαιῶν.

(Συνωνύμων α. et β'. Hefych. in Ἀρητον, vbi Meursius legit Συνωνύμων ὑτέρῳ, et si Salmasius Σίνωνι, alii aliter.)

Σφουρκόποι. Supra in Πάνδωρας.

Ταινάριοι. Τάιναιρος Σατυρικός. Vide supra in Ἐπὶ Τάιναιρ.

(Τάλας. Schol. Apollonii ad lib. IV. 1638.) [P] [vbi vero legendum est, ἐν Δαιδάλῳ, non, ἐν Τάλῳ, cuius nominis ullam fuisse Sophoclis fabulam, negat Brunck. p. 12. in Catalogo et fragmentis deperditarum Sophoclis tragoediarum. *Harl.*]

(Τεκμήση. Eustathius ad Iliad. λ'. p. 843.) *Fabric.* sed Eustathii verba pertinent ad Aiaceum 794. *Harl.*

Τεύκρος. Stephanus Byz. in Κυχεῖος, et Stob. Τεύκροι. Schol. Aristophanis ad Nubes; 583.

(Τήλεφος. Hefych.) v. Ἀεφόρος.

Τηρέυς. Aristot. de poetica cap. 16. <sup>ω)</sup> Hefych. Stob. Scholiastes Comici ad Aues, 100. Aeschyli ad Prometh. Tzetzes ad Hesiod. <sup>εργ.</sup> β'.

Τριπτόλεμος. [Dionys. Halicarn. Antiq. libri I. initio cap. 12. pag. 10.] Strabo lib. I. pag. 27. et 48. Plinius XVIII. 7. sect. 12. p. 107. Hard. vbi innuit eam actam Olymp. LXXVII. 4. anno CXLV. ante mortem Alexandri M. qui obiit Olymp. CXIV. 1. Pollux X. 22. colatus

<sup>ω)</sup> Vide ibi notam, p. 116. m. edit. et cl. *Mellmann* in Comment. de causis et auctoribus narrationum de mutatis formis etc. Lipsiae, 1786. 8.

pag. 63. Fragmentum exstat in Scholiis Marc. ad Iliad. δ. 705. pag. 33. edit. Villoison. cuius Prolegomena pag. XXXIII. conferes. *Harl.*



latus cum Etymolog. M. p. 395, 13. et Hefych. in Ἀπυρδαίωτος. Athen. p. 67. et 110. et 447. ex emend. Casauboni. Harpocr. Hefych. Scholastes Aristoph. ad Acharnenses, Pindari Olympionic. Od. 10. initio. *Corinthius* de Dialectis, vbi de Ionica. [§. CLVII. ibique Koen. pag. 258. *Lessing* in Laocoön. p. 296. not. ostendit, Triptoleum primam fuisse Sophoclis fabulam, actam Olymp. LXXVII. 4. *Harl.*

Τρώϊλος [Σατυρικός.] Pollux, X. 165. Hefych. Scholastes Pindari Nemeonic. Od. 3. 60. vbi versiculus, quem respicit Hefych. in Ἀνδρόπαις.

Τυμπανιστής. Athen. Steph. Hefych. Etymol. M. Stobaeus ferm. 57. Schol. Sophoclis in Antigonen, 980. [Cic. ad Attic. II. 7. quem locum emendat Brunck.]

Τύνδαρος. Stob. ferm. 103. [Floril. tit. CV. pag. 431.]

(Τύραννοι. Hefych. Ἐχθίμα, nisi legendum τυράννω, et respiciatur Oedipus Sophoclis Tyrannus.) *Fabric.* Dissentit Alberti ad Hef. col. 1562, 20. et 21. *Harl.*

Τυρώ. Athen. p. 99. et 475. Stob. [in tit. CX. p. 435. versus quidam in Stobaei libris male refertur ad Tyronem, quum pertineat ad Tereum, iudice Brunckio in Τηρεὺς, pag. 30.] *Aelian.* XI. 18. Animal. *Macrob.* V. 21. Suid. in Ταυροφάγον. Etymol. M. Scholastes Comici ad Ranas, 360. Aristoteli quoque cap. 16. Poeticae, tragoedia hoc nomine memoratur, incertum Sophoclisne an Euripidis. [conf. Brunck. pag. 31 sqq.]

Τυρώ δευτέρα. Stob. Etymol. M. et Scholastes Aristoph. ad Aues, 276. qui primum huius fabulae versum serauit.

\*Υβρις. Athen. p. 657. et Stob. ferm. 26. ex cuius marginibus Casaubonus colligit hoc drama fuisse Satyricum. Integer titulus videtur fuisse Ὑβρις σατύρων. [Brunck. scripsit titulum: Ὑβρις σατυρική.]

\*Υδροφόροι. Hefych. in Κοινός. [Schol. ad Sophocl. Antigon. v. 1. et Philoctet. 1197.]

\*Υπόνες. Vide supra in Ἰππόνες.

[Φαίαικες. Huius dramatis mentionem Brunck. reperit tantum in Lexico msto bibliothecae coenobii Benedictini ad S. Germanum Parisiis.]

Φαίδρα. Stobaeus, (qui p. 244. Florileg. edit. Grotii e Sophoclis Phaedra laudat versus aliquot, quos ex Euripidis Phaedra petitos *Grotius* in excerptis Trag. p. 413. [485.] putabat, Euripidi certe tribuit *Clemens Alex.* VI. Strom. p. 623. d.) Hefych. Paroemiographi in Χαλάσω τὴν ἱερὴν ἄγκυραν. [vid. Brunck.]

(Φθιωτίδες, Sophoclis, an alterius Tragici nescio, memorantur ab Aristotele cap. 18. Poetic. Vide infra Φυλοτίδες.)

Φιλοκτήτης Sophoclis ὁ ἐν Λήμνῳ, qua ad Troiam arcessitur, exstat. Sed alter Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ, in qua casus eius ad Troiam recensabatur, [P] periit. Memorat *Priscianus* lib. XVIII. p. 1169. et *Hefych.* in Ζηλῶ et forte in Δρυοπαγῇ, nam quae ibi adferuntur, in edito Philoctete non exstant; [idem iudicant Küster. ad locum Hefychii, col. 1037. edit. Alberti, et *Wesseling.* in Var. Obsl. II. 6. p. 162.] forsan quoque *Gellius* XIII. 18. Vide infra in Φυλοτίδες. *Gatackerum* pag. 116. Aduersar. *Vossium* II. Inst. Poetic. pag. 34.



Φινεύς. Pollux [VII. 194. et *Toup.* ad Suidam II. 68.] Athen. p. 119. Hesych. Scholiastes *Aristophanis* ad Plutum <sup>\*)</sup>, Apollonii ad lib. II. 178. Eustathius ad Odyss. δ'. p. 168. Steph.

Φινεύς δεύτερος. Hesych. in Ἀχάλκευτα.

Φοῖνιξ. Arrianus lib. I. cap. 28. diis. Epictet. Eustathius in Iliad. π'. p. 1117. (p. 1088.) Athenaeus, p. 70. Socrates III. 7. Hist. Eccles.

Φρίξος s. Φρύξος. Steph. Byz. in Ἄσυ.

Φρύγες. [*Stobaeus* Floril. tit. VIII. pag. 51.] Schol. Aeschyli ad Prometheum *Δεσμώτην*, [v. 435. at ex librarii errore mentionem fieri Phrygum Sophoclis, docet Brunck. pag. 35.]

(Φυλοτίδες. *Gell.* XIII. 18. pro quo alii Φυλετίδες. Casaubon. Φθιωτίδες. Thyrsius Αἰχμαλωτίδες. Sed in Vet. edit. et MS. Scheferi legitur Φιλοκτήτης. [quam lectionem vnicem veram habet Brunck.] In MS. Petauiano *filotides* teste Iacobo Gronouio; qui legit Φιλατίδες, quasi furto deditas dixeris.)

Χρύσης. Ammonius in Βωμός. *Fabric.* At Brunck. p. 19. in: Κρίσις σατυρικὴ, negat, Sophoclem edidisse fabulam, Χρύσις inscriptam, et in *Ammonio*, a Fabricio excitato, pro ἐν Χρύση legere iubet ἐν Κρίσει. His addatur

Ὠρεαΐδα, quam a Sophocle datam fuisse, colligit *Ruhnken.* ad Longin. edit. *Toup.* pag. 243. e *Strabone* VII. p. 452. ad quam quoque adludit *Io. Siceliota* in comment. mst. in Hermogenem, cuius locum *Ruhnken.* ibidem producit et emendat.

*Brunck.* in fine Catalogi deperditarum fabularum Sophocl. p. 35 sqq. edit. in 4. vol. II. quam citavi, seu p. 669 sqq. vol. III. edit. in 8. colligit vberiusque explanat, alios titulos, a Casaubono ac Fabricio recensitos, falsos esse et confictos, alios ex scripturae mendis, e. g. Ἀκάμας pro Ἀθάμας: Ἀκύριοι, Κύριοι, Σκύριοι pro Σκύρια; Ἰππώνι pro Ἰππώνω etc. esse ortos. Docet igitur fufius, Ἀπανίς non esse titulum dramatis apud Hesych. in Ἀπάνθρωνος, sed initium glossae; Ἐρεχθεὺς non esse Sophoclis Tragodiam, verum Euripidis, vti patet ex cod. regio Paris. Stobaei, vbi scriptum est *Ευριπίδης Ἐρεχθεῖ*; Nullas fuisse Ἰλίσ ἀλωσις et Ἰοκάστη, hanc fictam esse ex Eustathii verbis ad Odyss. p. 1425. male acceptis, vbi Iocastae quidem verba proferuntur, sed ex Oedipo tyr. 911. non ex dramate Soph. cognomine; Ἰππόλυτον nullum fuisse hoc titulo Sophoclis drama diuersum a Phaedra: Κασάνδρα nullam fuisse vniquam fabulam Sophocl. sed in Schol. Hesiodi ad Theogon. v. 30. legendum — Σοφοκλῆς Δάφνην — — Καὶ Λυκόφρων ἐν Κασάνδρᾳ. Μενελίππη nulla fuit tragoedia, vti nec Ναύπακτος et Τεκμήση. *Harl.*

IV. Non praetereundum est, Suidam praeterea testari, scriptam a Sophocle Elegiam <sup>\*)</sup>, pacanas, et profario sermone librum de Choro tragico. Ἐγραψεν ἐλεγείᾳ τε καὶ παιάνας

<sup>\*)</sup> Vers. 635. vbi consules notam Hemsterhusii pag. 212. Fabulam fuisse satyricam patet ex fragmentis. Num bis edita fuerit, quod Hesych. in Ἀχάλκευτα et Stephanus Byz. in Βόσπορος innuunt,

*Brunck.* dubitat. conf. *Grodderck* in Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. II. p. 112. *Harl.*

γ) Meminerunt Hephæstio, Harpocrat. in Ἀρχὴ ἀνδρῶν δάκνυσι. Erotianus in χαρίτες. Sed et iunior Sophocles,



παιῶνας καὶ λόγον καταλογάδην περὶ τῆ χορῆ πρὸς Θεσπιν \*) καὶ Χοίριλον ἀγωνίζομενος. *Plutarch.* lib. an ieni gerenda sit Resp. p. 787. Ἰστὶ δὲ ὁμολογουμένως Σοφοκλῆς ἐστὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον ὡδὴν Ἡροδότῳ τεύξε Σοφοκλῆς ἐτίων ὧν πέντ' ἐπὶ πεντηκοντα. Denique Παρθενοναῖον sub Sophoclis nomine vulgauerat *Spintharus* siue *Dionysus* Metathemenus, teste *Laertio*. V. 92. [P]

#### V. Codd. MSS. et Editiones Sophoclis.

Codices MSS. in *Gallia*: In Biblioth. regia, teste Catalogo MSS. tom. II. sunt *Aiacis flagelliferi* codd. XIV. cum fragmento in cod. XXXIX. *Electrae* codd. XII. *Oedipi Tyranni* codd. X. *Antigones* codd. IV. *Oedipi in Colono* IV. *Philoctetis*, codd. IV. sententia de diuinis nr. 1630. et vol. IV. p. 435. nr. 8180. cod. chart. an. 1554. exaratus, in quo continetur *Ajax flagellifer*, interprete Io. Rondinello. — Codicis regii, MMMCCCXIII. an. 1558. mentionem facit *Montfaucon*, in *Palaeographia* gr. p. 89 sq. — *Cel. Brunck.* vsus est ex illis cod. MMDCCXII. membr. vetustiss. quo omnes continentur tragoediae VII. tum cod. MMDCCCLXXXVII. in quo sunt Oedipus prior, Trachiniae, Philoctetes et Oedipus in Colono: porro cod. bombycino MMDCCXCIV. continente Aiacem, Electram et Oedipum priorem; item cod. MMDCCCXX. chartac. easdem comprehendente fabulas; porro cod. bombycino, MMDCCCLXXXIV. easdem vna cum Antigona continente; denique cod. chartac. MMDCCXI. qui praebet VII. tragoed. secundum *Demetrii Triclinii* recensionem, cum eiusdem scholiis metricis in omnes, exegeticis autem partim *Triclinii*, partim veterum criticorum in Antigona, Oedipos II. Trachin. et Philocteten. — In multis codd. bibl. S. German. olim *Coislin.* teste *Montfaucon*, in illius Catalog. *Sophocles* citatur; omnium vero locorum enumeratio foret longior. — in bibl. *Colbertina* nr. 991. *Sophocles*, et nr. 6443. *Sophoclis* *Ajax*, *Electra*, *Oedipus*, *Antigone*, (*Montfaucon.* Bibl. bibliothecarum MSS. tom. II. p. 938. et 1014.) — *Sophoclis* dramata II. in Abbat. S. Petri de Selincurte, Dioec. Ambianensis, (*Montfaucon.* ibid. p. 1199. A.) — cod. mss. regiae bibl. qui continet hoc ordine, Aiacem, Electram, Oedipum tyrannum, Antigona, Oedipum Colon. Trachin. et Philocteten, laudat et lectiones quasdam ex Antigone suppeditat, addita crisi, *Sallier* in *Historia Soc. reg. Paris.* Inscript. part. V. p. 65 sqq. ex interpretatione *Gottschediana*.

*Sophoclis* omnia existisse dicuntur in bibliotheca quadam *Constantinopolitana*; sed fides sit penes auctorem catalogi libror. mss. gr. qui Constantinopoli — olim adseruabantur, in Noua librorum rariorum collectione, fascic. III. Halis Magdeb. 1710. pag. 442.

In bibl. Synodi *Mosquensis* nr. 357. cod. chart. saec. XIV. It. *Sophoclis* tres tragoed. cum glossis marginalibus et scholiis, (exemplum illarum et IV. fragmentorum cum scholiis saec. XIV. exeuntis sibi descriptum dedit cl. *Matthaei* bibl. Electorali *Dresdensi*.) nr. 392. chart. saec. XVI. *Sophocl.* duae et *Aeschyl.* totidem trag. secundum catalogum codd. a cl. *Matthaeo* confectum, necdum editum.

In

*Sophocles*, nostri nepos, elegias teste *Suida* composuit. *Fabric.* Versus quosdam ad Venerem *Sophocli* ab aliis, ab aliis *Homero* tributos refert *Athen.* XIII. pag. 592. vti supra inter *Homeri* scri-

pta deperdita nr. 22. iam adnotatum fuit. *Hart.* 2) Contra *Thespin*, puta iam defunctum, cuius forte rationes *Choerilus*, *Sophoclis* aequalis, fuerat secutus.



In *Italia*. Romae, in bibl. *Barberina* cod. chart. saec. XIII. nr. 159. *Sophoclis* tragoediae, — tum in bibl. *Angelica*, cod. nr. 159. bombyc. *Soph. Ajax*, cum scholiis, vt in editis, saec. XIII. — de biblioth. *Casanatensi* et Barber. cl. *Nic. Schow*, Danus, graece doctiss. in litteris ad me Romae 1789. mens. Maio scriptis haec, memoratu digna, humanissime scripsit. „De Sophoclis fabulis aliquando edendis commentariisque illustrandis iam dudum ab eo vsque tempore, quo Gottingae studia mea litterarum, vt dicunt, absolueram, cogitavi; quapropter etiam Sophoclis codicem, nr. CLXIX. quem solum bibl. possidet Barberina, contuli. Is vero continet Aiace[m] et Electram cum scholiis interlinearibus et marginalibus, et saec. XIV. aut XV. exaratus est, a vitiis haud immunis. Eum ceteris, quibus iam Viennae ac Romae in Bibl. *Casanatensi*, vsus sum, conformem omnino deprehendi: exhibent omnes, quos equidem vidi, (quemadmodum et ii, quos cl. *Brunckius* adhibuit,) textum Aldinum, vno solo Vindobonensi, cuius Nesselii catalogus nr. CXLVII. meminit, excepto, in quo textus a Triclinio mutilatus habetur, quem Turnebus eiusque successores fideliter expresserunt, donec tandem cl. *Brunckius* textum Aldinum, vt nosti, a Tricliniana immunditie repurgatum integritati suae restituit. Ill. bibl. Barberinae praefectus, *Garatoni*us, vbi studium meum Sophocleum animaduertit, insignem huius bibl. thesaurum solita sua humanitate vltro mihi obtulit, nempe editionem *Sophoclis Aldinam*, notis marginalibus manuscriptis plenam ac refertam. Hae notae a manu Bartholomaei Barbadorii, Florentini, et Lucae Holstenii profectae sunt, et exhibent partim varias lectiones e codd. msstis, partim breuem quamdam locorum difficilium illustrationem. Dolendum vero est, nullam codd. msst. quibus hi viri docti sunt vsi, notitiam praemitti, ex solita illa negligentia, quae omnibus fere eruditis viris, qui saec. XVI. et XVII. lectiones codd. in margine suorum librorum diligenter enotarunt, obici potest. Ille Barbadorius variis lectionibus hinc inde pro lubitu adiunxit (*ms.*) hic, Holstenius, interdum (*ms.*) interdum etiam (*c. v.*) Ex lectionibus vero perspicitur, codices, quos adhibuerunt, praestantissimos fuisse, atque ad primam codd. msst. Sophoclis classem referendos esse. Suspicio tantummodo, Barbadorium Florentinos consuluisse codices, Holsteniumque Vaticanos. Barbadorius etiam ex Eustathii commentariis in Homerum loca, quae ad Sophoclis textum illustrandum faciunt, quorumque, vt tu nosti, ingens est numerus, mira industria enotauit, integraque in margine libri sui descripsit. Qua autem ratione manus Lucae Holstenii a Barbadorii dignoscatur, aliaque, quae ad hunc critices atque interpretationis Sophocleae thesaurum curatius cognoscendum pertinent, ipse eruditissimus *Garatoni*us hisce verbis in prima libri pagina exposuit: — „Hic liber fuit olim Bartholomaei Barbadorii Florentini, cuius mentionem honoris causa fecit P. Victorius in praef. ad Electram Euripideam, et in variis lectionibus, hominis ex sua disciplina profecti: peruenit tandem ad Lucam Holstenium, Hamburgensem, qui cum bibliothecae Barberinae legauit anno MDCLXI. Vtriusque scriptiones exstant in margine, quas vix alio signo distinguas, quam colore atramenti: est enim Holstenianum et recentius et nigrius: praeter ea Barbadorius italicam linguam patriam, vt erat, adpellat, dum locos explicat; Holsteinius nihil aliud agit, nisi vt lectiones Aldinas ex codicibus referat, si Aiace[m] et Electrae partem excipias.“ Haecenus cl. *Schow* de binis illis codd. exemploque Aldino, notis msstis ornato: quae ex illius litteris excerpta hic legere, haud incommodum, credo, videbitur lectoribus.

In *Montfauconii* Bibliotheca bibliothecarum MSSorum nominantur tom. I. p. 4. A. in *Vaticana* bibl. codd. XL. XLIV. XLVI. XLVIII. XLIX. omnes chartacei: p. 5. B. in alio antiquo



quo codice, Soph. tragoediae sex cum expositione, trag. tres, Ajax, Electra, Oedipus: p. 7. Ajax, item Ajax et Electra cum scholiis: p. 34. nr. 962. Sophocles mutilus cum quibusdam interlinearibus explicationibus. — In biblioth. *Chiggin, Romae*, p. 175. A. *Sophocles* et Nicander cum scholiis in cod. recenti. — In bibl. *Ottobon. Romae*, p. 187. Sophocl. non antiquus cod. — In bibl. *Neapolitana* S. Ioannis de Carbonara Augustin. pag. 231. A. Sophoclis trag. cod. bombycin. saec. XIV. — *Florentiae*, in bibl. Monasterii Benedictinorum B. Mariae, p. 416. E. plures codd. qui continent Tragicorum trium tragoedias: in his vnus rescriptus, in quo descriptum olim erat vetus testamentum caractere vnciali a saeculis circiter duodecim: verum, deletis paene prioribus, substitutus saec. XII. eorum loco Sophocles fuit. — De codd. bibl. Laurentianae medic. postea agemus: vti quoque de codd. bibl. Venetae D. Marci. — *Venetis* in bibl. *Grimana*, trium tragicorum codd. p. 478. D. — *Veronae* in Museo Saibantae, p. 490. E. ex Sophocle et Pindaro quaedam. — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, p. 504. C. Sophoclis tragoediae, volumina VII. et p. 529. E. Soph. codd. II. bombycini, saec. XIV. et p. 530. plures trium Tragicorum codd.

In bibliotheca *Veneta* D. Marci sunt, teste Catalogo illius bibl. graecae MSSorum, pag. 247 sq. cod. CCCCLXVII. in 8. qui continet VII. trag. et cod. CCCCLXVIII. in fol. eadem, alio tamen ordine, cum Aeschyleis et Euripideis habet; pariter pag. 249. cod. membran. CCCCLXX. fol. in quo in Aiace, Electram et Oedipum tyr. exstant scholia *Thomae Magistri* et *Man. Moschopuli*: ceteris adpinguntur excerpta ex scholiis antiquis: praemissa est Soph. vita, quae incipit *Σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος, υἱὸς δὲ Σοφίλης* etc. — pag. 277. cod. chart. DXIV. 8. praeter alia praebet Aiace cum scholiis aliquibus marginal. et interlinearibus. — pag. 314. in cod. DCXV. in 4. chart. reperiuntur Ajax et Electra cum schol. margin. et interlin. cum vita Soph. tum in cod. DCXVI. membran. in fol. Ajax, Electra, Oedipus tyr. Antigone et Philoctetes, et post quinque Aeschyli trag. Sophoclis Trachiniae, denique pag. 316. in cod. chartac. in 4. septem Soph. trag. cum scholiis marginalibus et interlinearibus.

*Florentiae* in bibl. Laurent. Medicea, teste *Bandinio* in catal. codicum graec. bibl. Laurentianae, vol. II. col. 44 sqq. plut. 28. cod. XXV. post tres Aeschyleas sunt Sophoclis Ajax cum scholiis margin. paucioribus ac breuioribus, quam in edit. Stephan. — Eadem trag. in Plut. 32. cod. XXXII. chartac. in 4. cum scholiis margin. quae vt plurimum recedunt a vulgatis. — *Electra* cum scholiis et Oedipus, at in fine mutila est tragoedia. — Eadem, cod. IX. plut. 31. pag. 85. — pag. 195. plut. 32. cod. XXXIV. chart. eadem tres tragoediae, cum scholiis aliquot marginalibus et glossis interlinearibus. — pag. 201. in cod. XL. papyrac. et tinea valde corroso, Ajax, Electra et Oedipus cum scholiis antiquis et glossis interlinearibus. — pag. 73. 74. plut. 31. cod. I. chart. in fol. Ajax, Electra, Oedipus tyrannus, Philoctetes, Antigone, Trachiniae cum argumentis, interdum diuersis ab editis, vna cum Aeschyleis et Euripideis. — pag. 123. plut. 32. cod. II. papyrac. in fol. eadem sex tragoediae cum argumentis et scholiis quibusdam marginalibus: insunt quoque Hesiodi O. et D. Euripidis XVIII. trag. et III. Aeschyli. — pag. 83 sq. Plut. 31. cod. VIII. papyrac. in 4. Ajax et Electra, quae tamen mutila est, cum scholiis margin. et glossis interlin. — ibid. p. 85. cod. X. papyr. in 4. VII. trag. Sophocl. cum VIII. Euripideis. — pag. 132 sqq. Plut. 32. cod. IX. membran. in 4. mai. saec. X. trag. VII. cum scholiis marginal. vetustissimis, et argumentis ex Aristophane

*Vol. II.* E c grammatico,



grammatico, Apollodori biblioth. Sallustio et anonymo. — pag. 207. et 208. Plut. 32. cod. XLIX. chart. in 4. Ajax et Electra cum scholiis, glossis et argumentis. — ibid. cod. LI. chart. in 4. Electra et Oedipus tyrannus, cum argumentis, scholiis et glossis. — Sophocles citatur quoque in florilegio sententiarum, tom. I. pag. 254. plut. VII. cod. XV. et in Arsenii Violar. composit. tom. I. p. 549. Plut. IV. cod. XXVI. — In Bibl. *Naniana*, Venetiis, teste Catalog. cod. CLI. nr. 7. p. 344. *Ajax* cum scholiis et glossis.

In *Hispania* latent aliquot codd. Soph. — In bibl. regia Matrit. secundum Iriartum p. 161. cod. LXVII. fol. 76 sqq. vita Sophoclis, quae incipit Σοφοκλῆς Σωφίλῃς Κολωνήθεν Ἀθηναῖος, τραγικός, tum Simonidis, Erycii et Dioscoridis epigrammata in illum, (quae etiam leguntur in Antholog. apud Wechel. edita 1600. lib. III. cap. 25. p. 396 sq.) porro *Aias μασιγοφῶρος*, cum glossis interscriptis et scholiis locupletissimis, a scholiis Triclinii vt plurimum diuersis: postea Electra, cum glossis et scholiis, quae nonnihil conueniunt cum iis, quae Stephanus dedit: denique Oedipus tyrannus cum glossis ac scholiis, quae consentiunt cum vulgatis. — pag. 271. cod. LXXV. fol. 1 sqq. Ajax, Electra, et Oedipus tyrannus. Epigrammata in Sophoclem occurrunt pagg. 94. 97. 99. — In bibl. *Scorial.* teste *Plüero* in Itinerario hispan. p. 190. Ajax, Electra, Oedipus tyr. Antigone, Oedipus Colon. Trachiniae, Philoctetes et eius vita; iterum Ajax et Electra cum scholiis, idem et Oedipus tyrannus cum scholiis; in *Anton. Augustini* catal. Taraconae 1587. 4. indicantur nr. 245. Sophocl. II. trag. nr. 246. totidem, et 246. duae, nr. 250. quatuor tragoediae Sophoclis.

In biblioth. *Leidensi*, teste Catalogo, p. 395. cod. VI. in 4. Ajax, Electra et Oedipus tyr. cum scholiis.

In biblioth. Caesarea *Vindobon.* secundum *Nesseli* Catalog. sunt part. IV. pag. 83. cod. CXLVII. item p. 93. cod. CLXIV. cum notis inter lineas et in margine scriptis, Ajax, Electra et Oedipus. — pag. 92. cod. CLXI. nonnullae Euripidis et Sophoclis trag. cum glossis et scholiis. — pag. 106. cod. CLXXXVII. nr. 1. Soph. fragmenta, cum scholiis. — pag. 115. cod. CCIX. Ajax et Electra, cum scholiis. — pag. 133. cod. CCLIII. nr. 3. Oedipus, cum exegeſi in Aiace. — pag. 138. cod. CCLXX. Tragoediae cum scholiis interlinearibus. — pag. 141. cod. CCLXXXI. Ajax et Orestes cum scholiis. — pag. 146. cod. CCCII. nr. 2. Ajax et Electra. — part. III. p. 37. cod. XXVII. nr. 2. *Sophoclis* aliorumque vaticinia et testimonia, (vt putantur,) de Christo et doctrina christiana.

In bibl. *Heidelbergensi* quondam fuerunt, teste *Sylburgio* in monumentis pietatis et literariis p. 40. item p. 131. tres trag. Soph. cum metaphrasi, p. 99. quatuor trag. — pag. 287. quatuor. — pag. 335. duae, etc. at num omnes hi codd. in Vaticanam bibl. sint illati, nec ne, equidem nescio.

In bibl. *Augustae Vindel.* Ajax, nec non IV. trag. cum scholiis. [Eo Cod. vsus est Brunekius, cuius caussa eum contulit Cl. Schweighäuserus. — In Bibl. Senat. Lips. sunt duo Codd. Soph., alter chart. saec. XV. qui praeter Theocr. et Hesiod. habet 3. tragg. Soph., alter ipse chart. continens Aiac. Electr. et Oed. Tyr., quo ego nunc vtor; v. Reisk. praef. An. ad Soph. et Add. *Beck.*] — In *Ienensi* bibl. acad. Ajax et Electra cum scholiis. [vid. I. F. Heusingeri Obs. in Ai. et El. 1745.] — In bibl. *Noribergensi* Sophocles, cod. MDLXXXIX. a Carolo Stephano scriptus.

In



In *Anglia*, sec. *Ed. Bernardi* Catal. msspt. Angliae et Hibern. Oxon. 1697. fol. in bibl. *Edw. Bernardi*, pag. 226. nr. 7412. Sophocles et Aeschylus. — In bibl. *Io. Mori*, Episcopi Noruic. p. 378. nr. 9858. Ajax, manu recenti: ibid. nr. 9854. Thomae Stanleii aduersaria, in quibus *Sophoclis*, Euripidis, Stephani de uribus, Achillis Tatii, Aristidis, Theocriti, Callimachi, Hesychii, Antigoni Carystii etc. loci plurimi emendantur vel explicantur. — In bibl. Vniuers. *Cantabrigiensis*, part. II. pag. 101. nr. 613. Ajax, Electra, Oedipus cum scholiis gr. — In bibl. *Oxon.* quater sunt Soph. Trag. et in bibl. Bodleiana quinque Soph. codd. numerantur. — Sed satis de codd. Progredior ad recensionem

### E d i t i o n u m.

Princeps est *Aldina*, Σοφοκλῆς Τραγωδίαί ἑπτὰ μετ' ἐξηγήσεων, *Sophoclis Tragedias Septem cum commentariis.* in calce *Venetis* in aedibus *Aldi Romani*, mense Aug. M.DII. 8.

Nulla praemissa est praefatio, sed incipit statim, Ὑπόθεσις Αἰάντος. Promissi vero commentarii in spongiam abierunt; hinc etiam absunt ab exemplo, quod possidet cl. *Schwarz*, Prof. Altdorf. et cuius curatam mihi dedit notitiam cel. *Jaegerus*, nec alii viderunt exempla illis stipata. In Gereti disp. de Aldi Manutii vita etc. Viteb. 1753. p. 97. memoratur quidem haec editio, sed de commentariis altum est silentium. In bibl. Ioan. Mori, Episcopi Noruic. secundum Bernardi catal. MSS. Angliae, tom. II. p. 383. inter libros impressos, aut cum scriptis codd. collatos aut a viris doctis illustratos, nr. 9. occurrit *Sophocles, gr. edit. Aldi, cum adnotationibus M. Moschopuli*; has, suspicor, manu viri docti, fuisse adscriptas. Atque in epistola ad Lascarem, cuius fragmentum dedit Maittaire in A. T. tom. II. p. 157. not. clare affirmat Aldus, scholia nondum esse typis excusa, τυπωθήσεσθαι δὲ θεῶ σῶζοντος ὅσον ἐκ ἡδῆ. Quare in inscriptione exemplarium voluntas edendorum illorum tantummodo declarata est. Secundum Catal. tamen in bibl. *Barberina* tom. II. p. 399. exstare dicuntur *Soph. trag. gr. Venet. 1502. 8.* — gr. cum not. mssis Iannotii, Venet. per Aldum. 8. et gr. cum comm. graecis, Venet. per Aldum. 8. nisi auctor catalogi titulo quoque sit deceptus. At est editio praestantissima ex antiquis et probae notae codicibus ducta et sequentibus praefenda. De quodam exemplo in bibl. *Barberina* cum notis mssis, vide supra in notitia codd. Soph. in Italia seruatorum. In bibl. *Dresdensi* est quoque exemplum cum notis mssis.

Historia vero *editionum* haec est. Agmen ducit edit. *Aldina*, quae basis erat reliquarum vsque ad *Turnebum*. Hic nactus codicem Sophoclis a *Demetrio Triclinio* recensitum, huius interpolationes mutationesque temerarias recepit, atque vel Stephanum et Canterum, qui tamen multa bene mutauit, (vid. infra de eius editione,) habuit sectatores. Nostri demum tempestate tertia *editionum* aetas enata est parente *Brunchio*, qui reduxit Aldinam lectionem, e codicibus plerumque, interdum de coniectura, correctam crebrius immutatamue.

Graeci commentarii primum exierunt praelo, separatim excusi:

Σχόλια παλαιὰ τῶν πάντων δοκίμων εἰς τὰς σωζομένας τῶν Σοφοκλῆς Τραγωδιῶν — *Commentarii in septem tragedias Sophoclis quas ex aliis eius compluribus incuria temporum amissis solae superfuerunt: opus exactissimum rarissimumque in Gymnasio medico Caballini montis a Leone decimo pontifice max. constituto, recognitum repurgatumque atque ad commune studiorum utilitatem in plurima exemplaria editum. Non sine priuilegio, ut in ceteris. Graece. in fine. Ἐτυπώθη ἐν Ρώμῃ etc. 1518. 4.*

Ec 2

Praefixum



Praefixum est Ian. Lascaris, qui excerpta e veterum grammaticorum commentariis in Sophoclis tragoed. quae supererant pauca, primus collegit atque edidit in Sophoclem epigramma elegantissimum, quod ab H. Stephano et aliis praetermissum hic adscribam:

Πόλλ' ἐκ τῶν σελίδων ἀποιμί κεν οὐδὲ Σοφίλῃ  
 Δείγματα οὔτε πινυτῆς· πόλλ' ἀπὸ μαρτυρίας.  
 "Ὅσσα μεθρημόσαστο Τραγικῆς περὶ κόσμον αἰοιδῆς,  
 'Ὡς μέρος, ἄδῃς ἅπαν, πᾶν κῆδος ἡντρεικίας.  
 Κάλλας, εὐτομίῃς, ὕψος τέλος ἐξεπόνθησας  
 Ζῆλον Ὀμηρέας γήσιον εὐεπίης.  
 "Ὡς σε Δίων, Ξενοφῶν, σκώπτῃς σὺν τ' ἦντο ἰταίρων,  
 Ἀρχιτυπὸν τραγικοῦ θῆκεν Ἀριστοτέλης.  
 Σόντε κῶδον ἔκαστος ὃ κ' εἰς ἰὸν ἡγεμονίῃ  
 Ἀγνώμων ὅκνη ἔκγονος Ἀοιδῆς.  
 Ἀργεΐδης βασιλεὺς μετὰ πεμπτον σύμμαχον ἔσχεν  
 Ἰσά τε Μαιονίδα τίρπετο σοῖς ὁσίοις.  
 Πολλὰ τῶν ἀρετῶν σεμνύματα, ἐν δὲ μέγιστον,  
 Κρέσσονας ἡμερίας ἔπλασας ἢ φύσις.  
 Λῆμά τε γενναῖον λαοῖς πόρος, εἰς ὑποψήτας  
 Ὡν βατὸς οἶα πάρος δέλγε διδασκαλίῃ.

Hoc a Fabricio iam adscriptum f. repetitum epigramma Lascaris reddiderunt quoque *Maittaire*, A. T. II. part. I. p. 319 sqq. et *Brunck*. in sua editione, ante scholia in Oedipum tyrannum. De scholiis antiquis Fabricius haec quoque iam adnotarat:

Ceterum falluntur, qui auctores horum scholiorum faciunt Sophoclem Grammaticum, Theonem ac Lucillum, quos in Apollonium Rhodium, non in Sophoclem scripsisse constat. Porro Sophoclem Tragicum illustrauerant *Didymus*, teste Athenaeo, et *Horapollo* de quo Suidas. *Praxiphanes* quoque, ut colligitur e Scholiis ad Oedipum Colon. v. 894. τῶν δὲ ἐξηγησαμένων ἀπάντων Πραξιφάνης δοκεῖ ἀμεινον ἀποδιδόναι. Et *Aristophanes* Grammaticus, cuius argumenta quibusdam dramatibus praefiguntur. *Androtion* Sophoclis Scholiastes adpellatur a *Morhofio* p. 123. lib. I. polyhist. cap. 13. sed vereor, ut recte. [*Androtion* nominatur a schol. ad *Aristophanis* Nub. v. 552. et 981. atque a Suida in Βερόνιαι. Grammaticus fuisse videtur, qui in poetas commentaretur.] Idem p. 64. inedita in Sophoclem scholia memorat, quae edere voluit Ioh. Andreas Bosius. Aiacem flagelliferum, Electram et Oedipum Tyrannum, cum glossis interlinearibus perpetuis ineditis fuisse apud Renatum de Moreau, testatur Labbeus Bibl. nou. MSS. p. 213. Ineditum Sophoclis Scholiasten Arundelianum laudat Io. *Pearsonus* commentario in Symbolum Apostolicum p. 261. edit. latinae.

Fabricius adfert edit. *Sophoclis Tr.* cum scholiis graecis, Florent. 1518. 8. Citant illam quoque *Harwood* secundum germanicam versionem p. 18. et *Maittaire* A. T. II. pag. 320. e Fabricio, (in indice tamen *Maittaire* Florentinam illius anni omittit, et citat *Florentinam cum scholiis*, 1522. 8. quae etiam occurrit in Bibl. Bernensi, tom. I. p. 364. neque vero illam alibi citatam vidi:) dubitat vero de illa edit. an. 1518. *Hamberger* in Zuverläss. Nachr. tom. I. pag. 165. atque *Pinelli* in versione *Harwoodiani* libri italica illam omisit: nec fuit illa in Catalogo bibl. Fabricianae multarumque aliarum, quas consului, praestantiorum.

*Sophoclis*



*Sophoclis Tragoediae VII. cum interpretationibus vetustis et valde utilibus.* gr. Florent. per heredes Phil. Iuntae. 1522. 4.

Curante Antonio Francino, qui textum quoque castigavit. conf. Brunckii praefat.

Σοφοκλῆς — *Sophoclis tragoediae septem*, (tum sequitur in media pagina insigne Colinaei, et infra illud,) τὰ τῶν Τρ. etc. *Tragoediarum nomina.* Ἰάσας μαστιγοφόρος etc. *Ajax flagellifer*, *El. Oed. tyr. Ant. Oed. col. Trachiniae*, *Philoct.* in calce: Ἐτυπώθη ἐν λευκεῖᾳ τῶν παρησιῶν παρὰ Σίμωνι τῷ Κολιναίῳ Δεκεμβρίῳ μηνὸς ἕκτη ἐπὶ δέκα, ἔτεσ ἀπὸ τῆς Θεογονίας οὐδὲν καὶ εἰκοστῷ πρὸς τοῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. (Parisi. 1528. apud Simonem Colinaeum.) 8. Nulla praemissa est praefatio, et edit. ducta esse videtur ex Aldina. Edit. admodum rara.

*Soph. trag. gr. cum commentariis interpretationum argumenti Thebaidos fabularum Sophoclis auctore Ioach. Camerario*, (cum separato titulo partis II. *Commentarii interpretationum argumenti Theb. fabularum Sophoclis* etc.) Hagenoae, 1534. 8. ex officina Seçeriana. Camerar. in hac edit. notis illustrarat tantum Oedip. tyr. Oed. col. et Antigone. Postea adiecit notas in Ajacem, Electr. Trach. et Philocteten: atque edidit alteram editionem, inscriptam:

*Commentatio explicationum omnium trag. Sophoclis, cum exemplo duplici conuersionis Ioach. Camerarii, Pabepergensis. Accessit — index.* Basileae, per Io. Oporin. 1556. 8. conf. Freytag. Adpar. litter. tom. I. pag. 392 sq.

*Soph. trag. gr. cum interpretationibus vetustis.* Francof. ex offic. Petri Brubachii. 1544. 4. — rec. 1555. 4.

Ducta est ex edit. Florentina, vir tamen doctus, qui operis praefuit, quaedam, notante Hambergero, qui in 2. editam scribit, emendauit, e. g. p. 61. a. 63. b. 80. b. 188. b. 190. b.

*Soph. trag. gr.* cum interpr. vetust. Florent. (II.) apud Bernard. Iunctam. 1547. 4. (Error anni 1542. in Catalog. biblioth. Barber. erit.)

*Sophocl. trag. VII. graece*, αΦμθ (h. e. 1549.) in calce vero Francof. apud Petr. Brubach. mens. Mart. 1550. 8. — ibid. 1555. 8. — ibid. 1567. 8. Haec posterior cum priorē plane consentit: neque tamen nouus est titulus, sed typis repetita editio: sine scholiis.

*Sophocl. trag. gr. et lat.* per Vitum Winshemium. Francof. 1546. 1555. 8.

*Sophocl. Tragoediae*, gr. cum graecis *Demetrii Triclinii scholiis* seorsim; apud Adrianum Turnebum, typis regiis. Parisi. 1553. 4. (ad calcem, excudebatur IX. Cal. Ian. M. D. LII.)

Haec est celebris illa editio, seu famosa, quae quidem tantam nacta erat auctoritatem, ut editores vsque ad Brunckium ab illa discedere nefas paene ducerent. Adrianus enim Turnebus e codice Sophoclis a Demetrio Triclinio recensito, VII. trag. Sophocl. edidit. „Verumtamen, ait Brunck. Triclinii illa interpretatio neutiquam digna erat, quae sincero textui, ab Aldo edito, praeferreretur: prauas lectiones passim intrusit: maxime vero in canticis impudentissima audacia grassatus est, insulsißima quaeque inferciens, ut carminum formas, quas animo praeceperat, effingeret. Falluntur egregie, qui ad illam Triclinii recensionem factis editionibus vitentes, genuinum Sophoclem legere se opinantur.“ — Scholia autem graeca, (verba sunt Fabricii,) quae e codice Aemari Ranconeti a Turnebo descripta ad calcem huius editionis leguntur, plane diuersa sunt a prioribus editionibus, primam Romanam secutis, et auctorem agnoscunt *Demetrium Triclinium*. Περί μέτρων οἷς ἐχρήσατο Σοφοκλῆς. Περί σχημάτων.



σχημάτων. Σχόλια. Fuit Demetrius ille iunior Planude, quem citat ad Aiacem v. 1096. Haec vero intelliguntur scholia a *Petro Victorio*, quum illis praeferendam scripsit romanam Scholiorum *ἑκδοσιν* in praefatione ad Aeschylum. Verba illius, vide si placet, supra cap. XVI. nr. 9. *Fabric.* Brunck. vero cod. consuluit regium chartaceum, catalogi MMDCCXI. quo continentur septem trag. secundum Demetrii Triclinii recensitionem, cum eiusdem scholiis metricis in omnes, exegeticis vero partim Triclinii, partim veterum enarratorum in Antigonom, Oedipos duos, Trachinias et Philoctetam. Longe melior, inquit ille in praefatione, et emendatior est is codex eo, quo Turnebus vsus est, aliquotque lectiones exhibet e vetustissimis exemplaribus ductas, quae nusquam alibi reperiuntur. Triclinium idem Brunck. V. C. pessimum rei metricae auctorem habet. — In Catalog. biblioth. Thottianae, tom. IV. pag. 102. nr. 466. memoratur edit. *Trag. Soph.* gr. Paris. apud Turnebum, 1558. 4. addita nota: defic. *Demetrii Triclinii* schol. graeca.

Σοφοκλέους αἱ ἑπτὰ Τραγωδίαί. *Sophoclis tragoediae septem una cum omnibus graecis scholiis et cum latinis Ioach. Camerarii. Annotationes Henr. Stephani in Sophoclem et Euripidem, seorsum excusae simul prodeunt. Anno 1568. 4.*

Praestantissima quondam et emendatissima habebatur haec editio: quae hodie quoque rara est et magni aestimatur. Stephanus quidem sequitur lectiones cod. Ranconet. neque tamen illas omnino probat, neque Turnebi editionem omnibus numeris absolutam esse perhibet, vti quoque illius notae testantur. Stephani epistolam excipiunt quatuor Simonidis, Eryciii, et Dioscoridis epigrammata graeca vna cum Sophoclis vita gr. ab antiquo anonymo scripta. Sophoclis textus seorsum excusus est a p. 1 — 431. Cuilibet paginae vtrique scholia et romana illa et altera Demetrii, (at a Stephano emendatiora edita,) semper distincta sunt subiecta, adiectis iis, quae *περὶ σχημάτων* idem Demetrius adnotauerat. Ad calcem voluminis exhibetur Commentatio explicationum omnium tragoediarum, auctore *Ioach. Camerario* et Ajax atque Electra ab eodem latine translata, p. 1 — 142. quam commentationem, 1556. editam, paullo ante memorauimus. — In titulo promittuntur, *H. Stephani adnotationes*, quae in quibusdam exemplaribus defunt, quoniam separatim prodierunt inscriptae: *H. Steph. adnotationes in Sophoclem et Euripidem*, quibus variae lectiones examinantur, et pro mendosis emendatae substituantur. *Eiusdem tractatus de orthographia quorundam vocabulorum, Sophocli cum ceteris tragicis communium. Eiusdem dissert. de Sophoclea imitatione Homeri apud Henr. Stephanum, 1568. 8.*

Vid. *Freytagii* Adparat. litterar. tom. II. pag. 776 sqq.

*Sophocl. trag.* gr. Wittenb. 1578. item 1585. 8. [per Matth. Welaccum. Conf. Lessing. Laocoon I. pag. 37.]

*Sophocl. trag. VII. gr. in quibus praeter multa menda sublata, carminum omnium ratio haftenus obscurior, nunc apertior proditur: opera Guil. Canteri.* Antwerp. ex offic. Christ. Plantini. 1579. 12.

Canteri merita sunt haud exigua. Is enim, vt recte ait Brunckius, demum Sophocleorum dramatum formam ita constituit, vt eam exhibent omnes vulgares editiones. Atque ipse Canterus id non solum in titulo, sed etiam in epistola nuncupatoria ad Georgium Ratallium graece scripta atque vberius in prolegomenis profitetur. Triclinii quidem rationem vt plurimum sequitur, cum tamen lapsus quoque esse, ideoque ingenii sui ope et grammaticorum vetustiorum



vetustiorum praeceptis adiutum saepe, praecipue in choro Oedipi posterioris, correxisse se, adfirmat. Prolegomena excipit particula e *Gul. Canteri* Nouarum lectionum libro V. cap. 4. quo Tragicorum trium fabulae in historicum ordinem redactae sunt. Tum Simonidis et Erycii epigr. cum vita gr. Sophoclis: post sequuntur fabulae ipsae cum argumentis graecis: p. 429 sqq. positae sunt breues paucaeque, at acutae Canteri notae criticae, in quibus aliquoties laudat Aurati emendationes easque, quas Canterus ipse in Nouis suis lectionibus proposuerat. Sententiae aliquot Sôph. insigniores gr. et a Guil. Cantero latinis versibus redditae vltimum locum occupant. In calce: *Antwerpiae excudebat Christophor. Plantinus Architypographus regius* anno M. D. LXXX. Perperam an. 1551. quo vix nouennis erat Canterus, citatur in *Suicertii* Athenis Belgicis, p. 302. — Ego vero de hac editione cum propter illius insignem raritatem, tum quod inter criticas haud vltimum obtinet locum, fui copiosior.

*Soph. Trag. gr. opera Gui. Canteri.* Lugd. Bat. 1593. 12.

*Eaedem* gr. cum versione *Viti Winsেমii* et notis *Canteri*. Heidelbergae ex offic. Commel. 1597. 8.

Quae in fronte libri promittuntur Canteri notae, illarum in meo quidem eoque, quod habuit Hamberger. exemplis nulla sunt vestigia. In biblioth. Bodlei. est exemplum cum notis mssis.

*Sophocl. trag. graece, vna cum omnibus graecis scholiis, latina Viti Winsেমii interpretat. et notis Ioach. Camerarii, et H. Stephani.* Excudeb. Paul. Stephanus. 1603. 4.

Cedit H. Stephanianae et nitore et adhibita cura. — gr. et lat. in Corpore poetarum gr. Geneuae, 1614. fol. tom. I. pag. 1 sqq.

*Sophocl. trag. graece et latine, vna cum omnibus scholiis graecis.* Cantabrigiae, 1669. 8. (in Catalog. biblioth. Bern. I. p. 364. an. 1668. In *Pinelli* Catalog. tria sunt exempla vnus eiusdemque editionis; primum signatum an. 1665 — 1668. alterum Cantabr. 1669. 8. tertium ibidem 1673. 8. ita, vt videatur, ter tantum mutatum fuisse tituli folium. — In Catalog. bibl. *Thottianae*, tom. IV. p. 288. nr. 886. memorantur: *Scholia gr. in Soph. Tragoedias.* Cantabr. Io. Phieldus. 8. f. a.

*Soph. Trag. cum versione latina et selectis quibusdam variis lectionibus.* Londini. Op. *Thom. Iohnson.* I. Watts. 1722. 8. II. voll.

Textus est is, quem H. Stephan. concinnarat: variae autem lectiones potiores sunt e Scholiastis, notis Stephani, codd. et editionibus antiquis collectae, additis quibusdam V. V. D. D. coniecturis. Versio facta est emendatio.

*Soph. Trag. a Th. Iohnson.* gr. Glasgae, apud Foulis, 1745. 4. — *Eaedem* cum versione lat. additae sunt lect. variantes, et notae viri doct. *Thom. Iohnson* in IV. tragoedias. Glasgae, ibid. eod. anno. II. tom. 8. — cum variis lectionibus selectis, gr. lat. Londini, 1747. 12. II. tom.

In biblioth. Hambugensi est edit. inscripta: *Sophoclis Tragoedias* septem vna cum omnibus scholiis ad calcem annexis. Editio postrema, Cantabrigiae apud Io. Field. f. a. Forfan haec pars est editionis scholiorum e biblioth. Thottiana memoratae. — *Oed. tyr.* gr. et lat. Glasgae, 1777. 4.

— *Sophocl.*



*Sophocl. Tragoediae VII. gr. et lat. noua versione donatae, scholiis veteribus, (tam antea quam nunc primum editis,) notisque perpetuis et variis lectionibus illustratae, opera Thomae Johnson. Londini. G. lungs. etc. 1746. mai. 8. III. tom.*

*Eaedem, cum scholiis, a Th. Johnson, gr. et lat. Londini, 1758. mai. 8. II. tom. — et Etonae, II. tom. 1775. 8.*

Quamquam *Johnson* quaedam noua adtulit ad meliorem poetae intelligentiam aut interpretationem: non defuerunt tamen, qui plura reprehenderent; in his ipsius popularis *Heathius*. Atque, qui *Lessingii* ingenio scientiaeque poetae legitime interpretandi instructus, secundum praecepta cum grammatices, tum in primis artis dramaticae dilucide sobrieque explicet, et qui, quae bona doctaeque sunt in scholiis antiquioribus, more *Hemsterhussii* aut *Valckenarii*, diligenter eruat atque illustret, is adhuc desideratur. Neque enim omnibus interpretis officiis et expectationi eruditorum omnino satisfecerunt auctores editionis *Parisiinae* venustae:

*Sophoclis Tragoediae septem cum interpretatione latina et scholiis veteribus ac nouis. Editionem curauit Ioannes Capperonnier, regiae bibliothecae custos, regiae inscript. acad. socius, regius lector, et graecae linguae Professor. Eo defuncto edidit notae, praefationem et indicem adiecit Io. Franciscus Vauvilliers, regius lector et graecae linguae Professor. Parisiis, 1781. 4. II. tom.*

*Capperonnierii* merita in *Sophoclem* sunt valde exigua. Textus enim tragoediarum, versio latina et scholia graeca sunt repetita ex *Johnsoni* exemplo, atque cura illius versabatur in vitiis typographicis tollendis, scholiis ordinandis et corrigendis rebusque minutis mutandis. *Capperonnerio* mortuo, cura vltima an. 1777. delata est ad *Vauvill.* qui in adiunctis observationibus incredibilem diligentiam ac subtilem linguae atque elegantiarum graecarum scientiam ostendit, et iis, quae *Dawes*, *Brunck*, in minoribus praecipue editionibus, *Heath*, *Valckenarius*, *Toup*, *Musgrae* etc. adtulerunt, diligenter vsus, haud pauca melius perspexit, multaque loca tentauit. Vt *Capp.* romana scholiorum editione caruit, ita quoque *Vauvill.* *Aldino Sophoclis* exemplo. Hic igitur, quando *Aldinam* lectionem laudat, id vel *Heathii* testimonio motus vel *Simonis Colinaei*, qui suam edit. ex illa duxit, fide fecit. *Heathii* atque *Brunckii* emendationes saepe probat; haud tamen raro reiicit illorum suspiciones. Ea autem liberalitate conflauit sibi odium *Brunckii*, qui in notis ad *Aristophanem* et ad maiorem *Sophoclis* editionem eum valde carpit acerbiusque refutat. [Conf. huius edit. censura in *Biblioth. Crit. Amst.* vol. II. part. II. pag. 33 sq. *Beck.*]

Optima igitur critica editio est, quam cel. *Brunck.* sagacissimus ille criticus, et linguae graecae non minus quam metri tragici callentissimus, parauit. Ille quidem iam antea ediderat *Sophoclis Antigonen* cum quibusdam *Aeschyleis* et *Euripidis Medea*, gr. cum notis, 1779. 8. *Sophoclis Electram* cum *Euripidis Andromache*, gr. cum notis, 1779. 8. et *Oedipum tyrannum* cum *Euripidis Oreste*. Plenior tamen et classicam omnium tragoediarum editionem curauit:

*Sophoclis, quae supersunt, omnia, cum veterum grammaticorum scholiis. Superstiter tragoedias VII. ad optimorum exemplarium fidem recensuit, versione et notis illustrauit, perditarum fragmenta collegit Rich. Franc. Phil. Brunck, regiae inscriptionum et humaniorum literarum academiae socius. Argentorati, apud Ioan. Georg. Treutel, vol. I. pars I. quae continet Oedipos duos, Antigonen et Trachinias, graece, et a p. 277. versionem latinam;*



nam; pars II. comprehendens veterum grammaticorum scholia editorisque notas in illas quatuor tragoedias, 1786. 4. — vol. II. prima pars exhibet Aiace, Philocteten, Electram, et versionem illarum tragg. latinam: altera pars continet veterum grammaticorum scholia et editoris notas in illas tragg. Tertia pars suppeditat deperditorum dramatum fragmenta, Lexicon Sophocleum et indices. Argentor. 1786.

Quid in colligendis digerendisque fraginentis praestiterit, et quos codd. Parisinos, quibus accessit Augustanus, et, quem Brunckius ipse possidet, bombycinus, continens Aiace et Electram, adhibuerit, iam supra vidimus. Eum praeterea, relicta Turnebi recensione, Aldinam lectionem reuocasse, crebroque e codd. aut ingenii ope emendasse, itidem iam animaduertimus. A Tyrwhitto et van Eldick accepit quasdam emendationes, alia autem subsidia a Valckenario et Ruhnkensio: Scholia repetiit ex editione romana: his subiecit in infima pagina partim ea, quae Antonius Fracinus in edit. Florentina immiscuit, partim ea, quae Thomas Johnson e codicibus in tres fabulas Aiace, Electram et Oedipum regem ediderat, partim ipse in suis reppererat codicibus, et quae pleraque pro glossis inter textus lineas in codicibus scripta sunt. Demetrii autem Triclinii scholia seorsum edidit, praetermissis metricis, ut ineptis, et tertia parte, qua schemata declarantur, et quam longe omnium iudicat infulsissimam. Quae Turnebus in Oedipum posteriorem, in Trachinias et Philoctetam ediderat, earum admodum paucas, existimat, esse Triclinii notas, sed ipsa scholia antiqua, nonnullis in locis pleniora et emendatiora, quam in editione romana: in codice quoque regio catal. MMDCCXI. Triclinii scholia ab antiquis perspicue distincta sunt, ita ut confundi non possint; quod secus fuisse Brunckio videtur in eo, quem Turnebus nactus est. In Allgem. Literatur. Zeit. an. 1786. plag. 216. Brunckii notae in Philoctetem in primis examinantur.

Quod vero illius editionis caritas multos tenuioris conditionis deterret ab illius usu, minorem, tractatu facilem nec splendidam, ideoque haud adeo magno parabilem excudi fecit Brunck.

*Sophoclis tragoediae septem ad optimorum exemplarium fidem emendatae, cum versione et notis, ex editione Rich. Franc. Phil. Brunck.* Argentorati, tom. I. II. sumtibus Io. Georg. Treuttel, 1786. tom. III. P. I. II. 1788. 8.

In primo volumine sunt Oedipus uterque et Electra, cum versione latina (pag. 243 sqq.) et cum notis Brunck. (pag. 363 sqq.) in secundo reliquae quatuor cum versione lat. et Brunck. notis; in tertio occurrunt p. 1 — 352. scholia antiqua; p. 353 — 480. sylloge παραλελειμμένων παλαιῶν σχολίων, quae in maiore edit. antiquis sunt substrata; p. 481 — 586. scholia Demetrii Triclinii. Haec excipiunt deperditorum Soph. dramatum fragmenta et Lexicon Sophocleum. Defunt igitur index in Sophoclem et elenchus scriptorum in scholiis ad Sophoclem excitatorum. [Accessit nuper separato volumine Index, quo editio in forma oct. quatuor voll. constans, primae illi in 4. plane aequalis redditur. Prodierunt etiam Carmina Sophoclis ex rec. Brunck. in usum scholarum diligentissime expressa, Hal. 1790. II. voll. 8. Beck.] — Denique recognouit tragoedias Sophocleas, scholia Triclinii et recentiora omisit receptis tantum veteribus, quae emendauit, et nouas quasdam adiecit notas, suisque sumtibus 250. exemplaria eleganter excusa e praelo exire iussit:

*Sophoclis tragoediae VII. cum scholiis veteribus, versione latina et notis. Accedunt deperditorum dramatum fragmenta. Ex editione Rich. Franc. Phil. Brunck.* Argentorati, tom. I. II. III. 1789. mai. 8.

Vol. II.

Ff

Noua



Nova editio *Sophoclis* prodiit apud Pole, bibliopolam collegii *Etonensis*; corrector fuit Harwood; Morell autem confecit indicem, qui vltra 200. pagg. complet. Illa quidem editio iam exiit praelo 1786. sed redemptor operis expectaturus editionem Brunckii, cuius lectiones insunt variis lectionibus, calci adiectis, hanc demum publicauit 1788. 4. — Nouam editionem parat cel. *Beck*.

Versiones Sophoclearum tragoediarum hac fere sunt; missis iis, quas supra iam citavi:

a) *Latinae*. De Camerariana duarum tragoediarum, et Aiacis Scaligeriana, supra iam egimus.

*Sophoclis* tragoediae omnes nunc primum latinae factae ac scholiis quibusdam illustratae a *Io. Bapt. Gabia*, Veronensi, Venetiis, 1543. 8. — Interpretatio trag. Soph. a *Vito Winslemio*, Francofurt. 1546. 8. 1549. 8. etc. — *Sophocl. trag.* latine per *Philipp. Melauchthonem*, cum praef. Gu. Xylandri, Basil. apud Oporin. 1558. 8. — *Sophoclis* tragoediae septem, latino carmine redditae et annotationibus illustratae, per *Thomam Naogeorgum*, Straubingensem. — Collectae sunt etiam *γνώμαι*, dictaque prouerbialia ex hisce tragoediis, per eundem, adque finem Operis adiectae gr. et lat. Basil. per Ioan. Oporinum f. a. (epistola dedicatoria Naogeorgi scripta est Stuttgartiae, 21. Martii, 1558.) in 8. Naogeorg. in Epist. Sophoclem praefert Euripidi non solum propter stili sublimitatem, sed etiam ob meliorem *εικνεπία* artemque. — *Sophoclis trag.* quotquot exstant latino carmine redditae a *Georg. Rotallero* (supremae apud Traiectinos curiae olim praefide <sup>aa</sup>) Antwerpiae, 1570. 1576. 1587. 8. Tres versas tragoedias amici eius antea Lugd. 1550. iam, inscio illo, euulgauerant. Male saepe vocatur, vel ab ipso nostro Fabricio, *Rotallerus*. — *Soph. trag.* latine per *Ioan. Lalamantium*. Paris. apud Mich. Vascosanum. 1558. 8. 1577. 8.

b) *Gallicae*. *Tragédies de Sophocle* traduites en François avec des notes critiques par *Mad. Dacier*. Amstel. 1693. mai. 12. rep. Altenburg. 1764. 8. — *P. Brumoy* in: Le theatre des Grecs, tom. I. p. 3 — 87. et saepius gallice vertit Oedip. Electram et Philoctetam cum animaduersionibus. — In noua operis Brumoiani editione *Rocheftort* vertit Sophoclem cum examine; atque separatim edidit: *Theatre de Sophocle*, traduit en entier avec des Remarques et un Examen de chaque pièce, précédé d'un Discours sur les difficultés qui se rencontrent, par *Mr. de Rocheftort*, à Paris II. voll. 1788. 8. — in vol. XIII. Brum. theatri, Paris. 1789. est index vocc. graecarum, quae in notis ad Theatrum gr. Trag. explicantur. In his occurrunt nouae animaduersiones ad Rocheftorti versionem Sophoclis. — De Molardi comment. in Electram, (diff. sur l'Electre de Sophocle par *Mr. du Molard*, Londin. 1750. 8.) vid. Acta Erudit. Lips. 1750. pag. 141 sqq. — *Dupuy* vertit quatuor, a Brumoy non translatae, trag. Trachin. Aiacem, Oedip. Col. et Antigonam, Paris. 1762. in 4. et II. vol. in 12.

c) *Italicae* versiones: quarum plurimae a *Paitonio* in: Bibl. degli Autori antichi etc. v. *Sofocle*, p. 58 sqq. recensentur vberius. Eae autem sunt: *Ajax* e latino sermone conuersus a *Girol. Giustiniano* (Iustiniano,) Venet. 1603. 8. — *Electra* a *Ludou. Dolce*. — Eadem

aa) Conf. de hoc, d. VI. Oct. 1581. morte subitanea in ipsa Curia inopinato fato, an. aet. LX. extincto, *Suffridus* Petri XIII. 2. de Scriptoris

Frifiae, et *Casp. Burmannus* in Traiecto erudito, p. 277 sqq. adde *Freytag*. Analecta litt. p. 879



dem ab Erasmo de Valuasone. Venet. 1588. 8. — alia eiusdem trag. edit. graece et ital. aliaque, italice — a *Christoph. Guidiction*, in Trag. trasportate dalla Greca, nella ital. Favella. — Luccae, 1747. 4. — a *Franc. Angiolino*, Rom. 1782. 8. — *Oedipus tyr.* vers. ab *Orfatto Giustiniano*, Venet. 1585. 4. — a *Petr. Angelii Bargo*, Flor. 1589. 8. et Venet. 1748. 8. — a *Io. Andr. de Anguillara*, Patau. 1565. 4. — a Girol. Giustiniano. Venet. 1610. 12. — ab alio Venet. 1711. 8. — alia, inscripta: L' Edipo Tragedia di Sofocle già fatta in dramma da Domenico Lalli, ed ora dal medesimo riformata ad uso de' Comici nel Teatro Grimani di S. Samuele per recitarla nel Carnevale dell' anno 1732. 8. — a *Pet. Jac. Martello*. — *Antigone* ab *Alamanno* in eius Opere toscane, Lugd. 1533. 8. pag. 134. Venet. 1542. 8. et in Selecta di rare e celebri Trag. (1732.) 8. — eadem 1533. 8. — alia Venetiis apud heredes Lucae Antonii Iuntae 1542. 8. in fine Stampata in Vinegia per *Pietro Scheffer*, Germano Maguntino ad instantia degli heredi di M. Marcantonio Giunta in primo di Luglio l'anno MDXLII. — a *Franc. Angiolin*, Rom. 1782. 8. — *Oedipus Col.* versus a *Giustiniano*, Venet. 1611. in 12. — a *P. Jac. Martello*, in Teatro Italiano, part. II. Romae 1715. 8. est potius imitatio. — *Oedipus* italice in *I. Capi d'Opera* del teatro antico e moderno italiano e straniero. Venet. 1789. — *La morte di Ercole*, est versio trag. *Trachin.* in Opere volgari di Tommaso Giuseppe Farsetti, Venet. 1764. 8. — *Philoctet.* Venet. 1767. 8.

d) *Anglicae*, auctore *G. Adams*, Londini, 1729. 8. — *Thom. Franklin*, Prof. ling. graecae in Vniuersitate Cantabrig. Londini, 1760. 4. additis comment. de antiq. tragœd. et observationibus vtilibus: (laudatur haec versio in Bibl. Lipsiensi litterar. elegantior. tom. VI. p. 176.) et 1766. 8. II. voll. — a *Pottero*, Londini, 1788. 4. In Monthly Review, mense Oct. 1789. nr. 2. laudatur quidem interpres a fide, sed culpatur quoque, quod versus graecos tot versibus anglicis redditurus, obscurus factus est et vim poeticam fregit. Cf. Critical Review Aug. 1788. p. 81 sq. vbi Franklini versio praefertur. — *Oedip King of Theben by Therbald*, Londini, 1765.

e) *Germanicae*. *Oedipus*, *Electra*, *Antigone*, *Philoctetes*, Trauersspiele des Sophocles — aus dem Griechischen übersetzt. Tiguri. 1759. et 1760. 8. Grauis censura illius versionis est in Biblioth. Lipsiensi litterarum elegantiorum, vol. VI. pag. 16 sqq. contra quam auctor suam operam defendit in libello singulari, qui indicatur et sub examen vocatur in eadem biblioth. vol. VII. p. 198. — *Electra* cum I. oda Pindari, a *Steinbrüchel*, Vindobonae et Lips. 1760. 8. tum *Oedipus* cum od. II. Pindari; — *Philoctetes* cum od. III. Pindari; — *Antigone*, cum od. IV. et V. Pindari, ibidem eodem anno. Quae singulae separatim editae, iunctim vulgatae sunt: *Tragisches Theater der Griechen von Steinbrüchel. Sophocles*, tom. I. Tiguri, 1763. mai. 8. — *Sophokles. Verdeutscht von Georg Christoph Tobler*. Basil. 1781. 8. II. part. — *Ajax* a *E. M. Goldhagen*, Mitau. 1777. 8. — a *Borkechio*, Gothae, 1781. 8. — *Electra*, ligato sermone, a *Schlegelio*, in Operibus dramat. Hafniae, 1747. 8. et in Operibus illius poeticis, tom. II. ibid. 1762. 8. — *Antigone* ab *Opitio*, in eius Poemat. part. II. p. 145. edit. Trilleri. — a *Goldhagenio*, Mitau. 1777. 8. — *Oedip. rex*, a *Manfo*, vna cum commentat. Gothae, 1785. 8. — vterque *Oedipus* a *Goldhagen*, in biblioth. germanica Klotziana, tom. V. — *Trachin.* ab eodem. Mitau. 1778. 8. — De versione, a *Comite de Stollberg* vol. I. II. Lips. 1787. 8. confecta, vid. nouam biblioth. Lips. litterarum elegantiorum, vol. XXXVI. part. II. pag. 230 sqq. *Harl.*



*Notae in Sophoclem.*

*H. Stephani* in Sophoclem et Euripidem. De Orthographia Sophocli peculiari, et de tragoedia eiusdem. Et dissertatio de Sophoclea<sup>bb)</sup> Homeri imitatione. Parisi: 1568. 8.

*Francisci Porti* Cretenfis in omnes Sophoclis Tragoedias prolegomena et argumenta. Vita Sophoclis. De Tragoedia eiusque origine. Sophoclis et Euripidis collatio. Morgiis, 1584. 8.

*Ioh. Baptista Pigna*, Ferrariensis, vt ipse in commentario ad artem Poeticam Horatii testatur, scripsit quaestiones Sophocleas, in quibus de tota doctrina tragica, de Senecae vitiis, de Graecorum tragicorum virtutibus fufe tractasse se adfirmat. *Fabric.*

*Hauptmanni* progr. quo Sophoclem eiusque tragoedias raptim considerat, Gerae, 1741.

*Io. Frid. Heusingeri* Specimen obseruationum in Aiace et Electram Sophoclis ex collatione cod. MSti. (Ienenfis.) Ienae, 1745. 4.

*Io. Iac. Reiskii* animaduersiones ad Sophoclem, Lipsiae, 1753. 8. Codicis msti in bibl. Senat. Lipf. meminit in praef. p. 57. et p. 10 sqq. differit de editoribus Sophoclis.

*Io. Iac. Beureri* Oeconomia Sophoclis. Hannou. 1598. 8. cum commentario in Nepotis argumentum.

*Batteux* de Oedipo, in Commentar. Acad. reg. Paris. Inscript. vol. XLII. an. 1786. *Dupuy* diss. de Oedipo, ibid. vol. XXVIII. et de contextu atque interpretatione trag. Philoctetis, in Hist. Acad. reg. Inscript. tom. XXXI. nr. 16. p. 156 sq.

Scholia breuiora in Sophoclis Philocteten a Gedickio V. Cl. editum, conscripsit *Iac. Struue* Lycei palaeo - Hannouerani Rector. Hannou. 1786. 8.

Cl. *F. Jacobs*, sagax criticus, emendat in Specimine obseruationum in auctores veteres cum graecos tum latinos, Gothae, 1786. 8. multa Sophoclearum tragoediarum et fragmentorum loca, in his p. 110 sq. fragmentum a *Villoisio* in Anecd. gr. tom. II. p. 94. publicatum. — De paucis Soph. fragmentis apud Stephanum suam exponit sententiam *Adr. Heringa* in Obsf. criticis, (Leoward. 1749. 8.) p. 233. 236. — *Aug. Matthiae* Obseruationes criticae in Tragicos, Homerum, Apollonium, Pindarum etc. Gottingae, 1789. 8. cap. 1. — *Sam. Battierii* notae quaedam in Sophoclis Tragoediis, in Museo Heluetic. tom. VI. part. 24. p. 612 — 617. — De particula quadam trag. Oedipi, act. IV. sc. III. vid. *Moses Mendelson* in: philosophischen Schriften, part. II. p. 150 sq. — *Observatt. critiques* de Mr. de *Valincour* sur l'Oedipe de Sophocle, in: Bibl. Française, tom. XVI. p. 20. etc. — *Apologia* del Edippo di Sofocle contra le Censure del Sign. di Voltaire. vid. *Sammlung critischer und poet. Schriften*, Tiguri, 1741. 8. part. III. p. 37. — *Breitingeri* Dichtkunst, part. II. p. 381. — *Iac. Tollius* in Fortuitis, Amstel. 1687. 8. cap. IV. p. 36. Sophoclis in imitando Herodoto fictionem, in Antigone, nescio quo iure? damnat. — De fabula, Philoctetes, et arte praeclare disputat

<sup>bb)</sup> Polemoni, quem φιλοσοφολῆ vocat *Laertius* IV. 20. Sophocles dicebatur *Homerus tragicus*, teste Suida, et Homerus vicissim, *Epicus Sophocles*. Non Homero autem tantum, sed Cyclo

epico etiam frequenter Sophocles est vsus. Athenaeus lib. VII. Ἐχαιρε δὲ Σοφοκλῆς Ἐπικὸν κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι, κατακολουθῶν τῇ ἐν τῷ ποίῳ. Confer *Salmas.* pag. 600 sq. ad *Solin.*



disputat *Lessing*. in *Laotoon*, p. 33 sqq. idem in *Dramaturgia* hinc inde de Sophocleis iudicat tragoediis. De *Ewaldi* animaduersione et iudicio de Lessingiana de Sophocle sententia vid. *Nouam Biblioth. Lipsiens. artium elegantiorum*, vol. XXXI. pagg. 204. 222 sq.

Quum superiora iam scripsissem, maximamque partem misissem ad typographum, in manus meas venit libellus modo euulgatus: *Gotthold Ephraim Lessings Leben des Sophokles*, (vel potius fragmenta maioris operis 1760. iam incepti,) *Herausgegeben von Io. Ioachim Eschenburg*. Berolini, 1790. 8. Copiosior ab initio est Lessing. de anno natali, parente patriaque Sophoclis, de *Lampro*, qui magister dicitur fuisse Sophoclis, p. 37 sqq. multus est, et refutat Fabricium nostrum, qui supra, in nota ad §. 1. h. capitis scripserat, eundem fuisse Socratis magistrum in arte saltandi et cantandi. Idem p. 51. et 97 sqq. Fabricii sententiam, vnus antiqui biographi effato sultam, ab Aeschilo doctum fuisse Sophoclem artem tragicam, copiose acuteque reiicit. — pag. 53 sqq. in loco quodam *Plutarchi*, πῶς ἀντὶς αἰσδοῖτο ἑαυτὲ προσκόποντος ἐπ' ἀρετῇ (non, vti Fabricius supra §. 1. falso citarat, de defectu in virtute) iudicium Sophoclis de quibusdam Aeschili vitiis secundum vulgatam lectionem *Euripidi* adscribendum censet, et culpat Xylandri suspicionem atque interpretationem. Quare locum ita corrigit atque explicat: ὥσπερ γὰρ ὁ Εὐριπίδης, (pro vulgato Σοφοκλῆς) ἔλεγε τὸν Αἰσχύλῳ διαπεπαιχῶς ὄγκον, εἶτα τὸ πικρὸν, (nimis amarum h. e. ingratum; Xylander emendare voluit πυκνὸν nimis densum,) καὶ κατὰ τεχνὸν τῆς αὐτῆς κατασκευῆς, (quae et superiora verba Xylander vertere iubet, deinde eius in adparatu n. rhetorico condensationem atque artificii industriam; Lessing. vero intelligit, ornatum theatri, exornationem theatri, vestium, laruarum, machinarum, in qua peccasse constat Aeschylum: quam quidem, tamen verecundius et cautius, Sophocles amabat, Euripides vero saepius negligebat, *Aristoph.* *Ran.* 1092 sqq.) quae omnia fufius ingenioseque explicat Lessingius, censetque, Plutarchum illud Euripidis iudicium sumsisse mutuum ex *Aristoph.* *Ran.* 970 sqq. tum inquit pag. 68 sqq. in tempus, quando Sophocles primam docuerit fabulam, diligentius examinat Plutarchi de eo locum in Cimone Kindique versionem et Samuelis Petiti Miscell. III. 18. expositionem, quam ieiunam iudicans plane reiicit, nomenque Archontis, Aphepsionis, retinet, Palmerii iudicium (*Exercit.* pag. 452.) sectatus. Pag. 103 sq. differit de tragoedia deperdita, *Thamyris*, cuius fragmentum reperisse quoque sibi videtur apud *Plutarchum* in lib. non suauius vivere licere secundum Epicurum, p. 1093. de eius in Poecile imagine, non a Polygnoto, sed probabilius a Micone picta, de dramate satyrico, *Ναυσικάα*, (p. 115 sq.) de *τριταγωνίῃ*, quem, quia in omnibus adhibuit Sophocles, ideo inuenisse dicitur, quamquam illo, sed rarius vsus est Aeschilo, (p. 119 sqq.) de eius imperio militari etc. (pag. 131.) de tribus eius deperditis fabulis, tot enim tantummodo fabularum recensioem reliquerat, n. *Ἀδαμας*, *Ἐρεχθεύς*, *Θυέσης*, de eius morte, (p. 146 sqq.) de Sophocle iuniore filiisque senioris Soph. (pag. 150 sqq.) Denique defendit eum a crimine furti, cuius eum a Philostrato apud Clementem Alex. incusatum fuisse, iam supra adnotatum est etc. Haec ideo spicilegii instar ex libello Lessingiano excerpsumus, quod iudicium Lessingii, cum critici sagacissimi, tum poetae tragici nostra aetate ingenio, felicitate vique poetica nulli paene cedentis, de principe graecorum Tragicorum haud leue spernendumque esse videbitur; atque vt exteri, linguae germanicae ignari, tam subtilis peritique critici sententiam penitus cognoscerent. Dolendum est, Lessingium tantummodo laborem haud absolutum expolitumque reliquisse. *Harl.*



VI. *Catalogus Scriptorum* <sup>cc)</sup> *in scholiis graecis ad Sophoclem citatorum.*

- Acefodorus Oed. C. v. 1047. (1051. Brunck.)  
 Aeschyli *Agamemnon* Oed. C. 928. *ἐπτά ἐπὶ  
θῆβαις* El. 121. Oed. C. 1371. Oed. T. 21.  
*ἱερεῖαι* Oed. C. 387. *ἱλιάδες* Oed. C. 1244.  
*Lycurgus* Oed. C. 667. *ὄπλων κρίσις* AM.  
 191. *Perseus* El. 158. *Treffae* AM. 134. 882.  
 Aeschylus. Vita Soph. AM. 75. 791. 804. Ant.  
 566. 980. El. 139. 288. Oed. C. 1042. Oed.  
 T. 205. 752. Argument. Phil. p. 377.  
 Agathiae Schol. Epigramma in Nioben El. 151.  
 Agathon Tr. 646. (633. Brunck.)  
 Alcaeus Oed. C. 948. (954.) Oed. T. 56. 154.  
 Alcman Oed. C. 1244. (1248.) Lacon patria, a  
 quo carminis genus Laconicum nomen ac-  
 cepit. AM. p. 9.  
 Anacreon v. Ant. 136. (134.) Oed. T. p. 156.  
 Anacreontium Carmen AM. p. 42.  
 Androtion Oed. C. 691. 1047. [P] (C. 698.  
 711. 1051.)  
 Anonymus *ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαϊδα ποιήσας*  
 Oed. C. 1371.  
 Antimachus. Oed. C. 14.  
 Apollodorus Oed. C. 56. 57. (489.) 698. (702.)  
 Tr. 268. (262.) *ἐν τῇ περὶ θεῶν ἑπτακα-  
δεκάτῃ* Oed. C. 481. *ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ* Ant.  
 992. Ex eadem etiam desumptum argu-  
 mentum *Τραχινίων* p. 329.  
 Apollonius. El. 447. 747.  
 Aratus, Tr. 132. (122.)  
 Archilochus. Argument. Oed. T. pag. 145.  
 El. 96.  
 Argolici Scriptores quidam, inter quos *Di-  
nias* El. 283.  
 Aristarchus *ὁ Τεγεατῆς* Oed. C. 1316. (1320.)  
 Aristaeas Vita Soph.  
 Aristides El. 684. *ὁ δῆτωρ* Ant. 362. (T. 249.)  
 Aristocrates Tr. 270. (265.)  
 Aristophanes Vita Soph. AM. 753. (745.) Ant.  
 362. El. 147. 476. Tr. 398. (C. 698. 791.)  
 El. 289.)  
 Aristophanis *γηνυτάδης* El. 291. *Herois* Oed.  
 C. 877. *Nubes* Oed. C. 691. *Plutus* Oed.  
 T. 83. (21)  
 Aristophanis Grammatici argumentum in An-  
 tigon. p. 211. in Oed. Tyrannum p. 145.  
 Aristoteles Oed. C. 691. (698.) *ἐν Κυμαίων πο-  
λιτείᾳ* Arg. Oed. T. (1516.)  
 Aristoxenus. Vita Soph.  
 Arizelus. Oed. C. 91.  
 Asydamas Oed. C. 57.  
 Batrachomyomachia Ant. 102.  
 Bias. Ant. 183. (175.)  
 Callimachus AM. 26. Ant. (80. 264. 629.)  
 270. 640. (C. 3. 258. 311. 489. 510.) Oed. C.  
 506. 3. 481. 502. Oed. T. 938. Tr. (7.) 312.  
 Vide et infra, Cyrenaeus.  
 Caryslius. Vita Soph.  
 Chilo Ant. 181. (175.)  
 Choerilus. Vita Soph.  
 Cleomacheum Carmen AM. p. 66. Ant. p. 238.  
 Comicus (Aristophanes) AM. 103.  
 Crates Atheniensis Oed. C. 100.  
 Cratinus Ant. 511. (404.)  
 Cratini Dramata: *πυτινή* AM. 105. *χέρων*  
 Oed. C. 469. (477.)  
 Creophylus Tr. 270.  
 Cypriorum Auctor *ὁ τὰ κύπρια ποιήσας* El.  
 358.

Cyrenaeus

cc) Ad hunc indicem concinnandum usus sum opera eruditi *Stephani Bergleri*, Transylvani: [atque ego indicem, a cl. Brunckio confectum, adhibui atque immiscui; quae igitur circulis inclusi, ea sunt ex Brunckiano indice deprompta; ubi vero in Brunck. edit. versus interdum numerantur modo

plures, modo pauciores, si parum differunt numeri in hoc catalogo ab iis, qui in Brunckiano indicantur, notare id nolui, quod lectores aut qui in altero vtro indice nomen vet. scriptoris quaerunt, vicina quoque scholia facile possunt perlegere et comparare.]



- Cyrenaeus (Callimachus) ἐν τῷ τέλει τῆ δευ-  
τέρας τῶν αἰτίων Oed. C. 250.  
Demosthenes Oed. T. C. 6. (56.)  
Dicaearchus. Vita Soph. Argum. Oed. T. p.  
145.  
Διδασκαλία Vita Sophocl.  
Didymus AM. 408. Ant. 4. 45. Oed. C. (155.  
237.) 229. 756. (761.)  
Dinias ἐν ἐβδόμῳ ἀργολικῶν El. 283. (278.)  
Dioscoridis Epigramma in Sophoclem, vitae  
praemissum, vna cum aliis, Simonidis iu-  
nioris, Hercii (Ἑρκίς vel Ἑρκίς) aliorum-  
que exstant libro III. Anthologiae cap. 25.  
Epicharmus AM. 1085. (1074.) ἐν ἀμύκῳ AM.  
729. (722.)  
Epimenides Oed. C. 42.  
Eumolpi plures. Eorum series generis talis  
perhibetur: Eumolpus primus, qui ex  
Thracia Athenas venit auxilii causa sub  
Erechtheo: huius F. Cercyon: (male κή-  
ρυκα editum,) huius Eumolpus II. [P] huius  
Antiphemus: huius Musaeus: huius Eu-  
molpus III. qui initiorum sacra inuenit.  
Oed. C. 1047.  
Euphorion Oed. C. 674. (681.)  
Eupolidis δρᾶμα: Μαρκιᾶς Oed. C. v. 1596.  
(1600.)  
Euripides. Vita Soph. AM. 75. (190.) 265.  
290. 520. 555. 598. (787. 833. 953. 1295.)  
804. 963. Ant. 62. 107. (100. 1146.) El. 158.  
963. 983. Oed. C. (9. 220. 228. 475.) 467.  
Oed. T. 272. 1253. 1346. Phil. I. Tr. 29.  
175. (169.) 600. Euripideum Carminis ge-  
nus Ant. p. 228. 237. 259. AM. p. 24. El.  
90. 128. Oed. T. 156. 188. 195. Euripidis  
δράματα: Antigone quomodo ea differat  
a Sophoclis eiusd. nominis dramate, Ant.  
1349. Bacchae Ant. 1160: Cressae AM. 191.  
Cyclops AM. 191. dictus AM. 794. Ἰκέτι-  
des Oed. C. 211. Proteflaus Oed. C. 10.  
Glycon intentor Glycomi ab eo dicti carminis  
AM. p. 15. Ant. p. 228.  
Hecataeus Milesius Oed. C. 1316. (1320.)  
Hellanicus Phil. 201.  
Herodianus ἐν τῷ ε. τῆς καθόλου Oed. C. 187.  
[Herodorus Tr. 253. vbi male scriptum Ἡρό-  
δοτος pro Ἡρόδωρος. Hic Herculis histo-  
riam scripserat.]  
Herodotus AM. 508. (V. 77.) Phil. 201. (Tr.  
169.) Eius lib. II. Tr. 175.  
Hephaestion AM. p. 9. 11. 13. 15. Ant. p. 217.  
Oed. C. p. 365.  
Hesiodus Ant. 424. 731. 1194 (apud Brunck.  
418. 713. 1180.) El. 86. 541. Oed. C. 1207.  
1672. Arg. Oed. T. Phil. (137.) 457. Tr.  
40. 56. (112.) 118. 270. 528. (517. 1090. 1164.)  
1106. ἐν ἡοιάς, vnde verba pluscula Tr.  
1175.  
Hieronymus ἐν τῷ περὶ χερυθῆς σφραγῆς Vita  
Sophocl.  
Hippias Sophista Arg. Oed. T. p. 145.  
Hippocrates AM. 51. El. 257. 269.  
Hipponacteum carmen El. p. 128. Ant. p. 347.  
252.  
Homerus. Vide Soph. AM. I. 7. 17. 26. bis.  
(118. 125. 161.) 176. 190. 189. 254. (292.)  
299. 308. 514. (447.) 478. 485. (491.) 499.  
(501. 514. 545.) 550. 575. 603. (615. 731. 801.  
865. 1063. 1079. 1113. 1269. 1358.) 656. 808.  
839. 873. 1090. 1279. 1298. 1638. Ant. 15.  
(117. 336. 338. 521. 582. 672. 677. 970. 985.  
1030. 1034. 1139. 1348.) 314. 343. 594. 431.  
687. 688. 996. 1042. 1048. El. 4. 9. 54. 145.  
137. 149. 152. 183. 199. 158. 211. 322. 421. 437.  
447. 647. 708. 983. 1012. 1062. 1081. 541.  
1090. 1134. 1143. [secundum edit. Brunck.  
eiusque indicem: 19. 45. 54. 94. 129. 137.  
157. 176. 197. 204. 267. 300. 320. 418. 434.  
445. 645. 706. 708. 881. 977. 1005. 1056.  
1075. 1128. 1137. 1294.] Oed. C. 71. 129. 370.  
372. 616. 623. 669. 1537. 1580. [secundum  
Brunck. indic. et editionem: 195. 281. 378.  
380. 619. 630. 668. 1541. 1584. 1670.] Oed.  
T. arg. 16. 27. 151. 153. (159. 166. 194. 370.  
656. 733. 749. 913. 930. 1244. 1271.) 203. 765.  
949. 1262. 399. Phil. 215. 1322. 335. 391. 1058.  
783.



783. 858. 959. 1025. [secundum Brunck. numeros: 94. 212. 391. 456. 489. 561. 695. 784. 859. 959. 1025. 1048.] Tr. 94. 331. 102. 175. 520. 22. 7. 13. 565. 644. 691. 899. 1080. 790. 1168. 942. 722. [sec. Brunck. numeros: 7. 13. 19. 50. 122. 169. 205. 281. 322. 508. 550. 556. 633. 680. 708. 779. 788. 888. 931. 1010. 1071. 1159. 1259.] *ἐν τῇ νεκυίᾳ* El. 95.
- [Ex indice Brunck. Incerti poetae, T. 154. (Hymno in Apollinem, Anthol. Stephani, p. 58.) C. 9. (Orphei fragm. 1.) 157. 171. 1375. 1621. A. 615. 781. Tr. 296. Ai. 157. 257. El. 184.
- Incertus scriptor. Ai. 235.
- Interpretes antiqui Sophoclis, C. 388. 390. 681. 944. El. 488.]
- Ionici alicuius dictum *μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὀμήρου μαθητήν*. Vita Sophocl. Isocrates AM. 290. El. 983. Tr. 119. (112. in admonit. ad Deimonium p. 3.)
- Ister, aut si mauis, Istrus. Vita Sophocl. Oed. C. 57. 674. 691. 698. 1059.) *ἐν τῷ περὶ ἀτάκτων* Oed. C. 1047. *ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἀτάκτων* Oed. C. 1053. (1051.) *ἐν τῇ τετάρτῃ* Oed. C. 42.
- Iudae proditoris mentio AM. 922. *δυσώνυμος ὁ Ἰεθας*. [U]
- Libanius AM. 235. Ant. 759. 1033. *ἐν τῷ περὶ ὀρχησῶν* AM. 683.
- Lucianus AM. 1276. (El. 708. 1146. suppresso nomine.)
- Lycophron AM. 434. (1199.) Ant. 1212. [Lyfimachides. C. 55.]
- Lyfimachus Oed. C. 56. Alexandrinus *ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν Θηβαϊκῶν*, inde verba pluscula Oed. C. 91.
- Menander *ἐν ναυκλήροις* Oed. C. 1371. (1375. A. 134.)
- Menecrates Tr. 358. (352.)
- Musae a Baccho laceffitae Ant. 977.
- Musaeus poeta ex Eumolpidarum genere prognatus Oed. C. 1047.
- Neanthes. Vita Sophocl.
- Nekyia* (pars Iliadis) El. 95.
- Nicander Ant. 128. (117. Theriac. 448.)
- Nymphodorus, *ἐν τῷ τρεῖς καὶ δεκάτῳ τῶν βαρβαρικῶν*, verba pluscula Oed. C. 329. (337.)
- Oraculorum conscriptor incertus Oed. C. 57.
- Pherecrates El. 86.
- Pherecrates, a quo carminis genus Pherecreteum dictum AM. p. 15. El. p. 105. 133. Oed. T. p. 197. Ant. p. 217. 228. 253.
- Pherecydes El. 506. Oed. C. 464. (472.) Oed. T. (775.) 794. pluscula, Tr. (352. El. 504.) 558. Argument. Tr.
- Phileas AM. 889. (879.)
- Philemon Comicus Oed. C. 42.
- Philochorus Oed. C. 100. 691. (698.) 1316. (1047.) Oed. T. 21. *ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἀτ-θιδων* Oed. C. 100. *ἐν τῇ τετραπόλει* Oed. C. 1041.
- Philocles vicit Sophoclem docentem Oed. Tyrannum. Argument. Oed. T. (C. 1320.)
- [Philarchus. C. 39. edit. Brunck.]
- Philon. AM. 131.
- Philostratus *ἐν ταῖς εἰκόσιν* AM. 176.
- Philostratus *ἐν τῷ ἰσοκράτους βίῳ* AM. 913.
- Pindarus. Vita Sophocl. AM. 125. 154. p. 11. p. 36. Ant. 1033. El. 698. (1026.) 1032. Oed. T. 918. 1205. (899. 1187.) Tr. 753. *ἐν παιᾶσιν* Tr. 175. (169. 742.)
- Planudes *ὁ σοφώτατος* AM. 1096.
- Plato AM. 1276. El. 803.
- Plato in Cratylo Ant. 906.
- Poeta (Homerus) Ant. 981. 1159. 1349.
- Polemo *ἐν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη* Oed. C. 481. (39. 100. 489.)
- Praxiphanes interpretes Sophoclis Oed. C. 894. (899.)
- Pythagoras, quo pacto mortuum se fingens hominibus imposuerit El. 62.
- Sappho Oed. T. p. 156. Sapphicum genus carminis AM. p. 36. 66. (627.) El. p. 86. 137. (147.) Ant. p. 247. 252.
- Satyrus, Vita Sophocl.

Simonides



- Simonides AM. p. 17. AM. 747. (711. 740.)  
 Socrates AM. 1276. El. 346. Sophocle iunior annis XVII. Vita Sophocl.  
 Solon Tr. 1. Oed. T. 1543. Ant. 722. (A. 711.)  
 Sophoclis *Antenoridae*. Vita Sophocl. *Captivae* ibid. *Raptus Helenae* ibid. *Antigona*, ob quam praefectura fuit honoratus. Argument. Ant. Vita Sophocl. El. 1003. 1025. Oed. T. 345. *Amphitruo* Oed. C. 382. *Danaë* AM. 1. *Electra* AM. 386. [P] 791. Oed. C. 469. 1672. *ἐπίγονοι* Oed. C. 370. *Ἰφικλεία* Oed. C. 887. *Oedipus* Vita Sophoclis. AM. 791. Sophocles iam senex scripsit Oedipum Coloneum. p. 269. *αὐνδαίπνος* Oed. C. 10. AM. 191. *Thamyras* Oed. C. 370. *Trachiniae* AM. 651. 318. *Triptolemus* Oed. C. 496. *Tympanistae* Ant. 992. *ὕδροφόροι* Ant. 1.  
 Sophocles AM. 1209. Ant. 909. Oed. C. 139. Athenienfis. El. 709. Sophoclis *ὑπομνηματισταί*, *ὑπομνηματιστάμενοι*, *ἐξηγησάμενοι* etc. Ant. 45. El. 490. Oed. C. 378. 382.  
 Synesius AM. 683. El. 983. (T. 240. 287.)  
 Thamyris AM. 118.  
 Theocritus Ant. 355. (349.)  
 Theognis. C. 1225. (v. 417.)  
 Thespis. Vita Sophocl.  
 Thucydides Ant. 111. 132. 266.  
 [Scriptores in Triclinii scholiis citati, ex editione Brunckii:  
 Aeschylus, T. 21. 80. 180. 863. A. 154. 560. Ai. 75. E. 122. 157.  
 Agathias Scholasticus, E. 150.  
 Aristides, A. 356. E. 682.  
 Aristophanes, T. 1463. A. 356. Tr. 394. Ai. 103. E. 472.  
 Euripides, T. 1235. A. 174. 1133. Tr. 593. Ai. 75. 290. 596. 1043. E. 957. 977.  
 Homerus, T. 1228. A. 100. Ai. 189. 485. Ph. 334. 1325. E. 149. 730.  
 Isocrates, T. 67. Ai. 290.  
 Libanius, A. 748. 1021. Ai. 678.  
 Lycophron, Ai. 434.  
 Metrodorus, (tacito nomine) T. 577.  
 Philo Iudaeus, Ai. 131. (Locus exstat edit. Londin. tom. II. pag. 85.)  
 Philostratus, Ai. 176. 906.  
 Planudes, Ai. 1085.  
 Plato, A. 894.  
 Solon, T. 1528.  
 Synesius, Ai. 678. E. 977.  
 Thucydides, A. 110. 130. 259.]



## CAPUT XVIII DE EURIPIDE TRAGICO.

I. *Euripidis aetas et vita.* II. *Tragoediarum quae exstant recensio.* III. *Catalogus deperditorum cum Variis Observationibus.* IV. *Epistolae Euripidi tributae, quae exstant, et scripta alia deperdita.* V. *Scholiasae, interpretes et editiones Euripidis.* VI. *Catalogus Scriptorum in Graecis ad Euripidem scholiis citatorum.*

[Cum Supplementis G. C. Harles.]

### I.

**E**VRIPIDES Mnesarchi et Clitus F, ex demo siue populo Phyle, Atheniensis, natus Salamine <sup>a)</sup> Olymp. <sup>b)</sup> LXXV. 1. (ante Christum 480. V. C. 283.) aestate media die 20. Boedromionis, qua Athenienses ad Salaminem Insulam et ossium Euripi, victoriam naualem

a) Euripides in Meleagro v. 21. fragm. Σαλαμῖνα κοσμῶν, πατρίδα τὴν εὐδαίμονα. De matre, quae olera vendidit, vide [Aristoph. Thesmoph. 394.] Suidam in Σκαυδίζ. Hefych. in Ἀρεαία Θεός et Διασκευαδίκης. Harduin. ad Plin. XXII. 22. tom. IV. p. 203 sq. [Bayle in Dict. voc. Euripide.]

b) Ita Laertius II. 45. ubi vid. Menag. *Plutarch.* VIII. 1. Sympot. et alii, quos potius audientes hoc loco, quam marmor Arundelianum existimauerim, quod Euripidem natum ponit aliquot annis ante, nimirum Olymp. LXXIII. 3. Confer *Iosuum Barnesium* (qui otium nobis fecit, et ad quem lectores ablegamus,) et *Wilhelmum Piers* in Euripidis Vita. Ita quocque sentit *Corfinus* in Fast. Atticis, tom. III. pag. 167. qui, postquam ex Diogene, Hefychio illustri et Suida Lydium ad Marmor Oxon. pag. 58. huius testimonium ab errore vindicaturum refutauit, Euripidis natiuitatem exeunti anno quarto Olymp. LXXIV. vel ineunti primo sequentis anno Per. Iul. 4234. V. C. 274. adscribendum censet. Ita quoque *Larcher* rationes colligit in Chronol. Herodot. pag. 577. adde chronologiam Musgrauii scenicam ab Euripidis nati tempore ad eiusdem mortem, post praefationem Musgrauii, in tomo III. edit. cel. Beckii. Ex illa notabimus observationem, qua Fabricius noster in vita Aeschyli emendatur. Postquam auctor effecerat, egisse Aeschylum annum XL. pugnae Salaminiae tempore, ita pergit: „Quod de Sophocle scribit auctor vitae, cum Aeschilo septemdecim annis iuniorem, Euripide viginti quatuor seniore fuisse, cum natalibus Sophoclis et Euripidis, bene per Archontas et pugnae Salaminiae epocham constitutis, nullo modo conciliari potest. At si

numerorum locum mutaueris, ut sit, ἢν δὲ Δισχόλα μὲν νεώτερος ἔτη ἄποσι τέσσαρα, Εὐριπίδα δὲ παλαιότερος δεκάπεντά, non multum sane a veritate haec supputatio abibit. [Idem etiam coniecit Lessingius Vita Soph. germ. scripta p. 32. Beck.] Quod si cum *Fabricio* et marmore Arundel. Aeschylum Ol. LXIII. anno ultimo natum statuas, error multo grauior erit, nec vlla facile emendatione sanabilis. \* *P. Carmeli* vita Eurip. italice scripta, est in eius editione Euripidis. *Harl.* *Philinus* Rhetor ἐν τῷ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδα λόγῳ laudatur Harpocrati in *Θεαρίκῳ*. *Philochorus* Atheniensis, teste Suida, inter alia scripserat περὶ Εὐριπίδα. Respicit *Laertius* II. 44. Effigies Euripidis varias habes in tomo secundo thesauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani tabula LXIII. quarum vna etiam praefixa editioni Barnesianae et alteri W. Piers, petita e Fuluii Vrsini elogiis Virorum illustrium pag. 27. [Diuersa effigies conspicitur in *Winkelmani* monumentis ineditis, nr. 168.] Alius fuit *Euripides*, vnus e quadraginta, qui regnarunt Athenis, vnde in ludo Astragalorum Euripides dictus est numerus quadragenarius. Vide, quae viri docti ad *Pollucem* lib. 9. sect. 101. [Valckenar. in Diatribe Euripid. p. 94 sq. aliquot *Euripidas* reperit: 1) *Euripidem* notatum ab Aristophane Ecclef. 821. quem rempublicam gessisse vidit Bergler. (eundem igitur, quem Fabricius nominauit;) 2) *Euripidem*, a Comicis irrisum recentioribus, Anaxandrida et Ephippo apud *Athen.* XI. pag. 482. C. D. 3. 4) duo tragicos poetas, alterum nostro antiquiorem; alterum ipsius, Suida teste, ἀδελφίδην. 5) Filium nostri cognominem, teste Suida: illum, putat Valcken. post patris obitum, dramata paternae, Iphigeniam in Aulide, Alcmæona, Bacchas, Liberalibus



leim de Persis reportarunt, vnde *Euripidis* nomen. [P] [teste *Prisciano* lib. II. p. 23.] *Athletica* non valde delectatus, pictoriae operam dedit, et in rhetoricis *Prodicum* Chium, in philosophia *Anaxagoram* sectatus est. Confer *Casaubon.* et *Menagium* ad *Laert.* II. 10. [*Diodorum Sic.* lib. I. cap. 7. p. 11. ibique *Wesseling.*] Hinc anno aetatis duodevicesimo ad tragœdias docendas animum adpellens, (*A. Gell.* XV, 20.) tantum profecit, vt pluries victor euaserit: ἔδενος ἦντων ἑνδοξος ὧν τῶν ποιητῶν, vt ait *Dio Chrysost.* XVII. p. 248. XVIII. 254. Philosophicae autem doctrinae suae tot reliquit vestigia, vt *Philosophus Scenicus*, siue ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος passim adpelletur, Σοφώτερος τε καὶ σοφῆς Σοφικλῆες, a *Q. Cicero*ne autem lib. XVI. ep. 8. singuli eius versus singula existimentur testimonia. *Quintilianus* etiam iudice lib. X. Inst. Or. cap. 1. §. 67 sq. illud quidem nemo non fateatur necesse est, iis, qui se ad agendum causas comparauerint, utiliore longe (*Aeschylus* et *Sophocles*) *Euripidem* fore. Namque is et vi et sermone, (quod ipsum reprehendunt, quibus grauitas et cothurnus et sonus *Sophoclis* videtur esse sublimior,) magis accedit oratorio generi, et sententiis densus et rebus ipsis; et in his, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par, et in dicendo ac respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro disertis, comparandus. In affectibus vero tum omnibus mirus, tum in iis, qui miseratione constant, facile praecipuus. *Socratis* Philosophi, quem duodecim fere annis aetate antecedeat, familiaris fuit, ita vt vulgo crederetur ab eo in tragœdiis componendis iuuari. Vide *Laertium* II. 18. [Perperam tradiderunt *Clemens Alexandr.* et *Eusebius*, *Euripidem* fuisse *Socratis* discipulum. vid. *Bayle.*] Et raro theatra adibat *Socrates*, nisi quum *Euripides* nouis Tragœdiis certaret, vt refert *Aelianus* lib. II. cap. 13. Var. Quin a *Philochoro* diserte traditus est ante *Socratem* *Euripides* obiisse. Vide *Laertium* II. 44. Parum igitur credibile sit, *Euripidem* cum *Platone* post *Socratis* fata *Aegyptios* Prophetas adiisse, ibique ex graui morbo a sacerdotibus restitutum, vt tradit idem *Laertius* III. 6. Mortuus est *Euripides* Archonte *Callia*, eodem, quo postea *Sophocles*, anno *Olymp.*

Gg 2

XCIII. 3.

Liberalibus vrbis in certamen detulisse, et quinae victoriae honorem nomini comparasse paterno, teste *Schol.* ad *Aristophanis* *Ranas*, v. 67.] *Euripidem* penultima longa posuit *Sidonius*.

c) Interdum videtur iniuria aut imperitia iudicum discessisse inferior. Saltem id accidisse, quum a *Xenocle* vinceretur, patet ex iudicio *Aeliani* V. H. II. cap. 8. vbi vide interpret. in edit. *Abr. Gronouii*, pag. 83 sqq. adde *A. Gellium* XVII. 4. *Harl.*

d) *Vitruu.* praef. lib. VIII. *Origenes* 4. contra *Cels.* p. 215. qui etiam lib. VIII. in *Celsum* pag. 356. causam adfert, cur *Aristophanes* in *Acharn.* perstrinxerit *Euripidem*, quia hic dogmata et sermones ab *Anaxagora* alioue sapiente acceptas barbaris vxoribus aut seruis tradidisset. *Clemens* V. Strom. p. 581. *Athen.* XIII. p. 561. et alibi. *Cicero* XVI. 8. ad fam. [Schol. ad *Aristoph.* *Nub.* 144. addidit *Heum.* *Athen.* IV. p. 158. XV. p. 665. vbi *Euripides* dicitur πάνσοφος. *Opifex* multarum sen-

tentiarum vocatur a *Victor.* V. L. 36. cap. 23. conf. *Alcyon.* de *Exsil.* I. pag. 41 sq.]

e) Allusione ad Tragici huius nomen, per iocum dicti etiam σοφικλῆς, plausores laudiceni, qui conducti, aliis recitantibus adplauderent et acclamarent σοφῆς. Vide *Plin.* lib. II. epist. 14.

f) Atque hanc fabulam bene iam refutauit *Bayle* in *Diction.* in vita *Euripidis*, (vbi *Barnef.* aliosque saepe refellit.) tom. II. pag. 431. (*S.*) *Harl.*

g) De genere mortis vide *Diodorum Sic.* XIII. cap. 103. p. 387. [tom. I. p. 606. cum nota *Wesselingii.*] *Diogenian.* et *Apostol.* in Προμύμη κίνες a quibus discerptus traditur, et *Gellium* XV. 20. notas *Munkeri* ad *Hygin.* fab. 247. *Stephanum Byz.* in Βορυσσένος. [*Valer. Max.* IX. cap. 12. Ext. 2. 4. et 5. de trium tragicorum satis tristibus, vbi vid. interpr. in exemplo *Torrenii.*] *Prideausii* ad *Chron.* *Arundel.* p. 224. Apud *Archelaum* Macedoniae regem vitam exegisse et in honore apud cum



XCIII. 3. aetatis LXX. die eodem, quo natus <sup>h)</sup> Dionysius senior Siciliae tyrannus, teste *Plutarcho* VIII. 1. Sympof. Euripidem pariter atque Homerum admiratus philosophus Crantor teste *Laertio* IV. 26. sed passim perstrinxerunt Comici <sup>i)</sup>, vt vel ex Aristophanis *Ranis*, paullo post Euripidis mortem actis, patet, et pluribus [P] nobis conflaret <sup>k)</sup>, si ad nos peruenisset *Axionici* vel *Philippidae* *Φιλευριπίδης*, [qui citatur ab *Athenaeo* VIII. p. 342.] Hodieque in eo notatur *στυγματισμός*, fatale optimo poetae vitium, vt ait *Casaubonus* pag. 13. ad *Athenaeum*. Confer Scholia ad *Medeam*, v. 475. et *Eustath.* prolegom. in *Odyssaeam*. Et odium in foeminas, quod in *Hippolyto* v. 664 sq. et alibi interpretes obseruant, *Diphilus* quoque Comicus apud *Athenaeum* VI. p. 247. [et *Hieronym.* I. in *Iou.* tom. II. p. 37.] vnde veteribus dictus *μισογύνης*, licet *Sophocles* apud *Athenaeum* lib. XIII. pag. 557. adfirmarit, Euripidem extra scenam non ita aduersus muliebre genus adfectum fuisse, et in scena quoque aequum bonarum foeminarum iudicem probat *Barnesius* ad *Eurip.* tom. II. p. 153. [vid. *Athenaeus* lib. XIII.

eum fuisse, notat etiam *Synceus* f. 263. *Chronograph.* Confer *Lucianum* in *parasito* tom. II. p. 255. et *Plutarchum* de *exilio* pag. 604. *Fabric.* [Plura vide in *Barnesii* vita *Euripidis* §. XXXI. *Diodorus* Sic. I. cit. de anno mortis prouocat ad *Apollodorum*, annalium scriptorem. adde *Corfini* F. A. tom. II. p. 41. pro *Palmerio*, (in *Exercitatt.* etc. p. 709.) contra *Prideausium* (ad *Marm.* Oxon. p. 224.) disputantis; idem tom. III. p. 258 sq. adserit an. mortis *Eurip.* Olymp. XCIII.  $\frac{1}{2}$ . *Antigene* Archonte, duce marmore *Pario*. Hoc quoque a. 2. Olymp. XCIII. ante C. N. 407. V. C. 347. *Larcher* in *Chronol.* *Herodot.* ponit a. mortis *Eurip.* Parium nimirum marmor *Euripidis* mortem Archonte *Antigene*, i. e. Olymp. XCIII. 2. *Sophocles* autem mortem, sub *Calliae* magistratu contigisse significat. Vtrumque tamen, certe *Callia* Archonte, quum *Ranae* docerentur *Aristophanis*, inter viuos non fuisse, indicat fabulae eius versus 76. vid. *Wesseling.* ad locum *Diodori*: is animaduertit, *Eusebium*, vtriusque poetae mortem *προχρονισμόν* anticipantem, castigatum esse a *Scaligero* ad *Chron.* ann. MDCIX. *Sophoclem* et post illum, *Euripidem* Olymp. XCIII. 3. mortuum esse, *Musgrauius* in *Chronologia scenica* ex *Diod.* *Siculi* loco cit. et *Aristoph.* *Ranis* 802 sqq. probat. *Valcken.* in *Diatr.* *Euripid.* p. 191. colligit, *Euripidem* rebus humanis ereptum esse Olymp. XCIII. 1. laudatque *Io. Pearson.* *Vindic.* *Ignat.* pag. 361. De morte *Euripidis* *Heumannus* adscripsit *Erasmus* *Chil.* I. cent. VII. nr. 47. conf. *Fabric.* infra lib. IV. cap. 16. pag. 487. not. 1. (idem mortis genus tribuitur *Luciano*), *Pausan.* lib. I. pag. 3. De nobili monumento, quod *Archelaus* rex *Macedoniae*, ad quem *Euripides* inuitatus venerat, et mul-

tis ornatus erat beneficiis, post illius interitum inter duos confluentes riuos exstruxit, et quod poetae celebrarunt, vid. *Barnes.* in vita §. XXXII. Alii autem eum ad *Bormiscum*, vt *Stephanus*, alii in conualle *Arethusa*, (*Ammian. Marcell.* lib. XXVII. cap. 4. vbi vide *Vales.*) alii, vt *Plutarchus* in *Lycurgo*, *περί Ἀγιδάου* contumulatum referunt. Hoc quidem *Wesselingio* ad *Itinerar.* *Hierosolym.* p. 605. verosimilius videtur. Nam vicinae, ait, *Arethusa* et *Bormiscus* seu *Bromiscus* fuerunt; si in vtriusque sinibus monumentum *Tragico* fuerit excitatum, sine veritatis dispendio et circa *Arethusam* et prope *Bormiscum* collocari poterit. Athenienses vero, quia illius cineres obtinere non poterant, nobile illi cenotaphium condiderunt, quod *Pausaniae* tempore durabat. vid. *Pausan.* lib. I. cap. 11. p. 6. et *Meursium* *Athen. Attic.* lib. I. cap. 2. p. 5. coll. *R. M. van Goens* erudita diatriba de *Cenotaphiis*, *Traiecti* ad *Rhen.* 1763. 8. p. 22. In theatro *Athenis* signa *Euripidis* et *Sophoclis* erant posita, teste *Pausania*, in *Atticis* f. libr. I. cap. 21. pag. 48. *Harl.*

h) Sed hoc aberrat ab historiae veritate, vti iam animaduertit *Corfin.* in F. A. III. pag. 259. Hinc *Wesseling.* ad *Diodori* locum in *Plutarchi* loco pro κατ' ἢ ἐγενήθη δὲ Διονύσιος facili modo corrigat κατ' ἢ ἐγένετο f. ἐγενήθη etc. quo senior *Dionysius* Siciliae tyrannus est factus. At *Reisk.* ad *Plut.* locum p. 862. vol. VIII. Opp. nil mutaturus in textu, *Plutarchum* errasse putat. *Harl.*

i) Et *Tragici* quoque. Vide *Gatackeri* *Aduersar.* pag. 106 sq. edit. *Lond.*

k) *Aristophanes* tamen in *Equitibus* Act. I. sc. 1. v. 18. comite et pereleganter orationem habere, vocat κομψευριπίδους dicere. *Heum.*



XIII. pagg. 598. 599 sq. 603. 604. *Heum.*] Oris eius rotunditate vti se adfirmat Aristophanes apud *Plutarchum* de audiendis Poetis p. 30. *χρῶμαι γὰρ αὐτῷ τῷ σώματος τῷ στρογγύλῳ.* *Fabric.* [Pauca, quantum per instituti rationem fieri licet, addere iuuat. Vt vultus animi index, ita libri imagines suorum parentum esse solent: id, quod in Euripide perspicue est manifestum. Ille enim vt in vita, ita quoque in tragoediis erat seuerus, constans, patriae, virtutis atque philosophiae in primis studiosus. Ex schola Anaxagorae et familiaritate cum Socrate accepit et nutriuit amorem philosophiae, atque ex disciplina Socratica eius praecipue partis, quae ad mores pertinet emendandos. De Euripidis opinione de deo, quod sit, vel non sit, laudauit *Richey* in notis mstis ad *Fabric. Plut. Phil.* 1622. p. 640. lin. 8. a *Q. Cicerone* lib. XVI. fam. 8. laudatur. Praeterea vixit ea aetate, qua mores popularium luxurie, intemperantia, artibusque sophistarum, demagogorum, rhetorum et potentiorum atque abusu eloquentiae mire erant corrupti, ac sexus posterior a pristina verecundia atque pudicitia nimium quantum desciscens vitam agebat libidinofam. Hinc perpetuum illud per sententias docendi et emendandorum ciuium ac iudiciorum studium, conf. *Valcken.* *Diatr. Euripid.* cap. XXIII. p. 250 sqq. et crebra illa seminarum infectatio. At seueritas vitae ingenique fecit, vt modum excederet. conf. *Bayle Dict.* II. Euripide, p. 431. (T.) et sqq. notas. Tragicus poeta esse quidem debet philosophus, sed talis, qualis fuit Sophocles. Non vmbrae scholae redolere debet eius philosophia, nec omnem arripere is debet occasionem sententiose dicendi, nisi taedium quoddam excitare velit. Namque dramaticum poetam, non philosophum, licet elegantem, acutum atque eloquentem, qualis omnino fuit Euripides, et qui philosophiae aut eloquentiae amantem, vt Agathon Wielandii, magis delectabit, quam artis dramaticae et actionis cupidum, in Tragoediis audire aut legere iuuat. Odium igitur seminarum in eo quoque vituperatum habet aliquam excusationem. Nam Hippolytus, in cuius in primis fabula est illa famosa et acerbissima sexus posterioris accusatio, erat venationis vnice studiosus et seminarum osor. Quod tamen nutricis arte laqueis turpis amoris se irretiendum, et a nouerca, Phaedra, illicito more amari audiebat, iuuenis a natura sobrius et temperans, sanctissimis moribus, et seuerae philosophiae addictus apte fingi potuerat generi femineo inimicus. At Euripides nimium adfudit lumen et colorem, nulla, vt decuit, vmbra temperatum. In reliquis quoque mores seminarum Atticarum infectatus, grauius iusto inuehitur in illas. Nam Euripides formauit characteres κατ' ἑκαστον, hoc est, indiuiduum potius depinxit, quam genus; quum Sophocles κατ' ὅλῃς; h. e. characteres generis cuiusdam ampliores rectius fingeret. Hinc apud *Aristotelem* A. P. cap. 25. Sophocles iam animaduertit, se homines fingere, οἷος δὲ, Euripidem vero, οἷος εἶσι, ad quem locum vide, si lubet, quae p. 196. notaui, et, quos ibi laudaui, Hurdium atque Lessingium, in Hamburg. Dramaturgia, scida 94. Hinc idem *Aristot.* A. P. cap. 18. fin. notat, chorum esse partem totius fabulae, vnaque actione contendere, non, vt apud *Euripidem*, cui interdum ea dicit, quae alius quiuisset, sed vt apud Sophoclem, vbi semper ea, quae ipsum decent. Neque decorum moresque personarum, quas induxit, vbique obseruasse videtur. Sic mihi quidem frigida videtur oratio Iphigeniae in Trag. Iphig. in Aulide v. 1294 — 1310. conf. quoque *Origenem* contra Celsum lib. VII. pag. 356. Hinc etiam *Aristot.* A. P. cap. 13. culpatur in eo malam in aliquot fabulis oeconomiam: contra fatetur, eum esse poetarum τραγικώτατον, h. e. plurimas illius tragoedias habere tristes vnus personae s. familiae conuersiones atque exitus, eumque, qui terrissimi esset poeta animi et facile moueretur variis patriae suae huma-



naeque vitae casibus, esse artificem suctus scientissimum. Hinc Quintilianus quoque iudicat, illum in iis, qui miseratione constant, esse facile praecipuum. conf. *Lessingium*, optimum Aristotelicae artis poeticae interpretem, in: Hamburgische Dramaturgie, part. I. p. 389 sqq. Copia igitur orationis, sententiarum gravitate animique motibus ciendis praestat Euripides: Sophocles vero *οἰκονομία*, dictionis sublimitate et temperantia in exornandis characteribus. Verum *Reiskius* in Actis Erud. Lipsiens. 1748. p. 545 sq. et in praefat. ad Animaduers. ad Euripidam nimius fuit in culpando Euripide peccatisque, quae quidem illi videbantur, quorum tamen plurima vel excusari possunt, vel nulla sunt, recensendis. Multo moderatius, praeclare intelligenterque de ingenio Euripidis eiusque virtutibus, quae vitiis praestant, poeticis cel. *Beck*. in diatr. critica de Rhese, §. VII. iudicat. Erudita quoque est *Io. Friderici Habersfeldii* comment. exemplis ex Euripidis tragoediis petitis atque explicitis: Euripidis ingenium ad Aristot. Poet. cap. XIII. 4. breuiter adumbratum. Lips. 1789. 8. Cum Sophocle igitur tragoediam Graecorum perfecit Euripides; atque illi duumviri id, quod Aeschylus prudenter auspiciatus erat, feliciter sapienterque ad perfectionem perduxerunt. Vt vero Aeschylus tamquam fons exortus est, ex quo Sophocles atque Euripides hauserunt, fabulasque, at cum varietate diuersaeque plurimorum argumentorum dispositione, resumerunt: ita Euripides vel in formulis verborum et structura in primis frequenterque imitatus est Aeschylum. vide *Valckenar.* ad Euripidis Phoenissas 546. p. 204. Idem tamen in historia sequitur interdum Cyclicos aliosque, et in diuersis tragoediis diuerso modo res narrat. vid. *Valckenar.* in Diatribe Euripidea p. 24. A. 268 sq. et p. 180. C. Idem ibid. cap. IV — VI. docte persequitur placita de rebus diuinis ac humanis, quae Euripides ex disciplina Anaxagorea acceperat. Quam bene exercitus is fuerit in Socratis palaestra, quam multa praecepta ad ciuitatem corrigendam vitamque regendam vtilia inde suis immiscuerit tragoediis, iam animaduersum est. Quo vero factum est, ut saepius discederet ab Aeschylo et Sophocle. Vicissim Euripidem et Graeci et Romani, tam ligata, quam vinculis soluta oratione vsi, crebro imitati ex illo tamquam limbo fonte hauserunt suaeque prata irrigarunt. vid. *Wytttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 17 sqq. *Valckenarius* id in Diatribe post Hippolytum docet p. 221. not. p. 252. not. ac 272 sq. Statium, et pag. 35. Vitruuium expressisse sententias Euripideas. Euripidem quoque imitati sunt *Choricius* in locis bene multis, a *Villoisfonio* in Anecd. graec. tom. II. promulgatis, et in indice, voc. Euripides, indicatis, et *Clemens Alex.* in H. in Paedagogum. Prologorum quidem vestigia iam adparent in Aeschyleis et Sophocleis fabulis; at Euripides illorum fuit longe studiosior, eosque omnibus suis tragoediis, praeter Iphigeniam Aulid. et Rhesium, (cuius tamen auctorem fuisse nostrum, iure negant VV. DD.) praefixit: eos tamen saepe esse nimis verbosos, sui similes, (*ὁμοειδέαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δραμάτων* carpit iam *Aristoph.* in Ran. 1230.) nec accedere ad Homeream Sophoclis maiestatem, notat *Valcken.* in Diatr. Euripidea p. 92. Adde de vitiis, et, quae eminent, virtutibus Prologorum Euripideorum *Scaligeri* Poetic. lib. I. qui est historicus, cap. XI. *Hedelin à Aubignat*, de la pratiq. du Theatre lib. I. cap. 7. et lib. III. cap. 5. *Lessing.* in Dramaturg. I. nr. 7. 48. 49. et cl. *Nast* diss. siue Observatt. in rem tragicam Graecorum, §. 20. qui a §. 17. pag. 34 sqq. pulcrum instituit Euripidis cum reliquis duobus tragicis comparisonem, et passim de Euripidis fabulis diligenter disserit; paragraphis autem 28. et 29. de vnitae, quam vocant et transgressus est Euripides, temporis agit, et *Huani* censuram, (in Praeceptis critices, *Grundsätzen der Critick*, part. III. cap. 23. p. 341 — 343.) adfert atque examinat. Insuper nimis frequenter fugit poeta deos ex machina, qua



qua carere interdum potuerat, oeconomia aliter constituenda; e. g. in exitu fabulae, *Orestes*, in *Hippolyto* vers. 1285. vbi vide eruditam Valckenarii adnotationem p. 302. et alibi. Sed haftenus. Plura de nostro dabunt *Voss.* lib. I. Instit. poet. p. 22 sq. lib. II. p. 53. 75. 100. *Bayle* in Dict. voc. Euripide. *Crassus* in Historia poetarum graec. italice scripta, p. 216 sqq. auctor Biographiae classicae, e sermone anglico a Mursinna in teutonicum conuersae, tom. I. p. 109 — 129. p. 107 sq. Sophocles comparatur cum Euripide. *Ren. Rapin* in Reflex. XXI. et XXII. sur la Poët. part. II. qui Euripidi magis fauet quam Sophocli, *Sulzer* in: Allgem. Theorie der schönen Künste, tom. II. p. 116 sqq. cum notitia cl. Blanckenburg. — *Adr. Baillet* Jugemens des Savans, tom. III. nr. 1116. p. 123 — 128. edit. III. Amsterd. 1725. 4. *Io. Godofr. Hauptmann* progr. de Euripide, Gerae 1743. 4. vt *Meursii*, *Borrichii*, *Fabri*, *Murrii* aliorumque libros varii pretii argumentique supra ad sectiones de Thespide atque Aeschylō iam memoratos aliosque infra excitandos omittam. Addam, Soteridam, grammaticum, scripsisse *ὑπόμνημα εἰς Εὐριπίδην*, testibus *Suida*, tom. III. p. 356 sq. et *Eudocia* in *Violar.* pag. 387. *Harl.*

## II. Tragoediae Euripidis XIX. integras superflites, cum vicefmae initio, hae sunt:

- 1) ΕΚΑΒΗ. *Hecuba* Ὁ. *Rolandi Marefii* Metaphrasis lucem non vidit, de qua lib. I. Epistola 29. ad Menagium, *Euripidis*, inquit, *Hecubam carmine institui reddere, quod ex veteribus ipsum Ennium tanti nominis poetam facere non piguit. Cuius versio quam libera est et soluta ex paucis, quae supersunt, reliquiis, apparet. Nam adeo verba non curat exprimere, ut ne sensum quidem ubique reddat. Quam licentiam in poetis vertendis usurpare mihi conueniens esse videtur.* — *Erasmus et Buchananus*, tanti viri, aliquot eiusdem *Euripidis tragoedias carmine reddiderunt, sed ita, ut plerisque in locis versus legere te non putes. Namque dum ita anxie verbis se alligant, ut interpretatio κατὰ πένδα esse videatur, paulo duriusculos versus fecerunt, nec caesuras in Iambis, qui praecipuus est illorum decor, cum studio seruauerunt, contra vero in Anapaestis illas, quod maximum est vitium, admiserunt. Quod se scientem prudentem fecisse in sua praefatione testatur Erasmus, nec sibi perinde probari illam in vertendis auctoribus libertatem, quam Tullius ut aliis permisit, ita ipse usurpauit. Sed Ciceronis quam Erasmi iudicium sequi tutius esse putauim. Liberius ergo transferendi genus, multum tamen infra Ennianam libertatem, secutus sum. Commentarius Erasmi [P] *Vindingii* in *Hecubam Euripidis* prodiit Hafniae 1616. 4. [In *Ephem. litt. Ienens.* (Allgemeine Litteratur Zeitung, n. 87. m. Mart. 1799. col. 692. ita citatur: *Erasmi*, Pauli fil. *Vindingii* commentarii specimen in *Euripidis Hecubam*, cum VI. continuationibus. Hauniae. 1648 — 1656. 4.)] Loca quaedam Ennianae *Hecubae* et *Medeae* cum graecis *Euripidis* collata exhibet *H. Stephanus* in *Tragoediis selectis* p. 944 sq. Repr̄henfus est *Euripides*, quod decorum neglexisset *Hecubam* philosophantem introducendo. Vide *Theonis Progymnasimata* p. 4. Lusit *Hecubam* apud Latinos etiam *L. Accius. Fabric. Reiskius*, qui in praefatione ad suas ad *Euripidam* et *Aristoph.**

1) Singularum tragoediarum editiones peculiare recensere post indicem editarum omnium *Eurip. tragoediarum. Harl.*



Aristoph. animaduersiones defensor exstitit Euripidis, in *Actis* Erudit. Lips. a. 1748. vbi Carmeli edit. per censuit, p. 545 sqq. decem poetae vitia, in *Hecuba*, quae ipsi quidem videntur, commissa, persequitur, et in praefat. memorata non plane absoluit poetam. *Harl.*

- 2) ὈΡΕΪΣΤΗΣ. *Orestes*. Archonte Diocle Olymp. XCII. 4. egit Hegelochus, derisus ab Aristophane, a Strattide in *ἀνθρωπορέση* et Sannyrione in Danaë. Vide Scholiaften ad v. 278. et 371. Expreserat latina tragoedia *Oreste* siue *Duloreste* Pacuvius, cuius meminit Cicero in Laelio, Festus, Nonius etc. Vide Scaligerum ad Varronem p. 113. Suidas hanc tragoediam tribuit Euripidi tertio. [Disputatio inter Petrum Victorium et If. Casaub. super quodam loco ex *Oreste* Euripidis exstat in huius apud Casam monumentis, p. 83 sq. et p. 175 sqq. *Heum.*] Τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας apud Diog. Laert. VII. 172. respicit locum in Euripidis *Oreste*, vt pulcre notat If. Casaub.
- 3) ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ. *Phoenissae*. Tragoediarum Euripidis facile princeps. Hoc drama *Iohannem Hartungum* magna laude et applausu Friburgi interpretantem audiuisse se, memorat Caspar Stiblinus praefat. ad Euripidem. Exposuit quoque publice Dau. Chytraeus Rostochii, 1561. v. Io. Frederi chorum musarum et charitum, pag. 135. Ad argumentum *Phoenissar.* conf. *Statii* Thebaida totam. *Diodor. Sicul.* XIII. 217. *Arrian.* Epictet. 215. m. Docuit *Phoenissas* etiam *L. Accius* tragicus latinus, et *Seneca. Fabric.* Elegantissimum est et amoenissimum humanitatis, (siue, vt barbari loquuntur, boni gustus,) eruditionis artisque criticae monumentum, quod in primis iuniores, graecis Musis litantes, ad imitandum proponere sibi debent, comment. cel. *Sam. Frid. Nathan.* Mori de Euripidis *Phoenissis*. Lips. 1771. 4. rec. in eius *Diff. theolog.* et philolog. Lips. 1777. 8. — *Phoenissas* actas esse inter Olymp. XCI. 2. et XCIII. 3. docet *Bentleius* in *Responf.* ad C. Boyle, p. 117 sq. ex interpr. latina Lennepii. *Harl.* Principem quoque habuit hanc tragoed. *Hugo Grotius* in *Epp.* ad Gallos 208. p. 430. Aliquam partem huius tragoediae latinis versibus expressit *Pet. Alcyonius* lib. I. de exilio pag. 44 sq. *Heumann.*
- 4) ΜΗΔΕΙΑ. *Medea*. Pythodoro Archonte Olymp. LXXXVII. 1. [V. C. 322. Per. Iul. 4282. aut secundum *Corfini* F. A. tom. III. p. 227. A. V. 323. ante C. N. 431.] teste Aristophane grammatico in argumento. Hanc *Neophroni* Sicyonio quidam tribuerunt, vt notat *Laertius* II. 34. et 133. et Suidas in *Νεόφρων*. Idem Suidas alibi eam refert ad Euripidem tertium, prioris fratris filium, quam sententiam tuetur *Samuel Petitus* VI. 15. Misc. Sane *Neophronis* *Medea* diuersa fuit, vt dixi in notitia Tragicorum deperditorum, et Euripidi *Medea* nostra tribuitur ab Aristophane in *Ranis*, et *Aristotele* cap. 14. et 15. Poetic. et Chrysippo apud *Laertium* VII. 181. ne alios iam commemorem. De duplici *Medea*, vna Euripidis senioris, quae exstat, et altera iunioris, quae intercidit, vid. *Paul. Manutium* ad Cic. VII. ep. 6. ad diuersos. E *Callia* et dispositionem fabulae et versuum exemplum summissee Euripidem in *Medea* et Sophoclem in *Oedipode*, [P] notat *Athenaeus* VII. p. 276. [Euripidem in *Medea* illud Horatii praeceptum, vt chorus bonis faueat, violasse, multi contendunt. vid. *Hardion.* Recitat. de *Medea* Euripidis, in: *Mem. de l'Acad. des Inscr.* tom VIII. p. 243. sed confer *Hurdii* comment. ad Horatii *Epistolas* ad Pisonem et Augustum ex anglica lingua in germanicam a cl. Eschenburgio conuersum



sum tom. I. Lips. 1772. p. 146 sqq.] Latine verterat olim Medeam Euripidis *Ennius*, (teste *Cicerone* de Finib. 1, 2.) ex cuius Medea initium *Vtinam ue in nemore Pelio* etc. profert scriptor ad Herennium lib. II. [cap. 22. vbi v. Lambin.] Nonnulla ipsius fragmenta cum Graecis Euripidis confert *Politianus* cap. 27. Misc. *Iosephus Scaliger* ad Varronem p. 92. et 99 sq. In multis etiam Euripidem expressit *Seneca*, cuius Medea adhuc exstat. De Medea deperdita Euripidis v. notas ad Plutarchi vitas parall. tom. IV. Londin. p. 567. Scripsere Euripidis exemplo Medeam Comici quoque, vt Antiphanes, Strattis, Cantharus, Eubulus: e latinis praeter Ennium L. Accium et Senecam, Ouidius. Medea Euripidis, (quam legenti Ciceroni superuenit emissus ab Antonio percussor C. Popilius Laenas, teste Ptolemaeo Hephaestione lib. V. apud Photium) separatim Graece cum scholiis Graecis edita Paris. 1545. Aduersus eos, qui Euripidem corruptum esse confirmarunt, vt caedis filiorum Medae inuidiam a Corinthiis in matrem transferret, disputat *Iosua Barnes.* in Poetae vita §. 17. et §. 18. <sup>m</sup>) qui Medeam tragoediam nostro Euripidi vindicat. *Fabric.* [Magna autem narrationis de Medea et mythi fuit varietas. Vid. Schol. ad Med. Eurip. v. 9. 20. 277. aliosque a cel. *Heynio* ad Apollodori Bibl. tom. II. pag. 230. excitatos. *Harl.*]

- 5) ἸΠΠΟΛΥΤΟΣ σεφανίας siue σεφανηφάγος *Hippolytus posterior*, siue *coronatus*. Vide *Guil. Canterum* Nou. Lect. VII. 21. (De priore siue Hippolyto *καλυπτομένη* operto dixi infra inter tragoedias deperditas.) Acta est Olymp. LXXXVII. 4. quo tempore Iophon quoque et Ion, Tragic, dramata sua docuerunt. Quod autem in argumento legas, τὸ δὲ δράμα τῶν πρώτων, ab interprete male redditur: *est autem haec fabula inter optimas numeranda*; nam sensus est, primum locum inter victores illo dramate Euripidem tulisse, vt contra Andromache tragoedia locum secundum, quemadmodum in eiusdem argumento scribitur: τὸ δὲ δράμα τῶν δευτέρων. Auctor vitae Sophoclis: πολλάκις δὲ καὶ δευτέρῃ εἰλαβε, τρίτῃ δὲ εἰδεπώποτε. Hippolytum Euripidis et *Senecae* singulari [P] dissertatione inter se contulit *Ioh. Henricus Boeclerus* Argentorat. 1651. 4. [Fragmentum quoddam ex hac tragoedia latinis redditum versibus exstat in Io. Casae Monimentis latin. p. 19 sq. *Heum.*] Adde *Sam. Petitum* lib. I. Obs. cap. 2. *Lucianus* quaedam ex Hippolyto produciens laudat Euripidem in *Φαίδρα*. Vide *Ios. Barnes.* ad v. 480. sed et ab *Fustathio* ad Iliad. H'. p. 568, 19. et Z'. p. 489. 53. Euripidis Phaedra citatur. Et *Malela* in Chron. p. 109. Euripidem de Phaedra composuisse drama ait, Hippolytum innuens. *Fabric.* In cod. quoque Florentino Hippolytus inscribitur *Φαίδρα*. Sed quia Dramatum interloquutores a veteribus saepe commemorantur, illis locis inducitur poetas et tragoediarum nomina nobis cominiscuntur viri docti, adnotante *Valckenario* in praefatione ad suam Hippolyti editionem p. XVII. qui etiam de priore Hippolyto et posteriore, (quas non omnino diuersas fuisse fabulas contra *Canterum*, nou. Lction. lib. VII. cap. 21. monet *Rich. Bentleius* in Epistola ad Millium, *Malelae* Chronico subiecta, p. 31 sq.) earumque tragoediarum inscriptionibus diligenter differit, censetque, totam dramatis oeconomiam in editione secunda fuisse mutatam. *Dupuy* Obseruat. crit. in textum et nonnullas Hippolyti versiones, (P. Carmeli, Brumoy,

<sup>m</sup>) Adde Bayle in vita Euripidis. *Harl.*



moy, et Barneſii,) in: Mem. de Litterat. de l'Acad. des Inſcript. Pariſ. vol. XLI. 1780. Rem ſuperfluum et ingratum, nec emendationes admodum felices eſſe, cenſent critici, et praeferunt *Batteux* comm. ſuper Hippolyto Euripidis et Phaedra Racini cuius iſ vtriuſque drama expoſuit et comparauit in Hiſtor. illius ſocietatis Pariſ. vol. XLII. an. 1786. — Adde Brunckii praefationem, et quae ex vtraque Valck. ac Brunck. excerptit cel. *Beck* in edit. Euripidis, tom. III. p. 250. — Idem vir doctiſſ. quum admodum iuuenis eſſet, ſub diſceſſum e ſchola Thomana ſpecimen diligentiae praeclarae et fauſtum, quid litterae bonae de eius ingenio poſſent ſperare, augurium dedit, in *Specimine Obſervationn. criticarum in Euripidis fabulam, quae inſcribitur Hippolytus*. Lipſiae 1775. 4. — Graecum hoc drama modeſte et intelligenter comparat ad patris ſui Phaedram *Mich. Arnold. Racine* in: Memoir. de Litterature de l'Ac. des Inſcr. tom. VIII. p. 300 — 314. Euripidis Hipp. cum Seneca comparat *Hurd*. l. m. ad Horatii Epp. p. 134 ſqq. *Harl*.

- 6) *ΑΛΚΗΣΤΙΣ*. *Alceſtis*, quo nomine apud Latinos etiam tragoediam docuit *L. Accius*, *Laetius* et *Ennius* ex Euripidea, vt ſuſpicor, expreſſam. Pro *Laetio*, quem habent vett. codd. apud *Gell*. XIX. 7. et ipſe notauit Scaliger in Auſonian. lection. II. 27. *Naevium* quoque vocat Scaliger ad Varronem p. 114. Habetur Alceſtis in tragoediis *H. Stephani* cum Metaphraſi *Georgii Buchanan*i et verſione *Dorothei Camilli* recognita ex *Melanchthonis* praelectionibus. Ad verſum 780. notat Scholiaſtes quod contra *πέρπον* Euripides philoſophantem inducit Herculem ebrium. *Fabric. Hedelin* Abbé d' *Aubignac* in: Pratique du Theatre p. 127. et *Leſſing*. apud cl. *Buhle* in proluf. de Fabula ſatyrica Graecorum (Gottingae 1787.) p. 14. Alceſtin Euripidis retulerunt ad fabularum ſatyricarum genus; at multa deſunt, quae perſuadeant. Nam cl. *Buhle* deſiderat in illa Silenum et Satyros, locum ſub dio, dictionem ludicram et iocoſam. Quod Hercules immoderatus ſe gerit, id poteſt excuſari: atque ipſe Hercules, infortunii, quo oppreſſus gemit, Admetus, certior factus, mutat mores. Neque in mortis perſona exituque laeto eſt, quod Leſſingii adiuuet opinionem. Verum Euripidem tragoediae leges in hac migrariſſe, fatentur Scholiaſtes (ad v. 783.) Wielandius et Buhle, qui eam ad hilarotragoediarum genus reuocare malit. Wielandius ipſe imitatus eſt vel transformauit Euripideam Alceſtin in: *Alceſte, ein Singſpiel*. Lipſiae. 1773. 8. et ſuam cum Euripidea comparauit. Atque cl. *David. Chriſt. Seybold* Alceſtin bene tranſtulit in linguam germanicam et in commentatione addita ſcite examinavit atque explicauit: *Alceſte, ein Trauerſpiel des Euripides, überſetzt, nebst einer Abhandlung*. Lipſiae 1774. 8. cl. autem *Chriſtian. Theoph. Kuinoel* edidit luculentum *Specimen Obſeruatt. in Euripidis fabulam, quae inſcribitur Alceſtis*. Lipſiae. 1785. 4. *Harl*.

- 7) *ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ*. *Andromache*. Acta Archonte Archia Olymp. XC. 2. vide *Sam. Petitum* III. 16. Miſc. et *Iofuam Barneſ*. ad v. 732. Ex hac fabula Euripidis Clitus iam ab Alexandro interficiendus ingeminauit illud: *ὅς μοι καθ' Ἑλλάδα ὡς κακῶς νομίζεται*. Plutarch. in Alexandro p. 694. Verterat eam olim *Ennius*. Vide *Scaligerum* ad Varronem p. 12. *Fabric. Conf. Hardion* diſſ. ſuper Andromacha Euripid. Eiuſdem Obſeruatt. criticae et hiſtoricae in chorum huius trag. in: Mem. de Litterature de l'Acad. des Inſcr. vol. VIII. p. 264 ſqq. et p. 276 ſqq. *Harl*.

8) *ἸΚΕΤΙΑΔΕΣ*.



- 8) 'ΙΚΕΤΙΑΔΕΣ. *Supplices*, in quibus egregium diuinæ providentiæ, omnia in bona dirigentis, perhibet testimonium Euripides.
- 9) 'ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ. 'Η ἐν Ἀυλίδι, *IPHIGENIA in Aulide*, Boeotiae oppido. Hanc Germanico dramate liberius paulo et rationibus ad recentis theatri leges comparatis expressit *Christianus Henricus Postellus* Hamburgi in 4. Iphigeniam *Ennii* laudat *Gellius* XIX. 10. Adeundus et ingeniosissimus *Racinus* præfatione ad Iphigeniam suam Gallice compositam, ubi Euripidem aduersus *Perraultum* defendit. *Fabric.* [Et *Racine* in comparatione Euripidis et *Racini* Iphig. in: *Mem. de Litterat. des Inscr.* vol. IIX. p. 300 sqq. *Harl.*]
- 10) 'ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ. 'Η ἐν Ταύροις. *Iphigenia in Tauris* Scythiae. Vide *Hyginum* fab. 120. Latine vertisse se, sed non edidisse *Hugo Grotius* Epist. 595. 348. *Fabric.* Euripidis cognominis fuisse suspicatur *Heathius* in Eurip. p. 83. quæ profert ex Eur. Iphigenia *Aelianus* duo loca, interpretatione iuvat defenditque *Hardion* in: *Hist. Acad. Par. Inscr.* part. III. p. 204 sqq. vers. german. *Gottsched.* *Harl.*
- 11) 'ΡΗΨΟΣ, *Rhesus* Sophocli tribuitur a *Ios. Scaligero* prolegom. ad *Manilium*, [P] licet ipse fateatur, a veteribus criticis Euripidi adscriptam hoc argumento, ὅτι ἡ περὶ τὰ μεταῖρσια ἐν αὐτῇ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. Mihi et criticorum illorum et critici summi *Scaligeri* argumentum in utramvis partem videtur admodum leve: sed quo minus *Scaligero* adsentiar, facit scriptorum antiquorum auctoritas, qui *Rhesum* citantes sine tergiversatione ad auctorem referunt Euripidem. *Samuel Petitus* *Aristarcho* tribuebat *Tragico*, Euripidis aequali, III. 22. *Misc.* Sed locus *Didymi*, quo incerta eius coniectura nititur, *Grammaticum* *Aristarchum* respicit, non *Tragicum*. *Fabr.* At enim ab *Hardione*, (in *Diff.* sur la Tragédie de *Rhesus*, in *Mem. de Litt. des Inscr.* tom. X. p. 321 sqq. a *Valckenario* in *Diatrib.* Euripidea cap. IX. et X. in primis a cel. *Christ. Dan. Beckio* in singulari commentatione quondam edita, et retractata repetitaque in edit. Euripidis, tom. III. p. 444 sqq. docte abundeque, credo, euictum est, tragoediam illam neque ab *Sophocle* nec ab Euripide scriptam esse. Praeter ea *Hardion* quaedam loca illius tragoediae correxit in: *Hist. de l'Acad. des Inscr.* tom. IX. p. 44 sqq. *Valcken.* alia incedit via ad oppugnandam vulgarem opinionem, ac *Hardioni*, eandem tamen metam consequitur, multaque alia critice eximieque pertractat: cel. *Beck* interdum discedit ab illorum sententiis, copiosior est in comparandis atque examinandis tragoediae locis, quæ neque *Sophoclis* neque Euripidis ingenium spirant, in laudandis excitandisque tam veteribus quam recentioribus scriptoribus, addita interdum opinionum censura, in sanandis contextus graeci vulneribus, atque in nobiliore artis criticae parte praeceptisque de dispositione et fine tragoediae, virtutibus eius ac vitiis, et de moribus in ea expressis. Locum quemdam interpretatur *Sallier* in *Hist. Acad. Inscr.* part. III. pag. 232. vers. german. *Gottschediae.* *Preuostus*, qui in noua *Brum.* theatri graec. editione tom. VII. pag. 538 sqq. examen huius fabulae instituit, eiusque vitia exposuit, p. 449. iis non accedit, qui omnem fabulam e numero Euripidearum eximere velint, propter ea quod semper in numero fabularum Eurip. sit habita, et *Carmelius* multum similitudinis inter genus scribendi huius et reliquarum fabularumprehenderit. At enim iam ante plura lustra Euripidi cognominis fratris filio, velut auctori



tori Tragico, Rhefum tribuere maluit *Mart. Anton Delrio* Proleg. in Senecae Trag. p. 22. quae non sane quam absurda esse suspicio videtur *Valcken.* in Diatr. Eurip. p. 95. A. nec enim, ait, tum longe quaerendum, cur alterius *Euripidis* dramati inter nobiliora locus fuerit concessus. *Harl.*

- 12) ΤΡΩΑΔΕΣ: *Troades*, quas Seneca in Tragoedia cognomine feliciter expressit. Ab hoc dramate diuersi fuere Τρώες, memorati *Stobaeo* serm. 120. et Etymol. M. in Πέλαγος. Aeti sunt Τρώες Olymp. XCI. 1. vbi Euripides et Xenocles inter se de palma concertauere, et victoria cessit Xenocli, qua de re indignatur *Aelianus* lib. II. Var. cap. 8. [vbi v. Perizon.] Euripidis tetralogia fuit: *Alexander, Palamedes, Troes* et *Sisyphus Satyricus*: Xenoclis vero: *Oedipus, Lycaon, Bacchae*, et *Athamas Satyricus*, quae ad vnam omnes interciderunt. Ceterum Troades Euripidis Archonte Pisandro Olymp. XCI. 3. actas coniecit *Samuel Petitus* lib. I. Obfl. cap. 3. quo in loco Troades Senecae confert cum Euripidis Troadibus et Hecuba. Luferat Troades apud Latinos quoque *L. Accius*, sed iam pridem est, quod illae periire. *Fabric.* In Troadibus fabulam ex Iliade parua esse arreptam, tradit *Aristot.* A. P. cap. 23. fin. *Harl.*
- 13) ΒΑΚΧΑΙ *Bacchae*, quo nomine itidem *L. Accius* latinam olim tragoediam docuerat, ex Euripide liberius conuersam. Vide Scaligeri coniectanea ad Varronem p. 88 sq. Argumentum huius Dramatis apud *Tzetzen* Chil. VI. Hist. 61. Mentio huius dramatis apud *Appian.* Parthic. f. 155. *Fabric.* *Valcken.* loco modo citato, Bacchas, inquit, praeter ceteris, *Luciano* quoque iudice tom. III. p. 114. βιβλίον κάλλιστον perplacuisse suspicor Atheniensibus, et hoc drama designatum *Suidae*, vbi *Euripides Mnesarchi* F. quinta honoratus dicitur victoria μετὰ τελευτήν, ἐπιδειξαμένε τὸ δῶμα τῶ ἀδελφῷ αὐτῷ Εὐριπίδῃ. Idem ibid. p. 16. B. ex Euripidis, ait, Pentheo quae pauca citantur, leguntur in eius Bacchabus, quae tragoedia in eximio cod. Florentino *Euripidis Πενθεὺς* inscribitur. — *Brumoy* in: Theatre des Grecs, tom. V. p. 1. putat, Euripidis Bacchas esse aeque drama satyricum, ac Cyclopem aut similes esse dramatico-satyricis. *Harl.*
- 14) ΚΥΚΛΩΨ *Cyclops*, (ex Odyssae IX. petito argumento,) vnicum, quod iam ab *Eustathii* temporibus superest nobis, ex vniuersis veterum dramatis tragico-comicis satyricis. Metaphrasin poeticam elegantem, et notas castigationesque *Q. Septimii Florentis Christiani* in Cyclopem edidit post auctoris fata *Isaacus Casaubonus* ad calcem duplicis commentarii sui de Satyrica Graecorum Poesi et Romanorum Satira Paris. 1606. al. 1605. 8. Plura loca eiusdem Cyclopis illustrat *Casaubonus* ipse lib. I. cap. 6. vbi praecipue variis argumentis docet, esse drama satyricum. Vide et *Dan. Heinssii* lectiones Theocriticas cap. 14. p. 346. et *Brumoy* discours sur le Cyclope d'Euripide et sur les spectacles satyriques, in: Theatre des Grecs, tom. III. p. 323. Paris. 1730. 4. — *Iosephi Scaligeri* castigationes quaedam in idem drama leguntur in Opusculis eius postumis, vulgatis cum *Is. Casauboni* praefatione Paris. 1610. 4. p. 522 — 527. et a *Tho. Crenio* subiuncta sunt praefationi in Museum Philologicum et Historicum, Lugd. [P.] Bat. 1699. 8. in quo ipso Casaubonum de Satyrica Poesi et Florentis Cyclopem recudi fecit vir egregie de re literaria hoc et aliis nominibus promeritus: [item a *Rambachio* in noua edit. Casauboniani libri de S. P. Halae 1774. 8. cum suis et Crenii notis, p. LVII sqq. et 285 sqq.] *Georg. Fabricius* vertit carmine, teste *Petro Albino* in Chronico Misnensi p. 365. eius



eius tamen metaphrasis edita non est, quod sciam. *Fabric.* Praeter *Buhle* prolus. acad. de Fabula Satyrica Graecorum, et *Brunoy* vide vberissimi Commentarii in Cycloperem Euripidis specimen, diss. cl. M. Io. Georgii Christiani Hoepfneri, (in praesenti P. P. Philosophiae extra ordinem,) respondente Christiano Theoph. Kuinoel, (itidem ad praesens P. P. philosophiae extra ordinem.) Lipsiae, 1787. 4. *Harl.*

- 15) ἩΡΑΚΛΕΪΔΑΙ. *Heraclidae*, siue Herculis liberi. Meminit *Philostratus* II. 33. p. 85. in vita Apollonii.
- 16) ἙΛΕΝΗ. *Helena*. Confer, quae infra inter deperditas noto in Ἑλένης ἀπαιτήσεις Anno 4. Olympiadis XCII. actam suspicatur *Sam. Petitus* lib. I. Misc. cap. 13. Gallice vestit *Hugo Salelus*, idem, qui decem primos Iliados libros eadem lingua transtulit.
- 17) ἼΩΝ. *Ion*, quam fabulam imitatus *Accius* in Oenomaos suo, vt docet Scaliger ad Varonem. p. 94.
- 18) ἩΡΑΚΛΗΣ μαινόμενος. *Hercules furens*, a Seneca in cognomine Tragoedia latina expressus. Eustathio ad Iliad. K. simpliciter vocatur Ἡρακλῆς p. 738. Ab Aristophane reprehenditur Euripides, quod induxisset Ἡρακλέα πεινῶντα Διόνυσον δειλόν, καὶ Δία μοιχόν. Vide Scholiast. Aristophanis ad Pacem et Suid. in Μάττοντας.
- 19) ἨΛΕΚΤΡΑ. *Electra*, primum edita Graece et recensita a *Petro Victorio* \*) Florent. 1545. v. Catalogum editionum.
- 20) ΔΑΝΑΪΣ, *Danaës*, vix initium superest, seruatum ab *Hieron. Commelino*, et vulgatum in editione Euripidis Graecolatina a. 1597. 8. Huic in suo Euripide varia fragmenta Danaës ex Stobaeo et aliis collecta graece et latine subiecit *Iosua Barnes*. tom. II. p. 442 sq. et p. 520. Confer Grotii excerpta e Tragicis p. 380. sed et *Rich. Bentley* Epist. ad Iohannem Millium, Malelae subiectam, p. 14 sq. Auctor Chronici Paschalis pag. 38. περὶ Δανάης ἐμυθολόγησεν Ἐυριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συντάξει τῆ αὐτῆς δράματος ἐν κιβωτῷ τινὶ βληθεῖσαν τὴν Δανάην βληθῆναι κατὰ θάλασσαν ὡς φθαρεῖσαν ὑπὸ Διὸς μεταβληθέντος εἰς χερσόν. [Fragmenta quaedam emendauit *Valcken*, in Diatri. Eurip. cap. I. p. 5 sqq.] Scripsit etiam Sophocles Danaën, et e Latinis Naeuius.

III. Iam deperditas Euripidis tragoedias, quotquot apud veteres memorantur, recensebo, post Meursium in libro de Euripidis tragoediis, Grotium in excerptis Tragicorum et Barneisium in fragmentis Euripidis †). Quorum obseruatis *Gatakeri* quaedam ex cap. 10. Aduersariorum ad Antonin. VII. 50. *Rich. Bentley* ex Epistola ad Ioh. Millium, et nonnulla mea adiungam. *Fabric.* Enimvero quaedam nomina sunt eicienda ex hoc catalogo. Nemo vero de deperditis Euripideis fabulis melius meruit, quam *Valckenarius* in Diatribe in Euripidis

Hh 3

perditorum

n) Accepit illam a Bartholomaeo Burbadoro Florentio. *Petrus Viſtor*. XX. 19. variar. lectio. „Mirifice, ait, Euripidis elegantia sententiisque delectatur: vnde multum opera studioque suo profuit ipsi. Collatam enim cum pluribus antiquis libris, infinitis locis eam purgavit, ac sublati turpissimis maculis nitidiorem reddidit.“

o) In bibl. Schallbruchiana Amsterd. 1744. pag. 148. venum exposita, Euripidis tragoediarum, quae interciderunt, fragmenta, selecta et scholiis explicata a *Theodoro Cantero*, in 4. *Fabric.* In Catal. bibl. Bodleianae I. p. 410. exstant Fragmenta ex Euripide, gr. cum notis F. Vrsini. Antwerp. 1568. 8. *Harl.*



perditorum dramatum reliquias, edit. Hippolyti subiecta: cuius magna pars repetenda mihi esset, si omnia, quae scitu digna et huic disputationi apta viderentur, ex ea adnotarem: quare lectorem ad illam ablegare satius erit, paucis ex illa tantum memoratis. Cap. I. valde culpatur Barnesii negligentiam in colligendis Eur. fragmentis, ut iam antea Heathius in Notis siue Lectionibus in Tragicos, p. 161. in Eur. fragm. Barnesium saepe correxerat. Hinc Musgravius aliam dedit illarum recensionem, in Beckiana editione multo auctius repetitam. Ab Euripide quinque ac septuaginta tragoedias scriptas esse, testatur *M. Varro* apud *A. Gellium*, N. A. XVII. cap. 4. atque praeter XIX, quae supersunt, et vulgo habentur Euripideae, (Rhesum vero ex numero illarum eximendum esse, iam vidimus,) ex perditis tragoediis sex et quinquaginta peruenisse ad nos fragmenta, censet *Valcken.* Diatr. cap. II. p. 10 sq. nempe e catalogo Fabriciano nr. 2. 3. 5. (Ἀλεξάνδραν vero et Ἀλέξανδρον vnam eandemque tragoediam fuisse iudicat,) 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 21. 22. 25. 28. 30. 34. 35. 37. 38. 39. 47. 48. 49. 52. 53. 54. (quam et sequentem vnam fuisse trag. censet,) 56. 62. 64. 65. 66. 68. 69. 71. 73. 75. 78. 79. 81. 82. 83. 85. 86. 88. 89. 90. 94. 95. 97. 98. 99. 103. Idem adnotat, de numero Tragoediarum Euripidis probabiliter egisse *Apollodorum*, grammaticum, in Chronicis, ad Euripideas quoque fortasse adiici posse tragoedias Κάδμος et Ξάντρηαι, reliquas autem, quae commemorantur velut Euripidis tragoediae, aut nulla niti, aut certe dubia auctoritate. Dubia igitur nituntur auctoritate Ἀτρεὺς, Θυέστης, Κερκύων, Νιόβη, Σίσυφος, Φρύγες. Eximendae sunt ex catalogo, praeter illam Καρχίος, tragoediae nr. 4. 24. 25. 41. 44. 50. 63. 67. 70. 72. 74. 76. 84. 87. 93. 96. adde cl. *Beck.* ad Musgravi fragmenta Euripidea p. 495 sqq. *Harl.*

- 1) Αἴγες. Stephanus Byz. in Ἀντρον. Sed ibi pro Αἰξί Meursius et Barnesius tom. II. p. 517. legunt αἰγῆ. [P]
- 2) Αἰγέως Clemens Alex. VI. Strom. p. 622. Stob. Scholiastes Aristoph. ad Aves, v. 494. Euripidis ad Medeam v. 167. Spid. in Δεκατέυην. [Tour. ad Suidam. tom. I. p. 86.]
- 3) Αἰόλος. Strabo lib. VIII. *Dionysius*, Halic. in Arte Rhetor. Hesych. Stob. Scholiastes Comici ad [Nubes, 1374.] Ranas 1523. Suid. Κλήρος Ἐγμῶ. *Plutarch.* de legendis Poetis, Athen. etc. Vide Barnesium in fragmentis p. 444. et 517. [Valcken. Diatr. Eur. cap. 14. p. 146 sq.]
- 4) Ἀλέαδαι vel Ἀλέυαδαι vel Ἀλωῖδαι. Stob. Florileg. p. 55. edit. Grotii, Barnesii Fragmenta p. 446. et 517. *Fabric.* Sed prius fragm. est aut Sophoclis, aut ex incerta Euripidis Trag. posterius ex Sophoclis Aloadis. vid. Valck. Diatr. p. 15. *Harl.*
Εὐριπίδης Τραγωδία δ' ὀκτωκαίδεκα, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν τῇ ἐξῆς εὐρίσεισ σελίδι. Euripidis tragoediae octodecim, quarum nomina in sequenti inuenies pagina. His accessit *Electra*, valde quidem haestenus desiderata tragoedia ac nuper demum in lucem edita. (ex officina Io. Secerii et Petri Brubachii.) Francof. 8. sine anni nota.

Nisi post editas Porti notas, saltem post primam versionem Melanchthonianam in lucem exiisse Brubachianam edit. paullo ante significauimus. Prima edit. Melanchthon. versionis prodit 1558. et exempli Reiskii, (v. eius praef. ad eius animadu. ad Euripidam) inuolucro impressa est anni 1558. nota. Adde cl. Beck. in recensione editionum p. XIV. Fabulae quaeque seorsum editae, suos sibi habent titulos. Hinc Marklandus exemplar habere potuit, quod duobus constitit voluminibus. Ducta vero esse videtur ex edit. Aldina sed qui praefuit operis, is interdum aliam recepit lectionem. Atque Reiske in Praef. ad Animaduers. ad Euripidam etc. „diffiteri, ait, equidem nolim, in illa Seceriana s. Brubachiana editione in lectiones me incidisse egregias, a quibus descitum fuisse recentioribus editoribus, non possum satis mirari.“

*Tragoediarum Eur.* edit. Geneu. 1567. 16. II. vol. e Catal. libr. impress. Mus. Britan. citat cl. Beck.

Εὐριπίδης τραγωδιῶν, ὅσα σώζονται. Euripidis tragoediae quae extant. Cum latina Guil. Canteri interpretatione. Σχόλια τῶν πάντων δοκιμῶν εἰς ἑπτὰ τραγωδίας τῆς Εὐριπίδης, συλλεγόμενα — — scholia doctorum virorum in septem Euripidis tragoedias, ex antiquis exemplaribus ab Arsenio Mouembasiae archiepiscopo collecta. Accesserunt doctae Io. Brodati, Guil. Canteri, Casp. Stiblini, Aemilii Porti in Euripidem Annotationes. Cum indicibus necessariis. Excudebat Paulus Stephanus. anno MDCII. (1602.) 4.

De hac editione, valde rara vide plura apud Clement. l. m. p. 167 sq. In tres partes diuisa est illa: in prima Stephartus scholia graeca, multis partibus emendatiora facta, multis locis emaculata, multaque, male transposita, in meliorem digessit ordinem textuique subiecit. In bibl. Dresdensi est exemplar cum notis MStis. Goetz. in Memor. Bibl. Dresd. II. p. 436. negat, interpretationem latinam vllam factam esse a Cantero et prouocat ad Morhof. Polyhist. tom. I. p. 1038. sed esse contendit versionem Doroth. Camilli, a Porto emendatam.

*Eur. Trag.* cum versione Guil. Canteri, in *Corporē poetarum graecorum tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammaticariorum*, quod lat. et graece vulgauit Jacob. Lessius. Geneuae 1614. fol.

Indicatam legi, sed non vidi edit. *Euripidis Trag.* graece, Francof. 1612. 8.

Εὐριπίδης — Euripidis quae extant omnia: Tragoediae nempe XX. praeter ultimam, omnes completae: Item fragmenta aliarum plusquam LX tragoediarum et Epistolae V. nunc primum et ipsae huc adiectae: scholia demum doctorum virorum in septem priores tragoedias, ex diuersis antiquis exemplaribus undique collecta et concinnata ab Arsenio Monemb. archiepiscopo, — Opera et studio Iosuae Barnes. S. T. B. Emmanuelis collegii apud Cantabrigienses Socii maxime senioris. Cantabrigiae ex officina Iohann Hages, typographi. Impensis Richardi Green, bibliopolae Cantabr. a. dom. MDCXCIV. (1694). fol.

De hac editione, quae quondam optima et luculentissima habebatur, Fabricii iudicium hoc est. „Barnesius et textum accurate recensuit, et post Canteri industriam ad metri rationes diligenter



diligenter castigauit, scholiaque Graeca integra ad priores septem tragoedias subiunxit, castigata et ipsa, et ex MS. codice Collegii Corporis Christi, quod Cantabrigiae est, hinc inde locupletata. Praeterea vniuersum Euripidem selectis virorum doctorum notis et suis animaduersionibus scholiisque illustrauit. Fragmenta quoque Euripidis collegit diligentissime, graeceque et latine exhibuit cum notis versus ad 2068. Denique Epistolas Euripidi tributas graece et latine subiunxit, totique operi binas dissertationes, vnā de Euripidis vita, alteram de tragoedia, scena, illiusque adparatu apud Graecos, musica theatrica et versuum tragicorum legibus, praefixit. Euripidis effigies, qua Barnesius suam exornauit editionem, paulo alia cernitur in prima editione imaginum Fuluii Vrsini, et apud Albertum Rubenium lib. II. de re vestiaria cap. 6. *Fabric.* Barnesius viuere desit Cantabr. 1712. aet. 75. In manibus habeo exemplum cum notis Steinheilii manuscriptis, in quibus autem frequentissime is prouocat ad notas, ab ipso aliis adscriptas auctoribus, aut ad alios libros a se manu exaratos. De Barn. editione v. Acta Erudit. lat. 1695. p. 355 sqq. *Le Clerc* Biblioth. choisie, tom. VI. p. 241 sqq. Hodie minus benigne iudicant eruditi de Barnesii opera et iure multa in ista editione culpan. v. iudicem locupletissimum maximeque idoneum, *Valcken.* in praef. ad Eur. Phoenissas p. VIII. atque *Reiskius* in Animadu. ad Euripidam saepe increpuit Barnesium, nec fragmenta satis diligenter collecta sunt.

Εὐριπίδης Τραγωδίας τελείας ΔΠΙΠΙΙΙ. ἀποσπασμάτια καὶ ἐπιστολαί, cioè *Tragédie di Euripide intere XIX. Frammenti ed Epistole, greco e italiane in versi, illustrati di Annotazioni al Testo greco ed alla Traduzione. Opera del P. Carmeli, Accademico di Padoua.* In Padoua 1743 — 1753. XX. voll. mai. 8.

Notae sunt partim latine partim italice scriptae, nec satisfecerunt eruditorum expectationi. *Paitoni* de versionibus italicis, tom. II. v. Euripide laudat quidem operam Camilli, at *Reiskius* inprimis in Actis Erudit. a. 1748. p. 534 sqq. acre de illa tulit iudicium: *Carinelo* quoque se defendente euulganteque: *Pro Euripide et nouo eius italico interprete diff. P. Carmeli*, S. Th. D. et in Gymnasio Patau. publ. Prof. Patauii 1750. 8. *Reiske* in Act. Erud. a. 1751. p. 614 sqq. acriter respondit. vide cel. *Beck.* l. m. et vitam Reiskii ab eius coniuge editam pag. 51.

Nouam concinnauit recensionem *Sam. Musgrauae*, vsus codd. Paris. Cottoniano, Askeuanis, Harleiano, et collatione cod. Florent. quae subsidia post praefationem enumerat. Is praeter ea consuluit notas editorum, quorum exempla contulit, et aliorum interpretum, e quibus et de coniectura multa loca emendauit in editione splendidissima:

Εὐριπίδης τὰ σωζόμενα: *Euripidis, quae exstant omnia. Tragoedias superstites ad fidem vett. edd. codicumque MSS. cum aliorum, tum praecipue bibl. reg. Paris. recensuit, fragmenta tragoediarum deperditarum collegit, varias lectiones insigniores notasque perpetuas subiecit, interpretationem lat. secundum probatissimas lectiones reformauit Samuel Musgrauae, M. D. Accedunt scholia gr. in VII. priores tragoed. ex optimis et locupletissimis edd. recusa.* Oxonii 1778. IV. voll. 4. mai.

Volumen IV. comprehendit versionem latinam et scholia. conf. ephemer. litter. Gottingenf. supplement. pl. 41. a. 1779. cumprimis cel. *Beckii* censuram in Bibliotheca philol. vol. I. Lipsf. 1779. p. 66 sqq. — Barnesianum exemplum recusum est, sed ita, vt in duobus posterioribus



rioribus tomis omnia, quae Musgravius adnotarat, aut alii singularum tragoediarum editores alique viri docti sparsim, bona, cum ad interpretandum, tum inprimis ad emendandum contextum adtulerant, sollerter, providè et intelligenter collecta in novam hanc editionem transfunderentur a cel. *Beckio*, de graecis litteris adeoque de Euripide ea opera praeclare merito:

*Euripidis Tragoediae, fragmenta, epistolae ex editione Iosuae Barnesii nunc recusa et aucta. Appendice observationum e variis doctorum virorum libris collecta, Tomus I.* (qui ea tantum, quae sunt in Barnesiana editione, reddidit.) Lipsiae 1778. 4.

— tom. II. *Eur.* — *Barnesii, nunc recusa: accedunt fragmenta ex recensione Samuel. Musgrae*, M. D. Lips. 1779. 4. Textus reliquarum tragoediarum est is, quem Barnes. constituerat: Fragmentorum vero collectio auctorem habet Musgravium. Illa excipiunt epistolae Euripideae, et duo indices in Euripidem, tum in scholia, tum in adnotationes.

tom. III. (quem debemus diligentiae Beckii.) *Euripidis — Barnesii nunc recusa, tom. III. continens Samuel. Musgravi notae integras in Euripidem. Accedunt praeter lectionis varietatem scholia auctiora, commentationes et animadversiones virorum doctorum excerptae et index verborum copiosus.* Lipsiae sumtu Engelh. Ben. Suikerti. 1788.

Recensionem codd. atque editionum, quae primum locum occupat, et mihi quoque profuit, iam laudavi. Post sequitur collatio textus Barnesiani et Musgraviiani: tum emendationes editorum scholiorum et nova scholia ab aliis post Barnesianam editionem e MStis eruta, vna cum Heathii commentatione de re metrica Graecorum: post, Musgravi notae integrae et aliorum ex variis editionibus librisque observationum diligenter sobrieque excerptae, cum docta editoris disp. de Rhefo, dein index plenissimus verborum formularumque in editis Euripideis occurrentium, ab Heslero confectus et indices alii: denique largae animadversionum variarum, in his Preuostii ex nova theatri graeci editione, accessiones. Futuri igitur vel cunctarum vel singularum tragoediarum editores in hoc tomò omnia paene subsidia habent parata, quibus siue ingenii bonitate siue codicum auxilio inuenta facilius adiciere possint. Erudita huius editionis censura, ex qua nos quoque profecimus, legitur in ephemeridibus litter. Ien. (*Allgemeine Litteratur Zeitung*,) nr. 86 et 87. a. 1790.

*Singularum tragoediarum* editiones ac versiones latinas aliasque, quia cl. *Beck.* recensuit vberius, paucis hic illas significare sufficiet, accessione correctioneque hinc inde facta.

1) *Hecuba et Iphigenia in Aulide*, gr. apud Theodoricum Alistensem, Louan. 1520. 4. (cum notis MStis in Catal. bibl. Bodleianae, p. 410. tom. I.) — *eadem* gr. et lat. ex versione Erasmi, Basil. apud Froben. 1518. 8. (secundum Cat. bibl. Bodl. l. c.) 1524. 8. — 1530. 4. Paris. apud Morel. 1560. 4. — *Hecuba*, gr. Paris. 1552. apud Valcosan. — gr. et lat. apud Guil. Morell. 1540. 4. 1560. 4. — gr. ibid. — gr. et lat. per Erasmus. Paris. 1543. 4. — gr. cum scholiis graecis apud Io. Lodoicum Tiletan. Paris. 1545. 4. (sec. Beckium: at secundum Maittaire, III. p. 382. Paris. 1547. 4.) — cum metaphrasi poetica Des. Erasmi, edita ab *Henr. Rumpio* Hamburg. 1617. 8. — cum *Dorothei Camilli* (de quo infra in notitia versionis plurium tragoediarum,) versione profaria, sed a Stephano ex Philippi Melanchthonis maxime praelectionibus recognita, et cum metaphrasi poetica Des. Erasmi, in *H. Stephani* tragoediis selectis. 1567. 12. — *Eur. Hec. et Iphig. in Aulide* gr. pro schola Argentinenfi. Argent. per I. Rihelium. 1567. 8. — *Hecuba cum Matth. Heusleri interpretatione et explicatione*, (in vsum puerorum,



puerorum, ad modum Iunckeri.) Lipsiae, 1554. 8. — *Hec.* gr. Paris. apud Morel. 1612. 4. (sec. Beckii notitiam.) — *Hec. Orestes et Phoenissae* collatis decem mssis textum et scholia emendauit, scholiis ineditis, versione elegantiore, notis perpetuis et dissertationibus de metro tragico auxit et illustrauit Io. King. Cantabrig. 1726. 8. conf. de hac edit. Valcken. praefat. ad Eurip. Phoenissas p. IX. — repetita illa est: *Hec. Or. et Phoen.* cum scholiis antiquis ac versionibus notisque Io. King fere integris, curante Thoma Morel, qui *Alceste* adiecit, cum scholiis, quae exstant, noua versione et notis perpetuis in usum scholae Etonensis. Londini, 1748. II. voll. 8. — Nouam recensionem confecit vsus codd. Paris. notasque, vt plurimum criticas, adiecit cel. Rich. Fr. Ph. Brunk: *Euripidis Tragoediae quatuor, Hecuba, Phoenissae, Hippolytus, et Bacchae ex optimis exemplaribus emendatae.* Argentorati, ex offic. Io. Henr. Heitz. 1780. 8. — *Eur.* *Ἑκάβη* e recensione et cum notis R. Fr. Ph. Brunk. Praelectionum causa curauit Georg. Henr. Martini. (Scholae Nicol. Lips. Rector.) Lipsiae, 1781. 8. — *Euripidis Hecuba, selecta varietate lectionis et continua adnotatione illustrauit Christoph. Frid. Ammon*, Phil. D. et Profess. in vniuersit litter. Erlang. Erlangae, sumt. Wolsf. Waltheri, 1789. min. 4. Docta est editio, cuius basis est quidem edit. Barnesiana, at ex Musgrauii et Brunckii ac veteribus edit. saepe refecta et correcta. Varietas lectionum, addita crisi, seiuncta est ab erudito commentario. Subiuncta est latina Dorothei Camilli interpretatio correctior et emendatior. Ex *Winckelmanni* monumentis ineditis nr. 168. aeri incisa est imago Euripidis sedentis, in dextra thyrsus, in sinistra laruam tenentis: ab vtraque parte est index XXXVI. tragoed. Euripidearum, in quo fabula Rhesi multaeque aliae non occurrunt.

*Hecuba* conuersa est in linguam latinam cum Iphigenia in Aulide ab Erasmo, Paris. apud Bodin. 1506. — alia sine l. et a. 4. — apud Aldum, 1507. 8. Viennae Pannoniae, opera Hieron. Vietoris et Io. Singrenii, editore Ioach. Vadiano. mens. Oct. 1511. 4. (de qua editione vid. Mich. Denis in: Wiens Buchdruckergeschichte p. 60 sq.) — Basil. apud Froben. 1518. 8. — itid. Florentiae, apud Iuntam, 1518. 8. Coloniae, 1519. 4. — Londini eod. anno, et tom. I. Operum Erasmi. — Praefatio interpretis exstat inter Erasmi Epistolas XXIX. 24. et apud Maittaire A. T. tom. I. p. 652. — Basil. 1530. 8. (In exemplo, quod est in bibl. Hamburgensi publ. adscripta est ab initio explicatio Georg. Tanneri, I. C. et gr. linguae in acad. Viennensi Prof. 1574.) — *Georgii Anselmi Nepotis Hecuba*, tragoedia Euripidis e graeco in latinum translata. Parmae, Francisc. Vgoletus, 1506. 4. (in Vallieriano Catal. tom. II. pag. 69.) — *Hec. et Iphig. in Aulide ac Medea*, in lat. translatae; haec a Georg. Buchanano, illae ab Erasmo Rot. Paris. 1544. ex offic. Vascosani, 8. (Maittaire A. T. III. part. I. pag. 371.) In linguam germanicam verterunt M. Wolfarth Spangenbergius, Argentorati, 1605. 8. — Io. von Alxinger cum notis, in: Teutschen Mercur 1787. April. p. 3 sqq. Ammon cum *Andromache* et cum animaduersionibus, Erlangae, 1789. 8. — G. B. Mathefius cum examine tragoediae et cum notis, Lipsiae, 1788. 8. — partem a v. 895. vertit I. C. F. Heinzelmänn in: Philosophische Blicke etc. Halae Sax. 1789. 8. part. I. — *Italicae* versiones, (de quibus vide Paiton. in Bibliot. degli autori etc. tom. II. p. 49 sqq. et Bibliothec. Smithianam, Venet. 1745. 4. pag. 163.) sunt auctore Lud. Dolce, Venet. 1543. 8. 1549. 12. 1566. 8. 1569. 12. 1748. 8. et Tragedie di M. Lodou. Dolce, cioè, Giocasta, Medea, Didone, Ifigenia, Thieste, Hecuba, Di nuovo ricorrete e ristampate, in Vinezia, 1560. 12. — tum auctore Io. Balcianello, Vicentino, Veronae, 1592. 8. — Gellio s. nota l. et a. (est editio rarissima, et Gellius ostendit, se in vertenda hac fabula sequutum esse Erasmum.) — interprete Zach. Vallesio,



*Iarisso*, (Venet. 1714.) 8. — Ab *Maria Guarnaccio* cum nonnullis adnotationibus, Florent. 1725. 4. — D. *Antonio Stratico*, Cretensi, Patau, 1733. 4. — in versus toscanos versa a *Stephano Pallauicinio*, in tom. III. p. 49. Operum Steph. Benedicti Pallauicinii, Venet. 1744. 8. — Hec. Phoen. Orest. Medea et Hippol. versae a *Mich. Ang. Carmeli*, Patau. 1743. 1747. 8. per Io. Manfrè. cum textu gr. de qua editione iam supra egimus. — Ad imitationem Euripideae Hecubae italicam composuit *Io. Geo. Trissinus*, Venet. 1560. 8. — In linguam Franco-Gallicam translata est *Hecuba* metrica, a *Lazaro de Baif*, (secundum Catal. Ducis de la Valliere tom. II. p. 69. nr. 2402.) apud H. Stephan. Paris. 1544. 8. — a *Guil. Bouchetel*, apud Robert. Stephan. Paris. 1550. 8. (Maittaire A. T. III. part. II. p. 593. at in catalog. Valleriano l. c. haec eadem versio tribuitur *Lazaro de Baif*. Forte vna eademque est cum superiore, adnotante cl. *Beckio*. Nam Maittaire obseruat, auctorem ab aliis dici Bouchetellum, ab aliis Baifum.) — a *Belin de Ballu*, cum obseruationibus, Paris. 1783. 8. *Preuosti* versio in noua editione Brumoiiani Graecorum theatri, tom. IV. p. 399 sq. a quo etiam reliquae E. Tragoediae versae leguntur tom. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. conf. censuram in: *Journal Encyclopédique à Bouillon*, tom. IV. part. III. 1783. pag. 465.

*Hecuba* in singularibus quoque libellis illustrata est. In notitiam nostram venerunt *Samuel. Battierii* Obs. non spernendae in Eur. Hec. in Museo Heluetico, partic. XVII. Turici, 1750. 8. p. 30 sqq. in eadem part. p. 1 sqq. est *Io. Iac. Zimmermanni* diss. de Theologia Euripidis. — In *Museo Turicensi*, (cuius continuationem propter penuriam emtorum fuisse omittebam, valde dolemus,) tom. I. p. 156 sqq. et tom. II. p. 279 sqq. Turici, 1782. sunt doctae *Io. Iac. Steinbrücheli* Obseruatt. ad Eur. Hecubam. — *Εὐριπίδης τετραχλησμένος Euripidis Hecuba*, selectis Obseruatt. N. T. atticam puritatem et elegantiam comprobantibus simulque non paucos codicis graeci diuinitus inspirati locos difficiliore non parum illustrantibus adornata a *Io. Christ. Weidling*. Gerae, (1758.) 8. — *I. Car. Zeunii* progr. iam supra in notitia codd. laudau. — *Christ. Frider. Ammon* disp. de Euripidis Hecuba, subiunctis obseruationibus in eiusdem Tragici Andromacham, Erlangae, 1788. 4.

2) *Orestes*. Editiones huius dramatis hae fere sunt: — gr. Witteberg. 1577. 8. — gr. apud Feder. Morell. Lutet. 1584. 4. — Paris. apud Libert. 1623. 4. — gr. et lat. Glasg. 1753. 12. — gr. cum varietate lectionis eruditique obseruatt. *I. F. Facii*, Coburgi, 1778. 8. — Sophoclis Oedip. tyrannus et *Euripidis Orestes* ex optimis exemplaribus emendati, Argentor. ex offic. I. H. Heitz. 1779. 8. cum praefat. *Io. Schweighäuseri*, sed cura Brunckii. — In *Sam. Battierii* Praelectione de iis, ad quae potissimum attendi debeat, vt quis in antiquis Graecorum scriptis non solum loca corrupta deprehendere, sed et eadem, si vilo modo id fieri possit, emendare valeat, (in *Museo Heluetico*, part. XIII. Turici, 1749. p. 1 sqq.) varia loca Hecubae, Troad., Phoeniss. vtriusque Iphigeniae, inprimis *Orestis* emendantur.

*Latino* carmino reddidit Orestem *Sigismundus Gelous*, Pannonius. Basil. 1551. 8. In dedicatione ad Martinum Calmantzchi adseuerat, se modo scholiam graecum, modo Aldinas lectiones esse sequutum.

*Anglice* versae sunt trag. Eurip. *Phoeniss. Iphig. in Aulide, Troades et Orestes* in: Select Tragedies of Euripides. Translated from the original greek. Londini, 1780. 8. — *Gallice* a *Preuost*, in: Tragédies d'Euripide etc. Paris. 1778. Praeter Orestem nulla alia in hoc libro inest.

*Samuel.*



*Samuel. Battierii* Obss. in Euripidis Oresten leguntur in Museo Heluetico, part. XVIII. nr. 1. pag. 175 sqq.

3) *Phoenissae*. — Tragoedia — gr. emendata ex MSS. et latina facta ab *Hugone Grotio*. Paris. 1630. 8. Amstel. 1631. 8. (correctore Ger. I. Vossio. vid. plura de hac edit. *Freytag*. in *Adpar. litterar.* tom. III. p. 557 sqq. Vie de Grotius par *Burigny*. I. 162.) — gr. et lat. per *Georg. Calaminum*, Argentini, per *Nic. Wyriot*. 1577. 8.

*Medea et Phoenissae* gr. et lat. cum schol. gr. integris nonnullisque ad *Phoenissas* ē MS. nunc primum editis, studio *Wilhelmi Piers*, qui vitam Euripidis recens a se scriptam et notas variasque lectiones adiecit. Cantabrigiae, 1703. 8. — eadem a *Io. Barnesii*. gr. et lat. Londini, 1715. 8. — (vid. *Acta Erudit.* an. 1704. p. 355. *Clerici Biblioth. choisie*, tom. XI. p. 276. de *Piersii* edit.) — eadem gr. et lat. ex versione *Georgii Buchanani*, Edinburgi, 1722. 8. — *Phoenissae* ex rec. *Barnesii*, cura *Car. Henr. Langii*, Lubec. 1733. 8. — Critica et optima plenissimaque est editio:

*Euripidis Tragoedia Phoenissae*. Interpretationem addidit *H. Grotii*, graeca castigavit et notis, atque adnotationibus instruxit, scholia, partim nunc primum emulgata, subiicit *Ludou. Casp. Valckenaer*. Franekeræ, 1755. 4.

Sequitur est praecipue adcuratam *Kingii* editionem, (de qua vid. ad *Tr. Hecuba*;) sed viginti fere versus tamquam adulterinos Euripideque indignos primus eiecit, reliqua, tam res verbaque poetae, quam scholia doctissime percensuit et explicuit. Secundam editionem, *Lazacio* curante, proditura esse, nunciatum est. — Ex recensione *Valckenaerii* edidit *Phoenissas*, varietatemque lectionis et indicem vocabulor. copiosissimum adiecit *Christ. Gottf. Schütz*. (in praesenti Prof. Ienensis.) Halae Saxon. 1772. 8. — cum *Hecuba*, (vbi vide,) a *Brunckio*, Argentor. 1780. 8. — In *Ler. Nic. Eyringii* Chrestomathia tragica, Gottingae, 1762. 8. *Phoenissae* vltimum locum occupant. — Sunt quoque in Πενταλογία, s. tragoediarum gr. delectu, cum adnotatione *I. Burton*. edit. II. cui observationes indicemque graecum longe auctiorem et emendatiorem adiecit *Thom. Burgess*. Oxon. 1779. 8. II. tom. — atque in *F. A. Wolfii* Tetralogia dramatum graecorum, Halae Saxon. 1787. 8.

Versa haec est tragoedia in linguam latinam. — *Eurip. III. trag. Phoenissae*, *Hippolytus coronatus*, atque *Andromache*, latino carmine conuersae a *Geo. Ratallero*: acceperunt fragmenta ex vett. gr. poetis apud *Stobaeum*, ab eodem auctore eodem versuum genere reditae. Antwerp. apud *Christ. Plantin*. 1581. 16. (conf. *Valcken.* praefat. ad *Eurip. Hippol.*) — Tertia itidem poetica versio *M. Georgii Calamini*, Silesii, additis e regione graecis, Argentor. 1577. 8. et quarta *Iani Guilelmi*, Lubecensis, Rostoch. 1579. 8. praemissis fragmentis translationis veteris tragici latini. — Italice vertit *Phoen.* *Zachar. Valaresus*, in 8. — Anglice, in: *Selects Trag. of Eurip.* (vid. ad *Oresten*.)

Illustrata est haec *Trag.* a variis viris doctis. Observations sur quelques endroits de *Phoeniciennes*, in *Historia acad.* Paris. Inscript. tom. V. p. 119. — add. *Fraguier* in *Comment. illius Soc.* vol. II. p. 409. — *M. Carol. Henr. Lang*, Conrector Gymnasii Lubecensis, edidit Specimen in Observationibus suis sacris, Lubec. 1735. 8. postea Animaduersiones criticas in *Phoenissas* Euripidis ex edit. *Iosuae Barnesii*, in: *Hamburg. vermischte Bibliothek.* Hamburg. vol. I. part. I. 1743. 8. p. 137 sqq. et part. VI. p. 1019 sqq. In Epistola ad editores praemissa



missa et scripta d. XXIV. Dec. 1742. se, scribit, contulisse editt. Heruagii, Canteri, Grotii, Kingii et Pierfii, item *Salmasii* et *Scaligeri* emendationes, a I. A. Fabricio in usus ipsius concessas. Quando vero p. 1020. scribit ad v. 737. Barnesianam quamdam emendationem iam legi in textu Canteri a Paulo *Manutio* MDCII. 4. edito, aberrasse videtur memoria, et dare voluit a *Paullo Stephano*. — Idem *Langius* edidit tres prolusiones, f. tria Specimina Observationum philologicarum in N. T. ex Euripide collectarum. Lubecae, 1734 — 1736. Persequitur XXII. capita Matthaei et ex dispersis locis Euripideis vt plurimum vocabula aut loquendi formulas S. Matthaei illustrat. — *Battierii* Obs. in Euripidem sunt in Museo Heluetico, partic. XIX. p. 341 sqq. Praeter verba poetae rationem quoque habet et metri et scholiasticis, laudatque cod. *Origenis* MSS. bibliothec. academ. Basil. e quo locum Eurip. adducit examinatque. — Cel. *Mori* comm. ad Phoen. iam supra in Catal. tragoediarum laudauit.

4) *Medea*. Editiones: gr. cum schol. graecis. Paris. 1545. apud Io. Lodoicum Tiletanum. — cum versione profana *Dorothei Canilli*, recognita ex Phil. Melanchthonis maxime praelectionibus, et cum metaphrasi *Georgii Buchanani* <sup>1)</sup>, qui carmine latino Medeam reddidit, exstat in tragoediis selectis H. Stephani. 1567. 12. — gr. cum vers. *Buchanani*, Argentini. 1576. 8. — Cum eadem *Buchanani* metaphrasi, (Paris. 1544. 8. vid. supra in Hecuba,) quae et separatim et inter poemata eius (Lugd. Bat. 1621.) plus simplici vice prodierat, eam trag. recudi fecit *Henricus Rumpius*. Hamburg. 1620. 8. — graece, Paris. apud Morel. 1622. 4. — *Medea et Alceſtis*, gr. et lat. cum metaphrasi *Buchanani*. Edinburg. 1722. 12. 1726. 8. — *Medea* cum scholiis, gr. et lat. Londin. 1734. 1754. 4. — gr. et lat. Glasguae, 1775. 8. — Critica est editio cum notis *Brunkii* criticis. *Aeschyli* Trag. Prometheus, Persae et Septem ad Thebas, *Sophoclis* Antigone, *Euripidis* *Medea*. Argentorati, ex offic. I. H. Heitz. 1779. 8. — *Thomas* quoque *Hobbesius*, adhuc in ludo litterario degens, *Euripidis* Medeam simili metro latinis versibus eleganter expressit, vt in auctario ad eius vitam tradit Radulphus Bathurst pag. 33. De edit. *Wilhelmi Piers* diximus paullo ante in Phoenissis. Exemplum cum notis mssis est in Biblioth. Dresdensi.

Versiones: latina, separatim, *Georgii Buchanani*, Scoti, Franciscanus et fratres, elegiarum lib. I. Siluarum lib. I. Odarum lib. I. *Euripidis Medea et Alceſtis* eodem interprete etc. Basil. 1568. 8. — Fabricius manu adscripserat orae exempli sui: „Vltraiecti, 1543. 8. Medeam latinis versibus interpretatus est etiam *Petrus Tiara*. — *Phoenissae*, latine, opera *Iani Guilielmi*, Rostoch. 1579. 8.“ — *hispanica*, auctore Petr. Sim. Abril. Barcell. 1599. — *Gallicam* Io. Anton. Bayſii memorat Fabricius ex *Verderii* bibliotheca gallica, pag. 641.

Illustrata aut examinata est aliquoties *Medea*. De Hardionis et Hurdii diuersis sententiis vid. supra in *Medea*, f. in Catalog. trag. — *Erarmi Vindingii*, Paulli F. commentarius in Medeam vsque ad vers. 340. excusus est Hafniae, 1657. 4. — Dissertazioni due dell' Ab. *Gio.*

*Girolamo*

1) Ex msto Fabricii: Maleuolorum calumniam interpretor, quod apud H. Stephanum de bene institutis gr. linguae studiis p. 116. Buchanani ab aemulis dictus est, versionem Medae ex, nescio qua, bibliotheca surripuisse. Ex qua enim bibliotheca surripuit tot alias cultissimas metaphrases

suas et tot alia poemata, quibus nihil est elegantius, et quod ad Euripidis Medeam et Alceſtin adtinet, nihil fidelius quoque, licet tragicum cothurnum in illis desiderent Memoriae Treuoltinae an. 1729. pag. 785.



*Girolamo Carli* — la prima full' impresa degli Argonauti e i posteriori fatti di Giafone e di Medea; la seconda sopra un antico bassorilievo rappresentante la *Medea di Euripide*, conservato nel Museo dell' academia di Mantova. Mant. 1785. 8. — (vid. cel. *Beck*. in Recensione etc. pag. XX.) — Ueber den Character der Medea. Altenburg. 1789. 8. Melius vero et vberius id argumentum persequutus est, et, quae venusta pulcraque sunt in hac trag. contra *Meinersii* iudicium eleganter defendit atque explicuit cl. D. *Henr. Blümner*: Ueber die Medea von Euripides. Lipsiae, 1790. 8. Primum recenset haud paucos Graecos, Latinos et recentiores, qui trag. *Medea* inscriptas confecerunt. Tum intelligenter persequitur potiora, comparatque alios poetas, in eodem argumento versatos, et examinat *Hardionis*, *Hurdii*, *Cornille* (in Opp. tom. II. examen de Médée) *Preuostique* iudicia de nostro dramate.

5) *Hippolytus*. Editiones separatim prodierunt — gr. Wittebergae, 1582. 8. — gr. et lat. adiuncto *Senecae* Hippolyto, sine a. et l. nota. 8. Senecae trag. in ora additae sunt variae lectiones aut coniecturae. Antiqua autem est editio, nam exempli mei possessor in fronte scripsit, se an. 1599. accepisse dono ab *Hertelio* commilitone carissimo. — Nouam fecit recensionem *Sam. Musgrae*: *Hippolytus* ex MSS. biblioth. regiae Paris. emendatus cum variis lectionibus et notis editoris. Oxon. 1756. 4. — Praestantissima et praeclaris accessionibus, praecipue de fragmentis et deperditis Eurip. fabulis, ornata est editio:

*Euripidis tragoedia Hippolytus, quam latino carmine conuersam a Georgio Ratallero, adnotationibus instruxit Lud. Casp. Valckenaer.* Lugd. Bat. 1768. mai. 4.

Addita pars II. inscripta est: *Lud. Casp. Valckenarii Diatribe in Euripidis perditorum Reliquias.* ibid. 1767.

Ex recensione et cum animaduersis *Brunckii* recudi fecit Hippolytum cl. *Martini*, Rector scholae Nicolaitan. Lipsiae, 1788. 8.

Latino carmine conuersa est haec trag. cum *Phoenissis* et *Androm.* a *Georgio Ratallero*: Antwerp. apud Chph. Plantin. 1581. 12. (16.) — Italico, a *Benedicto Pasqualigo*. Venet. 1730. 8. — versio italica est in tom. II. I Capi d' Opera del teatro antico e moderno italiano e straniero. Venet. 1789. — — carmine italico Abb. *Franc. Boaretti*. Venet. 1789. 8. — Gallico sermone in *Brumoei* Theatro Graecorum, Paris. 1730. vol. III. 4. Amstel. 1732. vol. VI. 8.

Libellos quosdam, in quibus examinatur aut illustratur Hippolytus, iam supra in indice fabularum laudaui. His addatur Dissertatio super ἀναγλυφῶν veteris Sarcophagi marmorei, quem hodie in aede Agrigentinorum cathedrali fontis baptismalis loco usurpare solent, auctore *Vincentio Gallio*, Agrigentino, caussarum patrono, in: Antiquorum monumentorum sylloge, quam collegit, partim interpretatus est atque edidit *Ge. Henr. Martini*, Lipsiae, 1783. 8. p. 1 fqq. — Legitur ea commentatio italice scripta in: Raccolta di Opuscoli di Autori Siciliani, vol. XIV. 1773. et, adnotante cl. *Beckio*, artificem *Hippolyti* tragoediam Euripideam caelo expressisse, coniecerunt *Riedeselius*, *Gallius* atque *Martinius*. Ad illustrandum Hippolytum multa adferuntur.

6) *Alceſtis*. Separatim edit. gr. Paris. 1619. apud Libert. 4. — cum scholiis gr. et versione lat. *Buchanani*, e recensione et cum notis *Ios. Barnesii*. Curauit et indicem omnium vocum



vocum adiecit *Io. Frid. Sal. Kaltwasser*, (in praesenti, Gymnasii Gothani Professor.) Gothae, 1776. 8. — Morelli edit. iam adtulimus ad Hecubam. — gr. et lat. cum notis Barnesii, Musgravi, Reiskii, aliorumque, quibus et suas adiecit *Christjan. Theoph. Kuinoel*. Lipsiae, 1789. mai. 8.

*Latino* carmine reddita est *Georg. Buchanano* interprete, (impressa Lutet. mens. Dec. 1556.) ex offic. Mich. Vascolani. 1557. 4. Quod autem privilegium datum fuerit Vascolano iam VII. Id. Febr. 1553. Maittaire A. T. III. part. II. p. 700. suspicatur, aliam praecessisse editionem. — Wittebergae, 1581. 8. — *Italico* carmine a *Io. Baptista Parisotto*, in tom. XII. Collectionis opusculorum philologicorum, (Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici.) Venet. 1735. 12. — Imitatus est recens poeta Italus in Tragicomoedia, cui titulus: L'Alessandro in Susa, in Galleria di Minerua tom. VI. p. 89. adde cl. Beck. p. XIX. — *Gallica* prosa vertit *Brumoy* in Theatro Graec. Paris. 1730. tom. III. 4. Amsterd. 1732. 8. tom. VI. — De germanica *Seyboldi* versione et aliis huc pertinentibus scriptis vid. supra in indice tragoe-diarum: quibus adde *Albert. Georgii Walchii* progr. quo illustrantur simul loca aliquot librorum N. T. ex Euripidis Alceste. Schleusingae, 1789.

7) *Andromache*. Verterat eam olim quoque *Ennius*. vid. *Scaligerum* ad Varronem p. 12. *Hieronymo* tamen *Columnae* ad fragm. Ennii p. 234. Enniana Andromache alterius argumenti, quam Euripidea, esse videtur. — Edita est gr. cum Didaci Pyrrhi, Lusitani, de remediis aduersus fortunae impetus e tragoedia petendis ad Hieronymum Franciscum carmine elegiaco, Louan. ex offic. Rutgerii Roscii. 1537. 4. — gr. cum versione metrica *Q. Septimii Florentis Christiani*, Paris. curante *Henr. Rumpio*, Hamburgi, 1619. 8. — Sophoclis *Electra* et *Eurip. Andromache*, ex optimis exemplaribus emendatae. Argentorati, 1779. 8. cum praefat. *Io. Schweighäuseri* et obs. maxime criticis *R. Ph. Fr. Brunck*.

*Germanice* ab *Ammonio*, vid. Hecubam.

*Latine* vertit praeter *Q. Septim. Florentem Christianum* cuius versio cum notis ad ipsam gr. fabulam prodiit Lugd. Bat. apud Franc. Raphelingium, 1594. 8. (et versio eius et notae criticae editori futuro prodesse possunt.) — *Georg. Ratallerus*, vid. in *Phoenissis*; *italice*, *Christoph. Guidiccioni* Bacchas, Supplices, Andromachen, et Troades, in libro: *Tragedie trasportate della Greca nella Italiana Favola*. Luccae, 1747. 4. — *Observations sur le Texte de l'Andromache*, in: *Hist. de l'Acad. — des Inscr.* tom. IX. p. 36 sqq.

8) *Supplices*. editio. *Euripidis Drama: Supplices mulieres ad codd. mss. recensitum, et, versione correctâ, notis uberioribus illustratum. Accedit de Graecorum quinta declinatione imparisyllabica et inde formata Latinorum tertia, quaestio grammatica. Cum explicatione locorum aliquot ex auctoribus graecis et latinis*. Londini. (edit. Ier. Markland.) Excudeb. Gul. Bowyer. 1763. mai. 4. — rec. Londini exc. Gul. Bowyer et I. Nichols. 1775. 8. in qua vero editione notae sunt textui subiectae, et omissa est explicatio locorum aliquot ex auct. gr. et latinis.

Versa est trag. *italice*. vid. *Andromachen*.

9) *Vtraque*



9) *Vtraque Iphigenia*: edita est *Iphig. in Aulide* gr. cum metaphrasi s. versione metrica latina *Erasmii*, (quae Londini 1519. et in tom. I. Operum eius lucem vidit,) curante *Henr. Rumpio*, recusa Hamburgi 1618. 8. — cum eadem metaphrasi prosariaque *Dorothei Camilli*, sed ex *Philippi Melanchthonis* maxime praelectionibus recognita versione, in tragoediis selectis *H. Stephani*. — *Euripidis Dramata, Iphigenia in Aulide et Iphigenia in Tauris*. Ad codd. msst. recensuit et notulas adiecit *Ier. Markland*. Londini excudebant Bowyer et Nichols. 1771. 8. Vfus est collatione trium codd. Paris. in vtraque trag. Oxoniensis in *Iphigenia Taurica*. Fundus est edit. *Barnesii*: textum raro mutavit: liberius vero egit in distinctionibus et in versione latina, textui ad calcem subiecta. — recusa est Londini cura et sumptibus *Io. Nichols*. 1783. 8. at vitiose, omissis praeterea interdum notis integris, quae in priore editione, ideo meliore, reperiuntur. — *Sophoclis Philoctetes, Euripidis Hecuba, Medea, Iphigenia in Aulide*, graece, indicem graeco-latinum et mantissam variarum lectionum adiecit *Angustus Herm. Niemeyer*, Theologiae P. P. Halae, 1781. 8.

*Germanice* verterunt *Iphig. in Aulide* *Baptista de Rochlitz*, 1584. et *D. Io. Bernhard Koehler*, cum animaduersionibus criticis, Berolin. 1778. 8. — liberius, mutato argumento nouisque inuentis auctam, expressit eam in dramate, iambicis versibus conscripto, *Io. Wolfg. de Goethe* in: *Iphigenie auf Tauris, ein Schauspiel in fünf Aufzügen*, in eius Operibus, Lipsiae, 1787. 8. tom. III. p. 1 — 136. — Des Herrn *Racine* Trauerspiel *Iphigenia*, vor einigen Jahren ins deutsche übersetzt, nunmehr aber mit einer Vorrede und einem Auszuge aus der griechischen *Iphigenia* des Euripides ans Licht gestellt von *Io. Christoph Gottscheden*. Lipsiae, 1734. 8. — Laudatur Musica siue, vti vocatur, Opera in: *Iphigenie in Tauride. Tragedie en IV. actes par Mr. Gaillard — arrangée pour le Clavecin par I. Charl. Fred. Rellstab, mise en musique par Mr. le Chevalier Gluck*. Berol. 1790. — *italice, Dolce*, Venet. 1566. et 1597. 12. — vtramque *Iphigeniam*, metrica, *Io. Bapt. Carracciolus*, cum textu graeco et adnotationibus, Florent. 1729. 8. — *latine et italice* *Alexander de Pazzis*, Florentinus, (notante *Fabr.* in additamentis mstis. — Loca in *Iphig. Eurip.* vertit *italice et diiudicat Comes Carli* in Operib. tom. XVII. Milani, 1787. 8. med. vbi recusus est liber eius: *Dell' Indole del teatro tragico antico e moderno*, (primum editus in: *Raccolta del P. Calogera*, tom. XXXV.) Opponit se defensoribus antiqui graeci theatri, contendens, theatrum accommodari debere nostris moribus, et specimen dat in *Iffigenia in Tauri*, quae trag. Venet. 1744. cum plausu acta esse dicitur, et hic recusa est. — *Gallice*, versibus, *Thom. Sibillet*, Paris. 1549. 12. et secundum *Maittaire A. T.* in indice, 1550. 8. — *Anglice, West*, adiecitque suae *Pindari* editioni. — alius in: *Select Tragedies of Euripides*, Londini, 1780. 8.

Praeter memoratas supra in indice tragoediarum Eurip. commentationes notari debent: *Remarques critiques sur le texte et sur les traductions de l'Iphigenie en Tauride*, in: *Hist. de l'Acad.* — des Inscr. vol. XXXI. pag. 173 sqq.

10) *Rhesus*. De hac tragoedia et controuersia, de auctore agitata, iam in indice tragoediarum disseruimus. — Separatim edita est gr. *Basileae*, apud *Herwagium* s. anni nota.

11) *Troades*. *Fabricius* manu adscriptit orae exempli sui: „*Virgilium lib. II. Aeneidos idem argumentum tractasse et praecipua lumina sua ex Euripidis Troadibus sumsisse*, notat *Vitus Winsenius*, qui hanc tragoediam in publicis praelectionibus explicuit *Wittebergae* 1562.



1562. — In bibl. Menarsiana p. 332. occurrunt *Troades Euripidis* versibus gallicis, MS. in membrana elegantissime cum iconibus non publici saporis. — Separatim prodierunt gr. Paris. apud Libert. 1622. 4. — *Troades Euripidis, cum interpretatione latina emidenti ac dilucida Philippi Melanchthonis*. Argentinae, excud. Wyriot. 1578. 8.

12) De *Baccharum* edit. Brunckiana supra iam egimus.

13) *Cyclops*. Praeter ea, quae supra in notitia fabularum disputata sunt, hic quaedam addenda adnotandaque videntur. — *Cyclops*, graece, cum Q. Sept. Florentis Christiani metaphrasi, curante in usum gymnasii Hamburg. Henr. Rumpio. Hamburg. 1618. 8. — *Euripidis Cyclops* latinitate donata (donatus) a Q. Septimio Florente Christiano. Adiuncta sunt quaedam Epigrammata gr. veterum poetarum ex Anthologiae libris sparsim et quasi pet satura collecta, Helmstadii, typis et sumtibus Henningii Mülleri. 1653. — *Euripidis Cyclops* graece. Recensuit et perpetua adnotatione illustravit Io. Georg. Christian. Hoepfner. Lipsiae, 1789. 8. In praefat. vir doctiss. de subsidiis, quae adhibuit, editt. et versionibus huius fabulae, et de iis, qui de poesi satirica scripserunt, plene agit atque in notis vberimis explicat res verbaque poetae et artiozem cum graecis scriptoribus ostendit familiaritatem.

Versa est haec tragoedia ab Antonio Mar. Saluino, cum versione Casauboniani lib. de P. S. italica, Florent. 1728. 4. — a Zanettio, Patavii, 1749. 8. — a Francisco Angiolino, vna cum Electra, Oedipo et Antigone Sophoclis, Romae, 1782. 8.

14) *Heracidae*, gr. apud Io. Libert. Paris. 1627. 4.

15) *Ion*. Illustrations of Euripides on the Ion and the Bacchae. By Richard Paul Iodrell, Esq. F. R. I. Londini, 1781. med. 8. II. tom. Multa quidem, quae ad oeconomiam, fabularum expositionem artemque poetae pertinent, bene persequutus est, et quibusdam locis addendit lucem: sed nimius esse dicitur in explicandis rebus mythologicis, antiquariis iisque, quae alibi ad nauseam vsque sint collecta et iam refutata, colligendis.

16) *Electra*. Est quoque in Noua Chrestomathia tragica graeco-latina, edita a Io. Carolo Volborth. Gottingae, 1776. 8. — italice, metrica a Francisco Boaretti, Venetiis, 1789. 8. — Gallice versa a Larchero. Paris. 1750.

[Minores quasdam singularum Tragoediarum Eur. editiones Anglicas recenset Heynius in: Götting. Magazin der Wiss. I. Jahrg. 6. Stück, p. 463 sq. Beck.]

Plurimum vel omnium Euripidearum tragoediarum versiones hae fere sunt. *Euripidis* Trag. latine, Erasmo Roterod. interprete, Venet. 1507. 8. (in Lucii Catal. Moeno-Francfurt. libr. philosoph. p. 101.) — *Latina prosa* XVIII. tragoedias Eurip. primus vertit Rudolphus Collinus, Scholae Tigurinae Professor, cuius versio, sed ipso ignoto, sub ficto Dorothei Camilli nomine prodit. Fictum esse nomen diserte tradit Gesnerus in bibliotheca, pag. 229. b. Sed Collinum esse auctorem, docet Hottingerus in Schola Tigurina, p. 91. I. Fr. Felleri Monum. inedit. p. 619. item M. Georg. Lizelius in Historia poetar. graecorum Germaniae, — Francofurti et Lipsiae, 1730. p. 74 sq. — *Euripidis tragoediae XVIII. singulari nunc primum diligentia ac fide per Dor. Camillum Latio donatae et in lucem editae*, ex offic. Rob. Winter. Basil. 1541. mens. Aug. 8. — ibid. 1550. 8. (sunt hic cum *Electra*, aliis typis expressa XVIII. in fine legitur: Bernae in Helvetiis, Matthias Apiarius excudebat, expensis Io. Oporini. vid. Memorab. Biblioth. Dresd. II. p. 437.) — Francof. 1562. 8.

*Eurip.*



*Eurip. Tragoed. quae hodie exstant, latine soluta oratione ad verbum redditae — e praelectionibus Phil. Melanchthonis cum praefatione Guil. Xylandri.* Basil. 1558. 8. exceptis tamen Hecuba, Iphigenia, Ione, Hercule et Electra: quas in priorē editione incuria eorum, quibus Basileam eas perferendi partes mandarat Xylander, interceptas esse, conqueritur ille in praefat. ad alteram editionem pleniorē integramque, quae prodit cum nouā praefat. Xylandri, qua ostendit, quantum haec editio priori praestet, Francof. apud Lud. Lucium. 1562. 8. in hac praefat. narrat Xylander, se ante quatuor annos iam edidisse illam versionem, cuius exemplaribus diuenditis, se illam recognosse atque curasse, ut *Philippeus Euripides correxior auctior in lucem prodiret.* In priorē edit. Xylander suam Hecubae versionem, longe quidem fideliorē et elegantiorē illa Collini, dederat, quam, quum *Hecubam latine ex ore Philippi exceptam*, per Oporinum accepisset, in altera omisit editionē. Circa finem addita est *Stibliniana* interpretatio Electrae. Fallitur *Morhof.* in Polyhist. litter. I. lib. VII. cap. II. nr. 7. p. 1037. existimans, a Melanchthone numquam conuersum esse Euripidein. conf. *Lizeli* Historia poetarum graecorum Germaniae, pag. 18 sqq. et pag. 74.

In *Io. Iac. Steinbrychelii* Tragico-Theatro Graecorum, (*Das tragische Theater der Griechen*, Euripides vol. I.) Tiguri, 1763. 8. leguntur Hecuba, Iphigenia in Aulide, Phoenissae et Hippolytus, germanice et quidem prosaice conuersae. [In *Schilleri Thalia* part. VIII. Lips. 1789. Phoenissarum Euripidis pars vsque ad secundum chorum versibus iamb. reddita est. *Beck.*] — *Italicam, Carmeli* versionem iam supra memorauimus. — *Gallice* conuersae sunt trag. Hippolytus, utraque Iphigenia, Alceſtis et Cyclops, a *Brumoy* in theatro Graecorum, de quo libro et Euripidis versione vid. *Critique des Journaux*, tom. II. p. 223. *Journ. litteraire*, tom. XV. p. 486. — *Les tragedies d' Euripide, traduites du Grec par Mr. Prevost*, Paris. 1783. sq. tom. I — III. 8. Prevost vsus est *Musgrauii*, *Heathii* aliorumque virorum doctorum obseruationibus atque emendationibus. Interpretatio eius prosaica per se grata lectu est: sed comparato graeco contextu studium et ars vertentis conspicitur. Singulis partibus adiunctae sunt interpretationes atque annotationes ad crisin atque artem, quam vocant, aestheticam pertinentes. Eadem versio inserta est nouae editioni Theatri Graecorum *Brumoi*ani, — auct. a *Rocheſort* et du Theil et alio non nominato, (Paris. 1785. sqq. 8. in.) tom. IV — X. (1786. sqq.) mutata inscriptione: *Théâtre des Grecs — remarques nouvelles, par M\*\*\* et par M. Prevost.* — *Fabricius* in nota iusta addidit haec: „Euripidem gallice translatus a Bernardino de Bouchetel refert *Crucimanius* in Biblioth. gallica pag. 32. idem pag. 142. de Guilelmo Bouchetello refert, eum tragoedias quasdam Euripidis in gallicam linguam vertisse. Biblioth. Françoisse, tom. XIV. p. 1.“ — — *Anglice*: Hippolytus, utraque Iphigenia, Alceſte et Cyclops, a *Lenox*. Londini, 1759. 4. III. tom. — *The Tragedies of Euripides translated by R. Potter.* In two volumes. Londini. 1781. f. 4. — *The Nineteen Tragedies and fragments of Euripides by Michel Wodhall, Esq.* Lond. IV. voll. 8. Payne and Son. 1782. Magis a fide, quam a vi atque elegantia laudatur haec versio. *Harl.*]

*Henrici Stephani* animaduersiones in Sophoclem, Paris. 1568. 8. et *Francisci Porti* Cretensis collationem Sophoclis Euripidisque, Morgii, 1584. 4. supra in Sophocle commemorauimus. Aristologiam Euripideam siue sententias ex Euripide excerptas graecae et latine cum notis vulgauit *Michael Neander*, Basil. 1559. 4. Ne dicam de sententiis Euripidis, quas ex illius dramatis siue iis, quae exstant, siue ex illis, quae perierunt, selegit et



elegantissima metaphrasi latina donavit in excerptis Tragicorum et Comicum vir summus *Hugo Grotius*, Paris. 1626. 4. *Thomas* quoque *Stanleius* in Euripidem varia collegit, quae manu ipsius exarata reperiuntur in Bibliotheca Reu. Episcopi Noruicensis. *Iohannis Miltoni* atque *Iac. Duporti* ineditas ad Euripidem observationes subinde laudari obseruo a *Barnesio*. *Fabric.* Addantur alia scripta, iis, quae supra iam sunt commemorata, omisiss. *Ben. Heath.* notas — ad tragicorum — Euripidis — dramata etc. iam in Aeschyllo laudau. — *Io. Iac. Reiske* Animaduersiones ad Euripidam et Aristophanem. Lipsiae, 1754. 8. — Lettere del Sig. Ab. *Giouanni Christofano Amaduzzi* sopra un antico marmore contenente il Catalogo delle Tragedie d' Euripide e sopra altre cose antiche. — Lucca, 1767. idem monumentum est repetitum in Theatro Graec. tom. IV. pag. 313. — Quae commentationes in Euripidem reperiuntur in Historia et Commentariis societ. regiae Paris. Inscript. partim iam ego passim memorau, cunctas vero vno loco retulerunt cl. *Beck.* in Recensione scriptorum in Eurip. pag. XX. et cl. *de Blankenburg* ad Sulzer. art. *Euripides*, pag. 121. — *Andr. Gocheui* Specimen philologicar. in N. T. adnotationum ex Euripide, in *Ikenii* Symbolis litterar. tom. IV. pag. 304 sqq. — In Miscellaneis Obseruatt. Batau. huc pertinent vol. I. tom. II. pag. 150 — 153. vol. II. tom. I. pag. 92 — 98. tom. III. pag. 321. et (Georg. d'Arnaud) Obseruatt. vol. VI. tom. III. pag. 583 — 597. — *Varia Euripidis* loca tentantur et corriguntur in *Pierfonii* Verisimilibus, *Toupii* Opusculis criticis, in *D'Orville* Vanno critica pag. 248. et saepius, in eiusdem *D'Orv.* commentario ad Chariton. passim, *Eriti Huberti van Eldick* suspicionum specimine, (Zutphan. 1764. 4.) cap. I. in *Frid. Jacobs* Specimine emendationum in Auctores veteres cum graecos tum latinos, (Gothae, 1786. 8.) in *Aug. Matthias* Obseruatt. criticis, (Gottingae, 1789. 8.) cap. II. pag. 11 sqq. — Inprimis commendandae sunt et ab acumine ac subtilitate laudandae *Frid. Jacobs* animaduersiones in Euripidis Tragoedias etc. Gothae et Amstelod. 1790. 8. atque *Sam. Mungraue* Exercitationum in Euripidem libr. II. Lugd. Batau. 1762. 8. — Eleganter disputat *G. E. Lessing* in: Hamburg. Dramaturgie, Hamburg. tom. I. pag. 308 sqq. adde *Benedicti Averani* diss. XXVI. in varia Euripidis loca, Flor. 1716. fol. tom. I. Oper. (Giornale d'Italia, tom. XXIV. pag. 429 sq. Biblioth. ancienne et moderne, tom. II. pag. 171. Mem. de Trevoux, 1718. Dec. pag. 1048 sq.) *Merian* von dem Einflusse der Wissenschaften auf die Dichtkunst, tom. I. pag. 157 sqq. germ. verf. *Harl.*

IV. Iam Catalogum scriptorum in Scholiis Graecis ad Euripidem citatorum subiicere iuuat, qui in editione Cantabrigiensis non minus quam aliis hactenus vulgatis desideratur: [P] [quem cl. *Beck.* in ultimo tomo insigniter auxit, et hic repetii]

*Catalogus scriptorum in Scholiis Graecis ad Euripidem laudatorum:*

*Achaeus*, ἐν Ἀἰῶσι. Or. 383.

*Aegyptius* [leg. Aegis, siue Aegias \*), cuius cum Dercyllo meminit *Clemens Alex.* 1. Str. p. 321.] Phoen. 13.

*Aeschines*. Orest. 137a.

*Aeschylus*. Alc. 56. Orest. 678. [schol. cod. Bar. v. 819.] Phoen. 172. 216. 949. 1026. 1118.

ἐν Ἀγασμέμνονι schol. cod. Baroc. Phoen. 246.

a) Athenaco *Agias*, atque *Vossio* in Hist. Graecia.



- ἐν Γλαύκῳ. Phoen. 1201. (1198.)  
ταῖς τῷ Διονύσῃ τροφοῖς. Med. argu-  
ment.  
ἐπτα ἐπὶ θήβαις. Phoen. 755. (schol.  
cod. Bar. 246.)  
Νηρεῖσι. Phoen. 218.  
Νιόβῃ. Phoen. 162.  
Ὁ τὸν Αἰγύμιον ποιήσας schol. o. l. August.  
Phoen. 1123.  
Alexander. Androm. 4.  
Alcman. Hec. 12.  
Ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας. Orest.  
998.  
Amelesagoras. Alc. 1.  
Amphilochus. Phoen. 674.  
Amphion μέλεις et cithara ἐπταχόρδῳ The-  
bas muro cingens. Phoen. 116. 294.  
Anacreon. Hec. 933. 934.  
Anaxagoras Hip. 601. Eius Philosophiam se-  
quitur Euripides, Orest. 980.  
Anaxandrides ὁ Delphus. Alc. 1.  
Anaxicrates. Med. 19.  
ἐν β' Ἀργολικῶν. Andr. 221.  
Androtion. Phoen. 674.  
Anonymus poeta Hec. 570. schol. cod. Aug.  
Phoen. 52. Med. 1. Andr. 183.  
Antimachus. Orest. 390. ἐν Ἀθήνῃ [Barnes.  
legit θηβαῖδιν] Phoen. 44. Sed cum Meur-  
sio p. 1226. bibl. gr. legendum ἐν Λύδῃ.  
Apollodorus. Alc. 1. Med. 48.  
Cyrenaëus. Orest. 1385.  
Tarsensis. Med. 169.  
Apollonius. Med. 1334.  
Aratus. Phoen. 1. schol. cod. Aug. 1123.  
Archilochus. Med. 679. 708.  
Aristides ἐν Πανῶθ. schol. cod. Bar. Phoen.  
1109.  
Aristodemus. Phoen. 162. 1126. 1164.  
Aristophanes. Hec. 150. 444. Hip. 345. Med.  
46. 1027. Orest. 14. 162. 168. (167.) 279.  
340. (335.) 488. 1661. Phoen. 28. 1416.  
1662. schol. cod. Bar.  
ἐν Βατρᾶχοις. Orest. 901.  
Θεσμοφοριαζέσαις. Hec. 225.  
Νιόβῃ. Phoen. 162.  
Πλάτῳ. Phoen. 1416. (schol. Bar. cod.  
393.)  
Aristophanes Grammaticus. Hip. 172. 612.  
Orest. 709. 1037. 1287.  
Aristoteles Med. 19. Hip. 191. περὶ κόσμου.  
Hec. 12.  
Aristoxenus Musicus. (cod. coll. C.) Hec.  
286.  
Asclepiades. Hec. 1272. Orest. 1645. bis.  
Phoen. 45. Schol. cod. Aug. 50.  
ἐν τραγωδευμένοις. Alc. 1.  
Batrachomyomachia [Homeri] Orest. 786.  
Callimachus Hec. 934. Hipp. 11. 979. Med.  
1334. Phoen. 136. 858.  
ἐν Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. Hip. 146.  
Callistratus, Euripidis, ut videtur, enarrator.  
Orest. 314. 434. 1037.  
Chilonis μηδὲν ἄγαν. Hip. 265. Med. 125.  
Phoen. 587.  
Clitodemus. Med. 19.  
Comicus incertus, Schol. cod. Aug. Orest. 233.  
Crates Orest. 1230. Phoen. 216.  
Cratinus.  
ἐν Θράτταις. Hec. 838.  
Creophylus. Med. 273.  
Critias Hip. 265. [P]  
Cyclus, siue Cyclici Poetae. Orest. 1392. in-  
fra in Dionysius.  
Demagoras. Phoen. 7.  
Demosthenes. Hec. 559. vid. infravoc. Rhetor.  
Dercyllus. Phoen. 7.  
Dicaeogenes ἐν τῇ Μηδείᾳ. Med. 167.  
Didymus. Andr. 886. Hec. 736. 887. 1029.  
Med. 148. 169. 273. 356. 379. 737. Orest.  
1385. Phoen. 755. 1736.

M m 2

Dinias.

v) Idem Vossius et Hemsterhusius ad Pollucem p. 1025. legunt *Alexandrides*, e Plutarchi *Lysan-  
dro* et Scholiaste Aristophanis.



- Dinias.** Orest. 869.  
**Dionysius.** Phoen. 674. ὁ κυκλογράφος.  
 Orest. 998. ἐν τῷ ἐνδεκάτῳ τῷ κύκλῳ.  
 Phoen. 1123.  
**Dionysodorus** ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. Hip.  
 121.  
**Duris** ἐν τῇ ἰς τῶν Λακεδαιμονικῶν. Alc. 253.  
 ἐν τῷ ἰβ' τῶν ὥρων. Hec. 934.  
**Ecphantus.** Phoen. 13. \*)  
**Empedocles** Physicus. Phoen. 16.  
**Epigramma.** Hip. 265. Orest. 593.  
**Epimenides.** Phoen. 13.  
**Eratosthenes.** Hec. 574.  
 ἐν Γεωγραφούμενῳ. Med. 2.  
**Eubulus.** Med. 476.  
 ἐν Ξέθῳ. Med. 613.  
**Eumelus.** Med. 9. 20.  
**Eumolpus,** vnde Eumolpidae. Phoen. 861.  
**Euphorion** Tragicus. Med. argument. et  
 Phoen. 683.  
**Eurpolis.** Med. 520.  
**Euripides** Atheniensis. Phoen. 396. πτωχο-  
 ποιῶς. 1534. σοφῆς elogio nimis frequenter  
 ac promiscue vitur Med. 665. Alexandri  
 M. temporibus fuisse [falso] traditur Hip.  
 671. reprehensus a Sophocle. Phoen. 1.  
 Citatur:  
 ἐν Αἰγῇ. Med. 167.  
 Ἀλεξάνδρῳ. Hip. 58.  
 Ἀλκίτιδῃ. v. 966. Hec. 1267. Hip. 834.  
 892. 1437.  
 Ἀντιγόνη. Phoen. 1137.  
 Ἀρχελαῶ. Phoen. 1165.  
 Βακχαι. Hec. 1267. Phoen. 3. 643.  
 Δίκτυς. Med. argument.  
 Εὐρυθῆ. Hec. 838.  
 Θερσίαι Σάτυροι. Med. argument.  
 Ἰκέτιδες. Phoen. 1160.  
 Ἰππολύτῳ. Alc. 22. Phoen. 3. bis.  
 Κρεσφόντῃ. Phoen. 162. Med. 85.  
 ἐν Μηΐᾳ. Hip. 11. Phoen. 1.  
 Οἰδίπῳ. Phoen. 61.  
 Oreste. Phoen. 3. 210. schol. Baroc. 364.  
 387. Hipp. 135. Euripides vicit. Est  
 δράμα ἐκ Τραγωδικῆς κώμικόν. Orest.  
 1691.  
 Παρίθῳ. Orest. 980.  
 Πελασῖν. Med. 693. vbi male πολιά-  
 σιν.  
 Πολυίδῳ. Hip. 191.  
 Τρωάδῃ. Phoen. 3.  
 Φαέθοντι. Orest. 1389.  
 Φιλοκτῆτι. Med. argument.  
 Φοινίσσῃ. Orest. 1082. sunt αἰχμαλώ-  
 τιδες. Phoen. 210. πρωταγωνιστῆς in  
 hac tragoedia ἀπὸ τῆς Ἰοκάστης  
 προσώπῃ. Phoen. 93. actae Archon-  
 te Euclide, quo tempore nondum  
 usus literarum [P] η et ω [Olymp.  
 LXXXVIII. 2.] 683.  
 Φρίξῳ. Phoen. 6.  
 Φωκίῖν. Phoen. 38. [sed Valcken. ad h.  
 l. schol. p. 606. corrigendum censet  
 ἔτῳ καλεῖται ἢ ἐν Φωκεῖσιν. Harl.]  
 Εὐριπίδῃον μέτρον Orest. 980. Phoen. 210.  
 308. 641. 683.  
 Euripidis versus a Comicis derisi. Orest. 234.  
 279. 1366. 1381. etc.  
 Euripidis ὑπομνηματισαί. Orest. 1385. Phoen.  
 645.  
 ἀντίγραφα. Orest. 955. Phoen. 378.  
 1080. 1230. (1200.) in colis et ver-  
 sibus digerendis multus Scholiae  
 labor. 791.  
 ὑποκεῖται. Med. 379. 910. Phoen. 201.  
 271.  
 Hecataeus. Orest. 869.  
 Helladius. Med. 613.  
 Hellanicus. Hec. 125. Med. 9. Orest. 1648.  
 Phoen. 61. 71. 666.

ἐν τῇ

\*) At Ecphantus non est scriptor, sed Lali socer. Gottl. Wernsdorf.



- ἐν τῇ ἐπιγραφῇ Ἀτλάντιδος. Phoen. 162.  
 Hephaestio. Hec. 59. 444. 629. 687. 1023. 1088.  
 Hermippus ἐν ἀρετοπώλοισιν. Med. 1027.  
 Herodianus ἐν τῷ μονοβίβλῳ τῷ περὶ κυρίων καὶ ἐπιθέτων καὶ προσηγορικῶν. Hip. 408.  
 Herodotus. Hip. 541. (545.) Med. 434.  
 Hesiodus. Alc. 1. Hec. 1187. Hip. 146. 228. 380. 601. Med. 296. 426. Orest. 162. 174. 249. Phoen. 3. 179. 1098. schol. cod. Aug. 1123.  
 Hippeus \*) [Ἰππεὺς ἐκτίθεται καὶ Ἑλλάς-νικος] Med. 9.  
 Hipponacteum genus carminis. Phoen. 189.  
 Homerus. Alc. 51. (54.) 327. 449. (451.) 593. 645. 902. 965. 978. 989. (992.) Andr. 14. 286. 457. 472. 484. 500. 554. 617. Hec. 125. 976. 1278. Hip. 1. 88. 98. 386. 455. 601. 683. 747. 881. 940. 1102. 1132. 1188. Med. 1. 33. 40. 51. 77. 120. 134. 232. 426. 651. 922. 1049. 1053. 1224. 1251. Orest. 4. 12. 39. 46. 71. 81. 131. 142. 144. 147. 220. 225. 249. 255. 257. 275. 319. 322. 335. 340. 356. 364. 383. 463. 516. 536. 584. 639. 686. 786. 1137. 1238. 1378. 1389. sq. 1497. 1552. 1621. Phoen. 3. 4. 7. schol. cod. Bar. 28. 41. 74. 88. schol. cod. Bar. 93. 140. 158. 172. 193. 220. schol. cod. Leid. 290. 308. (schol. c. c. C. 362.) 373. 534. (schol. cod. Aug. 579. schol. c. c. C. 667. schol. Aug. cod. 734.) 651. 712. 743. 752. 788. 789. 795. 796. bis. 893. 896. 909. 1111. etiam in c. c. C. 1165. 1166. ter. 1185. 1231. 1292. 1386. schol. cod. Bar. 1409. 1417. 1467. (schol. c. c. C. 1487.) 1505. 1530. 1659. (al. 1658.)  
 Iambe Poetria. Orest. 962.  
 Incerta dicta. Or. 536. 553. 593. Phoen. 406. 481. (schol. c. c. C.) 973. (schol. cod. Bar. 1192.) Med. 125.  
 Inscriptio templi Minervae. Phoen. 1069.  
 Ion Tragicus. Hip. argument. et Phoeniss. 218. 1166.  
 Iophon Tragicus. Hip. argum.  
 Isocrates. Med. 217.  
 Ἡ ἰσορίας φησὶ. Orest. 963. 980.  
 Λέων ὁ Ῥήτωρ. Med. 167.  
 Libanius. Schol. cod. Leid. Phoen. 290.  
 Lini mentio Orest. 1391. 1395.  
 Λυκοφρῶν. Andr. 221.  
 ἐν Κασσάνδρᾳ. Hec. 123.  
 Lysimachus ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς παραδόχοις. Hip. 541. schol. cod. Aug. Phoen. 26.  
 Marfyas iunior ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Μακεδόνων ἰσορῶν. Hip. 671. [P]  
 Menander. Hec. 225. Hip. 332. 426. Phoen. 893.  
 ἐν Ἐπιτρέπῃσιν. Phoen. 1161.  
 ἐν Φιλαδέλφοις. ibid.  
 Mestor Μήτωρ. Phoen. 13.  
 Οἱ Μετρικοί. [Hephaestio] Hec. 1088.  
 Mnaseas. Phoen. 416. 652.  
 Musaeus ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων. Med. 9.  
 Neophron Tragicus. Med. 666. 1387.  
 Οἱ νεώτεροι. Hip. 683. Phoen. 126. etc.  
 Nicander. Orest. 479. 507.  
 Nicostatus. Phoen. 1017.  
 Ὁ τὰς νόσους ποιήσας. Med. argument. et Phoen. 1123. [sed in altero loco alia lectio adnot. interpr.]  
 Οἱ τὴν Οἰδιποδίαν γράφοντες. schol. cod. Aug. Phoen. 1748.  
 Oracula. Med. 679. 1284. 1379. Phoen. 412. 641. 1050. 1416. Or. 249.  
 Orpheus Hip. 953. Alc. 357.  
 Eius ποιήματα, χρησμοί, μυστήρια. Alc. 968. Hec. 1267.  
 Οἱ Ὀρφικοί. Alc. 1.  
 Palaeophatus. Med. 831.  
 Palamedis iuuenta. Orest. 432.  
 M m 3 Panyasis.

\*) Num Hippys? Ita Vossius p. 442. de Hist. Graec.



- Panyasis. Alc. 1.  
 Parmeniscus. Med. 9. 273.  
*Παρροιμία*. (schol. cod. Bar.) Phoen. 398.  
 1386. 1416. Med. 410. 618. Hipp. 597.  
 Phemonoe. Orest. 1094.  
 Pherecrates. Phoen. 666.  
 Pherecydes. Hip. 742. Med. argum. et 167.  
 Orest. II. 998. 1645. 1655. Phoen. 53. 71.  
 162. III. 1123. Alc. 1.  
*ἐν τῇ ἰστορίᾳ*. Alc. 1.  
 Philochorus. Hip. 35. 73. Orest. 371. 770.  
*ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μαντικῆς*. Alc. 968.  
 Philostratus. Orest. 372. 971.  
*ἐν Ἡρωϊκοῖς*. Hec. 922.  
 Philoxenus *ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων*. Phoen. 271.  
 Phocionis dictum *ἀνευ δίκης καὶ ὁ Φαναρεὺς ἀδικῶν ἔτιμωρεῖται*. Herc. fur.  
 Phrynichus. Med. 1027.  
 Phylarchus. Alc. 1.  
 Pindarus. Hec. 555. (Nem. od. 3. ant. 2.) 684.  
 Hip. 265. 744. Med. 1196. 1224. Orest. 8.  
 (10.) 364. 1426. 1621. Phoen. 47. 689. 1290.  
 Schol. cod. Bar. 1492.  
*Πινδαρικὸν ἔθος* in carminis genere. Orest.  
 980. 1426. 1454. cod. Bar. Phoen. 308.  
 Pisander. Phoen. 1748.  
 Pittheus [*Πιτθεὺς σοφὸς καὶ χρησιμολόγος*].  
 Hip. M. 265.  
 Plato. Hec. 447. 838. 1269. (1270.) Orest.  
 14. 1204.  
*ἐν Γοργίᾳ*. Hec. 676.  
 Plato Comicus. Hec. 838.  
*ἐν ἑορταῖς*. Med. 475. (476.)  
 Plutarchus. Hip. 11.  
*ἐν ταῖς Ὀμηρικαῖς μελέταις*. Alc. 1128.  
 (1131.)  
 Polemo. Hip. 231.  
*ἐν τῷ περὶ ποταμῶν*. Med. 835.  
 Polyarchus Cyrenaeus. Alc. 1.  
*Ψυχάγων καὶ θαρσοὶ καὶ γητεία*. Alc.  
 1128.  
 Pythagoras. Hec. 1269. Hip. 953.
- Rhetor [Demosthenes] Phoen. 441.  
*ἐν Ὀλυμπιακοῖς*. 1416.  
 Rhianus. Alc. 1.  
 Samnyrion in Danaë. Orest. 279.  
 Sappho. Orest. 1260. Sapphicum genus. siue  
 Hipponactium. Phoen. 189.  
 Sarpedonis Epistola sub Priami nomine ad  
 Palamedem, Phrygiis literis scripta. Orest.  
 432. [P]  
 Simonides. Med. argum. et 2. 5. 9. 20.  
 Orest. 41. (46.) 225. 780.  
*ἐν τῷ εἰς Ποσειδῶνα ὕμνῳ*. Med. 4.  
*ἐν Ἰάμβοις*. Phoen. 210.  
 Sisyphus. Hip. 265. (264.)  
 Sotamus. Hip. 265. (264.)  
 Sophocles. Alc. 902. Hec. 177. 328. (332.)  
 570. 1059. Med. argum. et 33. Orest. 61.  
 490. (cod. Bar. 562.) 602. 810. 1654.  
 Phoen. 71. 114. 1605. (schol. cod. Bar.  
 Phoen. 44.)  
*ἐν Ἀιαντὶ Λοκρῷ*. Alc. 446. (448.)  
 Med. 93.  
 — *Μασιγοφῶν*. Med. 618. schol.  
 cod. Bar. Phoen. 246.  
*Ἀντιγόνη*. Med. 1357. Phoen. 993.  
 1804. (1704.) schol. cod. Aug. 124.  
*Ἑλένης ἀπαιτήσεα*. Phoen. 308.  
*Ἡλέκτρα*. Phoen. 1.  
*Θυέση*. Phoen. 235.  
*Μάντεσι*. Phoen. 1261.  
*Μυκῆνας*. Hip. 307.  
*Οἰδίποδι Κολωνῷ*. Phoen. 1704. schol.  
 cod. Bar. v. 71.  
*Τραχινίαις*. Hip. 551.  
*Τυροῖς* schol. c. c. C. Or. 1691.  
 Sophron. Phoen. 3.  
 Sosibius. Orest. 1637.  
 Socrates. Hip. 47. Phoen. 44.  
 Sosisphanes Tragicus. Phoen. 1017.  
 Staphylus. Med. argument.  
 Stefichorus. Alc. 1. Orest. 41. (46.) 249.  
 268. 1287.  
*ἐν Εὐρώπείᾳ*. Phoen. 674.

Στησιχόρειον



Στησιχόρεον μέτρον. Orest. 980. Phoen. 163. 308. Thucydides, schol. cod. Bar. Or. 1649. schol. cod. Aug. Phoen. 695. Hipp. 269.  
 Strattis ἐν ἀνδρωπορέσῃ. Orest. 279. Timachides. Med. 167.  
 Telefargus. Alc. 1. Timagoras ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς. Phoen. 162.  
 Theocritus. Schol. cod. coll. C. C. Hec. 832. Timarchus. Med. 1.  
 Theodorus (Gaza, opinor, quo iunior fuit Tragicus. Phoen. 1743-1405.  
 Arsenius scholiorum collector.). Orest. 1525. Virgilius. schol. cod. Bar. Or. 1389.  
 Theophrastus. Hipp. 264. Xanthus Lydus. Phoen. 162.

## C A P V T XIX

### NOTITIA TRAGICORVM GRAECORVM QVORVM FABVLAE PERIERVNT, DIGESTA ORDINE ALPHABETI

[Cum Supplementis G. C. Harles.]

**A** CAS, Suidae memoratus, ποιητῆς τραγωδίας, nisi in vitioso aliquo codice *Acas* legit pro *Sacas*, siue *Sacadas*, de quo infra.

ACATVS Argivus a Martino Antonio Delrione in prolegomenis ad Senecam Tragicum inter Tragoediae scriptores refertur, quod ab Athenaeo lib. XIII. p. 610. citatur eius Ἰλῆς πέρις. Sed nec Tragicum esse adfirmat ibi Athenaeus, et in ora libri annotatur nomine Σάκας siue Σακάδας τῷ Ἀργεῖς. [P]

ACESTOR, de quo Scholiastes *Aristophanis* ad Aves v. 31. ad verba: νόσον νοσῶμεν τὴν ἐναντίαν Σάκας) ἔτος ἔστιν Ἀκέστωρ Τραγωδίας ποιητῆς. Ἐκαλεῖτο δὲ Σάκας διὰ τὸ ζένος εἶναι. Σάκας γὰρ Θρακὴς εἰσι. Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτῷ Σάκα προσεγέγραψεν Τισαμένον. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσεν. Ibidem docet poesin huius Acestoris derisui habitam a Callia et Cratino, non minus quam ab Aristophane, qui eum perstringit, quod Attice loqui affectauerit, cum nihil minus esset quam Atticus. Ὁ μὲν γὰρ ὦν ἐκ ἀσπός, εἰσβιάζεται. Vide et Colomessium ad Gyraldum, p. 163. [Vocabatur quoque Ἀκέστωρ, apud *Aristoph.* Vesp. 1216. vbi vide Bergler. *Harl.*]

ACHAEI duo: \*) vnus Pythodori F. Eretrienſis, cuius mentio apud Eustathium ad *Iliad.* β'. p. 246. [v. in vol. I. indicem scriptorum ab Eustathio citatorum p. 457.] et alter iunior

a) *Mongitor* in Bibl. Sicula tom. I. p. 2. plures laudat, qui de Achaeo scripserunt. *Hubertus Golzius* in Hist. Sicil. pag. 88. alique apud *Mongit.* putant, Achaeum, Eretrienſem, non tragodias, sed comoedias decem edidisse. *Syracusanus* vixit post Olymp. LXXIV. ante C. N. 480. Eretrienſis autem, teste *Suida*, Olymp. LXXXIII. siue secundum *Crassum* in Historia poet. graec. p. 4. Olymp. LXXIV. *Saxius* in Onom. I. p. 34. *Eretrienſem* comicis poetis adnumerat, eiusque

actatem refert ad A. O. C. 3524. Olymp. LXXIV. 4. ante C. N. 479. V. C. 273. *Achaeum tragicum* citat *Helian.* H. A. lib. VII. cap. 47. — sine villo epitheto aut patriae notitia, schol. ad *Aristoph.* Ran. 186. et in Pace, 1243. sed ad Aves, 363. laudat *Achaeum Eretrienſem* ἐν τῇ φιλοκλήτῃ. — Plerasque autem Achai fabulas, quarum mentio fit apud veteres, fuisse satyricas, suspicatur *Casaubonus* de Satyr. Poesi, i. cap. 5. p. 140. edit. *Rambachii.* — Nulla poematis patriaeque mentio facta,



iunior Syracusanus, vterque tragoedias scripsit: incertum, vtrius e duobus sint, quae a veteribus memorantur, observatae maximam partem a *Ioh. Meursio* in Bibliotheca Graeca: Ἀδρα-  
σον, ἄδρα, [*Athen.* XV. cap. 12. p. 689. et X. p. 417.] Ἀδρων σατυρικός, Ἀλκμαίων σατυ-  
ρικός, Ἀλφειοβοία, Ἡφαιστος Σατυρικός, Ὀησεύς, Ἰεῖς σατυρική, (vnde emendandus He-  
sychius in Ἐκολλόπωσε, meminit et Suidas in Βῆς ἔβδωμος,) Κύκλος, (*Athenaeo* lib. VI. [cap.  
20. p. 270.] sed ibi iudice Meursio legendum ex Hephaestione Κύκνος, Grotius legit Κύκλωψ,) Λῖνος, Μοῖρα, Οἰδίπεις, Ὀμφάλη, (Hesychio laudata in Φαναῖος) ΠερὶΘες, Φεῖξος; et  
Φιλοκτήτης<sup>b)</sup> laudata Suidae in Ἐλελεῦ. Fragmenta quaedam alterutrius vel vtriusque ho-  
rum Achaeorum habes apud *Hugonem Grotium* in fragmentis Tragicorum et Comicorum  
p. 441 sq. Apud *Artemidorum* lib. II. Onirocritic. cap. 25. male *Archaeus* legitur pro *Achaeus*.  
Euripidem aliquid ab Achaeo mutuatum esse, notat *Athenaeus* lib. VI. p. 270. Eretriensem  
Achaeum intelligens, quem tempore Euripidis scripsisse constat, Sophocle, vt docet Suidas,  
paululum

facta, versum Achaei adfert *Athenaeus* lib. I. cap.  
34. p. 30 et 31. Ex *Achaei Eretrienfis Alcmæo-  
ne Satyrico* poemate adfert *Athenaeus* lib. IV.  
cap. 22. p. 173. D. paucos versus, quos in ordinem  
redegit et emendavit *Toup.* in Epistola critica,  
Opusc. criticor. part. II. p. 50. edit. Lips. Ex ca-  
dem fabula *Athen.* lib. XI. cap. 9. p. 480. (vbi in  
contextu male seruata est lectio Ἀρχαῖος, at in  
margine a Casaubono correctâ,) citat quosdam ver-  
sus. Idem *Achaeus Eretrienfis* alia scripserat  
dramata satyrica ab *Athenaeo* memorata, (de qui-  
bus egit *Casaubonus* de Poesi satyrica, lib. I. cap.  
5. p. 136 sqq. edit. Rambach.) Sunt illa: Ἀδρων σατυ-  
ρικός, *Athen.* lib. VI. p. 270. et lib. X. p. 427. ex  
illo versus adfert. — Ἡφαιστος σατυρικός, *Athen.*  
XIV. cap. 11. p. 637. D. (non addito patriae nomi-  
ne,) et fragmentum ex eo seruauit. — Ἰεῖς σατυ-  
ρική, *Athen.* lib. X. cap. 19. p. 451. C. D. vbi  
Achaeum *Eretriensem* vocat poetam nitidum in  
compositione dictionis, qui tamen aliquando ob-  
scuret orationem, multaque efferat per aenigmata:  
et adfert ex illo dramate locum, quem tentant  
*Casaub.* de P. S. p. 135. et *Toup.* in Epist. crit.  
p. 29. a Casaubono dissentiens. Idem *Casaub.* l.  
m. adfert corrigitque locum *Pallucis*, (qui *Iridis  
Achaei* meminit,) lib. X. cap. 34. (p. 1343. edit.  
Hemsterh. vbi *Iungermann.* locum aliter consti-  
tuit.) — Ὀμφάλη σατυρική, *Athen.* lib. XI. cap.  
10. init. p. 466. (vbi vocatur Achaeus ὁ τραγικός,  
et cuius trimetros ibi seruatos restituit *Toup.* in  
Ep. critica p. 99.) atque lib. XI. p. 498. adde *Ca-  
saubon.* ad Strabon. I. p. 104. Almelou. — *Achaeus  
ἐν Μοῖραις*, (fabula satyrica, citatur ab *Hesychio*  
in Νυμφόβας, vbi male legebatur ἐν Μοῖραις, sed  
iam correctum a *Casaubono* animadu. in *Athen.*

lib. VII. cap. 2. p. 477. et *Athen.* l. c. p. 277. ad-  
fert ex illo dramate duo versus. Hesychii locum  
emendant *Casaub.* de P. S. p. 140. meliusque *Toup.*  
l. c. p. 82. *Achaeus de Lino*, addito fragmento,  
citatur ab *Athenaeo* XV. cap. 2. p. 668. A. et emen-  
datur a *Toupio* in Epist. crit. p. 45. — Mongitor  
duo dramata fecit, versione latina deceptus apud  
Ath. p. 689. et p. 417. ludos publicos et *Certami-  
na*, quod vnum est, ἄδρα. — Apud *Athen.* pag.  
270. E. pro κατὰ τὸν τῷ ἐρετριεύς Ἀχαιοῦ ΚΥΚΛΩΝ  
legendum esse Κύκνον iam *Casaubonus* in margine  
animaduertit, et ita corrigit in Animadu. in *Athe-  
naeum* p. 466. de coniectura Hadriani Turnebi.  
*Hephaestion* de metris etc. p. 7. citat iambum tri-  
metrum ex *Achaeo* ἐκ Κύκνω. Sic quoque *Alexis*  
scripserat Κύκνον, teste *Athenaeo* lib. XI. p. 472.  
A. — *Oedipus Achaei* memoratur ab *Hesychio* in  
v. Ἀκιδάρτων et in v. Ἐκλωπίζετα. In schol. ad  
*Euripidis* Oresten. v. 383. nominatur Ἀχαιοὶ ἐν  
ἈΖἈΣΙ et fragmentum inde adfertur, etc. Se-  
cundum canonem criticorum Alexandrinorum, prin-  
cipibus tragicis, τῆς πρώτης τάξεως, cum Aeschilo,  
Sophocle, Euripide et Ione *Achaeus* adnumeratus  
erat. v. veterem Grammaticum in *Montfaucon*  
Biblioth. Coislin. p. 597. adde *Proclum* in *Chre-  
stomath.* p. 340 sqq. et de canone illo scriptorum  
varii generis a criticis, praecipue ab Aristarcho et  
Aristophane Byzantino, facto, vide *Ruhnken.* in Hi-  
storia critica oratorum graecorum, praemissa edi-  
tioni P. Rutillii Lupi de figuris etc. p. XCIV sqq.  
*Harl.*

b) Versus ex Philoctete a Suida seruatos emen-  
dat *Toup.* in Emend. in Suid. part. I. Opusc. p. 105.  
edit. Lips. *Harl.*



paululum annis iuniorem. Tragoediae eius fuere XXIV. vel XXX. siue vt alii XLIV. verum Syracusanus non plures docuisse fertur, quam decem. [Eudocia in Violar. pag. 69. prodit, Achaeum Eretrieus. docuisse δράματα ζδ Syracusium autem, illo iuniorem, scripsisse trag. δέκα καὶ τέσσαρας.] Fuit et alius *Achaeus* ἰσοριγράφος, qui ante Pindarum scripsit, laudatus scholiastae Pindari in Olympionic. Od. 7.

**AEANTIDES** in Pleiade Poetarum Tragicorum refertur a Scholiaste Hephaestionis p. 93. et 32. ab *Isaacio Tzetza*, vbi genus Lycophronis recenset, et a Scholiaste Theocriti, quem in hanc rem laudant post Gyraldum dialog. 7. de poetis, *Delrio* prolegom. ad Senecam p. 23. *Andreas Schottus* lib. II. Obseruat. human. cap. 3. *Menagius* ad Laertium lib. II. sect. 133. et *Vossius* de Poetis Graecis p. 64. Idem *Delrio* adfirmat, ab Hephaestione vocari *Anantidem*, qui aliis est *Aeantides*. Verum Hephaestion ipse nusquam illius meminit, et Scholiastae Hephaestionis bis vocatur *Αἰαντίδης*. [v. schol. Hephaest. p. 32. edit. Paw. et p. 93. fin. et *Nagelii* disp. de Pleiadibus, Altdorf. 1762. p. 16 sq.]

**AESCHINES** Atheniensis Orator, vtrum Tragoedias composuerit, [P] est incertum. Hoc quidem constat, adolescentem illum tragoedias actitauisse, vt tradit Cicero 4. de Rep. apud Augustinum 2. de Ciu. Dei cap. 10. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς βαρυτρόνοισι ὑποκριταῖς τὸν ἐν μερακίῳ χρόνον ὑπετραγῶδῃ, vt ait *Philostratus* 1. de Sophistis, et *Plutarchus* in Vitis decem Rhetorum: λαμπρόφωνος δὲ ὢν τραγῳδίαν ἥσκησεν, ὡς δὲ Δημοσθένης φησὶν ὑπογραμματούων καὶ τριταγωνιστῶν Ἀριστοδήμῳ ἐν τοῖς Διονυσίοις διέτελει, ἀναλαμβάνων ἐπὶ σχολῆς τὰς παλαιὰς τραγῳδίας. Sane *Demosthenes* Orat. de corona p. 343. τριταγωνιστὴν vocat, et p. 347. [l. cap. 71. p. 480. vbi v. Taylor. et Reiskii notas.] τραγικὸν ποιῶν, (confer *Suidam* in hac voce, et in *Τριταγωνιστῆς*.) *hypocritam* *Quintilianus* lib. II. cap. 17. Institutionum Orat. adde *Libanium* argumento Orationis *Demosthenicae* de falsa legatione, et *Virpianum* p. 99. Anonymus in vita *Aeschini*: Δημοχάρης δὲ ὁ ἀδελφιδῆς Δημοσθένους φησὶν ἰσχάνδρα τῶν τραγῳδοποιῶν μὲν τριταγωνιστὴν γενέσθαι τὸν Αἰσχίνην, καὶ ὑποκρινόμενον Οἰνόμαον διώκοντα Πέλοπα αἰσχροῦ πεσεῖν, καὶ ἀναστῆναι ὑπὸ Σαννίωνος τῶν χοροδιδασκάλων.

**AGATHO** ὁ Atheniensis, Euripidi et Pausaniae peramatus, teste *Aeliano* II. 21. XIII. 4. Var. et *Aristophani* non sine laude memoratus in *Ranis* v. 83. Ceterum ἐπὶ μάλα καὶ διεβάλλετο, vt notat huius Scholiastes p. 133. [p. 124. edit. Kusteri] ex eoque *Suidas*, et ante

c) Cap. 60. p. 434. vbi laudauit *Kuhn.* ad Pollucem VI. Onom. segm. 165. n. 38. adde *Afcon.* ad Ciceron. diuinat. in Caecil. cap. 15. et *Demosth.* I. c. cap. 40. p. m. edit. 306. *Harl.*

d) Alius fuit *Lucius Agatho Priscus* in celebri inscriptione Bononiensi *Aeliae Laeliae Crispidis*, licet de hoc nostro intellectum voluerit *Gehartius* lib. III. elector. cap. 1. Alius itidem, in quem *Platonis* distichon apud *Gellium* XIX. 11. et *Laertium* III. 32. Tragicus enim *Agatho* *Platonem* aetate antecessit, sed alter, quem duobus illis versibus venustulis prosequitur, iunior esse videtur, vt non absurde colligit *Petrus Baylius* de *Agatho*

ne Tragico differens in editione [nouissima] *Lexici* sui Historico-Critici tom. I. p. [89. vbi veterum ac recentiorum iudicia de *Agathone*, aliaque de eo collecta sunt; quare ablegamus lectorem ad *Baesium*. *Agathon*, Christianus, cuius fragmenta insunt in codice, in *Bibl. Coislin. Montfaucon.* p. 191. ibidem p. 294. occurrit Abbas *Agathon*. an idem, quem modo produxi? pag. 314. nominatur epistola *Theodori Studitae* ad *Agathonem*. *Harl.*]

e) Qui cum *Leontinum* faciunt et *Siculis* adscribunt, isti id, nescio quo, auctiore faciunt. vid. *Diarium Eruditor.* Ital. tom. XIII. p. 240. *Montgitor.* tom. I. *Bibl. Sicul.* p. 7 sq.



ante, utrumque *Lucianus* in Rhetorum praeceptis <sup>9)</sup>: In huius aedibus conuiuium suum finxit Plato, qui teste *Athenaeo* V. 18. Dipnosophist. quatuordecim annorum fuit, cum Agatho tragoedia vinceret. In illo conuiuium apud Platonem iuit. p. 1174. Socrates inter alia probat, eum, qui Tragoedias bene componere norit, eundem etiam aptum esse ad docendas Comoedias. Hinc alii diuersum a Tragico exsculpere Agathonem Comicum, Socratis discipulum, quos refellit *Rich. Bentleius* diss. de Epistolis Euripidis §. 2. [p. 82. ex latina Leunepii versione.] Eius Tragoediae veteribus memorantur: *Ἀερόπη*, *Ἀνδρος*, *Θυέσης*, *Μυσοί*, (in quibus primus Chromaticum genus tragoediae immiscuit teste *Plutarcho* lib. III. cap. 1. sympos.) et *Τήλεφος*. Vide *Meursii* Bibliothecam Graecam p. 1202. Fragmenta eius nonnulla collegit *Grotius* in excerptis Tragicor. p. 437. Primus fuit Auctor τῶν ἐμβολίων siue intercalarium carminum (*intermezzi*) in Tragoediis, teste *Aristotele* (qui id reprehendit,) cap. 17. Poetic. *Philostratus* lib. I. de Sophistis p. 497. Ἀγάθων ὁ τῆς τραγωδίας ποιητής, ὃν ἡ κωμωδία σοφὸν τε καὶ καλλιπῆ οἶδε, πολλαχῇ τῶν ἰαμβέων γοργιάζει, frequenter in Iambis exprimit siue imitatur *Gorgiam*. Antithesis delectatum notat *Aelianus* XIV. 13. Var. historiae. Vide et *Suidam* in *Μυρμήκων ἀτραπὸς*. [P] [in *S. Maximi* Operibus, apud *Montfaucon*. in *Bibl. Coislinian*. p. 575. et 578. Agathonis dicta occurrunt.]

**ALCAEVS** Atheniensis Tragicus, cuius *Suidas* <sup>5)</sup> mentionem facit: in *coelo* Tragoedia laudatur a *Macrobio* lib. V. *Saturnal*. cap. 20. An legendum *Κωμωδοτραγωδία*? ex *Harpocrate* in Ἀδδηφάγες, *Suida* in Ἀδδηφασία, et *Apostolio* Centuria I. proverb. 51. Incertum quoque, siue referenda ad *Alcaeam* Atheniensem, an ad *Alcaeam Mytilenaeam* praescae poetam comoediae, decem dramatum, *Suida* teste, auctorem, cuius sunt *Athenaeo* memoratae ἀδελφοὶ μοιχοσύμενοι, (tragoediis a *Grotio* perperam adscriptae,) *Γανυμήδης*, quam laudat *Pollux* et *Athenaeus*, *Ἐνδυμίων*, quam *Pollux* et *Priscianus*, *ἱερὸς γάμος*, denique *Καλλιζα* ac *παλαίστρα*, quas idem *Athenaeus* memorat. *Fabric.* *Alcaeus* ὁ Κωμικὸς laudatur ab *Eustathio* ad *Hom. Iliad.* H. p. 1571. v. infra in notitia Comicorum h. v. *Harl.*

**ALCESTIS** Tragicus Poeta apud *Valerium* Max. III. 7. 1. extern. gloriatus, se interea, quod Euripides tres versiculos maximo impenso labore deducere potuisset, versus centum perfacile scripsisse, ab eo responsum tulit in hanc sententiam: *Sed hoc interest, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient.* Non est audiendus *Ioh. Brodaeus*, qui libr. IX. *Miscellaneorum* cap. 23. apud *Valerium* pro *Alcesti* Tragico *Alexia* Comicum reponere

f) Adde Schol. ad *Aristoph.* *Ecclef.* v. 1. vbi dicitur: ὑποκρίνεται ὁ ἴαμβος ἢ τῷ Ἀγαθῶνι ἢ τῷ *Δικαιογύνῃ*. Atque *Aristoph.* in *Nubib.* v. 1087. perstringit eum, indice *Berglero* et probante huius sententiam *Brunckio* ad loc. mem. *Aristoph.* *Harl.*

g) Vt *Suidas*, ita quoque ex illo *Eudocia* in *Violar.* p. 60. *Alcaeam*, Atheniensem, Tragicum, quem nonnulli primum tragicum fuisse putant, distinguit ab *Alcaeo*, *Mitylenaeo*, Comico antiquae comoediae quinto, *Micci* filio, auctore decem fabularum, quas, quotquot ex veterum scri-

ptis potuit conquirere, enumerat *Casaubon.* ad *Athen.* lib. III. cap. 24. p. 206. additque ex *Polluce* X. segm. 13. *Pasiphaen*, qua ipsa fabula cum *Aristophane*, *Plutum* suum docente, certasse *Alcaeam* in antico theatro, veteres critici auctores sunt, ut ait idem *Casaubonus*. Idem pauca tradit de *Alcaeo*, tragico. In Lexico quodam apud *Montfaucon* in *Bibl. Coislin.* p. 482. sub littera E. citatur Ἀλκαῖος (n. Comicus,) ἢ *Ἐνδυμίων*, vbi legendum erit *Ἐνδυμίων*, uti diserte legitur apud *Polluc.* IX. cap. 6. segm. 53. p. 1017. vide infra inter Comicos deperd. h. v. *Harl.*



nere iubet, nam Valerius testatur, poetae illius extemporales scripta statim intra primas memoriae metas corruisse, cum fabulae Alexidis comici ab Athenaeo aliisque, Valerio iunioribus, frequenter laudentur.

ALCIMENES Megarensis, Tragicus, Suidae memoratur, et distinguitur ab altero huius nominis Comico Atheniensi.

[ALCMAEON et ADRASTVS tragici videntur fuisse apud *Plutarchum* II. 88. (f. tom. VI. pag. 330. edit. Reisk.) et alibi; at *Valckenario* in Diatr. Eurip. pag. 150 sq. isti versus *Sophoclei*, atque ex Sophocliq Alcmaeone sumti videntur. *Harl.*]

ALEXANDER Aetolus ex Pleurone oppido, Gratimaticus, in Pleiade Tragicorum celebris fuit temporibus Ptolemaei Philadelphi. Vide infra in *Pleias*, et Suidam in Ἀλέξανδρος et Ἀρατος, [atque Eudociam p. 62. *Sextum Emp.* contra Log. II. sect. 304.] Pleuronius a patria cognominatur a Scholiaste minore Homeri ad Ἰλιάδος π'. Eius Tragoediae Αἰπόλοι, (ni sint Alexidis,) tum πέτος et τρυών siue τρυγών, obseruatae *Murfio* pag. 1206. Biblioth. Graecae. Scripsit praeterea Ἐλεγκία, e quibus est, quod laudat *Athenaeus* XV. p. 699. vbi eum Τραγωδοδιδάσκαλον adpellat: *Apollinem* item versibus Elegiacis, ex quibus locum profert *Parthenius* cap. 14. erotic. et *Musas*, Seruio in X. Aeneid. laudatas, itemque alia versu Hexametro, vt sunt, quae ex Alexandri Aetoli ἐπιγγραφομένα αἰλιῶ profert *Athenaeus* VII. pag. 296. et pag. 283. Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κρικαῖ (al. Κρικαῖ, sed Casaubon. αἰλιῶ) ἐκ γνήσιον το ποιματικόν Deinde binqs profert Hexametros, e quibus adparet, non Tragoediam, sed aliud hoc poema fuisse. Ex Musis eius petitos putō versus de planetis, quos edidit *Thomas Galeus* ad Parthenium p. 149 sq. et *Chalcidius* pag. 155. perperam tribuit Alexandro Polyhistori. Alios eius versus quosdam proferunt Strabo et *Gellius* XV. 20. etc. Alexandri huius Tragici meminit *Laertius* in Timone lib. IX. sect. 113. [P] *Fabric.* (*Cicero* ad Attic. lib. II. epist. 22. fin. conf. epist. 20. fin. *Heumann.* conf. *Valcken.* in Diatr. Euripid. pag. 147 sq. infra in Notitia Comicorum h. v. *Harl.*]

AMPHIANVS Tragoediarum scriptor laudatur a Scholiaste Germanici pag. 130. edit. Paris. 1559. 4.

[AMPHION, tragicus, fingitur a Sylburgio, decepto loco *Clementis Alex.* Strom. p. 716. 1. Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ, quum verba citata sint ex Antiope, tragoedia Euripidea. vid. *Valcken.* Diatr. Eurip. pag. 17. A. *Harl.*]

ANANTIADES, vide supra in *Aeantide*.

ANAXANDRIDES Rhodius Camiraeus <sup>b)</sup>, vel ex aliorum sententia Colophonius, circa Olympiadem CI. clarus temporibus Philippi Macedonis, fabulas LXV. docuit, decies victor,

Nn 2

<sup>b)</sup> Sic quidem apud *Suidam*, tom. II. voc. Καμαράϊος ὁρχας, et *Eudociam* p. 60. Apud *Athenaeum* lib. IX. cap. 4. p. 374. est locus memorabilis. Ibi Anaxandridis forma et venustas describitur, atque *Athenaeus* prodit, eum, quum *dithyrambum* Athenis recitaret, aliquando in equo sedentem accessisse, suique carminis partem quam-

dam pronuntiasse; si fabulis docendis quando vinceretur ab aemulis, illas easque multas elegantesque, ad obuoluendum thus dedisse discerpendas: ex his concludit, nullo pacto seruata esse potuisse, fabulam, *Tereum*, aliasque eiusdem similes, quum in illis dandis victor non euaserit. *Harl.*



victor, teste Suida. Has pro Tragoediis accepit Delrio, adeoque Anaxandridem sine haesitatione Tragicis annumeravit. At enim Comicus fuit iste *Anaxandrides*, qui primus amores et virginum violationes in scenam produxit, atque ab Athenaeo aliisque diserte *κωμωδοποιός* adpellatur. Eius fabularum titulos ex priscis scriptoribus habes infra in Notitia Comicorum: [vbi vid. notata.] Alia de eo notatu digna Gyraldus dialogo de Poetarum historia pag. 353. editionis Lugdunensis Batau. Versus eius citatur ab *Aristotele* VI. Eth. ad Eudem. cap. 10. et VII. 10. ad Nicomachum et III. 10. et II. Rhetor. vbi eius dictum: *καλὸν ἀποθανεῖν πρὸ τῆ ποιήσαι ἄξια τῆ θανάτου*.

ANAXIMANDER inter tragicos computatur ab eodem Delrione pag. 26. ni fallor, propter hunc locum *Laertii* in *Empedocle* lib. VIII. sect. 70. *Διόδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος, περὶ Ἀναξιμανδρῶν γράφων φησὶν, ὅτι τῶτον ἐξηλάκει τραγικὸν ἀσκήων τύπον καὶ σεμνὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα*.

ANDRONICVS <sup>δ)</sup> tragicus histrio, qui Aeschyli <sup>ε)</sup> drama, cui *Ἐπίγονοι* nomen, cum plausu egit. Vide *Athenaeum* lib. XIII. p. 584. Alius *Linus Andronicus* Tragicus latinus, de quo dixi in Biblioth. Latina.

ANTIPHON Rhamnusus, Orator, dicitur et tragoedias composuisse καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυραννῶν et *seorsim et Dionysium Tyrannum iuuant*, vt notat Plutarchus in decem Oratorum vitis, et *Photius* cod. CCLIX. Fuerunt itidem, qui interfectum eum a Dionysio adfirmarent, siue, quod tragoedias illius exhibilasset, siue, quod in conuiuio quodam proposita quaestione, quodnam aes optimum esset, respondisset, [teste Plutarcho p. 68. *Heumann*.] illud, ex quo constatae essent tyrannicidarum *Harmodii et Aristogitonis Statuas*. Sed Antipho, poeta tragicus, a Dionysio propter maledictum <sup>ζ)</sup> a Plutarcho p. 68 de dignoscendo adulate traditum *ἀποτυμπανισθεὶς*, alius omnino fuit ab Oratore, prodictionis damnato, Athenis, vt temporum etiam ratio indicat <sup>η)</sup>. Vide, quae de Oratore infra cap. 26. Ceterum Antiphontis, quem *τραγωδοποιὸν* vocat Athenaeus, dramata *Ἀνδρομάχη*, *Μελεάγρος* et *Πηλεΐππος* ab *Aristotele* [Rhet. II. cap. 24. p. 367. et II. cap. 2. p. 228. edit. Cantabrig.] et Athenaeo laudantur <sup>θ)</sup>. De Plexippo Antiphontis et Antiphonte ipso pluribus [P] egerat

δ) Alius *Andronicus*, poeta graecus, saec. V. post Chr. n. vixit, quem laudat *Symmach.* lib. VIII. epist. 22. *Heumann*.

ε) Sophoclis drama, vt nobilius, non Aeschyli, intelligi, probabile videtur *Brunckio*, in Fragmentis Sophocli. voc. *Ἐπίγονοι*. *Harl*.

ζ) Rogatus a Dionysio, quodnam aes optimum esset, illud? inquit, e quo Athenienses fecissent *Statuas Harmodii et Aristogitonis tyrannicidarum*.

η) Recte dignoscendus est vterque *Antiphon*. De tragico *Aristotel.* Rhet. II. cap. 8. p. 266. edit. Cantabr. 1728. 8. *Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανισθῆναι ὑπὸ Διονυσίου, ἔπειν, ἰδὼν τὰς συναποθνήσκον μέλλοντας, ἐγκαλυπτομένους, ὥς ἦσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη· ἂν μὴ αὐτοὶν τις ὁμᾶς ἰδῇ τέτων*. *Harl*.

θ) De *Ἀνδρομάχῃ Antiphontis* vid. auctorem Ethic. Eudem. VIII. 4. De *Μελεάγρῳ* vid. *Aristotel.* Rhetor. II. p. 108. Quod autem ad *Πηλεΐππον*, quem *Ionsius* et *Fabricius* addiderunt Antiphontis, adinet, *Petrus van Spaan* in dissert. de Antiphonte oratore attico, (Lugd. Bat. 1765. 4. rec. in Oratorum graecorum a Reiskio editorum vol. VII.) cap. IV. §. 2. negat, fuisse drama, sed ex *Aristotele* Rhet. II. pag. 63. adparere docet, *Plexippum* fuisse personam inductam in *Μελεάγρῳ*. Hinc *Ruhnken.* in Spaani diss. I. c. emendat *Pollucem* X. 63. pro ἐν Ἀντιφάνει *Μελεάγρῳ* legens ἐν ἈΝΤΙΦΩΝΤΟΣ *Μελεάγρῳ*. (At enim iam scholiastes rhetoricorum *Aristotelis* lib. 2. p. 46. habet Ἀντιφῶν pro Ἀντιφάνει, et hoc culpatur *Fabricius* infra in Notitia comicorum deperditorum, voc.



egerat olim Adrantus, et Hephæstion, eius compilator. Vide [*Athenaeum* XV. p. 673. F.] *Ionsum* p. 327. 328. de Scriptoribus historiae philosophiae. — [et *Schrader.* ad Aristotel. Rhetor. lib. II. cap. 2. nr. 39. *Heumann.*]

APHAREVS Atheniensis Hippiæ F. priuignus et adoptatus ab Oratore Isocrate, præter Orationes quasdam scripsit tragoedias XXXVII. teste *Plutarcho* in Isocratis vita, ex quibus duæ fuerunt dubiæ fidei. Bis in Dionysiis, totiesque vicit in Lenæis. Coepit docere fabulas sub Lylistrato Olymp. CII. 4. vsque ad Sofigenem Olymp. CIX. 3.

[APELLES, Ascalonita, de quo vid. *Philon.* legat. ad Caium p. 790. Caligula eum, tragoedorum ea ætate principem, (εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγωδῶν) semper secum habuit, teste *Dione Cassio* lib. LIX. cap. 5. p. 906. edit. Reimari, quem ad h. l. et *Casaubon.* ad Sueton. Caligul. cap. 33. conferes. *Harl.*]

APOLLINARIS Alexandrinus, saeculo post natum Christum quarto celebris scriptor christianus, et presbyter Laodicensis, cuius Metaphrasin Heroicam Psalmorum habemus, non minus tragoedias Euripidis, quam comoedias Menandri et Pindari lyram, Homerique poemata imitatus, ad sacrum argumentum transtulit, teste *Sozomeno* lib. V. cap. 18. et *Ioh. Sarrisberienf.* lib. VIII. Policratici capite 21. Vnde Tragoediam, quæ sub titulo *patientis Christi* legitur inter poemata *Gregorii Nazianzeni*, ad hunc Apollinarem viri docti quidam referunt. Vide *Guil. Causi* Historiam litterariam Scriptor. Eccles. ad A. C. 362. Alius *Apollinaris tragoedus*, cuius meminit *Suetonius* in Vespas. cap. 19.

APOLLODORVS Tarsensis, Tragicus, cuius mentionem facit præter Suidam [et Eudociam p. 61.] Scholiastes Euripidis \*) ad Medeam [148. coll. v. 169.] et Aristophanis ad Ranas [323.] Dramatum tituli: Ἀκανθοπλήξ, Ἕλληνες, Θυέσης, Ἰκέτιδες, Ὀδυσσεύς, Τεκνοκτόνος. Quando vixerit, non inueni, qui me doceret. Idem Suidas [item Eudocia p. 63.] memorat et alterum *Apollodorum* Atheniensem Asclepiadis F. Grammaticum, discipulumque Panaetii Stoici et Grammatici Aristarchi. Hunc in Ἀπολλόδωρος et Τραγῆματα refert primum fuisse auctorem τῶν καλεμένων τραγισμῶν.

Nn 3

APOLLO.

voc. *Antiphanes*, in Μελέαγρος.) Pariter Ἀντιφῶν ἐν Μηδείᾳ pro Ἀντιφάνη ἐν M. idem *Ruhnken.* apud *Polluxem* VII. 57. legere malit. *Spaan* vero opinatur, Antiphontis Μηδείαν non aliud fuisse drama, ac Ἰάσων, quod nusquam ab editis scriptoribus memoratum, citatur ab *Antiatticista* MS. Διτρίθεν, διτρίθεν. Ἀντιφῶν Ἰάσωνι. Idem grammaticus, notante eodem *Spaano*, bis Antiphontis Ἀδωνιν laudat: Ἀκκληρίαν. Ἀντιφῶν Ἀδωνίδι. Sed alibi hanc fabulam *Antiphani* tribuit: Κατάλυσιν καὶ τὸ ἐκαιτῶνται. Ἀντιφάνης Ἀδωνίδι. Malit tamen *Spaan* hoc drama ad Comicum, quam ad Tragicum referre, propter ea, quod alii etiam Comici, *Plato*, *Ararus*, *Philycus* idem argumentum tractarunt. Tum exemplis docet alii,

perpetuam esse *Antiphontis* et *Antiphanis* confusionem, et ex praeclaro illo *Antiatticista* MS. aliquando in lucem vindicato, veterum dramatum rationi nouum lumen adfundi adseuerat. Quare nos illo adhuc carere dolemus. *Harl.*

o) *Apollodorus* Tarsensis, quem Scholiastes Euripidis citat, videtur diuersus fuisse a Tragico: [id quoque videtur cl. *Heyne* ad Apollodori Bibl. tom. III. pag. 1174.] aut saltem tragoedia non est, sed grammaticum opus et forte commentarius in Euripidem, ex quo repetit, quod ambiguitatis auctores sint histriones confundendo partes chori cum verbis Medæ. *Fabric.* At Apollodorum Tarsensem gramm. spectare quoque schol. *Aristoph.* *Plut.* 535. putat *Heyne* l. c. p. 1151. *Harl.*



APOLLONIDES, a Grotio recte tragicis accensetur, quoniam versiculos, quos ex Apollonide repetit *Stobaeus* in florilegio ferm. 76. ὅτι κάλλιστον γάμος, eosdem *Clemens Alexandrinus* lib. III. Paedagogi cap. 12. acceptos fert tragoediae.

APOLLOPHANES Atheniensis, poeta veteris comoediae fuit, teste *Suida*, [adde *Eudociam* p. 61.] non tragicus. At inter veteres Tragoediae auctores illum numerat *Dejrio*, quod tragoedias etiam composuisse videatur. Nimirum coniicit vir doctus, *Daulidem* Apollophonis, ab Athenaeo et aliis memoratam, fuisse tragoediam, in qua Terei et Procnes et Philomelae atrocia facta comprehenderit. Sed nihil incertius esse eiusmodi suspicione, docet *Isaacus Casaubonus* [P] lib. VII. ad Athenaeum cap. 23. allatis plurimis exemplis, in quibus comici poetae tragicis argumentis comicos soccos aptarunt. *Apollophanis* tamen Τραγωδῶν ἀνεντιο lib. II. Anthologiae cap. 24. pag. 220.

ARCHELAUS ὁ Τραγωδῶν, qui *Lyfimacho* imperante clarus apud Abderitanos fuisse traditur a *Luciano* Lib. quomodo historia scribenda sit, sub init. tom. I. pag. 601. [cap. I. tom. III. Reitz. p. 3.] histrio fortasse fuit tantum, non poeta: eodem enim loco *Lucianus* ait, eum τραγωδῆσαι *Andromedam* Euripidis. Abderitae vero, qui fabulam spectauerant, plerique febri ac simul mentis perturbatione singulari corrupti sunt, ut et ipsi per urbem tragicos versus canerent et tragicos referrent histriones. *Fabric.* Versus, qui sunt ex Euripidis *Archelao*, interdum nomen tantum Ἀρχελαῖος habent praefixum, quasi *Archelaus* fuerit illorum auctor, animaduertente *Valckenario* in Diatriba Euripidea pag. 198. not. *Harl.*

ARCHIAS *Thurius* τραγωδιῶν ὑποκριτής. *Plutarch.* *Demosthene* pag. 859.

ARION Methymnaeus Lyricus circa Olympiadem XXXVIII. floruit, Alcmanis secundum nonnullos discipulus apud *Suidam* dicitur, non Tragici carminis, ut adfirmat *Rob. Stephanus* in *Elucidario*, sed τρέπε Τραγικῶν, hoc est modi cuiusdam Musici in Tragoedia inuentor fuisse et primus χορὸν \*) ᾤσσαι chorum stantem induxisse, καὶ διδύραμβον ὀνομάσαι τὸ ἀδόμενον ὑπὸ τῷ χορῷ, καὶ Σατύρους εἰσενεγκῆν ἑμμετρα λέγοντας. *Tzetzes* praefat. ad *Lycophronem* Διδύραμβον δὲ ἦτοι κυκλικὸν χορὸν ἐν Κορίνθῳ πρῶτος ἔστηεν Ἀρίων ὁ Μηθύμναϊος, δεύτερον δὲ Λάσος Χαβρήνης Ἐρμιονεύς. Confer *Herodotum* lib. I. cap. 23. *Aristotelem* apud *Proclum* in *Chrestomathia*, et ex recentioribus *Vossium* *Institut. Poetic.* III. 16.

ARISTARCHVS, Tegeates, ultra centum annos producta aetate, Euripidis aequalis fuit, et primus, ut auctor est *Suidas*, tragoedos cothurnis extulit. Ex dramatibus LXX. quae docuit, bis victor, pauca veteribus memorantur, ut *Achilles*, quem *Ennius* (teste *Feslo* in *prologo aere*) et *Plautus* in *Poenulo* \*) expresse runt, tum *Aesculapius* *Suidae* et *Tantalus* *Stobaeo* laudatus. Sed et *Rhesum* Tragoediam, quae inter Euripidis hodie legitur, et a *Delirione* Euripidi alteri tribuitur, *Samuel Petitus* haud verisimili coniectura refert ad hunc *Aristarchum* lib. III. *Miscellaneorum* cap. 22. [vid. supra ad Euripidis *Rhesum*.] Confer *Colomesium*

p) Confer, quae supra cap. XV. nr. 16. [tom. I. pag. 119 sq.]

q) Vbi in *Poenulo* id indicatur. vid. *Bayle* *Diction. voc. Aristarche*, not. G. fin. *Heumann*.



*mesum* ad Gysaldum p. 373. \*) Citatur *Aristorchus* Tragicus ab Athenaeo, in extremo libri XIII. *Fabric.* conf. *Matthesii* disp. de Aristarcho grammatico, Ienae, 1725. 4. §. 4. p. 6 sqq. vbi plures *Aristarchi* enumerantur. *Hart.*

[ARISTIAS. Hic eiusque pater *Pratinas*, de quo infra, satyris faciendis, omnibus, praeterquam Aeschilo, praestitisse dicuntur apud *Pausaniam* II. cap. 13. p. 141. *Aristiae* Corinthi in foro monumentum fuit positum, teste eodem, cit. loco. *Hart.*]

ARISTO, Sophoclis tragici nothus fuit, teste Suida in Ἰαφῶν. Idem ni fallor ποιητὴς Τεαργωδίας, qui inter plures hoc nomine scriptores celebratur a *Laertio* in Zenone lib. VII. sect. 164. *Aristonis* Δουκῶν laudatus Plutarcho sub initium libri de audiendis Poetis, non *Aristonis* Tragici est, ut scribit *Meursius* in Biblioth. Graeca, sed, ut *Menagius* ad Laertium veritilimilius [P] suspicatur, *Aristonis* Peripatetici. De Tragoedia *Aristonis* in *Mnesithumum* virum fortissimum scripta, ex Plutarcho inmemere Zarottus in Ouidii Ibin et Gyraldus sub extremum dialogi VII. Historiae Poetarum. Alius *Ariston* actor tragicus Syracusis, de quo *Liuius* libro et capite XXIV. [conf. *Mongitor.* Biblioth. Sicul. tom. II. in adpendice pag. 54.] *Aristonis* quaedam profert *Theophilus* lib. III. ad Autolycum p. 297. quae *Aristophonti* Comico tribuit *Grotius*. Idem ad *Agathonem* refert tragicum, quae sub *Aristonis* nomine produxit *Clemens Alex.* II. Strom. p. 407. *Fabric.* Plures fuerunt *Aristones*. *Ariston* Cius (an *Chius*?) peripateticus, cuius epigramma in Anthol. Cephalae nr. 739. occurrit, et cuius ἐρωτικά ὁμοίαι *Athenaeus* et *Plutarchus* laudant; alius rhetor, eximius apud *Stephan. Byzant.* in voc. Γέρας. *Aristo* *Chius* philosophus academicus, de quo vide in vol. seq. in catal. academicorum, et aliquot *Aristones* infra in catal. peripateticorum v. *Aristo.* adde *Schneider.* in Periculo critico in Anthologiam Constantinī Cephalae pag. 127. *Hart.*

ARISTOCRITVS, Athenodorus et Thessalus tragoediarum ὑποκριταί tempore Alexandri Magni. Vide *Athenaeum* lib. XII. pag. 538 sq.

ARISTODEMVS Atheniensis, teste *Cicerone* apud Augustinum II. de Ciu. Dei cap. 10. actor Tragicus fuit, antequam maximis de rebus legatus ad Philippum Macedonem mitteretur. Mentio etiam fit apud *Plutarch.* de X. rhetor. Vtrum tragoedias ipse scripserit, atque adeo fuerit tragoediarum auctor quoque, perinde incertum est, ac de *Aeschine* parum constare supra adnotavi. De *Polo* et *Aristodemo* tragicis ὑποκριταί confer Scholia Graeca ad *Lucianum* tom. II. pag. 7. Meminit utriusque *Lucianus* Apologia pro mercede conductis p. 486. *Fabric.* Diuersus ab hoc est *Aristodemus*, μικρός dictus, sacrorum intrisor, quocum *Socrates* colloquutus est apud *Xenoph.* M. S. I. cap. 4. §. 2 sqq. adde *Platon.* in Symposio, p. 315. et *Maxim. Tyr.* diss. III. p. 6. edit. II. *Dauisii*. De *Aristodemo*, qui a Scholiaste Theocriti dicitur ὁ Θηβαῖος, et scripsit Θηβαικῶν libros, apud *Suidam* vero in Ὅμολοις Ζεὺς in *Aristophanem* et *Mich. Apostolium* cent. XVIII. prou. 42. in Χρησόδημον transformatus est. vid. doctam *Valckem.* adnotat. ad Schol. Eurip. Phoen. v. 1120. pag. 732. *Hart.*

ARISTOLOCHVS ut malus Poeta Tragicus perstringitur ab auctore Epistolarum quae ambulant sub nomine *Phalaridis* epist. 63. [epist. 18. edit. *Lennepii*, cuius notam pag. 90 sqq.

c) Hunc Aristarchum etiam amuit *Ouid.* Trist. II. 411. *Heumann.*



90 sqq. conferes.] ἐπαίρει σε κατ' ἐμὲ γράφειν Τραγωδίας. Sed hoc ipso loco inter alia vititur doctissimus *Benileius* <sup>5)</sup>, quibus epistolas illas demonstrat Phalaridi suppositas esse. Primus enim tragoedias scripsisse traditur Thespis circa Olympiadem LXI. Et Phalaris iam obierat Olymp. LVI. vel certe LVIII. Sed ex Dodwelli sententia mors Phalaridis incidit demum in Olymp. LXIX. 1.

ARISTONYMVS, quo auctore inter tragicos a Delrione referatur, haud comperi. Forte pro tragoedia habuit ipsius *Theseum* laudatum *Athenaeo* lib. III. p. 78. Ceterum Comicus fuit iste Aristonymus, pluribus Scriptis inclutus sub Ptolemaeo Philadelpho ac Philopatore, ut Suidas, [et Eudocia pag. 68.] testantur, regiaque bibliothecae post Apollonium praefuit. Eius Comoediam Ἡλίου ἐργῶντα citat idem *Athenaeus* libro VII. [cap. 8. p. 285.] Confer Etymol. M. in Βεμβράς. Alia Stobaeus et Plutarch. de Fluminibus. Laudat et *Aristonymum* Hesychius Alex. *Fabric.* Gryphos texere optime callebat, teste *Athenaeo*, X. cap. 20. pag. 453. *Harl.*

ARISTOPHANEM tragicum Meursius obseruat ex hoc loco Lutatii ad Stat. 12. Thebaid. *Oedipus expulsus Creontis imperio confugit Epicolono, in quo locus erat furiis consecratus. Sed misericordia Atheniensium illa sede est erutus, hospitaliterque tractatus. Hanc Tragoediam Aristophanes scripsit.* Ceterum vix dubito Sophoclem legendum esse pro Aristophane.

ARISTOPHONTIS *Philoctetem* memorat *Plutarchus* Lib. de Audiendis [P] Poetis p. 14. unde tragicis Poetis adnumeratur a Delrione, et aliis. Sed Philoctetes ille pictura fuit, non tragoedia, ut Colomesio ad Gyraldum p. 406. pulcre animaduersum. *Aristophon* pictor a *Plinio* laudatur lib. XXXV. cap. 11. Alius fuit *Aristophon* Comicus, cuius Pythagoristas laudat *Laertius*, tum, qui alias eius fabulas memorant, *Athenaeus* ac *Stobaeus*. *Aristophontis* Pancratistae mentio apud *Pausaniam* in Eliacis posterioribus pag. 484. *Aristophontem* Atheniensem in libris, qui *dysfarestia* nuncupantur, citat *Fulgentius* lib. III. Mytholog.

ARISTOTELES Philosophus in Poetica sua praeclare disputat de tragoediae compositione et de multis veterum tragoediis fert iudicium. Sed scripserat etiam *Νίκας Διονυσιακάς* et de tragoediis librum, ac praeterea *διδασκαλίας*, memoratas *Laertio* lib. V. sect. 26. <sup>6)</sup> Anonymo Menagiano in Aristotelis vita, Suidae in Ὀνὸς σκιά et Scholiastae Aristophanis ad Aues et Harpocrati in *Διδάσκαλος*. In hoc opere Aristoteles egerat de dramatibus celebriorum Poetarum Tragicorum Comicozumque, ubi, quando, quomodo et quo euentu acta fuerunt. Vide *Casaubonum* ad *Athenaeum* lib. VI. cap. 7. *Ioh. Woweranum* Polymathiae cap. XI. §. 15. et *Ionsum* lib. I. cap. XI. pag. 54 sq. *Διδασκαλίας* eiusmodi scripsere Aristotelis exemplo *Carystius* Pergamenus, *Callimachus*, *Aristophanes* grammaticus, *Aristarchus*, *Eratothanes*, *Crates*, alique.

ARISTOXENVS Musicus libro vndecimo *συμμίκτων* egerat de Tragicis et Comicis. Vide infra in *Ruso*. Eiusdem *περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως*. Harpocrat. in *Κεῖρακιςμός*:

ARTABAZES

<sup>5)</sup> In respons. ad C. Boyl. sect. XI. p. 122 sqq. et in diss. de Epist. Phalar. sect. XI. p. 27. ex versione lat. Lennepii. *Harl.*

<sup>6)</sup> *Ionsius* l. c. has didascalias tribuendas censet Aristoteli iuniori grammatico. *Heumann.*



ARTABAZES Armeniae Rex, Tigranis, (non Mithridatis, vt Rob. Stephanus in elucidario,) filius, Straboni et Plutarcho Ἀρταβάσης, in Valerii Maximi Codicibus corrupte *Sariafter* lib. IX. cap. 11. extern. 3. vel *Ariafter*. Appiano teste καὶ τραγωδίας ἐποίησεν, καὶ λόγους ἔγραψε καὶ ἱστορίας, ὧν ἐν αὐτῇ διασώζονται Lib. de bello Parthico p. 155. ex Plutarchi vita M. Crassi p. 564.

ASCLEPIADES, Isocratis discipulus, Tragilensis, Τραγωδόμενα scripsit, teste Plutarcho in Isocratis vita. Libris sex constituisse illud opus tradit *Stephanus Byz.* in Τραγῶγος. Citantur a Plinio in indice libri septimi, Athenaeo, Harpocrate, [*Apollodoro* Bibl. II. 1, 3. III. 1, 2.] Hesycho et Scholiaste Pindari [p. 3, 14.] atque Apollonii: Τὰ Τραγωδόμενα, qualia etiam scripsit *Demaratus*, teste *Clemente Alex.* in protreptico. *Harduinus* reddit, ea, quae in Tragoediis decantantur. Hieron. Wolfius: *tragoediarum argumenta* <sup>u)</sup>. Rectius hic quidem, quam *Gyraldus*, qui tragoedias scripsisse *Asclepiadem*, e Plutarcho euincere conatur. [P] Sic *Herodicus*, Cratetius, scripserat *Κωμωδόμενα*, siue de *Argumentis comicis* opus, cuius librum sextum laudat *Athenaeus* lib. XIII. p. 586.

ASTYDAMANTES duo, vnus Morsimi Tragici filius, Philoclis nepos, Aeschyli sororis filius, Atheniensis, auditor Rhetoris Isocratis, ducentas et quadraginta tragoedias teste *Suida* composuit, quindecies victor. [adde *Eudoc.* pag. 68.] Huius videntur esse Ἀλκμαίων, Ἑρμῆς et Ναύπλιος, quae ab Aristotele, Athenaeo ac Stobaeo citantur. [fragm. est in Schol. Marcian. Homeri Venet. vid. *Villoison*. Proleg. p. 33.] De hoc *Diodorus Sic.* lib. XIV. pag. 420. ad Olymp. XCV. 2. Ἀστυδάμας δ' ὁ Τραγωδογράφος τότε πρῶτον ἐδίδαξεν ἔζησε δὲ ἔτη ἐξήκοντα. Astydamenti alteri, prioris filio, hae tragoediae tribuuntur ab eodem *Suida*: Ἀίας μαινόμενος, Ἀλκμήνη, Βελλεροφόντης, Ἐπίγονοι, Ἡρακλῆς Σατυρικὸς <sup>v)</sup>, Πάλαμῆδης, Τυρῶν, Φοῖνιξ. A priore ortum prouerbium: *Astydamantis in morem se ipsum laudare*, de quo *Zenobius* V. 100. *Suidas* in Σαυτὸν ἐπαινῶς et *Apostolius*. Vbi eo adagio sunt *Philemon* comicus et *Iulianus* Epistola 12. ac 59. *Fabric.* Prior Astydamas, quum tragoediam magno successu egisset quam *Parthenopaei* nomine inscripserat, ab Atheniensibus decreta illi est statua in theatro: sed, quum epigramma, arrogantius scriptum sibi, in concilium adtulisset, multarunt eum et priuarunt inscriptione statuæ incisa. vid. *Diogen. Laertium* in Socrate, l. lib. II. segm. 43. cuius locum, quia est corruptus, *Isaacus* atque *Mericus Casauboni*, atque *Menagius* ad illum diuersa ratione corrigere sustinuerunt. *Harl.*

ATHENODORVS Tragicus ὑποκριτής. Vide supra in Aristocrito, et Plutarchum in Alexandro pag. 681.

## AVTOCRATES

<sup>u)</sup> Vberiore eorum, quae in tragoediis ex historia, antiquitate aut mythologia explicari atque intelligi debebant, fuisse expositionem patet ex scholio cod. Marciani ad Homer. ζ. v. 155. Ibi enim, historia de Bellerophonte copiose narrata, ita scholion absoluitur: ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδην ἐν Τραγωδομένοις. Pariter ad Iliad. η. 467. causa exponitur, cur Lemniis irata fuerit Venus, et Vol. II.

eadem adiicitur clausula. Id autem *Asclepiadis* opus versibus scriptum videtur: quod colligit cl. *Heyne* ad *Apollodori* Biblioth. tom. III. pag. 977. ex fragm. apud *Athen.* X. pag. 456. B. *Euripid.* Schol. Phoen. 50. Schol. *Pind.* p. 3, 14. *Harl.*

<sup>v)</sup> Conf. *Casauboni* Animadu. in Athenaeum lib. X. cap. 1. p. 700. Eundem de Satyrica Poesi lib. I. cap. 5. pag. 147 sq. edit. *Rambach.* *Harl.*

O o



AVTOCRATES Atheniensis, veteris comoediae poeta; sed qui multas etiam tragœdias scripsisse a Suida [atque Eudocia] traditur. Eius *Τυμπανισαὶς* praeter Suidam laudat *Aelianus* XII. 9. de Animalibus. Alius, ni fallor, fuit *Autocrates*, cuius *Ἀχαικά* in testimonium citantur ab *Athenaeo* lib. IX. pag. 395.

BION tragicus inter decem huius nominis a *Laertio* lib. IV. sect. 58. recensetur his verbis: *ἔννατος ὁ ποιητὴς τραγωδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων*. Ad quem locum conferendus *Casaubonus* de Satyrica Poesi lib. I. cap. 5. [p. 150. edit. Rambach.] ex quo discis, Tarsicos esse adpellatos, qui characterem poeseos extemporalis, quo Tarsenses delectatos Strabo lib. XIV. testatur, referrent, eumque vel non multo ante Strabonem, vel ævo illius vixisse. Iunior videtur Tragicus iste Tarsicus, *Bione*, Aeschyli filio, quem et ipsum tragicum fuisse Suidas adfirmat.

CALLIAS, cuius *Τραγωδία γραμματικὴ* laudatur ab *Athenaeo* <sup>w)</sup>, incertum est, idemne sit cum Callia Atheniensi Comico, cuius dramata Suidas enumerat. Alius videtur *Johanni Meursio* in Bibliotheca Attica, quamquam et ipse Atheniensis ab *Athenaeo* adpellatur. *Fabric.* Paullo ante Strattidis saeculum genitus erat, auctore *Athenaeo* lib. X. pag. 453. *Harl.*

CALLIMACHVS, Cyrenaeus, poeta celeberrimus, de quo suo loco egi, etiam tragoedias teste Suida composuit, sed ex quibus nihil quicquam ad nostram peruenit aetatem. Idem scripsit *πίνακα τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων*, hoc est *de iis, qui Tragoedias et Comoedias docuerunt*. Vide *Casaubonum* ad *Athenaeum* lib. VI. cap. 7.

CALLIPIDES *Τραγωδὸς* tempore Alcibiadis, Athenis. Auctor [P] siue histrio tragoediarum. *Τραγωδιῶν ὑποκριτὴς* *Plutarcho* in Agesilao p. 607. et in Alcibiade pag. 209. Vide [*Eustathium* ad Homer. pag. 1083.] *Athenaeum* lib. XII. 535. et *Pitiscum* ad Suetonii Tiber. cap. 38. Mentio eius etiam in vita Sophoclis et apud *Apostolium* XV. 39. prouerb.

CANTHARVM, Atheniensem, Comicum facit idem Suidas, [item *Eudocia* p. 269.] Sed quia inter eius dramata primo statim loco Medeam nominat, hinc Delrioni verisimile videtur, Cantharum hunc etiam tragoedias composuisse. Vide tamen, quae supra in *Apollonophane* notabam.

CARCINI duo fuere Tragici, Atheniensis alter, Xenoclis filius, de quo Harpocratio in *Καρχήνος*, alter <sup>x)</sup> Agrigentinus. Prior CLX. fabulas docuisse, alter etiam Comoedias

w) Apud *Athenaeum* VII. cap. 1. pag. 276. A. Callias dicitur confecisse *tragoediam*, (*Καλλίαν ἱσορῶ* n. Clearchus, τὸν Ἀθηναίων γραμματικὸν συνδιδάξαν τραγωδίας), e qua Euripides in Medea et Sophocles in Oedipode suarum fabularum dispositionem ac versuum exemplum sumssent. De tragoedia eius grammatica, s. *γραμματικῇ θεωρίᾳ*, eius ordine, prologo et imitatione Euripidea et Sophoclea, vid. *Athen.* X. cap. 20. p. 453. et *Casauboni* Animadu. p. 763 sqq. De eius fab. *Cyclo-*

*pes*, *Athen.* VII. pag. 285. et *Casaubon.* Animadu. pag. 509. *Harl.*

x) Agrigentinus videtur, quem frequenter Syracusis versatum tradit *Diodorus Siculus* V. pag. 201. vbi de raptu Proserpinae versus Carcini producit: [cap. 5. tom. I. p. 334. edit. Wesseling. qui etiam pronior est in Agrigentinum ob ea, quae de Syracusana eius mora adnectuntur; at enim, quamquam *Diodor.* Sic. scribit, enim non raro profectum esse Syracusas, ex eo quidem nondum tuto colligi potest,



dias scripſiſſe dicitur, aequalis Dionyſii tyranni, Socræticæ Aeſchinis. Incertum eſt, vtrius ex his ſint, quas in veterum ſcriptis obſeruat *Ioh. Meurfius*:

Ἀλόπη. Ariſtot. VII. 7. Ethic. Nicomach. [p. 175, 3. conf. *Valcken.* Diatr. Eurip. p. 13. A.]

Ἀχιλλεύς. Athen. Suid.

Θυέτης. Ariſtot. cap. 13. Poetic.

Κύπριος. Hefych.

Μήδεια. Ariſtot. II. 23. Rhetor.

Οἰδίππς. Ariſtot. III. 16. Rhetor.

Σεμέλη. Athen. lib. XIII. p. 559. Suid. [v. *Καρκίνος*, vbi vid. notam Küſteri pag. 245.]

Τηρεός. Stob.

Vide *Meurfii* Bibliothecam Graecam Atticamque, et Gyraldum dialogo 7. pag. 375. *Leopardum* lib. XII. emendatt. cap. 21. *Valeſum* ad Harpocrætionem. [voc. *Καρκίνος*. *Mongitor*. in Biblioth. Sicula, tom. I. pag. 122. qui plures laudat, aliorum corrigit errores et adfirmat, *Carcinum* Athenienſem cum Agrigentino ſæpe confundi, priorem clariſſe ſub Philippo Macedone Olymp. C. poſtერიorem vero ætate Dionyſii minoris, Syracuſarum tyranni, Olymp. CIX. e Sicilia expulſi. Contra *Voffius* de Poetis Graecis cap. 7. p. 48. et 49. putat, eodem tempore Athenienſem et Agrigentinum floruiſſe, quia Aeſchines Socræticus cum Carcino Agrigentino apud Dionyſium maiorem, Olymp. CIII. decedentem, vixiſſe dicitur; (vid. *Diogenem Laertium* II. ſegm. 63. vbi dicitur *comicus*, et ad Diogenis locum Aldob. ac Menagium, quorum poſterior vtriusque ætatem refert ad Olymp. C. praeſente Suida in: *Καρκίνος*, *Ἀκράγαντινος*.) At enim, ſi Athenienſis is eſt, nec alius, quem ſugillauit *Ariſtophanes* Nub. v. 1264. (vbi vid. Schol. Küſter. ac Bergler.) et Pac. v. 782 ſqq. vbi et Ran. v. 86. eius filios carpit: probabile fit, *Carcinum* Athenienſem iam ante Olymp. C. fabulas edidiſſe. Sed hic, quem cum ipſius filiis Ariſtophanes riſui exponit, a ſuperioribus diuerſus eſſe videtur. Saltem Suidas de eo, tamquam ab ceteris diſtincto, agit: tum *Eudocia* p. 270. enumerat tres *Carcinos*, Agrigentinum, et alium poetam *Atticum*, (forſan hic fuit, quem Ariſtophanes exagitauit?) et alium, *Theodeſti* filium, (a Suida vocatur *Theodeſti* vel *Xenoclis* filius,) *Athenienſem tragicum*; quorum poſtremo tribuit dramata, *Achilles* et *Semele*, cum aliis. De filiis eius, quem illuſit Ariſtophanes, vid. infra in: *Xenocles*. — Euftrætiſ ad Ariſtotelem et *Barberius* de miſeria poetarum p. 44. tradunt, *Carcinum*, (Agrigentinum intelligit *Mongitor*.) quum fabulam meditaretur, ſerpentis morſu adfectum, ex venenato icſtu diem obiſſe. Porro *Mongitor*. de numero tragoediarum, *Carcinis* adſignatarum, diſſerens, Agrigentino adſerit fragmentum apud Diodorum Siculum, et ex Athenæo III. ac Gyraldo de poet. hiſt. dial. VII. p. 272. tribuit ei tragoediam, cui inſcriptio: *in ſenes, qui puellas uxores ducunt*; prouerbiū vero: *Carcini poemata*, h. e. obſcura, (vid. Suidam in *Καρκίνος ποιήματα* pag. 246. tom. II. Küſteri,) cum *Craſſo* in Hiſt. poetar. graec. pag. 103. aliisque refert ad *Carcini*

O o 2

poſteſt, hunc, cuius verſus adfert Diodorus, fuiſſe Siculum, quoniam illa ætate multi Athenienſes diu commorabantur in Sicilia.] Fuit et *Carcinus* qui-

dam Rhegienſis, Agathoclis tyranni pater. id. XIX. tom. II. pag. 651 ſq. [pag. 318. edit. Weſſeling. cuius not. 5. vide.]



cini Atheniensis poemata. *Carcini* dicta occurrunt in cod. S. Maximi Opp. fol. 93. teste Montfaucon. in Bibl. Coislunian. p. 577. — *Carcinum*, cuius meminit Isocrates, Harpocraton l. c. intelligit Atheniensium praectorem, missum ad Peloponnesum classe obeundam. *Harl.*] Alius *Carcinus* Sophista, cuius meminit Plato in Euthydemo: *Carcinus* Rhetor, quem laudat Alexander *περὶ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων*. etc. Diuersus ab his, ni fallor, de quo prouerbum: *ἐν γὰρ ἀμνηχανίῃ καὶ Καρκίνος ἔμμορε τιμῆς*. Apostol. VIII. 24 et 56. *Fabric.* Horum omnium antiquior est *Carcinus Naupactius*, quem *Charon*, *Lampfaccius*, historicus ante Herodotum Olymp. LXXV. (teste Suida h. v.) auctorem fuisse carminum, quae *Naupactia* dicebantur, scripsit, referente et probante *Pausania* lib. X. cap. 38. p. 897 sq. ac Pausaniae subscribunt cel. *Heyne* ad Apollodori Biblioth. tom. III. p. 988 sqq. et cl. *Groddeck* in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. II. p. 92 sq. Lepidum Dalecampii, qui *Καρκίνον cancerum*, in poetam *Carcinum* apud *Athenaeum* XV. p. 695. A. transformauit, errorem non sine lima notauit *Völkmaer* ad Euripidis Phoeniss. v. 815. p. 304. Contra apud *Athenaeum* lib. I. cap. 19. p. 22. A. loco *Κρατῖνος Bentleyus* in Resp. ad C. Boyle scribendum existimat *Καρκίνος*, quod hic, irrisus ideo ab Aristophane, delectabatur saltationibus, de quibus loquitur Athenaeus. *Harl.*

CEPHISODORVS veteris Tragoediae poeta fuit, si Suidae [et *Eudociae* p. 270.] credimus. At enim *Meursius* in Bibl. Attica p. 1458. ex Athenaeo, Polluce, ipsisque fabularum Cephisodori apud Suidam titulis obseruat, eum fuisse Comicum. [scripsit n. *Ἀμάζοις*, *Τροφώνιος* ὤς, apud Eudociam.]

CHAEREPHON Sphettius Socratis auditor <sup>9)</sup>, quare a Delrione tragicis annunere-  
tur, nescio. Hoc scio tragicum fuisse CHAEREMONEM Theophrasto apud *Athenaeum*  
XIII. p. 562. et 608. ac 679. laudatum, quem Suidas [*Eudocia* p. 436.] et Anonymus ad *Ari-*  
*stotelis* Rhetorica lib. III. p. 69. b. Comicum faciunt. Eius [P] fabulae apud eundem Sui-  
dam atque Athenaeum: *Ἀλφεισίβοια*, *Ἀχιλλεύς*, *Θερσιτοκτόνος*, *Διόνυσος*, *Θερσίτης*, (Suid.  
in *Ὡς ἐχ' ὑπάρχων*.) *Θυέτης*, *Ἰώ*, *Ὀδυσσεύς*. *Οἰνεύς*, [*Οὐρέυς* habet *Eudocia*, additque fabu-  
lam *Μινύα*.] *Πενθεύς*, *Τραυματίας*. Vide *Meursii* Bibliothecam Graecam, et Hertelii Co-  
micorum fragmenta. Chaeremonis *κένταυρος* siue *ἵπποκένταυρος* rhapsodia fuit ex variis  
metri generibus conflata, teste *Aristotele* cap. 1. Poetices. *Fabric.* Dicta eius reperiuntur in  
S. Maximi Opp. cod. teste *Montfaucon*. in Bibl. Coislun. p. 575. fragm. vid. quoque in *Grotii*  
Exc. com. gr. p. 844. *Harl.*

CHOERILVS Atheniensis circa Olympiadem LXIV. clarus, ex quorundam sententia  
primus personatos induxit, auctor tragoediarum CL. terdeciesque victor. Vide Suidam et  
de aliis duobus huius nominis Samio Ol. LXXV. poeta Epico, et tertio <sup>9)</sup> Alexandri M. aequali  
Iassensi, (Steph. in *Ἰασσός*.) *Menagium* ad Laert. lib. I. sect. 24. et *Sam. Petitum* lib. II. Ob-  
seruat.

9) Conf. *Xenophon*. M. S. I. 2, 48. II. 3. 1. et  
14. Schol. ad *Aristophanis* Nub. 144. *Harl.*  
*Gatack.* Cinni lib. I. cap. 9. p. 230. *Heum.*

2) Hunc ab antecedente s. secundo non discernit  
*Eudocia* p. 437. *ἕτερος Χοίρελλος Σείμος*, κατὰ δὲ

*τινός*, *Ἰσείος* (leg. ἢ *Ἀλικαρνησίου*.) Hunc scripsisse  
tradit multas epistolas et epigrammata et comoe-  
dias. Sic quoque *Menagius*, a *Fabricio* citatus, ac  
*Meursius* Bibl. Gr. lib. II. p. 1300 sq. tom. X. Thef.  
antiqq. graec. Gronou. censent Samium, et Iassium  
atque Halicarn. pro vno esse habendum? *Petitius*  
a Fabr.



seruat. cap. 2. Ex tragoediis *Choerili* Ἀλόπην laudat *Pausanias* in Atticis pag. 34. *Fabrie. Voßius* de poetis graecis cap. 4. et *Stanlei.* in commentar. in anonymi vitam Aeschyli p. 701. arbitrantur, Choerilum Atheniensem vel natum esse, vel dramata sua coepisse euulgare Olymp. LXIII. Fabricius recepit Petiti rationes. *Corfinus* in Fast. atticis, tom. III. p. 120. facit cum Suida, Eudocia ac Fabricio refertque florem illius ad Olymp. LXIII. 4. Certauit vero cum Pratina et Aeschilo. v. *Suidam* in Πρατίνας. Quando vero apud Eudociam exaratum est, eum vicisse ρ'. h. e. centies, is error siue Eudociae siue librarii, siue operarum erit: Suidas enim in Χοιρίλλος, (tom. III. p. 695.) probabiliorum numerum ργ'. h. e. tredecim, posuit. E numero dramatum, ab illo confectorum, aliquot fuisse satyricas fabulas, coniicit *Is. Casaubon.* de Sat. Poesi; lib. I. cap. 5. p. 125. edit. Rambach. Atheniensibus autem iucundus fuit tragicus, ita, vt sub illo primum exstruerent theatrum. vid. *Ios. Barnef.* de tragoediis veterum Graecor. §. III. — *Choerilus* Samius celebris fuit carmine, quo bella Graecorum cum Dario et Xerxe celebrauit. Citarunt eius epos versusque inde seruarunt *Strabo* VII. p. 303. (464.) et *Iosephus* lib. I. contra Apion. quem locum reddidit *Eusebius* P. E. IX. 9. et eiusdem carminis initium superesse apud *Aristotelem* Rhet. III. 24. acute coniicit cl. *Wolf.* in *Car. Ad. Gottl. Schellenberg* docta disp. Antimachi Colophonii reliquiae, p. 39. not. Idem vir eruditus p. 36. et 39 sq. docet, hunc Choerillum fuisse receptum in numerum poetarum epicorum; at a criticis Alexandrinis, auctoritatem Platonis sequutis, illo exemptum et Antimachum praelatum, (teste *Heracleide* in *Procli* commentario in Plat. Tim. I. p. 28. med.) alios tamen, in his Euphorionem, id improbasse, adfertque epigramma Cratetis grammatici, primum editum a *Salmasio* ad *Spartian.* p. 154. edit. Lugd. B. 1671. et repetitum a *Brunck.* in *Analect. gr.* tom. II. p. 3. explicatum vero a *Toupio* in *Epist. critica,* p. 134 sq. edit. Lipsiens. — Ab his diuersus est *Choerilus* Olynthus sculptor, apud *Pausan.* lib. VI. cap. 17. p. 494. aliusque, qui describere res a Lyfandro gestas, ideoque illius in expeditionibus comes esse debuit, teste *Plutarcho* in vita Lyfandri. conf. *Wieland* ad *Horat. Ep.* II. 1. 133. p. 120. *Harl.*

CLEMENS Byzantinus Τραγωδίας ὑποκριτῆς de quo *Philostratus* lib. II. Vit. Sophist. in Hippodromo p. 610 sq.

CLEOMACHVM Tragicum deridet *Cratinus* apud *Athenacum* XIV. p. 638.

CLEOPHON Atheniensis, Tragicus, cuius haec decem dramata Suidae [et ex illo ab Eudocia p. 270.] traduntur: Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεύς, Βάκχαι, Δεξαμενός, Ἡριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσὶς, Τηλέφος. Propria, at humili dictione vltum notat *Aristoteles*, cap. 22. Poetices. Eius Μανδρόβελον memorat lib. I. Sophist. Elench. cap. 14.

CLITONYMVS in tertio Τραγικῶν citatur a *Plutarcho* de fluminibus. Sed legendum Θρακικῶν, vt pridem notauit *Ionfius* p. 218. [et *Reinesius* V. L. lib. I. cap. 1. p. 2. scripserat

O o 3

a *Fabr.* memoratus tres numerat. Duo tantum Choerilos fuisse, autumat *Dacierius* ad *Horat.* II. ep. 1. v. 233. *Choerilus* tamen ab *Horatio* memoratus, *Laetino Torrentio* in com. ad h. l. maior obsonarius, quam poeta fuisse videtur; et sic, quae *Acro* ad *Horatii A. P.* v. 357. vera sunt, *Choeri-*

lus, Alexandrum sequutus, et qui eius bella descripsit (v. infra lib. III. cap. 8. inter scriptores de Alex. M. p. 213.) Samius nobilis ille epicus esse non poterit, Choerilusque Horatianus, a Samio diuersus est. Epicus quoque poterat dici *Halicarnassus.* *Harl.*



pferat enim Clitonymus etiam Ἰταλικά et Συβαρτικά, quae laudat *Plutarch.* in parall. minor. cap. 10 et 21.]

[CLITVS, tragicus, in Epitaphio apud *Richard. Chandler.* in Inscript. antiq. Oxon. 1774. fol. part. I. num. 25. *Harl.*]

CRATES tragoediarum scriptor memoratus scholiastae Germanici p. 124. Cratetem intellige Thebanum Cynicum, ex cuius tragoediis, sublimi charactere philosophico scriptis, specimen profert *Laertius* lib. VI. sect. 98. Eius ποιητικὴν laudat *Demetrius* de elocutione §. 172. Hymnum et πάγνια *Iulianus* Orat. 6. et 7. Idem et Crates ὁ ποιητής laudatus *Eratostheni* in Catasterismis cap. 25.

CRITIAS Callaeschri F. Atheniensis, Socratis auditor, eloquentia praestans, atque vnus e trigina Tyrannis, praeter alia scripta fertur composuisse tragoedias, et in his Ἀταλάντην, *Polluci* VII. 10. laudatam. *Pirithoum* quoque et *Sisyphum* Euripidis aliqui ad Critiam, tamquam auctorem retulere <sup>aa</sup>). Vide *Meursium* in Bibl. Attica, et *Baelium* in Lexico Historico Critico. E veteribus de Critia videndi Plato, Cicero, Dionysius Halicarnassaeus, et in libro priore de Sophistis Philostratus. Ex Euripide nonnulla expressisse atque in sua scripta transtulisse notat *Clemens Alex.* lib. VI. Strom. p. 620. De Critiae πολιτείας siue opere de Rebusp. [P] *Casaub.* XI. 3. ad Athenaeum. Eius *Elegias* citat et ex illis quatuor versus profert *Plutarchus* Alcibiade p. 209.

CYLISCVS Gyrardo, Vossio et aliis nominatus, nullus est; nam apud *Plinium* lib. XIII. cap. 10. legendum haud dubie *Philiscus*, quem tragoediarum scriptorem, meditandum pinxit Protogenes. Atque ita repraesentant optimae Plinii editiones. De hoc Philisco infra suo loco.

DEMARATI τραγωδόμενα. Vide paulo ante in Asclepiade.

DEMETRIVS τραγωδιῶν ὑποκριτῆς memoratus Hefychio, incertum, idemne sit cum δραματοποιῶ huius nominis, quem ab Horatio perstringi notat eius interpres. Vide *Menagii* notas ad *Laertium* p. 225. *Fabric.* Adde *Is. Casaub.* de Satyr. Poet. lib. I. cap. 5. pag. 150 sqq. qui Demetrium, tragicorum et satyricorum poematum auctorem poetis adnumerat *Tarficis*, propter certum poeseos characterem, quo plurimum utebantur Tarsenses, sic dictis. *Harl.*

DEMOLOGVS in *Medea* laudatur a *Polluce* lib. IV. cap. 24. segm. 174. unde Tragicis a Delrione accensetur: sed *Meursius* in Bibliotheca Graeca pro *Demologo* legit *Dinolochum*, quod Comici nomen est memoratum *Suidae*. [in edit. Hemsterh. p. 454. legitur in textu Δεμολόχος. v. interpr.] Eius Ἀμάζονας idem *Pollux* laudat lib. X. cap. 45. [segm. 177. vbi v. Hemster-

<sup>aa</sup>) Longa illa ἔρηος, quam ex Euripidis *Sisypho*, dramate satyrico, Grotius ac Barnesius exhibent, iudicio *Valckenarii* in Diatriba Euripidea p. 14. A. multum ab Euripideo colore diuersa, Critiae, tamquam auctori, tribuenda est cum *Sexto Empirico* p. 562. nec is probat iudicium *Io. Laur.*

*Moskemii* ad Cudworthi systema intellect. p. 793. adde eundem *Valcken.* l. mem. p. 209. — *Pirithous* utrum esset Euripidis, an Critiae drama, dubitauit iam *Athenaeus* XI. p. 496. B. conf. *Valcken.* loco cit. p. 197. C. et 198. A. *Harl.*



Hemsterhuf.] Floruit *Dinolochus* circa Olympiadem LXXIII. filius Epicharmi, fabularum XIV. auctor.

DICAEARCHVS de tragoediis et Comoediis scripsisse ex Scholiaste Sophoclis et Aristophanis colligitur. Vide Casaubonum ad Athenaeum lib. VI. cap. 7. Eius ὑποθέσεις Tragoediarum Sophoclis et Euripidis laudantur a Sexto Empirico, ut supra in Sophocle notavi. Eius περὶ μουσικῶν ἀγώνων a Suida in σκολιόν.

DICAEORGES quoque Tragoedias et Dithyrambos teste Harpocrate et Suida [atque Eudocia p. 131.] scripsit, ac Κύριος eius ab Aristotele, *Medea* a Scholiaste Euripidis ad Medeam laudatur. Citat et hunc Tragicum Stobaeus. *Fabric.* Ex Cypriis *Dicaeorgis* Aristotel. de A. P. cap. 16. p. 116. (vbi vide not.) exemplum adfert agnitionis, quae per memoriam fit. *Harl.*

DIDYMVS Grammaticus Alexandrinus scripsit περὶ τραγωιδιῶν λέξεως, teste *Macrobio* lib. V. cap. 18. et Hesychio in prooemio Lexici. Librum XXVIII. illius operis laudat Harpocrate in Ξηραλοιφῶν. [de quo vide ad Homerum de scholiis et infra vol. VII. p. 56. atque saepius.]

DIOCLVS <sup>bb)</sup> ὁ τραγῳδὸς laudatur a *Philostrato* in Epist. p. 886.

DIODORVS ex Alexandria Troadis, tragicus, Straboni aequalis, ut notatum Gyrardo et Delrione. Alios *Diodoros* decem recenset *Meursius* ad Chalcidum p. 20 sq. quibus adde *Diodorum Adramyttenum*, praetorem, philosophum academicum, causidicum et rhetorem, de quo Strabo lib. VIII. p. 814. XIII. p. 614. *Diodorum* epicureum, qui se ipse interemit, teste *Seneca* de vita beata cap. 19. *Diodorum* amicum Procopii Sophistae, quem laudat Epistola 12. et *Diodorum* Aspendium Pythagoreum, cuius meminit Claudianus Mamertus. [*Diodorus*, in inscriptione, sub imper. L. Aur. Commodi facta, in *Marini* Iscrizione antiche delle ville — Albani Romae, 1785. 4. p. 12. Plures enumerantur infra lib. III. cap. 31. §. VI. vol. II. pag. 775. etc.]

DIOGENES OENOMAVS Atheniensis, tragoedias in patria docuit, cum Resp. triginta tyrannis liberaretur, quod factum est sub extremum Olympiadis XCIV. Eius dramata apud Suidam [et Eudociam p. 132.] haec nominata [P] leguntur: Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέσης, Μῆδεια, Οἰδίπυς, Χρύσιππος et Σεμέλη, cuius Athenaeus quoque meminit. Obscuritatem huius Diogenis reprehendit Melanthius apud *Plutarchum* de audiendis Poetis. Memoratur et Diogenes ὁ τῆς Τραγωιδίας ὑποκριτῆς apud *Aelian.* III. 30. Var. De DIOGENE Tarsensi ita *Strabo* Lib. XIV. p. 675. ὁ δὲ Διογένης καὶ ποιήματα ὥπερ ἀπεφοίβαζε τεθείσης ὑποθέσεως, τραγικά ὡς ἐπιπολύ. Proposito argumento poemata effudit, velut ab *Apolline* concitatus, *Tragica* plerumque. Tragoedias, quae sub DIOGENIS CYNICI <sup>cc)</sup> nomine olim ferebantur, *Philisci Aeginetae* fuisse, Diogenis discipuli, notat *Iulianus* Imp. Orat. 6. p. 186. Male PHILISTVS vocatur Orat. VII. p. 210. Censer *Laertium* lib. VI. sect. 73. vbi

bb) Vid. infra Catalogum comicorum deperditorum, et Eudociam p. 132. *Harl.*

cc) Videtur hic Diogenes confusus fuisse cum *Diodoro Sinopenfi*, tragico, de quo *Athenaeus* lib. VI. p. 239. *Heumann.*



vbi legas, illas a quibusdam tributas esse *Luciano Pasiphonti*, et sect. 80. vbi haec septem <sup>dd)</sup> tragoediarum nomina occurrunt: Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέσης, Μήδεια, Οἰδίπας, Χρυσίππος, quae eadem esse adparet cum illis, quas Diogeni Oenomaio a Suida tribui iam dixi. *Herculem* Diogenis memorat *Tertullianus* cap. 14. *Apologetici*, *Thyesten* *Laertius* VI. 73.

DION quoque Syracusius, Dionysii iunioris Tyranni cognatus et victor inter tragicos a viris doctis refertur, etsi tragoediam ipsius nullam veteribus laudatam potui reperire. Apud *Pollucem* vero lib. II. sect. 88. pro Δίωνι Τραγικῷ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συνεκδημητικῷ legendum παρὰ δ' Ἰωνι τῷ Τραγικῷ etc. Vide *Leopardum* lib. II. cap. 20. emendation. [et Kühn. ac Iungermann. ad Pollucis locum p. 197.]

### DIONYSIADES siue

DIONYSIDES Tarsensis, de quo *Strabo* lib. XIV. p. 675. ποιητὴς δὲ τραγωδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμημένων Διονυσίδης. Meminit huius *Dionysiadis* etiam *Scholias* *Hephaestionis* p. 32. pleiadem Tragicorum sub Ptolemaeo Philadelpho celebrem referens. Alius *Dionysiadēs* Mallotes, *Philarchidae* F. itidem tragicus, de quo *Suidas* in *Μαλλώτης*.

DIONYSIVS Senior, Siciliae TYRANNVS, Tragoedias <sup>ee)</sup> et Comoedias composuit, ex quibus laudantur Ἀδωνίς, Ἐκτορος λύτρα, Θεσμοφόρος et *Leda*. Antiphon vero et Philoxenus Philistusque et Leptines, cum easdem sibi haud probari confidenter magis atque aperte, quam prudenter prae se tulissent, ab illo supplicio adfecti exsilium multati, vel in latomias coniecti dicuntur. Vide de *Philoxeno* *Diodorum* XV. tom. II. p. 331 sq. [*Perizon.* ad *Aeliani* V. H. X. cap. 9. infra, in hoc catalogo, voc. *Philoxenus*.] De ceteris Vaticanam appendicem IV. prouerb. 37. ibique notas Schotti. *Iohannem Meursium* ad Helladium et in libro de LVIII. Dionysiis, et *Allatium* ad Socratis et Socraticorum Epistolas p. 250 sq. *Ioh. Ionsum* lib. III. de scriptoribus Historiae Philosoph. cap. 8. et lib. IV. p. 327. sq. [P] *Melanthii* quoque dictum, quo tragoediam Dionysii, vt verbis nimium luxuriantem, perstringens refert *Plutarchus* de auditione p. 41. Magno sumtu hic Dionysius Aeschyli defuncti pugillares sibi comparauit, sperans se ex illorum vsu repente alterum Aeschylum futurum, vt refert *Lucianus* aduersus indoctum p. 387. [cap. 15. tom. III. p. 112. edit. Reitz. vbi vide interpretes.] *Fabricius* orae sui exempli adleuerat haec: „*Themist.* Orat. IX. p. 126. Τραγωδίας ἰκανῶς γεράφειν καὶ Διονύσιος ὁ Τύραννος ἰκανὸς ἦν· ἀλλ' ἐνέπλωσε δραμάτων Σικελίαν μᾶλλον ἢ τὴν σκηνήν. De Sicula vtriusque Dionysii tyrannide, diss. *Christ. Frid. Ayrmanni*, Prof. hist. Gieß. Gießae 1726.“ *Themistii* locum etiam excitauit *Dauis.* ad Cic. quaeft. Tuscul. V. cap. 22. vbi *Cicero* de Dionysio ita iudicat: „quam huic erat miserum! carere consuetudine amicorum — homini praefertim docto et a puero artibus ingenuis erudito, musicorum vero perstudioso, poetae etiam tragico; quam bono, nihil ad rem.“ *Dauis.* adfert quoque locum *Ammiani Marcellini* lib. XV. cap. 5. *Legimus, Dionysium intentasse poetae Philoxeno mortem, quum eum recitantem proprios versus, absurdos et inconcinnos, laudantibus cunctis, solus audiret immobilis.*

dd) Septem tragoedias tribuit Diogeni Cynico *Eudocia* p. 141. fin. *Harl.*

ee) Mentio et apud *Plutarchum* in *Timoleonte* p. 243.



*mobilis*. — *M. du Soul* ad locum Luciani praeter alios laudat *Plutarch.* Timol. 442. 2. et 462. f. ubi fragmentum Dionysii hoc habet: ἡ γὰρ Τυρᾶνός ἀδίκιας μήτηρ ἐστὶν· quod etiam apud *Stobaeum* reperitur, Grot. Flor. 187. B. additque idem *Philostr.* p. 499. *Harl.*

DIOTIMVS, cuius Ἡρακλῆς ἄθλος Suid. in Εὐρύβατος.

DIPHILVS, tragoedus, quem in Pompeium petulanter inuectum esse aegre fert *Cicero* 2. ad Atticum Epistola 19. et ex Cicerone narrat *Valerius* lib. VI. cap. 2. Rom. 9. non graece egit, sed latine, quando verbis: *miseria nostra magnus est*, ad Magni Pompeii nomen adlusit. Graecum tamen fuisse hunc Diphilum vel nomen ipsum arguit, neque est incredibile graecas quoque eundem tragoedias docuisse. *Fabric.* vid. *Lipsius* Varr. lectt. lib. I. cap. 12. p. 808 sq. *Heum.*

DORILLVS siue DORIALLVS τραγωδοποιός, quem Aristophanes derisit. Vide Suidam, Hesychium et Etymolog. M. in Δορίαλλος et Scholiastem Comici ad Ranas.

DVRIS Samius, Ptolemaei Philadelphi temporibus clarus, scripsit περὶ τραγωδίας teste Athenaeo lib. XIV. De aliis eius scriptis vide Vossium in Historicis Graecis. Alcibiadis se ἀπόγονον professus est, ut traditum Plutarcho in Alcibiade p. 209. *Fabric.* Fuit historiographus, et Alexandrum M. in Asiam et Indiam sequutus, admiranda illarum aliarumque terrarum stilo consignauit: vide infra vol. II. III. 8. 2. p. 225. Memorant eum *Strabo* I. p. 103. *Almel.* (vbi vid. *Casaubon.*) *Stephan. Byzant.* in Ἀπερώγαντες, vbi Duris dicitur adfirmasse, plerasque Sicularum urbium ab omnibus nomina accepisse: in Ἀνασσος, quam Duris beatorum insulam nuncupauit: in Γόργια, quem locum in Samo fuisse idem perhibet. Historiam quoque mythologicam persequutus est: e. gr. Helenae vitam fataque, teste *Eudocia* in Violar. p. 153. Adde Bibliothec. criticam Amstel. II. part. VIII. p. 113. n. c. *Vossium* de Historic. gr. I. cap. 15. *Harl.*

EMPEDOCLES Empedoclis Pythagorici e filia nepos cognominis, Tragoediarum XXIV. auctor fuit, si Suidam [et *Eudociam* p. 170.] audimus. Alii [ut *Hieronymus* apud *Diogenem* Laert. loco mox indicando,] plures, tres nimirum et quadraginta numerant, et ad Empedoclem ipsum physicum celeberrimum, tamquam auctorem referunt, qui eas composuerit adhuc iuuenis, ut adfirmat Neanthes apud *Laertium* lib. VIII. sect. 58. Τραγικὸν τῷ Φωρ siue fastum Empedocli Philosopho tribuit *Diodorus*, Ephesius, ibid. sect. 70. *Fabric.* Apud *Diogenem* tamen *Laertium* VIII. segm. 58. *Heraclides* Serapionis filius, memorat, tragoedias fuisse alterius cuiusdam Empedoclis, nempe nati ex nepote illius primi physicique Empedoclis. Is vero etiam fuit tragicus poeta, teste Suida. Prior igitur, in iuuentute audacior poeta, (vid. *Diog. Laert.* I. c. segm. 70. et quae in vol. I. catalogo Pythagoreorum p. 808. adnotata sunt.) forsan tentauit poesin tragicam, posterior autem iuniorque plures forte confecit tragoedias: vnde diuersitas illa narrationis orta est. *Brucker.* vero in *Histor. philosophiae critica* vol. I. lib. II. 2, 10. p. 1109. negat, physicum scripsisse tragoedias, has iuniori adscribendas esse, ratus. *Harl.*

EPHIPPVVS Atheniensis a Dekrione tragicis accensetur, licet comicum diserte vocet Athenaeus, et mediae comoediae poetam fuisse, e Suida constet. Sed fortassis existimauit vir doctus, inter comoedias illum tragoediis quoque nonnullis scribendis operam dedisse, et no-

Vol. II.

P p

mina



mina quaedam fabularum Ehippi, his magis, quam illis congruere, qualia sunt: *Bufris*, Athenaeo et Macrobio V. 21. laudatus, *Κίρκη*, et *Ναυαγός*. Laudantur et eius *Ἀρτεμις*, *Γερύων*, *Ἐμπωλή*, *Ἐφρηβος*, *Κύδων*, *Ὅμοιοι* ἢ *Ὀβελιαφόροι*, *Πελταστής*, *Σαπφώ* et *Φιλυρα*, (quod scorti nomen.) Vide Athenaeum, et *Meursii* Bibliothecam Atticam p. 1491.

EPICCHARMVS patria Cous, a plurimis Siculus est habitus, quia vix trimestris venit in Siciliam, et ibi vitam duxit <sup>8</sup>). Philosophus Pythagoricus, [P] (*Clemens* Alexandr. V. Stroin.

ff) Mirum est; quod Laertius [VIII. 78.] Epicharmi Pythagorici *ὑπομνήματα* memorans, in quibus, (ut ipse ait) *Φυσιολογῶν*, *Γνωμολογῶν*, *ἱερολογῶν*, ne verbulo quidem innuit, comoedias eum docuisse. *Κωμικοποιῶν* tamen vocat III. 9. ubi Platonem ei multa debuisse et in Philosophiam suam transtulisse refert ex Alcimo. Inter Medicos a Plinio XX. 9. quoque laudatur *Epicharmus*, et a Tiraquello cap. 31. de nobilitate nr. 261. nescio qua fide, refertur, eius commentarios de naturarum atque Medicina adhuc exstare in Bibl. Vaticana. *Fabric.*

Hinc refert eum inter medicos *Fabricius* in Elencho medicorum vet. Vol. XIII. p. 150. Ab illo tamen tamquam diuersum subiungit alium *Epicharmum*, *Demolochi comici Syracusani patrem*, teste *Suida*, in *Δημολ.* sed vide paullo ante in: *Demologus* et *Bentleium* in Respons. ad C. Boyl. p. 260. ex interpret. Lennepii, qui ex MSto Vossii apud Pollucem corrigit *Δημολοχος*, quem aut Syracusum aut Agrigentinum alii filium, alii *discipulum* Epicharmi fuisse dicunt. Si vnus aut duo tantum fuerunt Epicharmi, illi duo forsan haud erant diuersi medici. Nam de numero, quot Epicharmos celebres tulerit antiquitas, de aetate et litterarum studiis atque generibus mire differunt et veteres et recentiores. Quod autem *Mongitor.* in Biblioth. Sicula tom. I. p. 180. omnem controuersiam exposuit vberius multosque, qui in utramque partem disputarunt, viros doctos in medium protulit, paucis me expediam, quibusdam recentiorum additis nominibus atque sententiis. Alii vero vnum, alii duo, alii tres existisse contendunt Epicharmos. Hos tres *Fazellus* dec. I. de rebus Sicul. lib. IV. cap. 1. p. 102. ita distinguit, n. 1) Coum Syracusarum incolam; 2) Megarensē, 3) ex oppido Castri, (Crasti). Eundem habuisse aut forsan vnicum modo, nimirum comicum, nosse videtur *Suidas*; nam refert tantum, de patria illius alios in alia omnia transire. Aliquantum discedit *Eudocia* p. 193. ubi de philosopho Coe quaedam prodit, uti paullo post videbimus; at de comico,

comoediarum inuentore p. 166. *Ἐπίχαρμος*, ait, *Τίτρε Συρακούσιος*, ἢ *ἐκ πόλεως Κρέας τῶν Κανῶν*. (corrigere errorem siue Eudociae siue operarum Venerarum ex *Suida*, *Σικανῶν*.) Adde *Stephan. Byzant.* qui in voc. *Κρέας*, duce Neanthe in libro de viris illustribus, *Epicharmum Comicum* Crasto ortum scribit. Contra *Bonannus* lib. II. Syrac. illustr. p. 262. *Mongitor.* alique ad vnum Epicharmum omnia referunt. Cum *Diomed* libr. III. gramm. Ascensio in comm. in *Horatii* Poet. in illud: *aut agitur res in scenis* etc. et cum *Fabro* de poetis gr. *Mongitor.* existimat, Epicharmum in exilium pulsum ab Hierone tyranno in Coum insulam, ibique comoediam inuenisse, quae ab ea insula nomen accepisset. *Ἐν Συρακούσαις* autem illum inuenisse comoediam, scribit *Eudocia*. Ita alii aliter sentiunt. Siculum fuisse Epicharmum omnes, ni fallor, consentiunt, quos testes laudauit *Mongitor.* p. 181. Et tamen, quamquam *Vossius* de poetis graecis, cap. 6. multique alii apud *Mongitorem*, et *Brucker.* in historia critica philos. vol. I. p. 1121. ubi de philosophia Epicharmi exponitur, *Hamberger* in: *Zuvert. Nachrichten* tom. I. p. 125. alique haud distinguendos esse Epicharmos putant; equidem cum *Thoma de Pinedo* in *Breuiario* auditorum, quos ad testimonium vocat *Stephanus*, p. 762. et *Saxio* in *Onomast.* I. p. 537. malim adfirmare, aut coniecere, Epicharmum philosophum a comico fuisse diuersum etiam si aetate haud multum auserit et Comicus prius existerit. Comicum, suspicor, Syracusis aut Crasto oriundum, philosophum vero, in insula Coe natum, mature in Siciliam fuisse traductum. Hinc colligimus causas, cur de vtriusque parentibus patria atque aetate auctores a *Mongitor.* excitati alique adeo differant. Nam *Diogenes Laertius*, ubi libro VIII. sect. 78. de Epicharmo pythagorico differit, eius poeseos comicae ne verbo quidem meminit: contra ubi III. sect. 9. narrat ex Alcimo, Platonem multa transcripisse Epicharmi; hunc non vocat philosophum, sed diserte *Κωμικοποιόν*. Si Pythagoras aliquid litterarum exaratum reliquisset, adeoque,

si fides



p. 597.) idemque Comicus veteris comoediae fuit, et in hoc genere princeps vocatur a *Platone* in Theaeteto, p. 33. οἱ ἄνθρωποι τῆς ποιήσεως ἐκατέρωθεν, Κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, Τραγῳδίας δὲ Ὀμηρος. Imitatus est Epicharmum Plautus teste *Horatio* lib. II. Epist. 1.

*Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro,*

*Plautus ad exemplar Siculi properasse Epicharmi.*

Cum ob Hieronis tyrannidem, quem aliquando paullo acerbius perstrinxit, teste *Plutarcho* pag. 68. de distinguendo adulatore, a publica professione philosophiae abstinuisset, in thea-

P p 2

tro

si fide non careret narratio *Diogenis Laertii* VIII. segm. 7. Pythagoram scripsisse: *Helothalem, Epicharmi* (οἱ patrem: Epicharmum philosophum designari puto. *Aristoteles* de A. P. cap. 3. p. 20. m. ed. quando Epicharmum Siculum, comoediae inuentorem, scribit, priorem fuisse Chonnde et Magnete, manifesto signat eum et ab alio distinguere videtur addito τῷ, ὁ ποιητής. Quid enim opus fuisset hoc episteto, si non plures vixissent Epicharmi? Philosophus quidem etiam versus fudit; at poeta dici non potuit sensu aristotelico. Comicus est quoque Epicharmus, qui cum Phormide apud eundem *Aristotelem* I. c. cap. V. p. 36. (vbi v. not.) fabulas fingere coepit ad comoediam constituendam. Neanthes vero apud *Stephan.* Byzantinum I. mem. clare scribit *Epicharmum* comicum Crastum habuisse patriam. E contrario *Eudocius* p. 193. inter philosophos nil de comico eiusque comoediis Ἐπίχαρμος, ait, ὡς φιλόσοφος. ἄνθρωπος Πυθαγόρας. Φέρεται αὐτῷ συγγράμματα φυσικὰ, γυμναστικὰ καὶ πολλὰ ἱατρικὰ. καὶ εἰ ἐν ἐννήκοντα, τὸν βίον κατέστρεψεν. — Atque sic alia colligi possunt loca, quae discrimen illorum declarent. Illud *Epicharmi*: *emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestumo*, apud *Ciceronem*. Tuscul. quæst. I. 8. (vbi vide *Dauis.* p. m. 14 sq.) Epicharmi acuti, ut ait *Cic.* nec insulsi hominis ut Siculi, comici non minus quam philosophi esse potuit. Quidni in comoedia homo quidam seuerus aut meditabundus gravem sententiam eloqui non potest? malim tamen pythagoreo tribuere. Ad comicum referri debent fabulae, quas postea ex Athenaeo et Polluce recensibimus, item epigramma XVII. *Theocriti* (vbi v. *Warton.*) in Epicharmum, cuius statuem aeneam Pelorenses in vrbe Syracusis Baccho dedicarunt; ad philosophum autem illud *Columellae* de R. R. libr. I. 1, 8. Siculi quoque non mediocri cura negotium istud, (rusticum) prosequuti sunt, Hieron et Epicharmus discipulus, Philometor etc.: vbi tamen vocem discipulus vel malam cuiusdam scioli antiqui

glossam haberem, vel cum *Vrsino* legerem Siculi vel lubentius cum *Cupero* ad *Varronem* de R. R. I. 1, 8. Hieron et Epicharmi discipulus Philometor. De statua Epicharmi aerea, a Critia adfabre expressa, de eo comoediae et duarum graecarum litterarum inuentore, plures auctores excitat *Mongitor*. Alii enim apud illum contendunt, Epicharmum inuenisse Θ et X: alii, quibus accedit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. lib. II. cap. 34. vbi de longaeuo Epicharmo agitur, X et Φ; alii Z et X, alii, in his *Diomedes*, cuius fragmentum e cod. Marciano 489. edidit *Villoison.* in Anecdotis graec. tom. II. p. 187. Z, X et Ψ; alii Θ et P. Hinc, quod duo aut plures fuisse Epicharmos probabile est, opinioniones mirum diuersae de eius aetate potuerunt oriri, ita, ut de vno alteroue rationes subducerentur; de quonam vero, mihi videtur incertum. Quare iis, quas collegit *Mongitor.* addam quorundam suspiciones. *Dodwell* in diss. III. de veteribus Graecorum et Rom. cyclis, p. 135. putat, sub Hierone circa Olymp. LXXV. vixisse Epicharmum, quem Pythagoreis adnumerat, et quem cum Hierone iungit quoque *Chron.* Marm. ep. 56. Is quod anno act. 90 aut 97. diem obiit, Olymp. LXXXIV. quod voluit *Vossius*, in viuus adhuc esse potuit. Quod *Phalaris* ad Epicharmum litteras (CI. et CII. in edit. *Lennepii.*) exarasse perhibetur, *Bentlei.* in Respons. ad C. Boyle p. 108 sq. inquit in illius aetatem et hanc adferit Olymp. LXVII. 1. cum auctore marmoris *Arundel.* Tunc vero sententia eorum, qui Epicharmum, probabiliter Comicum, Olymp. LX. aut LXII. cum *Patritio*, *Bonano* etc. vindicant, est amplius examinanda aut improbanda. *Saxius* in Onom. I. p. 33. collocat aetatem Epicharmi, veteris comoediae auctoris, in A. O. C. 3517. Olymp. LXXIII. 1. ante C. N. 486. V. C. 266. aut serius, propter ea, quae leguntur apud *Iamblich.* de vita Pythag. cap. 36. p. 214. et propter Hieronis tyrannidem. *Hart.*



πο subinde dogmata pythagorica versibus inclusa vulgavit, ut notat *Iamblichus* cap. 36. vit. Pythag. Tragicis Epicharmus a Delrione acenesetur iure haud maiore, quam Ephippus. Annos vixisse quinque et nonaginta, testatur *Lusianus* in Macrobiis, tom. II. p. 475. *Apollodorus* in sexto *περὶ Ἐπιχάρμου* laudat Suidas in *Καρυώττων*. Ex eius fabulis 52. tot enim eum scripsisse refert Suidas, quas in decem volumina digesserat idem Apollodorus Atheniensis, teste Porphyrio in vita Plotini <sup>25</sup>, et de quibus *Dionysium* iuniorem Siciliae Tyrannum scripsisse idem Suidas docet in *Διονύσιος*, quadraginta adhuc tituli in veterum scriptis reperiuntur, collecti tum ab aliis, tum a *Mursio* in notis ad Helladii Chrestomathiam p. 64 sq. [et *Mongitor*. p. 183 sq.] Sunt autem hi:

Ἀγροσῖχοι, [1. *Athenaeus* III. cap. 33. pag. 120. XV. 8. pag. 682.]

Ἀλκυών, [2. *Athen.* XIV. 3. pag. 619.]

Ἀμυκος, [3. vide *Gatacker*. Cinni libr. I. cap. 9. pag. 229. *Heumann*.]

Ἀρπαγὰ, [4. *Pollux* IX. 4. segm. 26. IX. cap. 5. segm. 41. 42. IX. cap. 6. segm. 8. conf. *Bentley*. in Resp. ad Boyl. pag. 260. sqq. qui loca Epicharmi et Pollucis emendat.]

Ἀταλάντα, [5. *Athen.* XIV. cap. 3. pag. 618.]

Ἀντομόλος, [6. *Stobaeus* serm. 224. p. 742. forsan idem drama, ac Ὀδυσσεὺς ἀντομόλος.]

Βάκχα, [7. *Athen.* III. 23. pag. 106.]

Βάσις, [8. *Athenaeus* X. 1. pag. 411. *Pollux* X. 5. 82.]

Βῆ καὶ Θάλασσα, [9. *idem* III. 23. pag. 105. et 106. et alibi.]

Διάνυστα, [10. *idem* IV. 15. pag. 158.]

Διφίλος, [11. apud Bonanum lib. II. Syrac. III.]

Ἐλπίς ἢ Πλῆτος, [12. *Athen.* VI. 6. p. 235 sq. Lexicon gr. in *Montfaucon*. Bibl. Coislina. pag. 483. in voc. Ἄλγος. Citatur quoque tantummodo ἐν ἐλπίδι apud *Polluc.* X. segm. 161. *Athen.* IV. 6. pag. 139.]

Ἐορτή, [13. *Athen.* IV. 16. pag. 160. rectius Ἐορτά.]

Ἡβας γάμος, [14. *Eudocia* in *Viol.* pag. 294. de numero Musarum, sine dorismo, ac male, Ἡβης γάμος, ut quoque apud *Athen.* III. 8. p. 85. III. 13. p. 91. *Polluc.* X. segm. 86. *Asellian.* loco nr. 21. citato. Fabula haec plena fuit nominibus omne genus ciborum. vid. *Cassaubon.* animadu. ad *Athenaeum* III. cap. 13. pag. 176.]

Ἡρακλῆς Παράφορος, [15. In *Hugonis Grotii* Excerptis ex Tragoediis et Comoediis etc. Paris. 1626. 4.]

Θεωροί, [16. *Athen.* VII. 16. p. 362. IX. 18. p. 408. Rectius citatur ab eodem p. 106. forma dorica, Θεαροί. vid. *Koen.* ad Gregorium Corinth. pag. 86.]

Κύνων, [17. *Athen.* IX. pag. 366. XI. pag. 498.]

Καρμασία

28) Conf. *Cassaubon.* Animadu. ad *Athen.* VII. 6. pag. 502. *Harl.*



Κωμικὴ ἢ ἩΦαιστία, [18. *Athen.* IX. 10. p. 389. Eadem fabula citatur Κωμικὴ ἢ ἩΦαιστία, (quod falso mutatur interdum in ἩΦαιστία,) in *Apollonii* Dyse. Excerpt. pag. 424. C. (vid. *Koen.* l. cit. et *Falcken.* ad Theocr. Adoniazma. pag. 302. ubi corrigit quaedam obscura verba Epicharmi.) *Photius* in Lexico inedito apud *Schneider.* in fragm. *Pindar.* p. 66. et *Hemsterhus.* ad *Polluc.* X. segm. 82. pag. 1251.

Λόγος ἢ Λογική, [19. *Athen.* III. 25. pag. 106.]

Μέγαρε, [20. *Athen.* IX. 2. pag. 366. VII. 9. pag. 286.]

Μῶσαι, [21. *Athen.* III. p. 85. p. 111. et alibi. *Aelian.* Hist. an. XII. 4. fin. ubi a *Schneidero*, ex sententia *Hemsterhus.* ad *Plut.* 1003. editum est rectius ἐν Μώσαις.]

Ναυαγός. [22. idem forte, qui Ὀδυσσεὺς ναυαγός, *Pollux* X. segm. 134. *Athen.* XIV. cap. 3. pag. 619.]

Νῆσοι, [23. rectius Νᾶσοι. *Athen.* IV. 16. p. 160. *Pollux* X. 16. segm. 62.]

Νιόβης γάμος, [24. *Athen.* X. 23. pag. 477.]

Ὀδυσσεὺς αὐτομάλος, [25. *Pollux* IX. 5. segm. 41. *Athen.* III. 33. p. 121 etc. IX. 4. p. 374. adde ad nr. 6.]

Ὀδυσσεὺς ναυαγός, [26. vid. ad nr. 22.]

Ὀρεῖς, [27. siue *laetes*, *Athen.* III. 14. p. 94. et ad illum locum *Casaubon.* animadu. pag. 113. *Coelium Rhodigin.* Lect. antiq. lib. IV. cap. 14.]

Περίαλλος, [28. h. e. qui ceteris praestat, aut praestare vult videri. *Athen.* IV. 25. p. 183. IV. 6. pag. 139. et ad h. l. *Casaubon.* animadu. pag. 261.]

Πέρσαι, [29. *Pollux* IX. 6. segm. 92.]

Πίδων, [30. *Pollux* X. segm. 179.]

Πλάτος, [31. idem drama, quod nr. 12.]

Προμηθεὺς Πυρμαεὺς, [32. *Athen.* III. 9. p. 86. et *Casaubon.* animadu. in eum p. 167. *Pollux* X. 23. segm. 82. ubi vero interpretes, in primis *Hemsterhus.* p. 1251. qui recepit in textum lectionem codicis ἐν Πύρρῳ ἢ Προμηθεῖ, recte admonent, primum scribendum esse, Προμηθεῖ, tum hanc et sequentem fabulam Πύρρῳ esse vnam eandemque fabulam, et veram fabulae inscriptionem Πύρρῳ ἢ Προμηθεῖς. Egisse vero Epicharmum in ista fabula de hominum origine, uti vel a Prometheus vel a Pyrrha traduntur producti, manifestum est ex *Schol.* ad *Pindari Olymp.* IX. 66. καὶ ὁ μὲν Ἐπίχαρμος ἀπὸ τῶν λίθων λάβε τὰς ἀχλὺς φησὶν ὠνομαῖσθαι. *Etymol. M.* in Στάτηρ ita citat locum; Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ.]

Πύρρος, [33. Est eadem fabula, quae antecedens.]

Σειρήνες, [34. *Athen.* VII. 5. pag. 277.]

Σκίρων, [35. idem X. 23. pag. 477. *Pollux* X. segm. 87.]

Σφῆγξ, [36. *Athen.* III. 3. pag. 76. *Stephan. Byzant.* de urbibus voc. Χιτώνη.]

Τεῶες, [37. in *Hugonis Grotii* Excerptis ex Tragoediis etc.]



Φιλοκτήτης (al. Φιλογνήτης vel Φιλοκλῆνης.) [38. ἐν Φιλοκλήνῃ Pollux X. segm. 71. Sic Hemsterhus. pag. 1234. e codd. pro vulgato Φιλοκνήδῃ reposuit et Iungermann. iam suasit. Φιλοκρήνη tamen quae lectio est cod. Aug. non omnino displicet Hemsterhusio. Ab Athenaeo IX. 3. p. 371. et XIV. 6. p. 628. citatur ἐν Φιλοκλήτῃ.]

Χύτραι. [39. Pollux IX. 6. segm. 79. vbi vide interpretes pag. 1056. edit. Hemsterhus.]

Praeter has fabulas Mongitor. Bonnanusque alias, at dubio auctore, adferunt: Χείρωνας, quam vero iam Athen. XIV. 16. pag. 648. abnegat Epicharmo, additque, *Aristoxenum* lib. VIII. Reipubl. adtribuere Chrysogono; Axiopisto autem Philochorum et Apollodorum: tum *Politiam* s. *rempublicam* Grauius in histor. philos. p. 205. et Gyraldus ex *Clemente Alexandrino*, Strom. V. p. 605. et *Iunonis nuptias* ex *Aeliani* H. An. XIII. cap. 4. at ibi hodie legitur ἐν Ἡβας γάμῳ. Bonnanus exhibet quoque haec nomina: *Vulcanus*; *Deiphilus*; *Consolatores*; qui *choros ducunt* et canunt; *Phileni*, siue *Otii amicus*; *Pytho*: at haec vel ficta nomina, vel partes vnus alteriusque fabulae esse videntur.

Ad Epicharmum philosophum referri debent (suspecta) *Commentaria de natura rerum, de sententiis et de medicina etc.* item *de diuinatione somniorum*, ex quibus veteres plura hausisse dicuntur, teste Mongitore pag. 183. Eum *de re rustica* scripsisse, ex vulgata *Columellae* de R. R. I. cap. 1. lectione adfirmavit quidem Mongitor. sed illum locum esse corruptum et a Cupero scite correctum, iam supra animaduertimus. — Lib. *contra Xenophontem* ex Aristotelis Metaph. lib. III. et *orationem ad Antenorem* ex Plutarcho in vita Numae Mongitor. profert. — *Epicharmum* fuisse auctorem aureorum carminum Pythagor. opinatus est *Stanlei*. vid. supra lib. II. cap. 12. §. 6. fin. *Harl.*]

Praetereo, quod notatum ab Athenaeo lib. XIV. est, *Chrysogonum* tibicinem ψευδεπιχαρμαῖα quaedam, siue πολιτεῖαν sub Epicharmi nomine vulgasse: tum alia, quae de Epicharmo eiusque scriptis obseruata sunt ab *Hieronymo Columna* ad *Fragmenta Ennii*, Neapoli, 1590. 4. tom. II. p. 272 sq. Gyraldo, Vollioque de Poetis, et a viris doctis ad *Laertium* VIII. 78 sq. a *Gualthero* ad *Inscript.* Syracul. tom. VI. Antiqq. Sicil. p. 390 sq. *Fragmenta ex Comœdiis Epicharmi* videbis, vbi lubebit, in *sententiis Comicorum* collectis ab H. Stephano, Guil. Morello, Iacobo Hertelio et Hugone Grotio. Alia quaedam Epicharmi fragmenta leguntur [P] in eiusdem H. Stephani *Poesi philosophica* p. 54 sq. e quibus celebre illud apud Polybium XVII. 30. νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπίσαν, ἄρδρα ταῦτα τῶν φρενῶν, quod ita translulit Cicero de petitione Consulatus et 1. Epist. 19. ad Atticum: *Nerui atque artus sunt sapientiae, non temere credere.* Epicharmum quoque scripserat *Ennius*, laudatum Varroni IV, de L. L. et Ciceroni, quarto Acad. quaest. cap. 16. *Fabrie.*

#### EPIMETRON.

De Stephani libro citato vid. infra lib. II. cap. 33. §. 1. Addantur: *Sententiae insignes Graecorum quinquaginta Comicorum, quorum opera integra non extant, latino idiomate collectas Ignatii Albani opera in lucem editae*, Brixiae, per Barthol. Fontanam, 1612. 12. — Insuper haec tenenda mihi videntur. Epicharmus vsus est parodiis: (vid. Athen. XV. 16. pag. 698 sq. et supra lib. II. cap. 7. §. 2.) in epithetis excelluit, (teste Demetrio apud *Vossium* de poetis gr. cap. 6. pag. 33.) antitheses tamen falsas adhibuit, (notante *Aristotele* Rhetor. III. cap. 9.



cap. 9. et *Demetrio* de eloquutione, sect. 24. p. 18. edit. Fischeri.) Eius excellentiam extollit *Eusebius* de praep. euang. lib. XIV. cap. 4. qui eum vocat comicorum principem, et *Athenaeus* VIII. 16. p. 362. (animaduertente Mongitor.) *Epicharmi* sententiam, omnes res perpetua mutatione ita versari, vt numquam, quae heri fuissent, eadem hodie manerent, apud *Dingenem Laert.* III. cap. 12. illustrat *Wyttenbach.* ad Plutarchum de S. N. V. pag. 75. adde *Platon.* in Theaeteto p. 73. et in Cratylo p. 54. Doctrinas illius philosophicas explicant scriptores historiae philosophiae, in his *Tiedemannus* in principibus Graeciae philosophis, (*Griechenlands ersten Philosophen.*) p. 349 sqq. *Meiners.* in Historia doctrinae de vero deo, tom. II. pag. 298 sqq. et pag. 310 sqq. suspicatur, inter ea fragmenta, quae Hertelius, Morelli atque Grotius collegerunt, falsa quoque inueniri, et loca illa versusque, in quibus similes sententiae Heraclito a Platone, Aristotele et Sexto adsignatae occurrunt, Epicharmo abiudicari potius, quam tribui debere, adeoque omnes illos versus, quī cum Heracliti reliquiis atque opinionibus insignem aliquam similitudinem habent, esse fictos. Dubito autem, num omnia, quae tributa sunt Epicharmo, fragmenta, et in libris Clementis Alexandrini, Plutarchi, Luciani, Hesychii ill. aliorumque latent, sint diligenter collecta ac disposita. Legitimam quidem censuram atque interpretationem adhuc desiderant. Laudabilem igitur is, qui omnibus ingenii, diligentiae librorumque praesidiis et iudicio philosophiae criticesque usu bene subacto instructus accederet ad plenam doctamque fragmentorum Epicharmeorum collectionem faciendam, susciperet operam. At enim illi primum quaestio foret vberius curatiusque explicanda, et, quantum fieri potest, dirimenda, num vnus, an plures fuerint Epicharini? tum, si plures reuera fuerunt, ea, quae Comico aut philosopho sint vindicanda scripta fragmentaque, solleter sunt distinguenda singulaque rite digerenda et diligenter sobrieque explicanda. In primis collector sibi cauere debet, et vera a dubiis spuriisque discernere. Namque ex *Athenaeo* XIV. 17. p. 648. adparet, Epicharmo iam ante Aristoxeni aetatem plura carmina fuisse adfecta. Atque *Xenophon* in Mem. Socr. lib. II. cap. 1. §. 20. *Epicharmo* tribuit versum, quem Scholiastes Hermogenis pag. 377. adserit *Platoni*, (comico,) vti docet *Ruhnken.* ad illum Xenophontis locum, additque, vbi et quomodo ille versus a *Prisciano*, (Praex. rhet. p. 1333.) sit versus aut ab aliis imitatione expressus. — Plures vero viri docti hinc inde Epicharmi fragmenta cum grammaticae et historice, tum inprimis critice pertractarunt, e. g. *Koen.* in notis ad Gregor. Cor. de Dialectis p. 48. 81. 89. etc. *Bentlei.* et *Valcken.* locis supra iam memoratis, *Toup.* in Opusculis criticis, tom. I. pagg. 102. 203. 275. 522. edit. Lips. et alii. — Vita eius descripta quoque legitur in: Dichiarazioni della Pianta dell' antiche Siracuse di *Vincenzo Mirabella.* Palermo, 1717. fol. part. II. p. 158. et latine versa a *Sigeb. Hausercampo*, cum eius versione *Mirabellae*, in Thesauro Ital. et Sicil. tom. X. part. XI. pag. 263 sqq. *Harl.*

**EPIGENES.** Sicyonijs cum tragoediam in Bacchum docuisset, ei acclamatum est: ἄνδρ' πρὸς τὸν Διόνυσον <sup>h)</sup>, teste Suida et Apostolio. At idem Suidas [atque *Eudoria* p. 166.] alibi Epigenem refert Comicum, et inter eius dramata Βαρυχάαν, Ἡρώνην et Μυμῶτιον. Comicum.

<sup>h)</sup> Plutarchus lib. I. Sympof. cap. 1. innuit, Epigenem Phrynicho Aeschylouque iuniorem fuisse. Ὅσπερ ἐν Φρυνίχῃ καὶ Αἰσχύλῃ τὴν τραγῳδίαν ἐς μὲν

ἑὺ καὶ πάντα προηγόντων ἐλέχθη, τὴν αὐτὰν πρὸς τὸν Διόνυσον;



Comicum quoque diserte vocat *Athenaeus* lib. VIII. p. 384. et τῶν νέων Κωμικῶν τινὰ *Pollux* lib. VII. cap. 10. vbi eius Πορρικὸν laudat. Pro Βακχεῖαι apud Athenaeum male excusum est Βακχῶν et Βραγχίας, ut apud Suidam Ἡραῖν pro Ἡρώην. Vide *Bentleium* in Apologia dissertationis de Epistolis Phalaridis p. 237. [p. 128 sqq. ex versione Lennepii latina,] qui praeterea notat, falli Suidam in Θέσπις, qui Epigenem Thespide antiquiorem tragicum facit.

EPITHERSES, Nicaenus, grammaticus, scripsit de vocabulis tragicis et comicis, teste *Stephano Byz.* in *Νίκαια*.

EVBVLIDES Milesius, Comicus fuit, non Tragicus, quamquam a Gyrardo et post eum ab aliis Tragicus adpellatur. Gyraldi hallucinationem notavit *Colomesius* pag. 437. vbi hunc Eubulidem vocat Διαλεκτικόν, quod esset ex secta Euclidis Megarici, quemadmodum ex *Laertio* quoque intelligitur. *Fabric.* Atqui ab Athenaeo X. 10. p. 437. D. citatur Eubulides ὁ διαλεκτικός ἐν δαίρατι Κωμασῶν. *Harl.*

EVPHANTVS Olynthius, Ebulidis discipulus, Antigoni Macedonum Regis praceptor, tragoedias plurimas composuit, quibus valebat et in certaminibus probabatur, ut tradit *Laertius* in Euclidis Megarici Vita lib. II. sect. 110. De aliis eius scriptis consule *Vossium* pag. 38. de Hist. Graecia.

EVPHORION Aeschyli, de quo cap. XVI. filius, Bionis, de quo supra, frater, quem, patris tragoediis nondum ante editis, quater vicisse, et ipsum tragoedias scripsisse, Suidas auctor est. De hoc Euphorione et altero huius nominis *Chalcidensi* videndus *Meurfius* in Bibliotheca Attica et praecipue ad Helladium p. 54 sq. [aut tom. X. Thes. Gron. Antiq. gr. p. 967. et *Meurfi* Opp. tom. VI.] Atque *Chalcidensem* quidem praeter Comoedias Ἀπολλοδώρου ab Harpocrate et Suida, (in Ὁ καίτωθεν νόμος,) [vid. *Heyne* ad Apollod. Biblioth. tom. III. p. 1178.] et Ἀποδιδύααν ab Athenaeo laudatam, et praeter amatorias elegias memoratas *Dionysio* aliisque, et a *Cornelio Gallo* versibus latinis teste *Seruius*<sup>41)</sup> translatis, nonnulla [?] etiam epico carmine scripsisse constat, inque his *Mopsopiam* siue ἄτακτα<sup>42)</sup>, in quo opere libris quinque complexus est omne genus fabularum historiarumque, tum Oracula post mille etiam annorum spatium euentu comprobata. Epicedium in Protagoram Astrologum *Laert.* IX. 56.

41) Ad Virgil. Ecl. VI. 72. vbi vide cl. *Heyne* in not. praecipue in Excursu III. ad illum locum p. 170. edit. II. qui docte agit de *Euphorione* Chalcide: Enboeae oriundo, et *Seru.* ad Virg. Ecl. X. 50. 51. plura vide supra ad lib. II. cap. 8, 18. pag. 594. not. 22. vol. I. Apud *Plutarch.* de S. N. V. pag. 51 sq. occurrit fragmentum, quod *Toup.* l. c. *Valcken.* et *Wytenbach.* in notis ad *Plutarch.* p. 66 sq. non *Callimacho*, ut putarat *Küster.* ad Suidam voc. Ποῦν, tom. III. p. 229. sed *Euphorioni* cum multis aliis ex Euphorionis Chiliadibus a *Plutarcho* in h. librum translatis esse adscribendum censent. *Harl.* Vid. *Ionsius* II. 9. pag. 160. *P. Victor.* Varr. lect. lib. III. 3. cap. 13. *Heum.*

42) Ex his videntur deprointi versus quinque

Euphorionis Hexametri de Melicerta, quos refert *Plutarchus* V. 3. Sympof. *Fabric.* Duo versus citat *Eudocia* p. 80. fin. — Suidae locus est corruptus. Multas autem est in eo emendando *Toup.* in Epist. critica p. 161. (p. 132 sqq. edit. Lips.) adfert quoque alia de eo loca, eiusque epigrammata corrigit dissentitque a *Reiskio* ad Anthol. Ceph. p. 72. *Heyne* V. C. suspicatur ad Virgilium l. c. ex verbis Suidae nihil tuto colligi, nisi forte hoc vnum, Χαλκίδας inscriptos esse libros quinque, propterea quod mille ἑκὰς essent, h. e. mille versibus singuli constarent: denique iudicat, idem opus fuisse *Mopsopiam* et ἄτακτα, et Χαλκίδας adpellatum: sed librum quintum περὶ Χρησμάτων, de oraculis, egisse. *Harl.*



IX. 56. Obscuritatem eius perstringit *Cirero* II. de Diuinatione [cap. 64. adde *Clement. Strom.* V. p. 676.] Inter poetas, quibus delectabatur *Tiberius Imp.* *Euphorion* quoque celebratur a *Suetonio* cap. 70. [vbi vid. *Casaubon.* et illud: *cantores Euphorionis* apud *Cicer. Tuscul.* III. 19. testatur existimationem, quae illius erat Romae illa aetate.]

**EVRIPIDES**, Atheniensis, celebri illo huius nominis Tragico, de quo capite superiore dictum est, antiquior <sup>4)</sup>, duodecim tragoedias composuisse, et in illis bis victor abiisse traditur a *Suida*, qui praeterea tertium *Euripidem* memorat, prioris ἀδελφιδῆν, siue e filia nepotem, eiusque dramata tria, *Orestem*, *Medeam* et *Polyxenam*. Huic *Rhesum* quoque tragoediam, quae inter Euripidis tragoedias exstat, tribuit *Martinus Delrio*. [quae non sane quam absurda esse opinio videtur *Valcken.* in *Diatr. Euripidea*, pag. 95. A.]

**EVTYCLES** in Ἀταλάντῃ. *Suid.* in Βῆς ἑβδομος. *Fabric.* At ex *Suidae* loco nil probari potest. Atque *Eudocia* p. 167. eum adnumerat poetis antiquae comoediae. vid. infra catal. Comitorum deperditorum h. v. *Harl.*

**EZECHIEL** ὁ τῶν ἰσραηλῶν τραγωδιῶν ποιητής, Iudaeus fuisse videtur, ut plerique sentiunt cum *Iosepho Scaligero* ad *Lusebium* p. 402. confer *W. E. Tentzelii* Dialogos menstrosos, an. 1689. p. 1257. et an. 1690. p. 1142. Alexandro Polyhistore et Demetrio Iudaeo antiquiorem, atque adeo christianam aeram saeculo ad minimum antecessisse probat *Huetius* demonstrat. Evangel. Prop. IV, cap. 2. §. 24. p. 99. Sane Demetrius ex Ezechiele <sup>mm)</sup> quaedam produxit apud *Eusebium* lib. IX. Praeparat. cap. 29. Demetrium vero citat Alexander Polyhistor apud eundem *Eusebium* lib. IX. cap. 21. Nec defuerunt, qui incerta coniectura hunc Ezechielem haberent pro vno e LXX. graecis Scripturae S. interpretibus. Alii vero post excidium Hierosolymitanum demum, vel post Barcoebae plane tempora ad solandos popularium suorum animos compositum ab Ezechiele drama esse suspicantur, quibus Demetrii et Alexandri apud *Eusebium* testimonia, (citra causam forte,) suspecta sunt. Ita post *Stephanum Lemoinium* notis ad *Varia Sacra* p. 336. *Guil. Caueus* in *Historia litteraria* Scriptorum ecclesiast. ad A. C. 190. Hinc Ezechiel poeta christianus dicitur a *Thoma Ittigio* lib. de biblioth. patrum, p. 141. Tragoedia ipsius de Exodo Israelitarum ex Aegypto, Moyse duce, quam ἐξαγωγήν inscripserat, intercidit, exceptis fragmentis quibusdam, quae seruauit *Clemens Alexandrinus* lib. I. Strom. p. 344 sq. *Eusebius* lib. IX. Praeparat. cap. 28. et 29. *Eustathius* ad *Hexaëmeron* p. 25. Illa collecta latinis versibus reddidit et castigationes addidit *Federicus Morellus* Paris. 1580. [in 8. et secundum biblioth. Thuanam, part. II. pag. 297. ibid. gr. et lat. per *Fed. Morellum*, 1598. 8. et secundum *Maittaire*, A. T. indic. p. 388. tom. V. *Ezechiali*

4) An hic is est, quem *Diphilus* vocauit Κατάχρυσον apud *Eudociam* in *Violar.* p. 96? *Εὐριπίδης δὲ*, ait, ὃν κατάχρυσον ὁ Δίφιλος ἔπει, λέγεται εἰνοχοῦν Ἀθήνῃ τοῖς καλεμένοις ὀρχησταῖς. *Harl.*

mm) Hunc *Ezechielem* nemo pro graeci sermonis auctore idoneo iure habuerit, inquit *Gatackerus* de stilo N. T. cap. X. pag. 63. De Ezechiele poeta vid. *Bayle* Diction. voc. *Ezechiel* not. F.

*Morhof.* Polyhist. litter. lib. VII. cap. 2. §. 27. p. 371. *Clericus* hist. eccles. saec. II. p. 797. *Wagenfeil.* lib. de *Noriberga* cap. 22. pagg. 172. 174 sq. *Placcius* Pseudon. nr. 1007. *Heum.* *Saxius* in *Onomast.* I. pag. 143. quamquam non satis certus, an. ait, his circiter annis, n. a. O. C. 3910. Olymp. CLXXI. 2. ante C. N. 93. V. C. 659. *Ezechiel*, homo quidam iudaeus, poeta tragicus vixit? *Harl.*



*Ezechielis iudaicorum tragoediarum poëtae Exagoge, seu eductio Hebraeorum, graece, ex libro IX. Eusebii de Praepar. euang. et seorsim latinis versibus expressa et notis illustrata per Fed. Morellum.* Paris. e typographia Steph. Prevosteau. 1590. 8. *Harl.*] Graece et latine deinde exhibentur inter Poetas Chrillianos Graecos Paris. 1609. 8. In corpore Poetarum Graecorum Tragicorum et Comicoorum cum latina versione editorum Geneu. 1614. fol. tum in Adpendice Bigneana ad Bibliothecam Patrum Graecolat. Paris. 1624. fol. et in Biblioth. patrum an. 1644. 1654. tom. XIV. et apud Iohannem Eusebium [P] Nierenbergium de Origine Scripturae Sacrae lib. X. cap. 26. Vide et *Ioh. Seldenum* Syntagm. I. De Diis Syris cap. 3. *Salmasium* ad Solin. p. 385. et *Is. Koffum* ad Melam p. 296. editionis primae. *Fabric.* *Io. Christoph.* *Wolfii* Bibliothecae hebraeae vol. III. nr. CMLXXXIV. b. p. 430. *Harl.*

GORGIIAS Rhetor et Sophista, de quo suo loco dixi, male tragicis a Delrione accensetur ob perperam acceptum locum *Plutarchi* lib. VIII. Symposiakon, cap. 7.

GREGORIVS Nazianzenus. Vide supra, vbi de Apollinari.

HAEMON. Ὁ τραγικὸς Αἴμων ὁ τῷ Σοφοκλέϊ ἐστὶ *Haemo*, qui in Tragoedia apud Sophoclem inducitur. *Suidas* in *Διογένης*.

HEGELOCHVS tragicus ὑποκριτής. Vide Schol. ad Euripidis *Orestem*. v. 278.

HELIODORVM Atheniensem tragoedias conscripisse testatur *Galenus* lib. II. de Antidotis cap. 7. vbi versus quosdam profert ex eius poemate de venenis, ad Nicomachum.

HEPHAESTION Grammaticus Alexandrinus scripsit *Λύσεις τραγικῶν καὶ κωμικῶν ἀπορημάτων*, teste *Suida*.

HERACLIDES Ponticus quoque, auditor Aristotelis, non tantum scripserat *περὶ τῶν τριῶν τραγωδοποιῶν* et *περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ* libros III. teste *Laertio* V. 87 sq. sed et ipse tragoedias composuerat, easque sub *Thespidis* nomine vulgauerat, vt auctor est *Aristoxenus* apud *Laertium* in *Heraclidis* vita lib. V. sect. 92. Videtur hoc *Aristoxenus* notasse in suis historicis commentariis, quae laudat idem *Laertius* lib. IX. sect. 40. aut certe in *Miscellaneis*, ex quibus nonnihil profert lib. I. sect. 107. Sane in commentariis *Aristoxeni* musicis, in quibus hoc illum tradidisse adfirmat *Delrio* prolegomenis ad *Senecam* pag. 25. nihil tale legitur. [conf. *Bentlei*. resp. ad Boyle etc. pag. 130 sqq. vers. latin. *Lennep.*]

HERACLIDIS *Τραγῶδῃ* somnium, μέλλοντος ἀγωνίζεσθαι ἐν Ῥώμῃ τὸν τῶν *Τραγῶδων* ἀγῶνα. *Artemidor.* IV. 35. pag. 222.

HERILLVS Carthaginienfis ab eodem Delrione tragicis accensetur, eam, vt puto, ob causam, quod inter eius scripta apud *Laertium* lib. VII. sect. 166. refertur *Medea*.

HIERONYMVS Rhodius ἐν τῷ περὶ τραγωδοποιῶν laudatur a *Suida* in Ἀναγυράσιος, et *Apostolio* XI. 47. prou. Scripserat hic Philosophus Peripateticus libros plures de poetis, quorum primum *Epicis*, alterum *Tragicis*, *Comicis* tertium, quartum *Melicis* tribuisse videtur: quinto de *Citharoedis* egisse testatur *Athenaeus* lib. XIV.

HIPPARCHIA



HIPPARCHIA Metroclis soror, tragoedias scripsisse videtur Delrioni, ni fallor, propter locum *Laertii* lib. VI. sect. 98. sed qui de Cratete accipiendus, non de Hipparchia, licet ad hanc referre malit etiam Menagius in suis ad Laertium notis.

HIPPIAE ELIENSIS Sophistae [*Xenophonti* M. S. IV. 4. 5.] Apuleio in Floridis laudati tragoedias [P] et dithyrambos memorat Plato in Hippiia minore: *πρὸς δὲ τέτοις ποιήματα ἔχων ἐλθεῖν, καὶ ἔπη καὶ τραγωδίας καὶ διθυράμβους, καὶ καταλογαδὴν πολλὰς λόγους καὶ παντοδαπὰς συγκαμμένους.* [ab *Eudocia* pag. 246. adnumeratur rhetoribus ac philosophis, multarum rerum scriptor.]

HOMERVS iunior, e Caria Hierapolitanus, Andromachi philologi et Myronis Byz. poetriae filius \*\*), tragicus fuit tempore Ptolemaei Philadelphi, vnus ex illis septem, qui Pleiadis nomine signabantur. Vide *Menagium* ad *Laertii* Timonem lib. IX. sect. 113. Fabulas XLV. teste *Suida* composuerat; LVII. legitur in codicibus *Tzetzae*, vbi *Lycophronis* genus exponit.

IASON TRALLIANVS *Τραγωδιῶν ὑπεκριτὴς Ἀἴτωρ Tragicus*, non scriptor tragoediarum, memoratus *Plutarcho* in vita *Crassi*, et *Appiano* Alex. Lib. de bellis Parthicis. p. 155. Sed apud *Plutarch.* de fluminibus, vbi citatur *Ἰάσων Βυζάντιος ἐν Τραγωικοῖς*, legendum *Θρακικοῖς*, vt *Reinesius* V. L. I. cap. 1. p. 2. *Ionsius* aliique obseruauerunt. [De alio *Iasone* famoso multa dabit *Polyaen.* Strateg. lib. VI. cap. 1.]

ION Chius, Orthomenis filius, cognomento Xuthus, Aeschylum vidit senem iuuenis, (adde *Plutarch.* *Pericl.* pag. 154. de profectu in virtute pag. 79.) et circa Olympiadem LXXXII. duodecim amplius post Aeschyli mortem annis tragoedias docere coepit, ipse, cum *Aristophanes* Pacem Comoediam ageret Olympiad. XC. anno secundo iam defunctus. Ex eius Tragoediis, quarum alii XII. alii XXX. alii XL. numerant \*\*), hos titulos in veterum Grammaticorum libris obseruauit *Rich. Bentleyus*, qui *Ionis* huius fragmenta diligenter et erudite collegit in Epistola, Chronico *Iohannis Malelae* subiecta ad *Ioh. Millium* \*\*): Ἀγαμέμνων, Ἀλκμήνη. Εὐρύτιδαί. Ἀργεῖοι. Μέγα δρεῖμα. Ὀμφάλη σατυρική \*\*). Συνεκδημητικός. (confer supra in *Dione*) Τεῦκρος. Φοῖνιξ ἢ Κακείνς \*\*). Φοῖνιξ δεύτερος. Φρεοί \*\*).

Q q 2

Scriptit

nn) *Suidas* in *Μυρῷ* [et *Eudocia* p. 304.] *Homerum* hunc *Myronis* parentem fuisse adfirmant; sed prior in *Σωσίθους* et *Ὀμηρος*, filium. Apud *Hephaestionem* in *Enchirid.* *Ὀμηρος ὁ Μυρῷ.*

oo) Vid. *Suidam* in *Ἰων* Xros et *Eudociam* pag. 248. *Harl.*

pp) Pag. 50 sqq. vbi in aetatem *Ionis Chii*, genere et opibus clari, inquit, docetque, eum diuersum fuisse a *Ione Ephesio*, homine mendico et circumforaneo, cantitando ac gesticulando victum inopem, more *Rhapsodorum*, quaeritante: tum p. 53 sqq. *Ionis* scripta persequitur. *Harl.*

qq) Conf. *Casaubon.* de S. P. lib. I. cap. 5. pag. 140. ibique *Cren.* *Harl.*

rr) E *Phoenice* *Ionis* petiti versus, quos adfert *Zenobius* V. 68. prouerb. *Plutarch.* de sollertia *Animal.* et *Athenaeus.* Apud *Suidam* vero in *Σίφριοις*, vbi aliquid adfertur ex τῶν Ἰωνος φρεῶν, *H. Wolfius* et *Aem. Portus* male: vt scribit *Ion* in opere de praesidiis. Est enim nomen Tragoediae.

ss) De his et aliis copiosus quoque est *Toup.* in *Epist. critica*, pag. 96. *Opuscul.* tom. II. edit. *Lips.* [tom. II. pag. 530 sq. edit. *Oxon.* 1790.] qui etiam detexit fragmentum apud *Plutarch.* in *Coriol.* cap. 7. vol. II. pag. 101. (vide notas ad *Plutarchi* vitas parall. edit. *Londin.* tom. II. pag. 569.) et comparauit locum, ad quem respexit *Plutarchus*, et quem a Clerico temere adsignatum esse *Menandro*, *Toup.* adfuerat, apud *Stobaeum*

Grotii



Scriptis praeter Tragoedias et alia varii generis. Versu quidem, Dithyrambos, Odas, Pacanes, hymnos, scolia siue carmina conuiuialia, Elegias, [vid. *Athen.* XI. cap. 3. schol. ad Aristoph. Pac. 835.] Comoedias et Epigrammata. Oratione soluta, dialecto ionica, *Χίε κτίσιν, Πρεσβευτικόν*, quem a quibusdam pro supposito habitum notat Aristophanis Scholiastes, *Ἐπιδημίας* siue de aduentibus clarorum virorum in Insulam Chium, *Κοσμολογικόν, Τριγαμνόν* siue *Τριγαμνός* <sup>(1)</sup> et *ὑπομνήματα* <sup>(2)</sup>. In Ionis tragoedias commentarium scripserat *Epigenes*, tum *Aristarchus*, cui *ἀντεξηγήσεις* opposuit *Didymus* Alex. Grammaticus teste *Athenaeo* XIII. p. 634. *Baton* quoque Sinopensis librum composuerat de Ione, vt idem *Athenaeus* testatur. Vide et quae de Ione obseruant *Leopardus* lib. II. emendation. cap. 20. [qui apud *Polycnem* II. 88. (vbi v. interpretes p. 197. Hemsterh.) *παρὰ Ἴωνι ἐν Συνεκδημητικῷ* loco π. Δίω, legendum esse iam vidit, et ostendit, voc. *Ἴων* saepe deprauatum esse apud auctores.] *Marcus* [P] *Meibomius* ad Musicam Euclidis p. 61 sq. *Menagius* ad Laertium p. 351 sq. et *Andreas Christiamus Eschenbachius* in commentario de Poesi Orphica p. 196 sq. Alius, ni fallor, *Ion Ephesius*, *Rhapodus* <sup>(3)</sup>, de quo dialogus Platonis et Synesius in caluitiei encomio pag. 82. alius quoque *Ion* iunior, Platonicus, *Κανών* dictus, ob morum seueritatem, de quo consules *Lucianum* in symposio et Philopseude.

**IOPHON** Sophoclis F. Atheniensis, teste Suida [et Eudocia p. 248.] tragoedias docuit quinquaginta, ex quibus fuere *Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἴλιος, Περσὶς* (an *Ἴλιος Πέρσις*?) *Δεξαμενός, Βάκχαι*, (quas citat etiam Stobaeus in Eclogis,) *Πενθεύς*. Meminit Iophonit *Valerius Maximus* lib. VIII. cap. 7. extern. 12. *Fabric.* Fabulam tamen, *Pentheus*, a *Bacchabus* haud fuisse diuersam, sed apud Suidam, (adeoque etiam apud Eudociam,) in *Ἰοφῶν* scribendum esse *Βάκχαι ἢ Πενθεύς*, suspicatur *Valken.* diatrib. in Euripidis Fragmenta pag. 16. B. Huic Iophonit *Casaubon.* de S. P. lib. I. cap. 5. p. 148. edit. Rambach. (cuius notam conferes,) tribuere malit, quod *Clemens Alex.* Strom. I. p. 280. scripsit, *Ἰοφῶν ὁ ΚΩΜΙΚΟΣ ἐν ἈΤΤΩΔΟΓῆΣ ΣΑΤΥΡΟΙΣ ἐπὶ βαλψῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγεται* suspicatur

Grotii p. 103. Toup. in emendandis istis fragmentis crebro discedit a crisi Bentleiana. *Strabo* lib. I. p. 104. Alm. citat quosdam versus ex Ione in *Ὀμφύλῃ Σατυρικῇ*. ita enim, vel *Σατυρικῇ* scil. *δράματι*, recte emendandum censet *Casaubon.* adh. I. de Ione eiusque dramate, Omphale, disserens. Adde supra vol. II. lib. II. cap. 15. p. 126. n. 34. β. de hoc poeta iam adscripta. *Harl.*

tt) *Eudocia* p. 318. scripsit *τρισμαίς*, quos alii Orpheo tribuunt sed addit, *λέγονται ἵνα Ἴωνος τῷ τραγικῷ*. conf. supra vol. I. lib. I. cap. 19. p. 161. *Harl.*

uu) *Plutarch.* de Fortuna Romanorum: *Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς δίσχοις μέτρα καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένοις φησὶ, ἀνομοιοτάτων πράγμα τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην ἔσθαι, ὁμοιοτάτων πραγμάτων γίνεσθαι δημιουργόν.* *Fabric.* Locum ex poemate quodam Ionis seruauit *Poiliux* lib. VII. legm. 100. *Eudocia* vero in *Violar.* p. 91. *περὶ Βριάρεω* Ionis narratio-

nem de illius ortu ab aliis diuersam memorat. Quando cl. *Meiners.* in: Geschichte des Ursprungs — der Wissenschaften in Griechenland und Rom, tom. I. p. 291. cum *Ionio* II. cap. 13, 4. (vbi de nostro poeta is differit,) Ionem Olymp. LXXII. vixisse putat, iam *Bentleius* l. m. ostendit, Ionsum et Vossium errasse, atque Ionis aetatem Olymp. LXXXII. esse assignandam, ideoque illi vsum et consuetudinem cum Socrate fuisse apud *Diogen. Laert.* II. 23. Ionii quoque auctoritate deceptus cl. *Tiedemann.* de principibus philosophis Graeciae p. 342. scribit, Ionem Chium vixisse vel aetate Pythagorae, vel paullo post illum. *Harl.*

vv) Omnino fuit diuersus, vt Bentlei. iam docuit, et satis adparet ex *Platonis* Ione p. 77. edit. Mülleri, cuius notam conferes. Ibi autem Ion rhapsodus et mimus diserte distinguitur a poeta. *Harl.*



suspiciatur vero, Clementem vel scripsisse ὁ τραγικός, vel aliud agentem esse hallucinatum. Adde *Aristophan.* *Ranas*, v. 73. et 78. et ad utrumque locum Scholiasten, qui ad priorem verbum adnotat, Iophonem patris Sophoclis fabulis pro suis usum esse, et patrem incusasse, ὡς ὑπὸ γῆρας παραφρονῆντα· ad posteriorem vero versum κωμωδεῖται, ait, Ἰοφῶν, ὁ υἱὸς Σοφοκλέους, ὡς τὰ τῷ πατρὶ λέγων· quod, si ex antiquis criticis enotatum fuit, forsan Clementem oscitantem decepit, ut Iophonem diceret comicum. De sensu loci Aristophanei et scholiastae vide *Kiuffer.* ad illum et *Anton. Mariam Saluinium* cum nota V. cuiusdam docti in Obseruatt. miscell. Belg. vol. IV. tom. II. p. 251 sq. *Harl.*

ISAGORAS tragoediarum scriptor, auditor Chrestii Byzantini Sophistae, qui Herodem Atticum audiuit. Vide *Philostratum* in *Vitis Sophistar.* [lib. II. nr. XI.] p. 587. edit. Morelli. [p. 591. edit. Olearii. Idem Philostratus in vita Apollonii cap. 18. p. 360. Olearii, meminit *Isagorae* Thessali cum Apollonio Olympiae versantis.]

ISCHANDER τραγωδοποιός. Vide supra in Aeschine.

ISOCRATES Atheniensis, nomen inter Oratores celeberrimum, sub Archonte Lyfistrato vsque ad Sofigenem, hoc est ab Olymp. CII. 4. ad Olymp. CIX. 3. scripsit tragoedias XXXVII. quarum duae, tamquam alterius auctoris, in dubium vocatae sunt, teste *Plutarcho* in eius vita. Iunior quoque Rhetor *Isocrates Apolloniatus* Ponticus vel Heracleotes, prioris discipulus, inter tragicos a Delrione refertur, quia Suidas narrat, eum in Epitaphio Mausoli Régis superatum esse a Theodecte Rhetore et Τραγωδοποιῷ. Certatum autem fuit tragoediis. Nam ut idem Suidas in *Θεοδέκτης*, ἐνίκησε μάλιστα ἐνδοκμήσας ἐν ἡ ἔπε τραγωδία. Confer Hyginum apud *Gellium* lib. X. cap. 18.

LEONTEVS Argius, Iubae Mauritaniae Regis seruus, Athenionis discipulus, tragicus. Eius *Hyppisyle* perstringitur in Epigrammate Iubae, quod refert *Athenaeus* lib. VIII. pag. 343.

LVCIANVS *Pasiphontes* scripsit paullo post obitum *Diogenis Cynici*, cuius tragoedias ad illum nonnulli referebant, teste Fauorino apud *Laertium* lib. VI. sect. 73.

[LYCOPHANES, tragicus, filius Lyci, historici Rhegini, (qui vixit sub Alexandri successoribus Olymp. CXVIII. A. V. C. 435. vid. *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. II. p. 25.) *Eudoc.* p. 284. in v. Λύκος hic, ait, πατὴρ Λυκοφάνης, τῷ τραγικῷ· at forsan rectius apud *Suidam* tom. II. p. 469. legitur Λύκος — πατὴρ Λυκόφρονος. *Harl.*]

[LYCOPHRON. Hunc tragicum quoque fuisse, tradit Tzetzes in fine prolegom. in Lycophr. in cod. MSto *Tzetzae* commentar. in Hesiodum apud *Iriarte* in Catalogo MStt. bibl. Matrit. p. 24. b. ἀλλαχῇ γὰρ αὐτὸς ὁ Λυκόφρων τραγικός ἐστὶ ζῶν ἢ μὲν τραγωδιῶν δράματα γεγραφώς. Suidas in Λύκος nominat eum Lyci filium; in Λυκόφρων autem filium Socris, adoptione vero Lyci Rhegini, et sequentes eius nominat tragoedias: Αἰόλος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφάνης, Ἡρακλῆς, Ἰκέται, Ἰππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Λαῖος, Μακράθωνιοι, Νάυπλιος, (quod drama recognosse illum, et emendatius in scena i e um exhibuisse, idem Soidas tradit,) Οἰδίπες, α. β. Ὀρφάνος, Περθεύς, Πελοπίδας, Σύνμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος. Scripsit quoque drama Satyricum, *Menedemum*, ad imitum Menedemi philosophi compositum, vide *Athenaeum* X. cap. 5. p. 420. vbi dedit fragmenta, et *Cassaubon.*



*Jaubon*, in animadu. in Athen. locum p. 714. *Diogenes Laërtius* seruauit quoque fragmentum, lib. II. segm. 140. quod *Guil. Canter*, in Lect. lib. VI. cap. 17. exponit; conf. etiam interpretes inprimis *Menagium* ad Diogenis locum, p. 132. *If. Casaubon*, de S. P. lib. I. cap. 1. p. 20. et lib. I. cap. 5. p. 150 sq. et *Canteri* prolegom. ad Lycophronis *Cassandra*. *Harl.*]

[LYSINVS. Hunc *Mongitor*, in Bibl. Sic. II. p. 27. adnumerat tragicis; sed vide supra in notitia poetarum lyricorum, lib. II. cap. 15. nr. 37. β'. *Harl.*]

LYSIPPVS Arcas, tragicus a Fulvio Vrsino p. 28. elog. Virorum illustr. Delrione et Vossio adpellatur; sed *Polluci* [VII. segm. 37.] aliisque diserte est Comicus. Eius Βάνχας idem *Pollux* [VII. 77. 89. X, 50. 154.] et *Athenaeus*, *Hesychius* et in *Θεαταλία* *Stephanus*: *Θυρακόμων* praeterea *Suidas* memorat. Versus quosdam *Lyfippi* in laudem Athenarum profert *Dicaearchus* p. 10. edit. Ioh. Hudsoni [P] Eos praeter Grotium in excerptis p. 876. latina metaphrasi donarunt *Ludou. Nonnius* ad Graeciam Hub. Golzii p. 84. *H. Stephanus* lib. VI. Schediasm. cap. 15. et ad *Dicaearchum* cap. 3. tom. XI. *Antiquitatum Gronou.* et *Conr. Rittershusius* lib. VIII. sacrarum lect. cap. 10.

MALLOTES. v. supra *Dionysiad.*

MAMERCVS Cataniae Tyrannus ἐπὶ τῶ ποιήματα γράφει καὶ Τραγῳδίας μέγα Φρονῶν. *Plutarch.* *Timoleonte* p. 251. Eius tragicum exitum describit p. 12.

MELANIPPIDES Critonis F. Melius, circa Olympiad. LXV. clarus, praeter alia poemata varii generis, dithyrambos et tragoedias scripsit. Ex eius *Proserpina* nonnihil profert *Stobaeus* in eclogis p. 165. edit. Grotii. [et inter fragmenta *Apollodori*, tom. III. p. 1047 sq. edit. Heynii, cuius notas consulens.] Alia duo eiusdem *Melanippidis* fragmenta exhibet idem *Grotius* in excerptis Tragicor. et Comicarum p. 455. ex *Clemente* Alex. 5. Strom. pag. 602. Praetereo, quae de *Melanippide* leges apud *Athenacum*, *Suidam*, *Gyraldum* etc. *Suidas* in *Φιλόξεως* docet, seruum eius fuisse *Philoxenum Cytherium*, de quo infra. *Fabric.* Vide *Suidam*, ibique *Küsteri* notam, tom. II. p. 522. *Valcken.* diatrib. Euripid. p. 17. B. et supra in notitia lyricorum, nr. XXXIX. α. p. 129 sq. *Harl.*

MELANTHIVS Philoclis F. Atheniensis, tragicus, cuius luxuriam ac voracitatem aliaque vitia praeter *Calliam*, *Leuconem*, *Pherecrate*m, *Eupolim* et *Platonem* Comicum perstringit *Aristophanes* [in *Auib.* 151. vbi vid. schol. in *Pac.* v. 804 sqq. vbi consulens schol. ad v. 808. ib. v. 1012. vbi *Comicus* eius drama *Medeam* culpat.] Vide *Suidam* in *Μελάνθιος* et *Μόρσιμος* et *Βδελύσσων*. Versum *Melanthii* Tragici de iracundia post *Plutarchum* profert *Iohannes Tzetzes* in *Hesiodum* p. 82. Plura de *Melanthio* Tragico *Athenaeus*, qui elegias etiam composuisse illum testatur lib. VIII. p. 343. Idem, vt suspicor, cuius iocos memorat *Plutarchus* lib. II. sympos. cap. 1. p. 631. 633. Alius, ni fallor, *Melanthius* fuit, cuius librum de mysteriis Eleusiniis laudat *Scholias* *Aristophanis* [ad *Plutum*, v. 846, vbi v. *Hemsterh.* (qui haud temere dixerit, num opus illud de mysteriis singulare fuerit, an pars τῆς Ἀτθίδος,) ad *Aues*, v. 1073. vbi peius forte dicitur *Μελάνθης*.] item *Athenaeus* lib. VII. p. 325. [item *Fudocia* p. 297. de mysteriis eleusin.] illius quoque secundum Ἀτθίδος memorat *Harpocration* in *γρυπῶνιον*. Alius certe, de quo *Homerus*, itemque alijs hoc nomine pastor apud *Theocritum*. Alius *Melanthius*, *Messeniorum* rex, *Codri* pater, de quo *Strabo* et alij. Alius denique



que pictor celeberrimus, de quo *Harduinus* ad *Plinii* lib. XXXV. sect. 32. et *Franciscus Iunius* in Catalogo pictorum. Alius quoque *Melanthius* parasitus Alexandri Pheraei, qui rogatus, quomodo Alexander confossus esset, per latus, inquit, in ventrem meum. *Plutarch.* de dignoscendo adulate p. 50.

MELITVS siue Μελῦτων Orator et Poeta tragicus ὑπόψυχρος, accusato Socrate, quam scriptis suis notior. De eo *Suidas* in Μέλιντος [*Eudocia* p. 301.] et Σχολιαῖ, *Lucilius*, in Epigrammate p. 242. Anthologiae, et Scholiastes Comici ad *Ranas*, p. 180. [vers. 1337.] Ob corporis tenuitatem derisum a Comicis narrat *Aelianus* X. 6. Var. Singillatim ab Aristophane in *Gerytade*, *Athenaeus*, [P] [p. 551. conf. *Bentlei*. Respons. ad C. Royle. p. 167 sqq. supra, inter lyricos poet. p. 130.]

[MESATVS occurrit in Epistolis Euripideis; at fictum nomen esse iudicat *Bentlei*. in diss. de epistolis Eurip. §. III. p. 84. ex versione lat. *Lennepii*.]

MORSIMVS Philoclis Tragicus F. Melanthii frater, tragicus et ipse; sed frigidus et ineptus, ut *Aristophanes* in [Pace v. 803. vbi v. Scholiasten,] Equitibus p. 211. [v. 400. vbi vid. Schol.] pro dirarum formula vsurpet, ad Morsimi exemplum tragoediam docere. Vide [*Eudociam* p. 303.] *Suidam* in Μελάνθιος et Μόρσιμος et Φιλοκλῆς, Scholiasten Aristophanis ad *Ranas*, v. 151. Equites v. 813. et Pacem, l. c. Quod vero apud *Philostratum* Apollonius Tyanensis ad Domitianum, ὁ μὲν με κτενέεις ἐπεὶ ἔτοι μόρσιμος εἰμι, non ad Morsimum tragicum respexit, ut *Gyrardo* ex *Suida* persuasum, sed μόρσιμος est maturus morti siue fato. Vide *Adrianum Iunium* lib. VI. animaduers. cap. 19.

MORYCHVS, tragoediae poeta ob gulam et luxuriam perstringitur ab Aristophane et Platone Comico. Vide *Suidam* in Μόρυχος, Ὁρδοφοιτεσυχ. et Φάσις, atque Scholiasten Aristophanis ad *Acharnenses* p. 296. et ad *Vespas* p. 352 sq. De prouerbio *stultior es Morycho* praeter eundem *Suidam* in Μόρυχος et Μωρότερος videndus *Andreas Schottus* ad *Diogenianum*, et *Erasmus* in *Adagiis* reprehendens *Ioh. Baptistam Pium* cap. 101. annotatt. posterior.

MOSCHIO Tragicus et Comicus [vid. infra notit. Comicorum h. v.] (Comicus appellatur a *Clemente Alex.* VI. Strom. p. 623.) cuius *Themistoclem*, *Telephum* ac *Pheraeos* laudat *Stobaeus*. Vide *Grotii* excerpta ex Tragicis et Comicis p. 921. De aliis huius nominis scriptoribus dixi infra libro sexto.

MYNISCVS, Τραγικός ὑποκέρτης, non poeta tragicus fuit, cuius voracitatem perstringit *Plato* Comicus apud *Athenaeum* lib. VIII. p. 445.

NAVCRATES Erythraeus, victus est tragoedia in Mausolum a Theodecte. Vide *Suidam* in Θεοδέκτης, [et *Ruhnken*. in *Histor. oratorum* gr. p. 83.]

NEANTHES tragicis poetis male accensetur a *Gyrardo* et *Delrione*, ex loco male intellecto *Diogenis* Laertii lib. VIII. sect. 57. *Fabric.* Fuit rhetor, Cyzicenus, et discipulus *Philisci*, Milesii, scripsit περί Κακοζηλίας ζητορικῆς, Ἑλληνικὰ, *Athen.* p. 111. d. 311. e. in his de Argonautarum expeditione, (vid. *Strabon.* I. p. 76. edit. *Almel.*) et orationes panegyricas, teste *Eudocia* p. 309. περί τελετῆς, *Athen.* p. 376. a. etc. περί ὧρων idem p. 175. e. edit. *Lugdun.* confer infra ad lib. IV. cap. 32. de rhetoribus, vol. IV. p. 485. adnotanda. *Harl.*

NEARCHVS



NEARCHVS tragicus vna cum Callisthene ab Alexandro M. interfectus, vt scribit Suidas in *Καλλισθένης*. Fortassis idem est, cuius nauigationem iussu Alexandri susceptam referunt *Plinius* lib. VI. Hist. cap. 23. et *Arrianus* in Indicis. Meminerunt *Strabo*, *Plutarchus*, *Curtius* aliique. Historiae Alexandri ab eo scriptae fidem detrahit idem *Strabo*. In Insula Patale sepulchrum tradit *Philostratus* lib. III. de vita Apollonii cap. 15. Tragicum nemo vocat, si a Suida discefferis, qui cum Neophrone fortassis, de quo mox, illum confudit.

NEOPHRON siue NEOPHON Sicyonius, Callisthenis amicus et supplicio vna cum ipso adfectus ab Alexandro Magno. Eius centum et viginti tragoedias existisse, et *Medeam* Euripidis a nonnullis huic [P] Neophonti tributam fuisse, Suidas [et ex eo Eudocia p. 310.] scriptum reliquit. Ex *Medea* Neophontis versus quindécim producit *Stobaeus* in florilegio p. 107. edit. Grotii, qui in Euripidis *Medea*, (eodem loco tamquam diuersa a Stobaeo laudata) non leguntur.

NEOPTOLEMVS, celeberrimus *τραγωδιῶν ὑπεκριτής* tempore Philippi regis Macedoniae. De eo videndus *Leopardus* lib. IX. emendat. cap. 15. et quae viri docti ad *Sueton.* *Calligul.* cap. 57. *Tertull.* de anima cap. 46. Alius *Neoptolemus Parianus* poeta, cuius praecpta de arte poetica in Epistolam suam ad Pisones Horatium transtulisse *Porphyrio* observat. *Fabric.* [Auctor carminis, *Ναυπακτικά*, fuisse perhibetur Neoptolemus apud Scholiast. ad *Apollon.* Rhod. II. 299. Parianum fuisse coniicit *cel. Heynius* ad *Apollodori* Bibl. tom. III. p. 989 sq. at dubitat *cl. Groddeck*, in: Bibliothek der alten Litteratur etc. part. II. p. 92 — Scripsit vero *γλώσσας*, *Athen.* p. 476. *Διονυσιας*, (idem p. 82. d.) et epigrammata, teste eodem *Athenaeo* lib. X. p. 454. f. coll. *Reiskio* in praefat. ad *Cephalae Antholog.* p. IX. *Harl.*

NICOLAUS Damascenus praeter alia doctrinae genera poeticam quoque exercuit, ita, vt iuuenis adhuc tragoedias et comoedias cum laude composuerit. *Τραγωδίας ἐποίησεν καὶ Κωμῶνδας ἐνδοκίμους*, inquit Suidas. Ex his fuit *Σωσανίς*, siue *Σωσάννης δράμα* memoratum *Eustathio* ad *Dionysium Periegetem* v. 976. et ab aliis male tributum *Iohanni Damasceno*. Vide *Colomesium* ad *Gyraldum* p. 303.

NICOMACHVS e Troadis vrbe, Alexandrinus, veteris Comoediae poeta, cuius hae vndecim Tragoediae a Suida [et *Eudocia* p. 310.] numerantur: *Ἀλέξανδρος ἢ Ἐριφύλη*, *Ἀλετίδης*, *Γυριόνης*, *Εἰλείθυια*, [*Athenaeo* <sup>supra</sup>] etiam laudata *Μετεκβαίνουσα*, *Μυσοί*, *Νεοπτόλεμος*, *Περσὶς ἢ Πολυξένη*, *Τεύκρος*, *Τριλογία*, *Τυνδαρέως ἢ Ἀλκμαίων*. Etiam *Μεταλλεύς* Pherecratis ad Nicomachum hunc auctorem retulit *Eratosthenes* libro VII. de Veteri Comoedia, apud *Harpocrationem* in *Μεταλλεύς*. Perperam in *Suidas* codicibus [et ab *Eudocia*] his accensetur *Oedipus*, vt pridem notatum *Meursio* ad Nicomachum Musicum p. 161. *Nicomachi Ναυμαχίαν* quoque citat *Stobaeus* in florilegio p. 149. edit. Grotii.

NICOMACHVS alter, Atheniensis, itidem Tragicus, cuius *Oedipodem* Suidas memorat, addens, ab hoc Nicomacho victos Euripidem et Theognin: Theognin puta Tragicum, de quo infra.

NICO.

ww) Lib. VII. p. 790 sq. conf. *cl. Schow* de charta papyracea graece scripta Musei Borgiani Velitris etc. Romae, 1788. mai. 4. p. 71 sq. qui fa-

bulam *Εὐλαβίας* drama satyricum fuisse suspicatur. Grotius vero contra Suidam comoediam fuisse contendit. *Harl.*



NICOSTRATVS Τραγικός ὑποκριτής. Appendix Vaticana prouerb. 65.

NOTHIPPVVS tragicus, cuius voracitatem fugillat *Hermippus* Comicus apud Athenaeum lib. VIII. p. 344.

OENOMAI Cynici tragoedias memorat *Iulianus* Orat. VII. p. 210. De altero vetustiore Tragico *Oenomao* <sup>xx)</sup> dictum est supra in Diogene.

PALAMEDES Eleates, Grammaticus, scripsit de vocibus Comicis ac Tragicis, ut ex Suida didici. [v. supra lib. I. cap. 23. §. 5. vol. I. p. 206.]

PAMPFILVS pictor, an tragicus, cuius fuit fabula *Heraclidas*? Vide Scholia Comici ad *Plutum* v. 385. *Fabric.* [P] Alter scholiastes dubitat, alter adfirmat, eum fuisse tragicum. At illum potius fuisse pictorem, quam tragicum, arbitror cum Berglero, et Hemsterhus. ad h. l. et cum *Palmerio*, in Exercitatt. in script. gr. p. 787 sq. In Poecile enim picturam fuisse Pamphili, Heraclidas exhibentem cum Alcmena opem ab Atheniensibus contra Eurystheum implorantes, animaduertit *Brunch.* ad locum Aristophanis ex *Meursi* Athen. Attic. I. 5. Contra *Suidas* in *Διοίσειν*, tom. I. p. 610. tragicis eum adnumerat. — Ab eo diuersus est *Pamphilus*, poeta Siculus incertae aetatis, quem inter conuiuandum omnia versibus eloquutum esse, tradit *Athenaeus* I. cap. 4. p. 4. D. et paucula dat exempla siue fragmenta, atque ex Athenaeo *Suidas* in v. Πάμφιλος tom. III. p. 15. De aliis *Pamphilis* vide eundem Suidam cum notis Küsteri III. p. 14. et *Burmman.* ad *Quintil.* I. O. lib. III. cap. 6. p. 246 sq. cuius tamen nimis subtiliorem interpretationem *Ciceronis* III. de orat. 21. de Pamphilo, nescio quo? reiiicit *Hemsterhus.* ad Aristoph. *Plutum* p. 113. *Harl.*

PARTHENIVS, cuius *Herculem* et *Iphicium* laudat Stephanus Byz. Inter Tragicos ideo refertur a Delrione. Vide, quae de Parthenio dixi infra libro quarto.

PATROCLES Thurius in tragoedia quadam de Dioscuris egerat, teste *Clemente Alex.* in *Protreptico* p. 14.

PHILISCVS, ut *Suidas*, siue ut *Salmasius* ad *Siminiae* alas p. 261 sq. et *Vossius* p. 64. libri de Poetis legendum esse docet, PHILICVS <sup>yy)</sup> Corcyraeus, vnus e Pleiade tragicorum fuit tempore Ptolemaei Philadelphi, a quo dictum genus carminis *Philicium*, de quo Hephaestion, Atilius Fortunatianus in arte metrica, Marius Plotius aliique Grammatici. *Fabric.* Item *Eudocia* p. 437. quae eum filium Φιλώτη τῷ Κεραυγῶ, et sacerdotem Bacchi, nec

xx) Qui tamen suspectus est *Burmanno* ad *Ouid.* Trist. II. v. 385. quum reliqui id cognomen ignorent, et forte Suidam in fraudem induxerit tragoedia *Oenomaeus*, quam ille Diogenes scripsit, et quam laudatam reperiens, *Suidas*, credidit cognomen fuisse Diogenis. *Harl.*

yy) *Küster* quoque ad Suidae locum ex *Hephaestionis* Enchiridio p. 30 sq. et quod in versu apud Hephaestionem Philiscus, se ipsum Φίλις, secunda

brevi nominat, *Philicum* scribendum putat. At *Toup.* in *Emendation.* in Suidam, part. III. pag. 546. edit. Lipsienf. monet, Küsterum, Vossium et *Salmasium* falli, quia Syllaba secunda τῷ Φιλίανος nunc longa sit, nunc brevis. — De *Philisco*, siue potius *Philisto*, historico Syraculano, vide supra, lib. II. cap. XI. vol. I. p. 730 sqq. et *Toup.* ad Longin. de Sublim. p. 363. vbi quoque locum Philisti apud *Pollucem* X. 116. corrigit. *Harl.*



nec non auctorem XXXXII. tragoediarum fuisse, metrum autem *Φιλίσκιον* dictum esse, *ἐπέ-  
περ αὐτῷ ἐνεδαψιλεύετο*, scribit. *Harl.*

PHILISCVS Aegineta, tragicus, qui sacerdos Bacchi interfuit pompae Olympicae Ptolemaei Philadelphi, quam describit *Athenaeus* V. p. 198. Philiscus adpellatur apud *Putarchum* in Timoleonte p. 243. Vide quae supra, vbi de *Diogene* Cynico, et *Cyliso*, atque *Lambetum* libro VII. p. 405 sq. <sup>22)</sup> qui cum hoc Aegineta confundit *Philiscum*, Isocratis discipulum Lysiaeque amicum, qui Lycurgi rhetoris vitam scripsit. [v. *Taylor*. praef. ad *Demosth.* et Lycurgi orat. p. 2. Hic est auctor epigrammatis in Lysiam, quod *Putarchus* in libro de vitis decem rhetorum, in vita Lysiae, p. 836. seruauit, et quod post curas *Ier. Marklundi* apud *Taylor*. in vita Lysiae p. 60. *Toup.* in Emendatt. in Suidam part. II. p. 304. adfert atque emendat, eumque fuisse credit Pythagoreum. *Fabricius* infra lib. IV. cap. 32. vol. IV. p. 486. hunc Isocratis discipulum *Milesum* fuisse scribit. Adde *Ruhnken.* in hist. crit. oratorum graecorum p. 83. praefixa Rutilio Lupo, et supra in vol. I. in Catalogo Pythagoreorum p. 861 sq. — *Eudocia* p. 424. *Philiscum Aeginetam* inter grammaticos refert, et, verba Suidae in *Φιλίσκος Αἰγινήτης* exscribens, eum, tradit, Alexandrum Macedona docuisse litteras, ipsum autem fuisse auditorem Diogenis Cynici, vel secundum Hermippum, Stilponis, et scripsisse dialogos, in his, vnum, *Codrum* inscriptum. *Harl.*] *Philiscum* Milesum Neanthis Cyziceni patrem memorat Suidas in *Νεάνθης*. De *Philisco* Thessalo, Sophista, *Philostratus* lib. II. p. 617 sq. [*Philiscus* archon Athen. Olymp. LXXXIII. 4. vid. *Corfin.* F. A. III. p. 209.]

PHILOCLÉS duo, vnus Aeschyli sororis filius, pater Morsimi, [v. Suidam v. *Μόρσιμος*, Schol. ad Aristoph. Equit. v. 100.] auus Astydamantis. Hic [tragicorum satyricorum poeta] Tetralogiam tragoediarum *Pandionidem* composuit, ab Aristotele in didascalis recensitam, teste Scholiaste Comici ad aues <sup>aaa)</sup>, vbi Aristophanes perstringit huius Philoclis *Tertium* siue *ἔποπα*, ex eadem tetralogia fabulam, ad exemplum Terei Sophoclei compositam. Propter amarum et acerbum scribendi genus, teste Suida [et Eudocia p. 427.], dictus est *χολή* siue *bilis*, et centum tragoedias composuit, ex quibus memorat *Ἡεργόνην*, *Ναύπλιον*, *Οἰδίποδα*, *Οἰνέα*, *Πηνελόπην*, *Πρίαμον*, *Φιλοκτήτην*. Ab hoc Philocle Atheniensium iudicio victus est Sophocles, Oedipodem docens, vt memorat et indignatur *Aristides* tom. II. p. 422. [p. 256. edit. Iebb. Scholiastes ad Aristoph. loc. citatum, ex hoc Suidas et Eudocia ex illo p. 427. distinguunt duo Philocles, alterum *tragicum*, *χολή* dictum, patrem Morsimi; alterum *comicum*, Aeschyli sororis filium, visu turpem capite prominente. Vtrumque autem, Suidas scribit, fuisse ex sorore nepotem. Quod quum parum verisimile videretur, Eudocia Comicum tantum ad subolem Aeschyli pertinuisse narrat. At *Küster.* ad Suidam, tom. III. p. 605. contendit, non duo Philocles fuisse, sed vnum, Suidam vero priorem articulum de tragico excerptisse ex Lexico aliquo, posteriorem de comico, ex scholiaste ad Aristophanis Aues I. c. vbi tamen pro *κωμωδίας ποιητής* rescribendum putat *Küster.* *Τραγωδίας ποιητής*. Atqui ad hominem illum, capite acuminato, respicit Aristophanes, nec non in Nubib. 1205. vbi v. scholiast. et in Thesmoph. v. 175. *Ταὐτ' ἄρ' (inquit) ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρὸς ποιεῖ.*

<sup>22)</sup> S. p. 273. edit. Kollarii, qui probat Fabricii iudicium. *Harl.*

<sup>aaa)</sup> V. 282. vide doctam cl. *Beckii* not. ad Arist. Aues v. 281. *Harl.*



ποιῶν. — Idem μέλη, *carmina*, composuit. *Aristophanes* quidem in *Vespis* vers. 460, irridet eius μέλη; nisi de particulis lyricis chorique carminibus in tragoediis intelligere malis: at qui *Aristoteles* problem. XIX. 31. dum quaerit: διὰ τί οἱ περὶ Φρυγίων μᾶλλον ἦσαν μελόποιοι; respondet, ἡ διὰ τὸ πολλαπλάσια εἶναι τότε τὰ μέλη ἐν ταῖς τῶν μέτρων τραγωδίαις, siue, vt *Bentlei*. in Respon. ad Boyle p. 145. corrigit, τὰ μέλη τῶν μέτρων ἐν ταῖς τραγωδίαις, an quia istis temporibus cantus, quos canebat chorus, in tragoediis plures erant, quam versus, quos recitabat actor? Scholiastes *Aristoph.* addit: ὡς τῷ Φιλοκλέους ἀγρίῳ ὄντος ἐν τῇ μελοποιίᾳ, duriitiam atque amaritudinem inesse iis scribit, et *Philoclem* ipsum vocat σκληρὸν σφόδρα καὶ δριμύτατον. Adde *Casaubon.* de Satyr. Poesi lib. I. cap. 5. p. 147. ed. *Rambach.* ibique notam *Crenii.* *Philocles* archontes occurrunt in *Fallis atticis Olymp. LXXX. 2.* et *LXXXVII. 2.* vide *Corfinum* ad illos annos. *Harl.*] De altero tragico iunioris huius nominis, filio *Astydamantis*, meminit Scholiastes *Aristophanis* ad aues v. 282.

**PHILOSTRATVS** *Lemnius*, maior natu, praeter libros tres de tragoedia, etiam a *Suida* traditur composuisse tragoedias XLIV. et Comoedias XIV.

**PHILOXENV** *Cytherius* Διδυραμβοποιὸς καὶ Τραγωδιοδιδάσκαλος *Suidae* in *Τετραμελὸς* et Scholiastae *Comici* ad *Plutum* <sup>bbb)</sup>. Hic in *latomias* coniectus a *Dionysio Tyranno*, [vid. *Lucian.* aduers. indoctum cap. 15. ibique *Reitz.* et *Gesner.* III. p. 117.] in iisdem *Cyclopetem* suum, (*Κύκλωπας* *Aristoteli* cap. 2. *Poetices*.) elaborauit, vt refert *Aelianus* lib. XII. Var. cap. 44. ad quem videas licet, quae viri docti adnotarunt; tum [*Plutarch.* de Fort. vel virt. *Alexandri M. I.* p. 320. tom. VII. *Reisk.*] *Zenobium* [P] V. 45. prouerb. *Ioh. Tzetzen* *Chiliad. X.* Hist. 358. et *Chiliad. V.* Hist. 23. De *Philoxeno* hoc agunt etiam *Vossius* lib. III. institut. poetic. c. 16. §. 3. *Heinsius* lib. de Satira *Horatiana* p. 35. et 60. *Reinesius* Var. Lect. p. 472. [Drama eius, *Κωμῶτης*, memorat *Suidas* in *Ἀντρυγίδης*, qui melica scripsit carmina, *Thebanus*, musicus et tibicen *Philoxeni* fuit. Illum, narrat *Suidas*, calceis *Milesiis* primum esse vsum, et in *Comasta* (*Philoxeni*) crocotum pallium induisse. Vide *Küsteri* notam ad *Suidae* locum, tom. I. p. 221.] Alius *Philoxenus* πτερόκοπος parasitus. *Athen.* VI. p. 239. 241. 242. 246.

**PHORMVS** apud *Athenaeum* et *Suidam*, sed apud *Aristotelem* cap. 5. *Poetic.* et *Pausaniam* in *Eliacis* prioribus **PHORMIS**, quae vera lectio videtur *Rich. Bentleio* p. 201. apologiae diff. de *Epistolis Phalaridis* [ex interpr. lat. *Lennepii*, p. 109.] (apud *Themistium* male *Ἀφῶρεμος*.) patria *Syracusius*, et, *Suida* teste, *Comicus* fuit, *Epicharmi* aequalis, et filius *Gelonis* tyranni praefectus. *Delrioni* tamen in *Syntagm. tragoed. autte com. in Tragoed.* *Senecae* lib. I. cap. vlt. p. 21. tragoedias etiam scripsisse videtur, quod tragoediam, non comoediam sapiant ipsius *Cephaeus*, *Alcyones*, et *Ἰλῖς πόρθησις*. Sed quam incerta sit eiusmodi coniectura, paulo ante, vbi de *Apollophane* agebam, obseruaui. *Fabric.* Plura vide apud *Mongitor.* in *Bibl. Sic.* tom. II. p. 183. quo teste *Bonannus* in *Syrac. illustr.* lib. II. p. 271. dubitat, an poetae *Phormo* f. *Phormidi* conueniat id, quod scribit *Pausanias* *Eliac.* poster.

Rr 2.

cap. 27.

bbb) 290. vbi v. schol. v. 295. cum schol. ad h. et ad v. 298. vbi vide *Hemsterhus.* item ad v. 301. nec non schol. *Küster.* et *Spanhem.* ad *Nub. Aristoph.* v. 332. *Eudocia* p. 428. *Suidas* tom. III. p. 605.

adde *Dorvillei* *Sicula* p. 181. *Baillet Jugemens des Savans*, tom. I. part. I. cap. 13. p. 27. edit. *Amstel.* 1725. 4. et plura supra inter lyricos poetas, lib. II. cap. 15. p. 134. *Harl.*



cap. 27 p. 449. inter Phormidis donaria conspici ipsius Phormidis, cum hoste cominus dimicantis, statuam cum inscriptione, pugnantem illum militem Phorin in Maenaliū esse; immo putat, hunc a poeta esse diuersum, quod ex Pausania, virum militari gloria, non litteris clarum fuisse, eluceat. At enim, si reliqua essent explorata, id non sufficeret ad dubitandum, quoniam plures Graeci armorum aequae ac carminum laude floruerunt. Secundum *Philippum Brietium* in Annal. part. II. tom. I. Phormis vixit Olymp. LXXIII. 3. secundum *Vossium* de poet. gr. cap. 5. Olymp. LXXII. ante C. N. 488. secundum *Bonaunum* circa Olymp. LXXVI. *Harl.*

**PHRYNICHVS** Atheniensis, Polyphradmonis F. <sup>cc</sup>) discipulus Thespidis, primus foeminae personam in scenam induxit, et octonariis iambis in tragoedia usus est, teste [Schol. ad Aristophan. Thesmoph. 171.] *Suida* in *Φρύνιχος*, ut idem *Suidas* in *Τετραμέτρων* et *Οκτάμετρον* hoc in comoediis tribuit Aristophani. [Ante Aeschylum eum fuisse, tradit Schol. ad Aristophan. Ran. v. 941.] Fabulae eius hae a *Suida* memorantur: *Αλύπτιος*, (Hesych.) *Ἀκταίων*, *Ἀλκίσις*, (Hesych.) *Ἀνταῖος ἢ Λίβυες*, (Schol. Aristoph. ad Ranas) *Δαναΐδες*, (Hesych.) *Δίκαιοι*, *Πέρσαι*, *Πλευρώνια*, siue *Πλευρών* (Pausan. in Phocicis p. 874. *Tzetza* <sup>add</sup>) ad Lycophron.) *Σύνθωκοι*. Vicit primum forsan Olympiade LXVII. Themistoclem chorum siue adparatus scenae ministratorem habuit Olymp. LXXV. 1. Archonte Adimanto, vnde inscriptio apud Plutarchum in Themistoclis vita: *Θεμιστοκλῆς Φρεαζῆριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἤρχεν*. Idem forte *Phrynichus*, quem ab Atheniensibus belli ducem creatum narrat *Aelianus* III. 8. Var. quod in tragoedia quadam congruentes et bellicos modullos Pyrrhichistis aptasset. [A schol. Aristophanis ad Ran. 1334. dicitur *μελοποιός*, et dulcis in carminibus, *ἐν μέλεσι*.] Fuit et alter *Phrynichus*, itidem Atheniensis, tragicus, filius Melanthae, cuius videtur fuisse *Μιλήτης* siue *ἄλωσις Μιλήτης*, ob quam Athenienses, (u. n. Persae, ut *Suidas* tradit,) eum mille drachmis multarunt, quod domesticas calamitates refricuisset, teste *Herodoto* lib. VI. cap. 21. *Tzetza* VII. Hist. 156. [Scholiast. ad Aristophan. Vespas 1481. *Strabon* XIV. p. 635. etc.] Confer, quae viri docti notant ad *Longinum* de sublimi dictione cap. 24. et ad *Aelian* XIII. 17. Var. Tragoediae Phrynichi hae praeterea apud veteres memorantur: *Ἀνδρομέδα*, [Schol. ad Arist. Vesp. 1481.] *Ἡργόνη*, [Schol. modo citatus] *Τάνταλος*, (Hesych.) *Φοινίσσαι*. (Athen. p. 635. Scholiastes Aristoph. ad Vespas, [1481. in primis, 220.] Aeschyli ad Persas) <sup>ccc</sup>). De utroque Phrynicho tragico, uti de comico quoque huius nominis, consulendus *Iohannes Meursius* in Bibliotheca Attica <sup>fff</sup>). Alius *Phrynichus* Diradiotes Alcibiadis

<sup>ccc</sup>) Sic Schol. ad Aristophan. Au. 750. Contra apud *Suidam* in *Φρύν*. est dissensus veterum. *Harl.*

<sup>ddd</sup>) At *Bentlei*. in respons. ad Boyle p. 142. ex hoc *Tzetzae* loco legere iubet *Πλευρώνιαι*. *Harl.*

<sup>eee</sup>) Hic posterior apud *Eudociam* in violario p. 428. et Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1481. *ἰποῖται πρὸς Πυρρίχους*. Hunc *Delrio* proleg. de tragoed. cap. 8. eundem cum priore habet. *Harl.*

<sup>fff</sup>) Confer *Burette* in Memoir. de l'Acad. des Inscri. tom. XIII. p. 273 sqq. in primis *Perizon*. ad *Aeliani* H. V. III. 8. qui primum omnino distinguendum censet docetque Phrynichum tragicum a

Phrynicho, duce, et dubitat duo fuisse Phrynichos tragicos; contra, vnum tantum modo qui cum Aeschilo et vsque ad Themistoclis tempora (*Plutarch*. vit. Themist. p. 114. et *Stanlei*. ad vitam Aeschyli,) vixit, tragicum existisse suspicatur. Illius vestigiis instituisse videtur, rem certe latius explicat *Bentlei*. in Respons. ad Boyle p. 140 sqq. ubi multus est de eo. Pauca adferre iuvat. Quod Miletus capta est Olymp. LXX. vel. LXXI. *Bentl.* adfirmat, Phrynichum vixisse post Olymp. LXX. immo, ex auctore argumenti in Persas Aeschyli, post expeditionem Xerxis, Olymp. LXXV. 1. et ab hac



Alcibiadis aduersarius, *Plutarch.* Alcibiade p. 204. *Fabric.* [P] *Phrynichus* quidam περί ἡ-  
συχίας memoratur, eiusque sententiæ aliquot adferuntur in *Arsenii Iovianæ* apud *Bandin.* in  
catal. MSSor. Florent. I. p. 549. De *Phrynicho*, arabio, siue grammatico, (vid. *Menagium*  
ad *Diogenem Laertium* III. segm. 2. tom. II. p. 239.) infra lib. IV. cap. 34. §. VI. vol. IV.  
p. 520. *Harl.*

PINDARVS Thebanus quoque tragicis adnumerandus est, quia inter eius scripta *Sui-  
das* refert δῶματα Τεχνικὰ XVII.

PLATO Philosophus, de quo suo loco egi, ad tragoedias scribendas primum animum  
adplicuit, et tetralogia composita iam certator fieri cupiebat, nisi Socratis philosophia captus  
hanc praetulisset. Vide, quæ viri docti notant ad *Aelianæ* Var. Hist. lib. II. cap. 30. et *Men-  
agium* ad *Laertii* lib. III. sect. 6. De *Platone* Comico diligenter agit *Meursius* in Bibliotheca  
Attica.

PLEIAS TRAGICORVM tempore Ptolemæi Philadelphi celebrium a variis di-  
versimode enumeratur. A Scholiaste Hephaestionis quidem hunc in modum:

1) *AEANTIDES.*

Rr 3

2) *ALEXAN.*

hac olympiade triennio vicisse, Themistocle ad-  
parante scenam et chorum. At, quod caput est con-  
trouersiae, *Bentlei.* p. 142. probare sustinet, vnicum  
modo tragicum fuisse istius nominis; duo quidem  
*Phrynichos*, scenicum vtrumque poetam, alterum  
tragicum, comicum alterum; sed non fuisse duo  
*Phrynichos*, qui scriberent tragoedias. Argumen-  
tum igitur, quod ex *Suida* pro duobus *Phrynichis*  
duci solet, ita subuertit, vt adfirmet, incertam esse  
rationem nominis, quod eius esset patris, et fabulas  
duodecim, a *Suida* commemoratas, esse eiusdem  
*Phrynichi*, discipuli *Thespidis*, potuisse, eiusque  
esse *Excidium Muei* et *Phoenissas*. Vnicum mo-  
do fuisse, ex eo probat, (vti *Perizonius* argumen-  
tatus erat,) quod a veteribus semper nudeque ci-  
tatur *Phrynichus tragicus*, numquam additur ὁ  
ἄλλος. Quod ipse Scholiasta *Aristophanis* (ad  
*Aues* vers. 750. etc.) et *Suidas* duo tragicos, omni-  
no autem quatuor *Phrynichos* fuisse, tradunt,  
1) *Phrynichum*, filium *Polyphradmonis*, poetam  
tragicum, 2) *Phryn.* filium *Choroclis*, actorem  
tragoediarum, 3) *Phryn.* filium *Eunomidis*, poe-  
tam comicum, 4) *Phryn.* ducem Atheniensem, qui  
cum *Astyocho* egit, et in rem publicam conspi-  
rauit. ex hac ratione clarum sibi videtur, vnicum  
modo fuisse huius nominis tragicum. Quare do-  
cet, veteres in illis variare, et *Phrynichum*, du-  
cem, confossum esse Athenis Olymp. XCII. 2. teste  
*Thucydide* VIII. p. 617. nec tempus eius vlla ra-

tione congruere posse cum rebus tragici aut comici  
poetae: *Tragicum* fabulas scribere coepisse Olymp.  
LXVII. quod tempus inter et Olymp. XCII. 2. anni  
sint CII. immo a tempore *Phoenissarum* eius, quæ  
actæ fuerunt Olymp. LXXV. 4. quando postremum  
eius mentio fit, anni numerentur LXVI. ad mortem  
*Phrynichi* ducis: *Comicum* vero viuum inueniri  
quinto post anno contendente fabula, cui nomen  
*Musis* contra *Aristophanis* *Ranas* Olymp. XCIII. 3.  
magistratu *Callia*. Porro ostendit, *Aristophanem* in  
*Vesp.* (220.) respicere ad *Phoenissas*, fabulam *Phry-  
nichi*, et ad *Phrynichum*, *Thespidis* discipulum;  
non, quæ vulgaris est opinio, ad posteriorem  
quemdam, adeoque hos duo, qui finguntur, *Phry-  
nichos* esse reuera vnum eundemque. Denique  
multis demonstrare studet, locum *Aristophanis*  
*Vesp.* 1469 sqq. (quem emendas,) ad quem *Scho-  
liasta*, et ex eo *Suidas*, mentionem faciunt huius,  
(quem fingunt, secundi,) *Phrynichi*, filii *Melan-  
thæ*, pertinere ad vnum et verum *Phrynichum*,  
*Thespidis* discipulum, nec *Thespin*, ibi comme-  
moratum, fuisse, (vti tradunt *Scholiasta* et *Suidas*,)  
citharoedum, sed illum tragicum. At plura per-  
sequi non licet per instituti nostri rationem. *Phry-  
nichus* tragicus citatur ab *Eustathio* aliisque scho-  
liastis *Homeri*. *Phrynichi*, (tragici, an comici?)  
fragmenta quaedam reperiuntur in *Hertelii* *Bibl.*  
veter. comicorum, Veronæ 1616. 8. p. 336 sq. *Harl.*



- 2) *ALEXANDER AETOLVS.*
- 3) *HOMERVS, MTRONIS F.*
- 4) *LYCOPHRON.*
- 5) *DIONTSIDES, pro quo SOSIPHANEM* altero loco nominat.
- 6) *SOSITHEVS*, quem Suidas quoque vnum e Pleiade fuisse testatur, non minus quam *Soficlem* Syracusanum, in quo tamen fallitur, vt infra suo loco notavi.
- 7) *PHILISCVS*, siue *PHILICVS.*

Ab Isaacio Tzetza autem, non Tragicos vt videtur, sed Poetas ex quocumque genere claros eiusdem aetatis celebrante, sic:

- 1) *AEANTIDES.*
- 2) *APOLLONIVS RHODIVS.*
- 3) *ARATVS.*
- 4) *HOMERVS iunior.*
- 5) *LYCOPHRON.*
- 6) *NICANDER.*
- 7) *THEOCRITVS.*

Vide *Vossium* lib. II. Institutt. Poetic. p. 54. *Barth.* ad Stat. tom. I. p. 473. et scriptores supra a me laudatos in *Aeantide. Fabric.* [In codice regio Matrit. Apollonii Rhodii, in *Iriarti Catal. codd. msst. gr.* p. 212 sq. post genus Apollonii haec notantur de poetarum Pleiade: ἐπὶ τὰ ποιητὰ παῖδες Πτολεμαίου τῷ Φιλαδελφῷ· οἱ Πλειεῖς ἐκλήθησαν· Θεόκριτος· Ἀρατος· Νικάνδρος· Καλλίμαχος· Ἀπολλώνιος ἔπος· Λυκόφρων οἶμα· Ὀμηρος ὁ νέος τραγικός· Ἄλλως κατὰ Ἡφαισίωνα· Ὀμηρος βυζάντιος· υἱὸς Ὀμηροῦ, (lege, ὁ Μυρῆς,) ποιητρίδος· Σωσιθεός· Λυκόφρων· Ἀλέξανδρος· Αἰαντίδης· Σωσιφάνης· Φιλίσκος. Adde *Proclum* in Chrestom. p. 340 sqq. et grammaticum in bibl. Coislin. p. 597. Pleiadem veluti lyricorum septem enumerare voluit *Hyginus* fab. 222. sed praeter titulum nihil superest. vide *Muncker.* et *Staureren* ad locum pag. 340. — Plura dabunt de illo delectu, ab *Aristarchio* et *Aristophane*, (vid. *Quintilianii* I. O. lib. X. 1. 54. p. 496. edit. Gesneri, f. tom. II. pag. 893. edit. Burm.) primum instituto, *Tanaq. Faber* in vitis poetarum graec. edit. Relandi, Basil. 1766. p. 131 sq. *Ruhnken.* in historia orator. graecorum, praefixa edit. P. Rutilii Lupi, p. 95 sqq. *Io. Frider. Leisner* in prolus. de Pleiade tragicorum graecorum, Cizae, 1745. 4. et *Io. Andr. Mich. Nagel* in diss. philol. de Pleiadibus veterum graecorum, Altdorf. 1762. 4. *Harl.*] Fuisse etiam videtur clara huiusmodi Pleias Poetarum Comico-*rum*, cui proximum *Machnem Sicyonium* laudat *Ath. reus* sub extremum lib. XIV. p. 664. De Pleiade recentium poetarum Gallorum adi *Menagium* tom. II. Antibailleti cap. 110.

PLINIVS iunior quatuordecim annos natum se tragoediam Graecam composuisse testatur lib. VII. epist. 4.

POLVS tragicus ὑποκριτῆς celebr. Archiae Thurii discipulus, vide supra in *Aristodemo*, *Plutarchum* Demosthene p. 859. et Lib. [P] an seni gerenda sit Resp. p. 785. *Chariclei*



riclei F. Suniensis fuit, teste *Luciano* in *Necyomantia* tom. I. p. 336. Meminit eiusdem *Apolo-*  
*logia* pro mercede conductis p. 487.

**POLYIDES** Sophista inter Tragicos etiam locum sibi vindicauerit, quem laudat *Ari-*  
*stoteles* cap. 16. et 17. de *Poetica*, memorans eius *Iphigeniam*. *Fabric.* [Inter poetas, quibus  
vltus fertur ad excerpta concinnanda *Stobaeus*, *Photio* p. 195. numeratur Πολυεῖδης, sed *Val-*  
*cken.* in *Diatriba Euripidea* p. 18. A. „illud, ait, etiam noui, nullam istius in *Stobasi* colle-  
ctaneis factam mentionem; saepius *Euripidis* in *Polyide*, prout in margine scribi solet.“ ad-  
de *Burette* in *Mem. de l'acad. Paris. des Inscript.* tom. XIII. p. 303 sq. et supra inter poetas  
lyricos n. LI. é. p. 135. *Harl.*] Alius *Polyides* Medicus apud *Palaephatum* cap. 27. et *Polyi-*  
*des* *Thessalus* apud *Vitruuium* lib. X. cap. 19. cuius *Mechanica* citat idem in praefatione  
lib. VII.

**POLYPHRADMON** Atheniensis, Phrynichi Tragici F. Tragicus et ipse, *Suidae* in  
*Φρύνιχος* memoratus.

**PRATINAS**, de quo sic *Suidas*: Πρατίνας Πυρρώνιδος ἡ Ἐγκωμίε Φλιάσιος ποιη-  
τὴς τραγωδίας ἀντηγωνίζετο δὲ Λισχύλῳ τε καὶ Χοϊρίλῳ ἐπὶ τῆς ἐβδόμηκοστῆς Ὀλυμπιάδος.  
Καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρας ἐπιδεικνυμένης δὲ τῆς συνέβη τὰ ἰκρία, ἐφ' ὧν ἐσηκασαν οἱ  
θεαταὶ πεσεῖν, καὶ ἐκ τῆς θεάτρον ἀκοδομήθη Ἀθηναίοις. Καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξα-  
το ἐξήκοντα, ὧν σατυρικά τριάκοντα δύο. ἐνίκησε δὲ ἅπασι. Meminit huius *Pratinae* *Euse-*  
*biius* 886) in *Chron.* ad *Olymp.* LXX. et *Acron* ad *Horatii Artem Poeticam* p. 579. vbi *Crati-*  
*pus* pro *Pratinas* male excusum est, vt notauit *Casaubonus* lib. I. de *satyrica poesi* cap. 5.  
[p. 120 sqq. *Rambach.*] *Acronis* verba haec sunt: *Tragoediis satyra dicitur amata, in quibus,*  
*salua maiestate grauitatis iocos, exercebant secundum Pratinae institutionem. Is enim primus*  
*Athenis, Dionysia cum essent, satyricam fabulam induxit.* *Pratinam* ἐν θυμάναις ἡ καρίτισιν  
citatur *Athenaeus* lib. IX. Idem lib. I. p. 22. testatur *Thespin*, *Pratinam*, *Cratinum* et *Phry-*  
*nichum* dictos ὀρχηστικὰς διὰ τὸ μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν δράματα ἀναφέρειν εἰς ὀρχησιν τῷ χο-  
ρῷ, ἀλλὰ καὶ ἐξω τῶν ἰδίων ποιημάτων διδάσκειν τοῖς βελομένοις ὀρχησθαι [conf. *Bentleii*  
resp. ad *C. Boyle*, ex interpret. lat. *Lennepii*, p. 146.] Proferuntur iterum nonnulla ex *Prati-*  
*nae* tragoediarum quadam apud *Athenaeum* lib. XIII. et lib. XIV. p. 617. vbi *hyporchema*  
quoddam et p. 624. [adde supra II. cap. 16. p. 161. not.]

**PYTHANGELVS** tragoediae Poeta flagitiosus et ignobilis. Vide *Scholias*ten *Ari-*  
*stophanis* ad *Ranas* p. 134. [vers. 87.]

**PYTHON**, Catanensis, aut secundum *Io. Tzetzam*, *Chil.* 6. n. 38. *Byzantinus*, (nisi  
hi diuersi fuerunt, eodemque vixerunt tempore,) poeta et orator, claruit tempore *Philippi* et  
*Alexandri M.* regum *Macedon.* circa *Olymp.* CVIII. Scripsisse dicitur satyricum δράματιον,  
τὸν Ἀγῆνα, quod actum est in castris *Alexandri*, (a quo ipso fabulam istam esse compo-  
sitam, nonnulli memoriae tradiderunt,) quum *Liberalia* exercitus agitaret secundum *Hydaspin*  
*fluium.* vid. *Athenaeum* lib. XIII. cap. 5. p. 586. (vbi fragmentum illius seruat,) lib. XIII.  
cap. 7.

ggg) Vel potius *Scaliger.* vide supra, in catalogo poetarum lyricorum, n. LII. é. pag. 135. vbi  
plura de poeta disputauit. *Harl.*



cap. 7. p. 595. *Mongitor*. Biblioth. Sicul. tom. II. p. 194. et *Casaubon*. de Satyrica Poesi, lib. I. cap. 5. p. 150 sq. vbi leges Rambachii notam. *Harl.*

RHINTHON, Syracusius, tempore Ptolemaei Lagi <sup>hhh</sup>) floruit Tarenti, vnde Tarentinus aliquibus dicitur, auctor *hilarotragoediarum* <sup>iii</sup>), quae ab eo *Rhinthonicae* adpellatae sunt, et res tragicas atque graues ludicro ac Scarronico dicendi genere persequabantur. Apud Grotium in 2. Tim. IV. 13. pro *Rhetor* Comicus, legendum *Rhinthon*. Huius *Φλύακος* siue iocatoris fabulae fuere XXXVIII. teste *Stephano Byzantino* in *Τάρας* et *Suida* in *Ῥινθων*, ex quibus *Amphitruonem* laudat *Athenaeus*, lib. III. cap. 27. p. 111. Vide *Gisberti Cuperi* [P] *Obseruationes* lib. I. cap. 10. *Vossium* lib. II. *Institut. Poetic.* cap. 21. et *Casaubonum* ad *Athenaeum* lib. III. cap. 9. *Fabric.* *Cuperum* l. c. et *Pergerum* ad *Hesychium* in v. tom. II. pag. 1067. de *Rhinthone* imperitissime commentatos esse, edixit *Toup*. Emendatt. in *Suidam* part. III. p. 398 sqq. vbi docte disputat et varia veterum loca, in quibus de nostro sermo est, corrigitt. *Rhintho* fuit sui ordinis et loci poeta celeberrimus, a *Polluce* IX. 7. VII. cap. 13. segm. 61. (vbi eius *Iphigenia in Taur.* citatur. conf. *Iungermannii* notam,) et cap. 22. 90. (vbi eius *Iphigeniae in Aulide* fit mentio, et cuius duo posteriora loca explicantur a *Cupero*, p. 75. edit. *Schmidii*.) ab *Athenaeo* lib. XI. cap. 14. p. 500. vbi eius *Hercules* occurrit, lib. XIV. p. 719. D. *Hephaestione* *Enchir.* p. 4. *Photio* lib. I. p. 90. etc. laudatus, scripsit, vt ait probatque *Toup*. comoedias et tragoedias, non suas quidem eas, sed alienas, in ridiculum detortas: verba antiqua, turgida et peregrina, ludi iocique causa vsurpabat. *Nossis* in epigrammate, a *Toupio* correcto, vocat eum Syracusium. Praeter ea a *Polluce* X. cap. 7. segm. 35. citatur *Telephus* (male scribitur a *Mongitore Theophilus*.) *Rhinthonis*, quem *Kühnius* in addita nota vocat Tarentinum comicum. adde *Casaubon*. de S. P. lib. I. cap. 3. fin. ibique not. *Rambachii* pag. 100 sq. *Harl.*

R VFVS in Musicae historiae libris tribus primoribus Tragicorum et Comicorum, tum Dithyrambicorum, et auletarum, Citharoedorumque et epithalamiorum carminum ac hymenaeorum et saltationum theatricarum historiam persequutus fuerat, et in dramatica historia recensuerat τραγωδῶν καὶ κωμῶδων πράξεις τε καὶ λόγους καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ τσιαῦτα ἔργα. Ex vndecimo libro συμμικτῶν *Aristoxeni* et istis *Rufi* scriptis pleraque huius argumenti in quartum eclogarum librum esse a *Sopatro* Sophista relata notat *Photius* cod. CLXI.

SACAS Τραγωδίας ποιητῆς *Suidae* in *Νόμαδες* et *Σάκας*, *Plutarcho* in Lib. de Musica p. 1134. *Sacadas* Argiuus, scriptor elegiarum. Confer, si placet, quae supra in *Acas* vel *Acatus*. [et supra in *Catal. lyricor. poetar. nr. LIII. δ. p. 136.*]

De SANNIONE *Demosthenes* Orat. contra Midiam [pag. 533. edit. *Reisk.* Oratt. *Demosth.* etc.] refert, quod choros tragicos docuerit, ad quem locum notat *Vlpianus*, eum docuisse canere numerose et aptis modis, μετὰ θυμῷ καὶ προσηκόντος μέλους αἶδεν διδάσκων. Sed exinde poetis tragicis Sannionem adscribere cum *Gyrardo*, *Delrione* et aliis, nolin.

#### SANNYRION

hhh) Eum Ptolemaei quoque tempora adtigisse, *Patritius* tradit, et secundum *Bonannum* claruit *Olymp.* CXV. a. C. N. 316. vid. *Mongitor*. Biblioth. Sic. tom. II. pag. 200. *Laurent. Crassi*

histor. poet. graec. pag. 445. *Harl.*

iii) Alii fuere Ἰλαριῶδες poetae, de quibus *Festus* et ex *Aristotele* *Athenaeus*.



SANNYRION tragicus. *Eustath.* 1288. *Fabric.* Fuit comicus. vid. infra in Notitia Comitorum h. v. et *Bentlei.* in respons. ad Boyle, ex interpr. lat. Lennepii, pagg. 114. 115. et 167. *Harl.*

SATYRVS histrio tragicus eximius, Demosthenis aequalis, cui, quanta esset vis pronuntiationis et actionis in dicendo, primus persuasit, teste *Plutarcho.* Theognidis F. fuit, patria Marathonius. *Lucian.* in *Necyomantia* tom. I. pag. 336.

MAMERC. AEMILIVS SCAVRVS Euripidis exemplo Atreum tragoediam composuit graece, vt ex Dionis verbis coniicio. [at Dio potuit latina verba tantum graece reddere. *Tacitus* quidem VI. 29. nullum indicium graecae linguae dat, dum scribit de illo: *Macro detulerat argumentum tragoediae a Scauro scriptae, additis verbis, qui in Tiberium flecterentur.*] In hac cum Tiberii Imp. ἀβελίαν perstrinxisset, crimine alio impacto iussus est sibi ipsi manus inferre. Vide *Dionem Cassium* lib. LVIII. p. 636. [tom. II. pag. 896. edit. Reimari quem vide.]

SILANIONIS Iocasten laudat *Plutarchus* de audiendis poetis. Sed falluntur Gyraldus, Vossius alique, qui hunc pro tragoedo habent; fuit enim insignis statuarius, cuius imaginem Thesei celebrat idem *Plutarchus* in Thesei vita, Sapphonis imaginem Cicero Verrina quarta cap. 57. Confer *Harduinum* ad Plinii XXXIV. 8. et *Franc. Iunii* Catalogum Artificum pag. 199.

SIMONIDEM Ceum, de quo in lyricis dixi, inter alia etiam tragoedias composuisse, auctor est Suidas. [ex Scho'. ad *Aristoph.* Vesp. 1361. sed id valde dubiae fidei esse videtur; vid. *Goens* disp. de Simonide pag. 51.]

SOPATER Sophista libro quarto et quinto eclogarum egerat de tragicis et comicis. Vide paullo ante in *Rufo.*

SOPHOCLES duo. Vide, quae dixi supra, vbi de tertio Sophocle tragico celeberrimo. [P]

SOSIBIVS Tragicus, ex cuius Daphnide post *Atheneum* lib. X. pag. 415. et *Tzetzen* Chil. II. 592. plures versus ex inedito Theocriti Scholiaste exhibet et castigat *Casaubonus* Lectionum Theocriticarum cap. 12. *Fabric.* Illos quoque illustrat *d'Arnaud* in Specimine animaduers. critic. cap. IX. p. 48. *Harlingae*, 1728. *Athenaeus* autem l. c. λέγει, ait, περὶ αὐτοῦ, (nempe Lytierfa, filio Midae spurio, vid. etiam Schol. ad Theocr. X. 41.) Σωσιβίος, (sic legendum docuit *Casaubon.* pro vulgato Σωσιθεός) ὁ τραγωδοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσῃ. Hoc igitur loco motus *Fabricius* Sosibium non modo inter tragicos recenset, sed hanc quoque Lytierfae fabulam non comicam, sed tragicam esse putauit. Seruauit id fragmentum quoque anonymus in opusculo de mulieribus, quae bello claruerunt, quod cl. *Heeren* publicauit in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. VII. Gottingae, 1790. pag. 10 sqq. inter inedita. *Casaubonianis* animaduersionibus doctas suas adiecit cl. editor, et nr. 10. dissentiens a *Fabricio*, acute vidit, versus, ex fabula ipsa nobis seruatos, abunde contrarium docere, atque a tragici sermonis grauitate nimium recedere videri, nec Lytierfae mores, quales in eo fragmento describuntur, in fabula tragica ferri posse, quale autem fabulae huius argumentum fuerit, vt eam communi Daphnidis vel Lytierfae titulo potuerit insignire



poeta, merito posse dubitari. Versus ipsos ex ipso fabulae dialogo desumptos esse, atque aliquem Midae regi subiectum, vel clientem loquentem in iis induci, autumarat Casaubonus. At humanissimo *Heeren* verisimilius videtur, eos ad prologum fabulae pertinere atque ipsum initium dramatis constituere, adeoque eos ad spectatores, non ad alium interlocutorem dici. Notantibus tamen *Crasso* in histor. de poetis gr. p. 480. et *Mongitore* in Biblioth. Sic. tom. II. p. 235. inter *Franc. Patrit.* poeticae dec. hist. lib. I. p. 104. et 115. ac *Mazon.* in defens. Dantis lib. III. p. 492. qui opus de Daphnide a Sositheo scriptum et bucolicum fuisse tradit, iam controuersia est agitata, num duo vixerint Sosithei nomine, num Daphnis et Lityersa Sosithei vnum fuerit opus, an duo; sitne opus tragicum, an comicum vel bucolicum, quando is vixerit, an tandem Daphnis, sub Sosithei nomine, sit opus Sosithei? *Patritius* putat, opus illud fuisse tragoediam pastorem. *Mongitor.* p. 236. plurium de illo poemate diuersas adfert sententias. Pastoritium quoque poema vocant *Io. Viginmillius* de poetis Siculis bucolicis p. 53. et *Iustus Fontaninus* in *Aminta* defenso cap. I. p. 9. *Heumann.* in nota msta laudat *Ionsum* II. 3. p. 126 sq. f. p. 151 sq. edit. Dornii, vbi scripta Sosithei Laconis persequitur. *Harl.*

**SOSICLES** Syracusius, LXXIII. docuisse tragoedias, et in his septies victor abiisse, a *Suida* [et *Eudocia* p. 384.] traditur. Vixit sub Philippo Macedone et Alexandro Magno, neque adeo ex Pleiade illa celebri esse potuit, vt idem *Suidas* adfirmat, aliis, praecipue qui Pleiadem recensent, Sosciclem omittentibus. *Fabric.* Plura vide apud *Crassum* in histor. poet. gr. p. 480. et *Mongitor.* Biblioth. Sic. tom. II. pag. 235. *Harl.*

**SOSIPHANES** ex Pleiade Tragicorum tempore Ptolemaei Philadelphi clarorum fuit. Meminit eius *Stobaeus* et *Scholias*tes *Hephaestionis.* *Fabric.* A *Scholias*te *Eurip.* *Phoen.* v. 1017. *Sosiphanes* tragicus citatur, quem *Kuhnus* ad *Pausan.* p. 757. male adpellat *Sosigenem*, notante *Valchem.* ad *Euripidis* *Schol.* p. 722. Eundem esse ac Sosciclem nonnulli contra temporis rationem putarunt. vid. *Mongitor.* l. cit. *Harl.*

**SOSITHEVS** Syracusanus siue Atheniensis potius, siue, vt alii ex Troica Alexandria Alexandrinus, itidem ex Pleiade, tragoediarum scriptor, laudatus *Suidae*, *Scholias*tae *Hephaestionis* pag. 93. et *Germanici* p. 127. *Hugino* poetic. astron. cap. 27. et ante hos ab *Erato*sthene in *Catasterismis* cap. 28. Ex eius ἀδελφά nonnihil producit *Ioh. Stobaeus* in *Florilegio* p. 199. edit. Grotii. Δάφνιν siue Ἀρτυέσαν Sosithei (an Sosithei?) laudat *Athenaeus.* [vid. paullo ante ad Sositheum notata.] Memoratur hic Tragicus in Συναγωγῇ ἱστοριῶν a Scaligero edita (facta) ad Olymp. CLXIV. Σωσιθεός, Συρακέσιος ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δὲ Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωικῆς Ἀλεξανδρείας, τῶν τῆς Πλειάδος εἰς ἡμᾶς. *Fabric.* Orae exempli sui adscripsit *Fabric.* „Discorso di *Iacopo Mazzono* intorno alla risposta et alle opposizione fatta gli da *Franc. Patrizi*, pertinente alla storia del poema, *Dafni o Lityersa di Sositheo.* Cesena, 1587. 4. Eiusdem Raggioni delle cose dette etc. ibid. 1587. 4. *Patritii* scripta, *Mazzono* opposita, memorantur in *N. Haym* *Notizia de' libri rari nella lingua italiana*, p. 205. — Adde *Ionsum* II. 3. p. 126. 127 sq. f. p. 151. edit. Dornii. *Nagelii* diss. de *Pleiadibus* pag. 17. inprimis *Crassum* in histor. poet. gr. p. 480. *Mongitor.* l. c. p. 235 sq. *Moller.* in *Homonymosopia*, (Hamburgi, 1697. 8.) cap. III. §. 65. p. 338. de *Sositheo.* Scripsisse ille dicitur varia sermone et ligato et soluto. Reperiuntur autem fragmenta et sententiae in *Collectione sententiarum Frobeniana*, et in *Hugonis Grotii Excerptis.* In vita *Cleantis* apud *Diogenem Laertium*



*Laertium* VII. 173. *Sofitheus* quidam, (quem comicum habet Fabricius in Notitia comicorum,) Cleanthem in theatro arguit insaniae. Is ergo vixit circa Olymp. CXXX. quum tragicus, inter Pleiades numerandus, Olymp. CLXIV. aut CLXVI. vixisset. Vid. praeter Ionsium et Vossium de poetis gr. cap. 8. p. 68. Mongitor. et quos hic citat bene multos. — *Sofitheum*, festiuium puerum et anagnosten suum adpellat *Cicero* ad Attic. I. 9. *Harl.*

SPINTHARVS Heracleotes, tragicus, cuius *Herculem ambustum* et *Semelen fulmine tactam* Suidas [et *Eudocia* p. 385.] memorant, idem forte est, quem *Laertius* lib. V. sect. 92. refert *Parthenopaeum* sub *Sophoclis* nomine euulgasse. Idem quoque, ni fallor, quem tamquam barbarum et stultum a Comicis exagitatum esse narrat Suidas. Alios Spintharos recenset *Ionsius* lib. I. de Scriptoris Historiae Philosophicae cap. 14. et *Menagius* ad *Laertii* lib. II. sect. 20.

STEPHANVS Monachus Sabbaita, siue S. Sabbae sectator, cuius memoriam celebrant Graeci in Menologiis die XXVIII. Octobris, auctor a quibusdam, Gyrardo teste, creditur tragoediae de nece Christi, quam idem Gyrardus dialogo V. p. 288. distinguit a tragoedia Christi patientis, quae legitur inter opera Gregorii Nazianzeni.

STHENELVS tragicus a Platone, siue quisquis auctor fuit Comoediae, cui titulus erat Λάκωνες, plagii accusatus fuit, quod aliena poemata sibi tribuisset. Vide *Harpocratium* in Σθένης, *Suidam* latinum Hieronymi Wolfii pag. 358. et *Colomesium* ad Gyrardum p. 380. *Aristophanes* Comicus apud Athenaeum IX. 1. καὶ πῶς ἐγὼ Σθένελε φάγοιμι ἀνέημας οὗς ὄρες ἐμβαπτόμενος ἢ λευκὰς ἄλας.

STRATTIS Atheniensis, non Tragicus fuit, vt a Suida [et ab *Eudocia* p. 385.] perhibetur, sed veteris poeta comoediae, plurium dramatum auctor, quae [P] recensio infra in notitia Comicorum. Scriptor anonymus περὶ κωμῳδίας, qui *Aristophani* praemitti solet, sedecim dramata a Strattide composita testatur, sed apud veteres scriptores obseruata sunt nomina fabularum XXI. nisi forte vnus dramatis plures fuere tituli.

TELEGONI Vlyssen Τελευμαχίαν memorat *Aristoteles* cap. 14. Poetic. Sed *Telegonus* personae nomen est in tragoedia, non poetae, vt probe obseruauit *Neocorus*. *Fabric.* *Telegonus* inuenisse dicitur auspiciu apud *Eudociam* p. 315. fin. *Harl.*

THEODECTES Phaselites, Isocratis discipulus, Rhetor <sup>kkk</sup>): tragoedias etiam scripsit teste *Plutarcho* in Isocratis vita, [nec non *Eudocia* p. 230.] Quinquaginta ei tragoedias tribuit Suidas in Θεοδέκτης et Stephanus in Θεσηλῆς, qui Epitaphium eius refert. Ex quibus apud Aristotelem, Stobaeum et alios obseruauimus eius *Aiacem*, *Alcmaeona*, Dionys. Halic. et Eusebius p. 466. Praeparat. *Bellerophontem*, *Helenam*, Arist. I. 6. Politic. *Oedipodem*, [Athen. X. 19. p. 451.] *Orestem*, *Philoxetem* et *Tydeum*. Tragicus etiam vocatur a *Clemente Alex.* VI. Strom. p. 623. Pauca quaedam illius fragmenta selegit *Grotius* in Excerptis p. 445 sq. [in collect. sententiar. Froben.] *Aristas* libro de LXX. Interpretibus, et ex eo *Iosephus* XII.

S s 2

kkk) Vid. *Dionys. Halic. Ep.* ad Amm. p. 120. et in Isaco p. 111. *Ruhnken.* in historia critica oratorum gracc. p. 83. infra lib. III. cap. 11. in Catal.

Peripateticor. pag. 312. lib. III. cap. 7. inter scripta Aristotelis deperdita, pag. 201. et lib. IV. cap. 32. fin. vol. IV. pag. 488. *Harl.*



*phus* XII. 2. fabulantur, eum oculis captum fuisse, cum aliquid e sacris litteris in drama quoddam suum transferre instituisset. *Fabric.* A *Polluce* lib. VI. cap. 19. idem *Theodectes* dicitur Sophista et auctor quaestionum conuiualium, quas vocabat *μνημόνεαι*, celebratur. Illas vero quaestiones fuisse gryphos et a *Theodecte Phaselite* tam ingeniosissime explicitas, quam aliis propositas solerter, ex *Hermippi* libro de discipulis *Isocratis* tradit et exemplum profert *Athenaeus* lib. X. cap. 19. p. 451. F. — Habuit filium eiusdem nominis, rhetorem et auctorem plurimum scriptorum historicorum atque ad artem orandi pertinentium, testibus *Suida* et *Eudocia*. *Harl.*

**THEODORVS** *τραγωδιῶν ὑποκριτῆς* memoratur *Aristoteli* lib. VII. *Politic.* cap. ult. [*Pausan.* in *Attic.* cap. 37.] *Plutarcho* in prooemio noni *συμποσιακῶν* et Lib. de laude sui pag. 545. et *Laertio* lib. II. sect. 104. *ποιητῆς τραγωδίας*, [atque *Aeliano* V. H. XIV. 40. vbi vid. *Perizon.* in primis *Valcken.* in *Diatr.* Eurip. pag. 182. A.]

**THEODOTVS**, inquit *Delrio*, cum *Mnesarchum* Tyrannum quadam tragoedia perfrinxisset, ab eo in *Apollinis* templo, quo confugerat, occidi iussus est, quam rem *Ouidius* in *Ibin* significat. Verba *Ouidii* haec sunt v. 467.

*Victima vel Phoebo sacras mactatis ad aras,*

*Quam tulit a saeuo Theodotus hoste necem.*

Verum his alii rectius putant respici *Theodotum*, *Bactrianorum* regem, ab *Arface* Rege *Parthorum* mactatum <sup>III</sup>). Longe minus credibile est, hunc eundem, ut putabat *Delrio*, *Theodotum* esse, cuius poema heroicum de *Iudaeis* laudat *Eusebius* IX. de *Praeparat.* cap. 22. Potius enim intellexerim *Theodotum*, *Phoenicium*, cuius scripta graece reddita a *Laeto* memorat *Tatianus*. Meminit eiusdem *Theodoti* *Iosephus* quoque I. contra *Apionem* p. 1051. locum huius *Theodoti* emendat *Grotius* ad *Ioan.* IV. 5.

**THEOGNIS**, diuersus a *Megarensi* <sup>mm</sup>), (de quo supra suo loco,) vnus ex triginta Tyrannis *Athenis*, ἐκ τῶν λ', ita enim legendum pro eo, quod in *Suidae* codicibus ἐτῶν λ', nam apud *Xenophontem* lib. II. hist. graec. *Theognidis* inter triginta Tyrannos mentio. *Τραγωδοποιητῆς* certe [P] fuit, a *Nicomacho* *Atheniensi* superatus; sed adeo ineptus, ut propter frigiditatem diceretur *χιῶν*, siue *nix*. Confer *Scholia* ad *Comici* *Acharnenses* [vers. II. et 140. *Suidam* in *Ψυχρῇ βίῃ*] et *Urbanum* *Cheuraeum*, *Gallum*, in *Cheuraeanis* tom. I. p. 246. vbi notat, *Aristum* ab *Italo* quodam simili catachresi dictum *Aprilem*, veluti *floribus*, et *Tassum*, *Septembrem*, fructibus abundantem. Adde, quod *Philocles* comicus propter acerbam dicacitatem teste *Suida* dictus est *χολῇ, bilis*: *Dionysius Philadelphensis*, ob dictionis ἀκυρολογίαν, διάκενος, vacuus, ut notat *Eustathius* ad *Dionysium* *Periegetem*. *Proclides* *χεζῶς* *Cacator* apud *Suidam* in *Χεζητιῶν*: *Elephantis* ingenii obsecuri *Comicus*, *καπνίας, captator fumi*, quod legas apud *Hesychium* *Alexandrinum* in illa voce.

Ex

*III*) Enimvero *Theodotus* ille rex mortuus est, non mactatus. *Iustin.* XXXXI. 4. quod ipse sentiens *Fabricius* infra, lib. V. cap. 34. vol. IX. p. 273. vbi plures enumerat *Theodotos*, a semet ipse deficiit. Atque *Saluignius* ad *Ouidii* locum iam

bene ostenderat opinionis istius falsitatem: neque vero *Burmannus* expiscari potuit, quisnam *Theodotus* apud *Ouidium* intelligi debeat? *Harl.*

<sup>mm</sup>) Vid. *Eudoc.* in *Iunij* pag. 232. *Harl.*



Ex THEOPHRASTO definitionem Tragoediae profert *Diomedes* lib. III. Grammat. p. 484. vnde suspicari licet, eundem, vt de Comoedia, sic de Tragoedia quoque peculiari opere egisse: [grauiore tamen ea sententia eget probandi ratione.]

THESPIS Atheniensis <sup>\*\*\*</sup>), de quo superiore capite XVI. a me dictum est, primam Athenis tragoediam egit e plaustro, Olymp. LXI. [vid. *Bentley*, respons. ad *Boyl.* p. 135 sqq. 149. <sup>\*\*\*</sup> prf. lat. Lennep.]

THESSALVS Tragoediarum ὑποκριτής tempore Alexandri Magni. Vide *Athenaeum* lib. XII. p. 538. *Plutarchum* Alexandro p. 669. et 681.

THYGENIDES, cuius διασσί citantur a Suida et Photio MS. in Τετραχθῆναι.

TIMESITHEVS tragicus, cuius dramatum nomina apud Suidam exstant: Δαναΐδες, α. β. Ἐκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καππανεὺς, Μέμων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέτης, καὶ Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. De aliis *Timesitheis* agit *Gisbertus Cuperus* ad ἀποθέωσιν Homeri p. 296.

TIMOCLES, alter tragicus fuit, vt ex loco restituto *Athenaei* docet *Casaubonus* IX. 18. p. 696. De altero Comico dixi infra in Notitia Comicorum. [conf. notam *Rambachii* ad *Isaaci Casaubon.* de S. P. lib. I. cap. 5. p. 150.]

TIMON Phliasius, secta Pyrrhonius, sub Ptolemaeo Philadelpho clarus, praeter fillos et alia Tragoedias quoque sexaginta scripsisse a Laertio traditur lib. IX. sect. 110. Fuit et alter *Timon* Atheniensis μισάνθρωπος, qui tempore Peloponnesiaci belli vixit, et a Delrione, nescio quo auctore, Tragicis et ipse adnumeratur.

TIMOTHEVS Gazaeus in Anastasium Imperatorem, teste Suida, scripsit tragoediam occasione *Chrysargyri* tributi, de quo consules ex veteribus *Euagrium*, ex recentibus *Meursii*, *Cangii*que glossaria graecobarbara. [P] [fuit quoque grammaticus. vid. infra lib. V. cap. 7. vol. VII. pag. 72. et *Biblioth. Coislin.* pag. 597.]

Alius antiquior TIMOTHEVS Milesius, poeta tragicus et dithyrambicus, musicusque celeberrimus temporibus Euripidis. [vid. *Plutarch.* an seni sit gerenda resp. tom. IX. edit. Reisk. p. 175.] Huius *Timothei νόμους κιθαρωδικούς* memorant [*Athenaeus* XIV. cap. 5. pag. 626. C. VIII. 11. p. 352.] *Hephaestion* in *Enchiridio* p. 66. <sup>\*\*\*</sup>) Inter eius scripta *Suidas* re-

Se 3

fert

\*\*\*) *Chamaeleon* ἐν τῷ περὶ Θέσπιδος citatur a Suida in Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. *Harl.*

ooo) Apud *Athenaeum* XIII. p. 565. A. *Timotheus* tibicen dicitur proluxa barba tibias inflasse: apud eundem XIV. p. 636. E. *Artemon* scribit, eum *Magadide* usum esse aucta fidium numero, (πολυχορδοτέρῳ συστήματι,) eaque de causa quod veterem corrumpere musicam, et propter carmen, Σμελῆς ᾠδὴν, quo indecoris figmentis de Semele partu iuuentutis animos perderet, aduersum apud *Lacedaemonas*. Senatus vero illud *Lacedaemoniorum* consultum, quo *Timotheus* vrbe pellitur, *Casaubon.* animadu. in *Athen.* VIII. 11.

p. 613 sqq. adposuit, emendauit atque illustrauit. Apud eundem *Athenaeum* libr. XII. pag. 538. F. proditur memoriae, *Timotheum*, *Phrynichum*, *Scaphisiam*, *Diophantum*, et *Euium Chalcidensem* primos fuisse tibicines, qui *Pythieum* canerent, (ἡύλησαν,) deinde cum choris modularentur. *Timotheus* ἐν Κύκλωπι occurrit in *Eustathii* comm. in *Homeri Odyss.* 1631, 61. 1632, 5. et fragm. ibid. *Odyss.* p. 1422, 49. De *Timothei* tragoedia *Niobe* vid. *Casaubon.* ad *Athen.* lib. VIII. cap. 5. pag. 593. — Fragmenta quaedam dedit *Hug. Grotius* in *Excerptis* ex tragoediis et comoediis graecis etc. *Timotheus* quoque memoratur a Scholiaste *Aristophanis*



fert *Perfas* siue *Ναύπλιον*, pro quo male *Ναυτίλον* habent codices Athenaei. [sed *Casaubon.* iam emendauit in animadu. in Athenaeum, lib. VIII. pag. 588. ἐν *Ναυτίλῳ* habet quoque *Eustath.* Comm. in Homerum; Odyss. 1538. 4.] *Timothei Perfas* laudat etiam *Plutarchus* in *Philopoemene* p. 362. et de Audiendis poetis p. 32. et *Aristoteles* cap. 1. Poetices, [*Pausan.* Arcad. p. 535.] Idem *Suidas* *Phinidas* ac *Laertem* huius *Timothei* memorat, quas tragoediarum inscriptiones esse existimo. *Plutarchus* de laude sui p. 359. τὸν *Τιμόθεον* ἐπὶ τῇ κατὰ *Φρύνιδος* νίκη γράφοντα, *Μακάριος* ἦσθα *Τιμόθεε*, ὅτε κάρυξ εἶπε. *Νικᾷ* *Τιμόθεος* ὁ *Μιλήσιος* τὸν *Κάρβανος* τὸν *Ἰωνοκάμπταν*, εἰκότως δυσχεραίνομεν, ὡς ἀμείσως καὶ παρανόμως ἀνακηρύττοντα τὴν ἑαυτῷ νίκην. De hoc *Timotheo*, quem videtur etiam laudare *Plutarchus* in *Demetrio* p. 909. praeterea consules *Vossium* in *Institutionibus Poeticis*, et libro de *Poetis Graecis*, *Gyraldum* dialogo IX. [et *Burette* in *Mem. de l'Acad.* — des *Inscr.* tom. X. p. 235 sq.] Fuit et *Timotheus Zacynthius* tragicus histrio, de quo adeunda scholia ad *Sophoclis* *Aiacem* v. 871.

**TITVS VESPASIANVS** Imperator, poemata et tragoedias graece composuit. Testis *Eutropius* lib. VII. cap. 21. Poemata eius memorat etiam *Suetonius* in *Tito* cap. 3.

[**TLEPOLEMVS**, histrio tragicus, Schol. *Aristoph.* *Nub.* 1267.]

**XENOCLES** duo, *Carcini* tragici pater, et filius, quorum meminit *Scholia* *Aristophanis* ad *Ranas* p. 133 sq. [v. 86. vbi fratres eius dicuntur *Xenoclitus* et *Xenotimus*.] Ac filio quidem, cuius *Suidas* in *Ἀξέσος* meminit, duo fuere fratres *Xenotimus* et *Demotimus* *χορευταί*, vt docet idem *Scholia* *ad Nubes* p. 120. [f. vers. 1264. et ad v. 1267. *Xenocli*, teste *Euphronio*, tragoedia *Licymnius* tribuitur. A Schol. ad *Aristophanis* *Pac.* v. 782. *Carcini* filii dicuntur *Xenocles*, *Xenotimus*, *Xenarchus*, τραγικοί δὲ εἶσι χορευταί. Nomina igitur fratrum in Schol. ad *Nubes* corrupta videntur; probabilior vero lectio Schol. ad *Ranas*, ex qua quidem facilius intelligi potest causa lectionis in Schol. ad *Nubes* deprauatae.] *Xenocles* pater cum *Euripide* certauit, Olympiade LXXXI. [XCI. scribendum esse, docuerunt *Casaubon.* de *P. S. I.* 5, p. 145. et interpr. in edit. Gronou. ad locum *Aeliani* mox citandum.] vicitque tetralogia tragoediarum, quarum tituli *Oedipus*, *Lycæon*, *Bacchæ* et *Athamas* *Satyrus*, contra *Euripidis* *Alexandrum*, *Palamedem*, *Troianos* et *Sisyphum* *satyricum*. Vide *Aeliani* Var. Hist. lib. II. cap. 8. [adde *Bentlei.* Resp. ad Boyle, p. 124 sq. vers. lat. Lennep.] Alius *Xenocles* *Adramytenus* rhetor, quem asiatico dicendi genere excelluisse testatur *Strabo* Geogr. lib. XIII. p. 614. [*Xenocles* *Plutarchi* frater, vid. infra lib. III. cap. 33. p. 816. vol. II.]

**XENOPHANEM** physicum, scriptorem tragoediarum vocat *Eusebius* in *Chronico* ad annum MCCCCLXXX. et ex eo *Syncellus* p. 238. *Φωκυλίδης καὶ Ξενοφάνης* *Τραγωδοποιός* ἐγνωρίζετο. Mihi videtur excidisse *Thespidis* nomen ante vocabulum *Τραγωδοποιός*. Confer *Scaligerum* in notis ad *Euseb.* p. 96. et quae de *Xenophane* dixi infra cap. XXIII. [P] *Fabric.* *Corsinius* quoque in *Fast. attic.* tom. III. p. 116. corrigit *Eusebium* in *Olymp.* LX. 4. *Ξενοφάνης* *Φυσικός*, καὶ *Θέσπις* *τραγωδοποιός*. In *Hieronimi* *Chron.* edit. *Vallarsii* pag. 478. *Xenophanes*

*strophanis* *Ran.* v. 1501. De *Timotheo* comico vide infra in *Notitia* Comicorum. — De *Timotheo*, *Cononis* filio, *Atheniensis*, vid. *Cornel. Nep.* XIII.

ibique *Staureren.* *Aelian.* H. V. II. 10. 18. III. 16. et alibi. De aliis *Timotheis*, qui plures fuerunt, consule indicem ad hanc bibl. graecam. *Harl.*



*Xenophanes* Olymp. LVI. 1. *Colophonius clarus habetur*; et iterum p. 479 sq. Olymp. LX. 4. *Simonides Lyricus et Phocylides clari habentur, et Xenophanes physicus, tragoediarum scriptor*, vbi *Vallarsf.* p. 485. not. d. falsitatem historiae aequae ac lectionis agnoscens putat, vel Hieronymum scripsisse *Elegiarum*, (quas a Simonide scriptas fuisse, testatur *Diogenes Laertius*.) pro *tragoediarum*, vel *Xenophanis* nomen hic falso pro alio obtrudi. Atqui, monente *Schurzfleischio* in *Notitia biblioth. Vinar.* p. 257. cod. primus Palatin. exhibet: *Simonides, carminum scriptor lyricorum*, iterumque mox, et *Theophanes, scriptor tragoediarum et Physicus*. Quare *Schurzfleisch.* malit legere *Simonides carminum scriptor*, demta glossa *lyricorum*, deinde e vestigio addere et *tragoediarum*. At nec *Theophanes tragicus* est cognitus. Multo verisimilior igitur est opinio *Ignatii Rossi*, in *Commentatt. Laertianis*, Romae, 1788. m. 8. p. 180 sq. *Ξενοφ. Φύσικος Παράδοποιος*; et docet ille ex *Athen.* XIV. cap. 13. etc. *Xenophanem* scripsisse *Παράδας* s. *Παράδιαις*, refutatque *Vallarsf.* ac *Schurzfleisch.* Adde infra lib. II. cap. 23. §. 3. Ceterum adhuc adnotabo, *Bartheleny* in itinere iunioris *Anacharsidos* per Graeciam capp. 69 sqq. de Graecorum theatro poetisque tragicis, praecipue tribus principibus, eorum ingenio, et tragoediae natura copiose atque eleganter disseruisse. *Harl.*

## CAPVT XX

## DE HERODOTO HISTORIARVM SCRIPTORE.

- I. *Herodoti aetas et vita.* II. *Nouem Libri Historiarum.* III. *Reprehensores Herodoti et laudes.* IV. *Liber de Homero.* V. *Promissi ab eo libri de rebus Assyriacis, Libycisque.* Loca *Herodoti a veteribus citata, quae in editis non reperiuntur.* *Linguae Persicae ignarus Herodotus.* *ibid.* VI. *Codices MSSi. Editiones latinae.* VII. *Graecae.* VIII. *Graecolatinae.* IX. *Versiones in linguas vernaculas.* X. *Epigrammata in Herodotum.* *Plures Herodoti.*

[Cum Supplementis G. C. Harles.]

## I.

**HERODOTVS**, siue, vt viri docti scribendum contendunt <sup>a)</sup> **ERODOTVS**, e Cariae vrbe Halicarnassensis, quod ipse in limine libri I. *Historiarum* profitetur <sup>b)</sup>, a quibusdam *Thurius* <sup>c)</sup> deinde dictus est, quia propter patriam a *Lygdamo* tyranno vexatam

<sup>a)</sup> Vide *Henricum Valesium* ad *Ammiani* lib. XXI. cap. 6. Pater *Herodoti* ab aliis *Lyxus*, ab aliis *Xylus*, forsitan rectius, adpellatur. Vide *Iac. Gronouium* tom. II. *Antiqu. Graecar.* tabula LXXI. vbi effigies *Herodoti* e veteri marmore apud *Fulv.* *Vrsinum* p. 87. elogior. *Lyxi* tamen nomen occurrit etiam apud *Lucianum* de domo tom. II. p. 461. [et in epigrammate apud *Schol. Aristoph.* ad *Nub.* 331. vbi vide not.]

<sup>b)</sup> *Ἡρόδοτος Ἀλικαρνασσηνῆς ἱστορίας ἀπόδεξις ἦδε*, quod initium operis laudatur etiam a *Demetrio* *περὶ ἱερμηνείας* §. 17. et 44. Licet *Plutarchus* *Lib. de exilio* p. 604. testetur, in quibusdam codicibus scriptum fuisse *Ἡρόδοτος Θυρίαις*.

<sup>c)</sup> *Auieno* in ora maritima v. 49. *Herodotus* ipse *Thurius*. *Iuliano* *Epist.* 22. et in alia apud *Suidam* in *Ἡρόδοτος* et *Plutarch.* p. 604. de exilio ὁ Θάριος λογοποιός. His antiquior *Strabo* lib. XIV. p. 656. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς (Ἀλικαρνασσηνῆς) Ἡρόδοτος τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θάριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοιναῖσσι τῆς αἰς Θυρίας ἀποικίας. Vide et *Epitaphium* relatum a *Stephano Byz.* in *Θάριος* et *Scholias* *Aristoph.* ad *Nubes* p. 79. [vers. 331.] a *Salmasio* autem latine expressum sic: *Lyxidae Herodoti cineres humus ista recondit* *Historiae antiquae patris Ioniatae.* Quem *Doris* Patria extulerat, patria altera posthac *Thurias* excepit, dum fugit inuidiam. Quod vero in *Hygini* codd. lib. II. Poet.



tam <sup>o</sup> in Thurios cum aliis profectus fuit, cum ad illam magnae Graeciae in Italia in sinu Tarentino ciuitatem restaurandam Athenienses coloniam misissent, anno 3. Olymp. LXXXIII. praetore Callimacho <sup>o</sup> [P] Thuri <sup>o</sup> quoque, si credimus Plinio, Historiam suam condidit circa annum aetatis suae XL. <sup>o</sup> Urbis Romae CCCX. (siue Olymp. LXXXIV. annum 1.) ante Christum natum CCCCXLIV. Vixit annos ad minimum LII. nam Dionysius Halicarnassensis <sup>o</sup> testatur, cum Peloponnesiaci belli tempora viuendo attigisse. Parentes ipsius et genus haud ignobile commemoratur a Suida in Πανύσις. Cenotaphium honorarium Athenis inter monumenta Cimonia Herodoto positum tradit *Marcellinus* in Thucydidis vita lib. III. cap. vlt. ad quem locum conferendus *H. Dodwellus* in Annalibus Thucydideis sect. XI. p. 25. *Fabric.*

## E P I M E T R O N.

Plura hic fuissent addenda, nisi post Fabricium viri docti in exponenda Herodoti vitam adeo diligenter versati essent, ut copia verborum, atque testimoniorum antiquiorum aequae ac molesta eorum, quae ab illis fufius explicata sunt, repetitione chartam tempusque perderem. Quare summam tantummodo hic referre satius erit. De Herodoto autem eius aetate, scriptis horumque fide disputarunt imprimis

*Gerh. Io. Vossius* de histor. graec. lib. I. cap. 3.

*Io. Bouhier* in: Recherches et Dissertations sur Herodote, Diuione, 1746. mai. 4. cuius operis docti postumi notitiam dederunt vberiore auctores nouorum actorum Erud. mens. Mart.

Poet. Astronom. cap. 2. Herodotus Milesius vulgo vocatur, error est a Ioh. Scheffero recte emendatus.

d) Suidas in 'Hēōdōros. *Plutarch.* in Nicia pag. 526. *Diodor. Sic.* lib. XII. pag. 295. [siue vol. I. p. 484. edit. Wesseling. cuius notam consules, et *Taylor.* in vita Lysiae pag. 106 sq. edit. Reisk. in vol. VI. orator. graec.]

e) Adι Ἱερῶν συναγωγῇ Chronico Eusebii Scaligerani subiectam. [*Corsini* F. A. tom. III. p. 210.]

f) *Plinius* lib. XII. cap. 4. tanta ebori auctoritas erat urbis nostrae trecentesimo decimo anno: tunc enim auctor ille (Herodotus) historiam eam condidit Thuriis in Italia. A Plinio dissentit *Lucianus* in Herodoto tom. I. p. 571 sq. [cap. 1. tom. I. p. 832. ubi vid. interpr. edit. Reitzii.] qui ex patria sua cum recta ad Olympicum conuentum profectum esse, et ibi Historiam suam in patria Halicarnasso elaboratam recitasse innuit. Dissentit etiam Suidas, qui Samum petiisse, et ibidem dialecto ionicae adueuisse, (Halicarnassenses enim dorica utebantur,) Historiarumque libros composuisse tradit. *Salmasius* Suidae adfentitur de Coma, p. 542. Dissentit etiam *Eusebius* in Chron. qui ad Olympiadem LXXXIV. haec habet: Herodotus cum Athenis libros suos in Concilio, (in Pa-

nathenacis, ut videtur,) legisset, honoratus est. Confer *Scaligerum* ad Euseb. p. 104. *Vossium* de Hist. Gr. lib. I. cap. 3. et *Petauium* lib. XIII. de Doctrina temporum p. 574. [*M. du Soul* ad Luciani locum amplectitur *Humphredi Prideaux* sententiam, Herodotum primam illam editionem historiae suae nouis curis, dum Thuriis degebat, locupletasse et ornasse. At Wesseling. in praefat. ita verba Luciani intelligit, ea non docere, Herodotum absoluisse historiarum libros Halicarnassi; sed compositos in Samo insula, quod ex Suida adfiscendum, ex Caria ad Olympicum conuentum secum portasse, et Graecis, ut illis innotesceret, praelegisse.]

g) Nam Olymp. LXXV. anno 1. quo Xerxes in Europam traiecit, Herodotus fuit annorum quatuor. Vide *Scaligerum* ad Euseb. pag. 102. hoc colligentem ex testimonio *Pamphilae* apud *Gellium* lib. XV. cap. 23. *Fabric.* Herodotum, quum Thuriis historiam suam conderet, annum XXXXIII. egisse, probatum iuit *Iakson.* in Chronol. antiq. vol. III. pag. 360. *Harl.*

h) *Dionysius Halicarnassensis* de charactere Thucydidis p. 138. 'Ο δὲ Ἀλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γένεσις ὀλίγη πρότερον τῶν Περσικῶν, παρὲνταίς δὲ μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν.



Mart. 1753. part. II. pag. 153 sqq. Nouam Herodoti editionem idem molitus, tempore autem exclusus, dissertationes in praecipua huius scriptoris loca tantum publicauit 1715. adnotante Fabricio in not. msstis.

Auctor *classicae biographiae*, ex sermone anglico in germanicum a Sam. *Murfinna* conuersae, part. II. pag. 1 sqq. Halae Saxon. 1768. 8.

*I. G. de Chauffepié* Diction. histor. et critique, voc. *Herodote*.

*Du Pin* in: La bibliotheque universelle des Historiens. Amsterd. 1708. 4. pag. 108.

*Petrus Wesseling* in Dissertatione Herodotea, Traiecti ad Rhenum, 1758. 8. — in primis in praefatione ad suam Herodoti editionem.

*Larcher* in Chronologia Herodoti, francice scripta, subiuncta eius gallicae Herodoti versioni, de qua infra agemus.

*Io. Frid. Degen* in Notitia litteraria de Herodoto, subiuncta vol. V. versionis Herodoti teutonicae.

*Pope - Blount* Censura authorum etc. p. 15 — 18. Alios libros, in quibus de quibusdam locis Herodoteis aliisque ad eum pertinentibus rebus disputatur, infra commodius indicabimus.

*Barthelemy* in itinere iunioris Anacharsidos per Graeciam de Herodoto, Thucydide et Xenophonte iudicat, et quaedam culpat in Herodoto: sed compara nouam bibliothecam Lipsiensem litterarum elegantiorum vol. XXXI. part. II. pag. 223 sqq.

Natus est Olympiade LXXIII. 1. (vid. not. g.) a. Per. Iul. 4230. ante C. N. 484. V. C. 270. (vid. *Larcher* p. 576.) Adultior Halicarnassum relinquens se in insulam Samum contulit, ibique ionici sermonis veneres amplexus est. Consilio historiae scribendae capto, vt singula expiscaretur et regionum situs atque habitus exploraret, itinera fecit per omnem Graeciam, Macedoniam, Thraciam, vltra Istrum et Borysthenem, per maximam Asiae partem. Profectus quoque est in Aegyptum <sup>1)</sup> et Libyam Cyrenenque et alia forsan amplissimae regionis oppida vidit. Vidit probabiliter quoque Babylonem, (vid. *Herodot.* I. cap. 181. et 183.) quod quidem *des Vignoles* Chronol. libr. IV. 4. 5. et VI. 3. 10. negat: at *Bouhier* diff. herod. cap. 1. et *Wesseling*. in praef. id adfirmant, qui praeter ea animaduertit, *des Vignoles* Herodoto saepius, quam par erat, fuisse iniquiorem, nimioque Ctesiae amore in transuersum abreptum. adde *Waltheri* animaduers. histor. et criticas p. 98 sq. Postea Herodotus in Samum reuertens, ea, quae collegerat, scriptis consignare coepit, Suida auctore. Patriam vero, factionibus turbatam, reliquit inque Graeciam tetendit. In conuentu Olympico recitauit historiam suam Olymp. LXXXI. 1. praesente Thucydide, puero XV. annorum: iterum recitauit Athenis Olymp. LXXXIII. 3. quam Thucydides, virili iam aetate, auscultare potuit. vid. *H. Dodwelli* adparatum ad annal. Thucydid. sect. 18. p. 23. *Corfin.* F. A. tom. III. pag. 213. quo tamen posteriore loco *Corfinus* ait, recitationem Herodoti factam esse in Olympicis

<sup>1)</sup> Circit. Olymp. LXXX. 1. act. a. 24. *Larcher* et edoctum a sacerdotibus, testatur *Herodot.* lib. II. 3. 13. 19.



Olympicis ludis, Olymp. LXXXIV. 4. Secundum *Larcher*. pag. 582. Herodotus praelegit partem historiae ludis Olymp. a. Per. Iulianae 4258. ante C. N. 456. Olymp. LXXXI. 1. V. C. 298. tum praelegit Panathenaeis, Athenis mense Iun. a. Per. Iul. 4270. ante C. N. 444. Olymp. LXXXIII. 4. V. C. 310. adde *Prideaux* ad not. f. memorandum in: Alt- und Neues Testament in eine Connexion mit der Iuden — Historie gebracht, ex germanica Aug. Titellii versione, edit. II. Dresdae, 1726. 4. tom. I. pag. 465 sqq. adde eundem pagg. 74. et 140. de fide Herodoti in historia Cyri. — Num post primam recitationem peregre denuo abierit, Corinthumque venerit, nescio; necdum ex *Dione Chrysoftomo* orat. Corinth. p. 456. satis euictum videtur Wesselingio. Sub idem tempus Olymp. LXXXIII. 3. (secundum *Diodorum Sic.* XII. cap. 7. et 10. vbi vid. *Wesseling*. p. 484. tom. I.) Athenis colonia in magnam Graeciam deducta est Thurios, cui comitem se Herodotus addidit. Ibi per otium historias, (quas, ut vidimus, alibi condiderat, et ante italicum iter semel atque iterum in frequenti Graecorum mercatu praelegerat,) recensuit, multaque illis adstruxit, alia forsan retexit, uti exemplis locisque Herodoteis Bouherius ac Wesseling. commonstrarunt. Vbi vero et quando animam efflarit, non liquet. vid. Suidam in *Ἡρόδοτος*. Saxius in Onom. liter. tom. I. pag. 37. confert eius vitae annos in Olymp. LXXIV. 1. — LXXXVII. 1. circiter. *Harl.*

II. Exstat suauissimum eius opus ἹΣΤΟΡΙΩΝ λόγος θ'. *Historiarum Libri IX.* quod exorditur Herodotus a Gyge Lydorum Rege, qui vno ac dimidio fere seculo Cyrum antecessit: inde a Cyro res Medo-Persicas fusius profequitur ad Xerxis vsque e Graecia fugam <sup>h)</sup>, Aegyptiorum simul Scytharumque et Graecorum res attingens <sup>l)</sup>. Dialecto scriptum est [<sup>l)</sup> Ionica <sup>m)</sup>], licet auctor patria dorici generis esset, ut Hippocrates et Ctesias, genere orationis cum lenitate quadam aequabili *instar sedati amnis* <sup>n)</sup> profluente, quod *fusum atque tractum* Cicero

<sup>h)</sup> *Diodorus Sic.* lib. XI. pag. 262. [f. cap. 37. tom. I. p. 433. edit. Wesseling. cuius notam consul- les,] τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος ἀρχόμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γέγραφε κοινὰς σχεδὸν τὰς τῆς οἰκουμενικῆς πράξης ἐν βιβλίοις ἐνταῖς. Καταγράψα δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὴν περὶ τὴν Μυκάλην μάχην τοῖς Ἑλλήσι πρὸς τὰς Πέρσας καὶ Σησὶ πολιορκίαν. Olymp. LXXV. 2. Argumenta librorum Herodoti exposita tirones videre possunt in relectionibus hiemalibus *Degorei Whear*, et in Vita Historica Christiani Gueintzii, ut praeteream *Davidis Chytraei* scriptum de utilitate Herodoti, et in singulos libros argumenta: in eius Orationibus, Hanou. 1614. 8. p. 568 sqq. et eius Chronologiam Herodoti et Thucydidis. Rostoch. 1579. 8. Helmstad. 1585. 4. *Dau. Chytraei* in herodoteas praelectiones suas praefatio, f. oratio de utilitate Herodoti, annotationes in lib. I. et in libros singulos argumenta Halae Saxon. 1597. 8. et cum Chytraei vita a *Christophoro Sturzio* scripta. 1601. 8. — Antiquitez, ou Histoire chronologique d'Egypte selon Herodote. Mem. de Trevoux 1721. p. 1166. Journ. des Sav. 1722. II.

p. 522. du Pin Nouvell. rep. litt. 1707. pag. 560. Iac. Bernhaldi Obseruat. 1716. p. 16 sq. [adde *Larcheri* chronol. Herodoteam. Verba tituli: Ἡρόδοτος Ἀλικαρν. ιστορίας ἀπόδαξις, quomodo vertenda sint, Wesseling. in not. p. 1. explicat.]

<sup>l)</sup> Opus *Herodoti* temporibus Constantini M. confectum esse, statuit Iac. Gauderius, teste *Huetio* demonstr. euangel. pag. 10. *Heumann*.

<sup>m)</sup> Ἰάδος ἄριστος κανὼν vocatur Herodotus a *Dionysio Halicarnass.* Epist. ad Cn. Pompeium p. 130. licet *Hermogenes* περὶ ἰδιῶν lib. II. pag. 513. notet, *Hecataeum Milesium*, a quo plurima accepit Herodotus, (notante etiam *Porphyrio* apud Euseb. lib. X. praeparat. cap. 2. p. 466.) vsum ἀρχαῖων Ἰάδ, Herodotum ποιητὴν [h. e. multis orationum figuris et numeris variegata, vide Wesseling. l. c. p. 146 sq.] Adde *Salmasium* p. 8. et 41. de Helenistica. *Fabric.* inprimis *Wesseling.* in diss. Herodotea cap. IX. sect. 40. p. 137 sqq. et per integrum cap. X. *Harl.*

<sup>n)</sup> Vid. *Cicer.* Orat. cap. 12. *Harl.*



Cicero adpellat, Aristoteles λέξιν εἰρομένην. Vide Turnebum ad Ciceronis I. de legibus p. 14. Diuisum est ab auctore ipso \*) in libros nouem. Vtrum vero totidem Musarum elogium ipse quoque imposuerit scriptor, dubium mihi videtur, nec modestiae eius congruens, licet non desint alii, qui scriptis suis Musarum nomina imposuisse dicuntur, vt notauī superiore libro I. cap. 1. §. 3. ex quibus *Aurelius Opilius* teste Suetonio de illustribus Grammaticis cap. 6. variae eruditionis volumina nouem vnus corporis, existimauit, se non absurde ex numero Musarum atque adpellatione et scripsisse et fecisse, quia scriptores pariter atque poetas sub clientela Musarum esse iudicaret. [*Bion* quidam rhetor libros nouem edidit, quibus praescripsit nomina Musarum. Testis est *Diogenes Laert.* IV. 58. *Heumann.* Vt mittam, quod in Scholiis ad Hermogenem notatis fol. 73. πορνοβοσκὸς τίθεται ταῖς ἑτέραις τῶν Μουσῶν τὰ ὀνόματα, καὶ κρινεται ἀσεβείας.] *Lucianus* vero duobus in locis \*) aliorum admirationi tribuit, quod libri Herodoti vocati sint Musae, et quidem videtur innuere, factum hoc esse ab iis, qui opus illud in Olympiis ab auctore recitari auscultantes eius elegancia et suauitate fuerant capti ac permoti. Etiam in theatro decantata fuisse τὰ Ἡροδοτῆ ab Hegesia Comico, testatur *Athenaeus* XIV. p. 620. Prooemium a *Pleſirrhoo* Thessalo praefixum refert *Ptolemaeus Hephæstionis* lib. III. apud *Photium* cod. CXC. ὡς Πλησίρρῳος ὁ Θεσσαλὸς ὁ ὕμνογράφος ἐρώμενος γεγονὼς Ἡροδοτῆ καὶ κληρονόμος τῶν αὐτῶ, ἔτος ποιήσας τὸ πρῶτον τῆς πρώτης ἱστορίας Ἡροδοτῆ Ἀλικαρνασσεύς. Τὴν γὰρ κατὰ φύσιν εἶναι τῶν Ἡροδοτῆ ἱστοριῶν ἀρχήν. Περσέων εἰ λόγιοι Φοίνικας αἰτίαι γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς.

III. Herodoto eiusque fidei detraxere e veteribus *Ctesias* \*) apud *Photium*, *Strabo* et *Diodorus* non vno in loco, *Gellius*, *Plutarchus* in libro de malignitate Herodoti tom. II. p. 855. etc. Boeotios ciues suos vindicaturus, et *Aelius Harpocration*, qui teste *Suida* in Ἀρποκρατίων, [et *Eudocia* p. 66.] librum scripserat περὶ τῶ κατεψεύσθαι τὴν Ἡροδοτῆ ἱστορίαν, et *Manetho Aegyptius*, qui ἐν τῷ πρὸς Ἡροδοτὸν citatur ab [P] *Etymolog. M.* in Ἀεοντοκόμος et ab *Eustathio* ad *Iliad.* λ'. vnde haud fatis accurate eruditissimus *Bochartus* I. Hierozoic. p. 715. et ex eo *Suicerus* in Ἀέων laudant Manethonem in notis ad Herodotum. Sed et *Iosephus* lib. I. contra Apionem cap. 14. p. 1035. testatur, Herodotum ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον non ab vno vel altero, sed ab omnibus argui, et *Photio* cod. LX. atque ipso *Cicerone* iudice lib. I. de legibus cap. 1. apud Herodotum *Historiae* patrem sunt innumerabiles fabulae. [Sic et iudicat *Aphthonius* pag. 27. *Diogenes Laert.* prooem. §. 9. *Heumann.*] Huic iudicio subscribunt e recentioribus *Lud. Viues*, *Ioh. Bodinus* et infiniti alii, [*Cassellius* in *Thucydideis* p. 25. edit. Ackeri. Herodotum fabulosissimum esse historicum, ex collatione eius cum historia Cyri a *Xenophonte* descripta luculenta, ostendit *Hardius* in *Memoria Ximenii*, pag. 5 — 16. Sed hoc est argumentum a particulari ad vniuersale. *Heumann.* atque infra ad *Xenophontem*,

T t 2

o) *Herodotus* ipse libro V. 30. ὡς δὲ δῆλωται μοι ἐν πρώτῃ λόγῳ. [adde I. 75. VII. 93. et 213.]

p) *Lucianus* de scribenda *Historia* tom. I. p. 631. ὁ δ' ἐν Θεουδίδῃς εὖ μάλα τῶτο ἱερομεινέσει, — ὁρῶν μάλα σαυμαζόμενον τὸν Ἡροδοτὴν ἄχρι τῆ καὶ Μήσας κληθῆναι αὐτῶ τὰ βιβλία: et in *Actione* siue *Herodoto* tom. I. p. 572. sq. ἡ διατὴν ἀλλ' ἀγνοῦσιν Ὀλυμπίῳν περᾶν ἐαυτὸν ἔδωκε τῶς ἱστορίας καὶ

κλήων τὰς παρόντας, ἄχρι τῆ καὶ Μήσας κληθῆναι αὐτῶ βιβλία αὐτῶ, ἐνταῦ καὶ αὐτῶς ἔσας.

q) De diffidio *Herodoti* et *Ctesias* in rebus *Afsyriorum*, et prioris locum lib. I. cap. 95. explicat vindicaturque *Iacob. de Rhoer* in *Feriis Daen-* trientibus, Traiecti ad *Rhen.* 1758. 8. lib. II. cap. I. pag. 137 sqq. *Harl.*



nophonem, in Cyri historia, num Herodotus an Xenophon maiorem mereat fidem, pluribus videbimus.] quamquam Herodoti causam agunt non minus celebria nomina *Ioachimur Camerarius*, *Ios. Scaliger*, *Henricus Stephanus* \*), *Henr. Boeclerus* diss. acad. tom. II. pag. 375 sqq. et ante annos non ita multos *Bernardus de Montfaucon* in libro gallico, quò Historiam Libri Iudith tueri et ab obiectionibus Chronologorum liberare conatur \*). Saltem Herodotus

r) Multa habentur vulgo pro falsis, quia sunt insolita, cum verissima sint. Confer *Stephani Stephani* prolegomena ad Saxonem Grammaticum cap. XXIII. *Fabric.* *Stephani* liber est inscriptus: L'Introduction au Traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou Traité préparatif à l'Apologie pour Herodote. (Geneuae) 1566. 12. Hic liber, qui valde contemnitur in: *Memoires* lit. Gr. Bretagne tom. XIII. p. 68. saepe a scriptoribus confunditur cum eiusdem *Stephani* Apologia pro Herodoto, huius editioni praefixa, notante *Simonio* tom. III. *Bibl. crit.* cap. 32. pag. 341. vide ipsam *Fabricii* not. ad edit. *Stephanianam* paullo post adiectam. *Sallengre* Mem. de litterature, tom. I. cap. 4. *Pezius* in *Bibl. Benedict.* etc. lib. I. p. 181. Herodoti causam quoque agunt *Tolandus* in *Liivio Adeisidaemone*, §. 3. *Rabenerus* in *Amoenitat. histor.* pag. 49 sqq. *Heumann.* *Stephani* Introductio duodecies deinceps est formulis typographicis repetita; omnes vero editiones enumerant *Sallengre* l. c. pag. 38 sqq. et *Niceron* in: *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften ber. Gelehrten*, ex vers. germ. *Rambachii*, part. XX. p. 32 sqq. Nouissima edit. est aucta adnotatt. *Duchat.* Hagae Com. 1735. 8. II. tom. adde *Goetz.* Mem. bibl. Dresdens. vol. I. p. 199. et *Freytag.* adpar. litter. tom. II. p. 1276. *Harl.*

s) De hoc libro agunt *Acta Eruditor.* tom. II. suppl. p. 49. Idem in Supplementis antiquitatis explanatae, tom. III. pag. 119. 120. *Fabric.* Contra *Plutarchum* aliosque partes Herodoti suscipit *Geinozius* in *Vindiciis et defensione illius* in *Aëtis academiae Inscription.* tom. XVIII. p. 115. et XXI. p. 120 sqq. edit. Paris. et germanice versis in *Gattereri* bibliotheca historica, tom. X. p. 26 — 136. Ab iniuriis *Plutarchi* defenditur quoque a *Ricard.* v. *Allgem. Litt. Zeitung.* 1789. mens. Oct. p. 78. *Wood* in: *Versuch über das Original-Genie des Homers* pag. 219. narrationem *Homeri* de *Helena* et *Menelao* praefert illi quidem, quam *Herodotus* de illis a sacerdotibus aegyptiacis accepit: neque tamen ex eo omnem *Herodoti* fidem tollere audeat; contra proficitur, se in plurimis terris et

regionibus, quas perlustrasset et descripsisset *Herodotus*, hunc esse sequutum, et in omnibus rebus, quas ille ipse vidit, eum deprehendisse hominem veri amantissimum; in reliquis vero, quae ab aliis fando acceperit, auctorem valde credulum. Atque ego subscribo *Wesselingii* iudicio, in praefatione p. III. lato: „Fuit, inquit is, *Herodotus* vitio humani ingenii obnoxius erroribus, lapsus veri ignorantia haud raro est, saepius etiam ab aliis deceptus.“ et quaedam adfert fabulosa. Pergit vero: „Istud haeret in dubio, truncataene *Musae* sint, et an alios similis argumenti commentarios *Herodotus* digesserit? Mutilationis et defectus suspicionem de *Athenada*, viro *Trachinio*, indicata mouent libr. VII. cap. 213. *ἔτος ἀπέκτετε μὲν Ἐπιάλτεα δι' ἄλλων αἰτίων, τὴν γὰρ ἐν τοῖς ἑκαστοῖς λόγοις σημανίω.* Hic *Epialten* aliam ob causam, quam ego sequentibus in libris reddam, interemit. Reddidit autem nusquam, non octauo, nedum libro nono. Ergone ea excidit commemoratio? an promissi obliuio eius animum incescit? an decimum adiungere meditatus fuit librum? Vtrumque fieri quitum est. Nam hiatus illis in *Musis* nullum se mihi indicium prodidit.“ — *Harduinus* *Operr. select.* p. 513. non diffitetur, se *Herodoto* et *Plinio* prae omnibus aliis scriptoribus tribuere plurimum. Bene quoque *Herodoti* studium commendat eumque defendit *Denina* in: *Staats- und Gelehrten - Geschichte Griechenlands.* Aus dem Italienischen — von *Christfried Vlrich Dau*, vol. I. part. II. Flensburg. et Lips. 1785. p. 115 sqq. Tutius de eius fide singulorum argumentum sumi possit, si *Herodotus* vbique, vt lib. V. 36. et 135. et lib. IV. cap. 13. auctores nominasset. Prioribus locis citat *Hecataeum*; in postremo *Aristeam* *Proconnesium*: atque *Valcken.* ad hunc locum p. 286. not. 8. animaduertit, hoc veluti fonte *Scythica* *Herodotum* non pauca deriuasse, idque suspicari licere ex istis, quae dedit ex hoc fabulatore *A. Gellius* N. A. IX. cap. 5. Illum vero multa ex ingenio de *Persis* confinxisse, ex ipsis graecis auctoribus, qui penitus disciplinam *Magorum* cognouerant, aliqui arguerunt apud *Diogenem Laertium*, animaduertente V. D. in *Act. Erud. lips.* mens. Iun. 1717. p. 247.



rodotus ipse non omnia pro exploratis venditat, v. g. libro II. cap. 123. Τοῖσι μὲν νῦν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγόμενοις χρεάζω, ὅτε τὰ τοιαῦτα παθανά ἐσι. Ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπ' ἐκείνων ἀκοῇ γράφω. Et lib. IV. cum de monstris Libyaë dixisset: ταῦτα εἰ μὲν ἐσι ἀληθῆς, ἐκ οὐδα, τὰ δὲ λέγεται, γράφω. Epitomen Herodoti duobus Libris concinnatam a Theopompo Chio \*) et eius aequali Ephoro, memorat Suidas [et Eudocia pag. 230.] in Θεόπομπος. Sallustii Sophistae commentarium in Herodotum, aliumque Heronis Rhetoris Atheniensis, idem [et Eudocia pag. 381.] in Σαλλῆστιος, et Ἡρων. De dictione Herodoti leniter fluente et suavi, nota sunt Ciceronis et Fabii iudicia. Quod in medio dicendi genere excellat, pluribus disputat Dionysius Halicarnassæus, qui cum in plerisque praefert Thucydidi, et Xenophontem in charactere πραγματικῷ pariter ac λεκτικῷ Herodoti ζήλωτην fuisse observat. Sidonio Apollinari carm. 23. v. 134. torrens Herodotus, tonans Homerus.

## Tt 3

## IV. Scriptit

p. 247. Enimvero, ne ea, quae in vtramque partem disputata sunt, repetam, Herodotum non solum excusatione, sed etiam laudibus et commendatione dignissimum, quem non modo iuvenes, sed etiam viri docti, ingenii humani perscrutatores historiaeque amantes sedulo legant, iure quodam existimamus. Atque Montfaucon. tanto eius amore captus est, ut cum singulis annis perlegeret. vid. eius vita in Actis Societ. Paris. Inscript. vol. VIII. pag. 444. versionis germ. Gottsched. Atque ille et a simplicitate suavitatemque orationis et ab arte omnem meret laudem iureque habetur historicorum princeps, cuius eloquentia tanta videbatur Ciceroni de Orat. II. cap. 13. sect. 55. ut, ea se, profiteretur, magnopere delectari. adde eundem in Bruto cap. 13. A Quintiliano I. O. lib. X. 1, 73. scite comparatur cum Thucydide; immo vero huic et reliquis historicis praefertur, ab arteque historica laudatur a Dionysio Halicarn. in Epistola ad Pompeium et in notatione Thucydidis. Longinus de sublim. sect. XIII. §. 7. p. 98. edit. Tollii, (cuius notam conferes,) vocat eum Ὀμηρικώτατον. — Monboddo in: of the Origin and Progress of Language, Londini 1788. sub fin. vol. IV. agit de Herodoto, et arbitratur, illum in conficiendo opere suo, more poetarum epicorum, vnicum sibi propositum habuisse scopum primarium, quo ab initio statim, veluti proprio themate adnuntiato, reliquas, illius quasi epifodia, fuisse in orbe factorum gestorumque narrationes: quod quidem acute atque ingeniose magis, quam vere dictum videtur. Harl.

†) Quoniam nemo praeter Suidam huius epitomes meminit, hinc Vossius de Hist. Gr. pag. 16. et 31. coniicit, potius esse Theopompi cuiusdam in-

nioris. Fabric. Citatur quoque in Lexico bibliothecae Coislin. in Φυγιδεύσαι p. 484. Hunc locum et alium grammatici Sangermanensis eiusdem MS. Ἀναβῆναι τὸν ἵππον, ἀντὶ τῆ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτόμῃ τῷ Ἡρόδοτου: (vbi Herodoti verba, a Theopompo servata, ostendit Pierseus ad Moerid. Attic. p. 4.) alium denique eiusdem grammatici: Κακόβιος. Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτόμῃ Ἡρόδοτου etc. retulit Ruhnkem. in Historia critica oratorum graecorum p. 89. ut doceret, Vossium, qui hanc epitomen iuniori cuidam Theopompo tribuit, coniectura aberrare, quia Grammaticus ille non nisi vetustissimos et classicos, quos vocat, scriptores laudet, ut eorum auctoritate vindicet voces et loquendi formulas, quas Atticistae temere damnaissent. Idem citat Photium Lex. MS. et Suidam v. Σπαράζω, Epitomen Herodoti laudantes, atque negat, Ephorum quoque tantillae rei simul operam dedisse. Corrigit enim cum Meurfio pravam in edit. Suidae interpunctionem in Θεόπομπος hac ratione: γεγονῶς — — — ὅτε καὶ Ἐφῶρος, Ἰσοκράτης ἀκασῆς ἅμα Ἐφῶρῳ. Ἐγράψαν ἐπιτομὴν τῷ Ἡρόδοτου etc. pro vulgata: — ἀκασῆς. ἅμα Ἐφῶρῳ ἔγραψαν etc. A pag. 87. autem pluribus de hoc Theopompo Chio agit et animaduertit, apud Schol. Aristoph. ad Aves 1354. et Porphyrium de abstin. anim. II. 16. pro Theopompo legendum esse Θεόφραστος. Theopompum Chium epitomes Herodoti esse auctorem, probat quoque Toup. ad Longinum de sublimit. qui sect. XLIII. ὁ Θεόπομπος, ait, ὑπερβυῶς σκευάσας τὴν τῷ Πέρσῃ, (n. Cambysis, regis Persarum) κατάβασιν ἐν Αἰγύπτῃ, (forsan in illa epitome.) Atque Toupio huc quoque referendus videtur Hesychius v. Ζαρεῖ. καὶ Ἡρόδοτος μακρυρῶς, καὶ Θεόπομπος ὁ Χίος. Harl.



IV. Scripsit praeterea Herodotus Ionica dialecto ἙΞΗΓΗΣΙΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ὍΜΗΡΟΥ ΒΙΟΤΗΣ, *Narrationem de Homeri vita*, quae itidem exstat, cum Homero saepius edita, iam in prima edit. Florentina, atque etiam in edit. Barnesii, Cantabr. 1711. 4. ad cod. Baroccian. a Th. Hearne recensita, et de qua dixi hoc ipso libro secundo cap. I. ubi et eorum expendi sententiam, qui scriptum istud Herodoti nostri esse negant. Herodoto tribuunt praeter ibi laudatos *Eustathius* Prolegom. ad Iliadem, et auctor Scholiorum graecorum in Lucianum tom. I. pag. 32. et tom. II. pag. 17. [Bouherio videtur Herodotus admodum iuuenis conscripsisse illam vitam.]

V. Promisit Herodotus etiam λόγους Ἀσσυρίους lib. I. cap. 184. adde cap. 106. et λόγους Λιβυκοὺς, lib. II. cap. 161. \*) Sed ab eo elaboratos non crediderim, [P] quoniam nemini veterum memorantur. Aristoteles quidem lib. VIII. Hist. Animal. cap. 17. reprehendit Herodotum \*), quod tradiderit aquilam in obsidione Nini bibisse, cum vniuersae aues γαμψώνυχες siue aduncis vnguibus praeditae potu abstineant: illud vero in nouem Herodoti libris nequitquam occurrens, ex Assyriaca eius historia petium *G. I. Vossius* w) suspicabatur. Forte autem integrioribus Herodoti Musis vsus est Aristoteles, cum *Is. Vossius* quoque *Colomesio* p. 121. Opusc. [Colomesii Opp. p. 325. edit. Fabricii.] testatus sit, plura se Herodoti loca obseruasse, quae in libris, quales hodie habemus, non exstant \*). Ignarum fuisse Herodotum linguae

u) Camerarius in Herodoti vita.

v) In quibusdam Aristotelis editionibus male *Hesiodus* pro Herodoto legitur. vid. *Graeuii* Epistolas a me editas, p. 307. *Fabric.* Atque Aristotelis locum esse sanum, docet *Wesseling.* in diff. Herodotea pag. 4. *Harl.*

w) *Vossius* de Histor. Gr. lib. I. 3. p. 17. Et lib. III. de idololatria cap. 90. Confer *Gatackeri* Cinnum lib. II. cap. 8. p. 314. *Fabric.* *Walther.* in animaduers. histor. et crit. p. 89 sq. negat contra *Vignolium* (tom. II. p. 175.) Herodotum non dedita opera Assyriam traiecit historiam, quam bis promississet, licet non ipse dixisset, se iam, vti *I. G. Graeuus* in Antiqq. rom. tom. V. praefat. ext. falso existimauerit, conscripsisse: negat, Aristotelem testari, se haec vidisse Assyriaca, etiam si id opinetur *Freretus* in Memoir. VII. pag. 545. et ante hunc *Vossius* l. c. atque *Walther.* in comment. integra a p. 67. persequitur Herodoti et Ctesiae sententias de magnitudine atque antiquitate imperii Assyriaci et Medici. *Harl.*

x) De libris Herodoti deperditis diligentissime differit *Pet. Wesseling.* in dissert. Herodotea, Traiecti ad Rhenum 1758. cap. I. et II. atque cap. I. Fabricii suspicionem, Aristotelem integrioribus Herodoti Musis forte vsum fuisse, haud probabile esse censet: (atque in praefatione ad edit. Herodoti iudicium suum repetit firmatque,) re-

futat *Des Vignoles* grauem acerbamque accusationem (in Chronolog. lib. IV. 4. 6. etc.) commentarios rerum assyriarum fuisse negligentissime scriptos; nihil certi neque explorati in Assyriorum gestis rebus illorum auctorem habuisse; ne primum quidem imperii conditorem nouisse, neglexisse propter ea eorum vsum Graecos atque inutiles habuisse libros, praesertim quod historia Assyriorum ab aliis multo accuratius et studiosius fuerit digesta. Negat contra *Bouherium* (in diff. Herodot. p. 7.) restare fragmenta libri illius, et fragmentum, quod Bouherius in Chronico Paschali, (p. 38. edit. Venet.) detexisse sibi videbatur, manasse ex *Mala-lae* Chronographia p. 200. docet. De λόγους Λιβυκοὺς in cap. II. parum discedere velit a iudicio Fabricii, eos ab Herodoto, res Libycas extremo libro IV. operose exsequuto, non esse elaboratos; malit tamen amplecti *Bouherii* sententiam, innuisse scriptorem eam libri IV. partem, eiusque sectionem 159. quae infelicem Apriae in Cyrenen expeditionem atque Aegyptiorum ab eo desfectionem depositam seruat: neque tamen omni caret suspicionem illa sententia. Nam Herodotus, qui vberius de Apriae atque Aegyptiorum rebus se in *Libycis* commemoraturum testatur (lib. II. 161.) id paucissimis verbis persequitur lib. IV. 159. Incertum igitur esse credit, num sententiam et propositum ille demutauerit, an alia subit causa. Nul-

lus



linguae Persicae, et nullis Orientis gentium instructum monumentis, adfirmat idem *Jf. Vossius* cap. 1. libri de Oraculis Sibyllinis. Nimirum Persicae linguae ignorantiam *Gatackerus* cap. 21. p. 661. Aduersar. edit. Lond. colligit ex eo, quod Herodotus omnia Persarum nomina in literam S. desinere tradidit, graecis tantum scriptoribus consultis. [Add. post Richardsonum *Wahlus* in der Allgem. Gesch. der morgenl. Sprachen p. 299. *Beck*.] Sed *Vossii* opinionem refutat Iac. Gronou. ad Herodot. IX. pag. 199.

## VI. CODICES MSSTI.

De pluribus et melioribus codicibus msstis iam diligenter egit *Wesseling*. in praefatione: quare paucis rem absolueri licebit. Princeps olim omnium habebatur atque incontinenti paene ac superstitiosa veneratione, qua illum *Iac. Gronovius* prosequutus, ideoque a multis acerbius est agitatus, quam maxime celebris est *Mediceus* membran. ante octingentos prope annos iam exaratus, quem admiratur quoque *Bandinius*, et aegerrime fert, illi a *Wesselingio* praeferrere *Passioneum* codicem, praebetque exemplum, non ubique pari fide lectiones esse excerptas, in Catalogo codd. graec. biblioth. *Laurentianae* vol. II. plut. LXX. cod. III. pag. 657. — In eodem pluteo, cod. VI. in eodemque vol. p. 665. est cod. membr. in 4. saec. XIV. manu Nicolai Triclinii 1418. scriptus et continet omnes Herodoti Hist. libros. Is codex memoratur quoque a *Montfaucon*. in *Palaeogr. graeca* p. 68. — Ibidem p. 688. cod. XXIX. membran. fol. saec. XV. — et p. 689. cod. XXXII. chartac. in 8. saec. XV. — tom. III. plut. 86. cod. VIII. saec. XV. nr. 27. continet excerptum historicum de serpentibus alatis, qui in Aegypto et Arabia reperiuntur, quod Herodoti nomen in margine exhibet, atque ex Herodoto desumptum suspicatur *Bandinus*. — *Vita Homeri*, quae Herodoto vulgo tribuitur, cum Homeri *Odyssaea*, ibid. plut. 32. cod. IV. tom. II. p. 126. ibid. plut. 60. cod. XIV. nr. 3. p. 604. et p. 691. plut. 70. cod. XXXV. — *Herodoti* et aliorum sententiae *de Nili adscensu*, ibid. p. 583. plut. 60. cod. I. ac p. 607. cod. XIX. nr. 6. — Citatur Herodotus in *Viol. compos.* ibid. tom. I. pag. 549. secundum *Montfaucon*. mox laudandum I. pag. 360. est in *Plut.* 59. *Lexicon* dictionum Herodoti, secundum alphabetum, cui subiiciuntur quaedam de dialecto ionica.

Secundum *Montfaucon*. in Bibliotheca bibliothecarum msstorum, tom. I. pag. 4. sunt *Mediolani* in bibliotheca S. Ambrosii quinque codd. Herodoti, quorum antiquissimus est in folio: duo alii sunt quidem antiqui; sed non paris vetustatis; quartus est trecentorum annorum; quintus in 8. recens. (ibid. tom. I. p. 500. E. commemorantur duo lexica dictionum Herodoti, in biblioth. Ambrosiana.) — In bibliotheca *Mutinesi* cod. Herodoti visitur quadringentorum annorum, adde p. 531. A. — in biblioth. *Vaticanae Romae* sunt tres codd. et ex bibliotheca Palatina accesserunt duo alii codd. adde p. 8. C. — pag. 434. B. Herodotus in biblioth. *Cesenate*. — pag. 531. A. — pag. 562. C. in biblioth. *Vindobonensi*. — pag. 643. A. et manu Andreae Doni Her. libri V. priores, pag. 646. A. tum pag. 658. A. in bibl. *Bodleiana*.

lus quidem veterum λόγος Herodoti Λιβυκός ab isto (lib. IV. 159.) distinctos nouit aut adtiguit. At idem *Wesseling*. in edit. *Herodoti* ad II. 161. n. 88. et in praef. p. 3. probat *Bouherii* (diff. Her. cap. I.) et *G. Raphaelii* sententiam in Annotatt. ex Herodo-

to ad S. S. p. 96. non indicari singularem de rebus Libycis commentarium, sed innui ea, quae lib. IV. 159. narrata sunt. Atque *Raphaelii* explicationem vnicuique veram agnouit *Valcken.* ad eundem locum II. 161. nr. 91. *Harl.*



*Bodleiana.* — pag. 669. E. in biblioth. Collegii S. Emmanuelis in vniuersitate *Cantabrig.* — pag. 674. E. in biblioth. Collegii *Etonensis.* — pag. 688. A. B. in *Hibernia* in biblioth. *Mori* Episcopi quondam Noruicensis sunt edd. Herodoti Stephaniana 1570. cum emendationibus Ios. Scaligeri et Dan. Heinsii, atque iterum eadem cum multis Is. Casauboni adnotationibus. — pag. 372. B. C. in biblioth. Laurentiana Medicea cod. membr. *Herod.* lib. IX. *Laurentio Valla* interprete, et alius vers. lat. praeuia tabula et icone auctoris. — versio *gallica* inter codd. biblioth. D. President de Mesme, *Montfau.* l. c. II. pag. 1329. A.

*Venetii* in biblioth. D. Marci, teste Catalogo MSS. illius biblioth. tom. II. p. 169. cod. CCCLXIV. saec. XV. fol. Herodoti hist. lib. IX. cum excerptis variis lectionibus ex collatione cum edit. Gronou. — pag. 174. cod. CCCLXV. chart. saec. circiter XV. fol. min. et pag. 175. cod. CCCLXVI. chart. eiusdem aetatis et formae.

*Romae* in biblioth. cardinalis *Paffionei* cod. in charta pergamena saec. circ. XII, quem Wesseling. in praefatione valde celebravit, eumque praestantia Mediceo nihil cedere, saepe superiorem esse scripsit, indignante vero Bandinio.

In bibliotheca regia *Parisi.* teste Catalogo est historia *Herodoti* in codd. MCCCCV: librum I. exhibente MDCXXXIII. qui longe praestantissimus habetur, saec. XII. et a Wesselingio laudatur in praefatione, MDCXXXIV. MDCXXXV. MMDCCCCXXXIII. cui accedit lexicon vocabulorum, Herodoto peculiarium, et *Homeri* vita in codd. MDCCXXXII. MMDCCCCLV. MMMXX. — tom. III. cod. MMMMMDCXXI. est *Laur. Vallae* versio latina, cod. MMMMMCCCLII. lib. I. ex interpretatione et cum commentariis *Is. Casauboni*, in cod. MMMMMDCXXXI. nr. 14. vita *Homeri*, quae *Herodoto* tribuitur, interprete *Peregrino Alleo.* — *Wesseling.* in praefat. memorat cod. recenter in biblioth. regiam illatum, in quo haud pauca sunt fragmenta ex IX. Herodoti Musis; aliumque cod. saec. XV. duo priores libros et III. magnam partem complexum in monasterio *S. Remigii* congregationis *S. Mauri* in Francia.

*Matriti* in biblioth. regia teste *Iriarto* pag. 131. cod. manu *Lascaris* 1487. scriptus, Herodoti hist. et vita *Homeri*, et in cod. LXXIX. fol. 162. p. 293. ex Herodoti lib. VII. excerptum de Siciliae tyranno *Gelone.*

In biblioth. *Vindobonensi,* teste *Nesslio*, part. V. p. 143. cod. LXXXV. antiquus chartac. et bonae notae, cuius varias lectiones habuit *Wesseling.*

De codd. *M. Britannias* ex *Montfaucon.* supra iam retulimus. *Wesseling.* accepit varias lectiones ex cod. *Guil. Sanctroft,* Cantabrigiae adseruato, et a Galeo iam celebrato atque ex chart. cod. annorum fere quingentorum perutili *Ant. Askew.* — In biblioth. *Bodleiana Oxonii* sunt III. codd. Herodoti. — *Augustas* Vindelic. est lexicon Herodoteum mstum. — In *Montfaucon.* biblioth. Coislin. pag. 484 sq. est Lexicon *Hérod.* libri I. In aliquot codd. eiusdem biblioth. Herodotus citatur aut fragmenta ex eius libris reponuntur, p. 288. 445. etc. Pag. 609. ex lexico quodam explicatur prouerbiū *εἰς τὴν Ἡρόδοτος σκάν,* in *Herodoti umbram,* de iis, qui non perficiunt ea, quae propofuerant.



VII. VIII. Venio ad *EDITIONES*

*Herodoti Historias*, antea quam graece comparuerunt, a *Laurentio Valla* in linguam latinam conuersae lucem viderunt, 1474. fol.

*Herodoti historiarum libri IX.* latine: In fine: *Herodoti Halic. patris historiae traductio e graeco in latinum per virum eruditissimum Laur. Vallengem* — — *Venetiis impressum est hoc opus per Jac. Rubeum, natione Gallicum. a. Dn. M.CCCC.LXXIIII. Nicolao Marcello, duce Veneto.* fol.

Vid. Catalog. biblioth. Bunau. tom. I. p. 96. et conf. *Io. Iouiani Pontani* epistola ad Petr. Saluatorem Vallam, qua Laurentii Vallae versionem postumam in regis Alfonsi gratiam compositam commendat, tom. III. Opp. p. 2597. edit. Basil. 1566. 8.

*Herodoti historiarum libri IX. latine ex interpretatione L. Vallae.* In calce: *Impressus (typis Arn. Pannartzii) Romae, in domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno salutis M.CCCC.LXXV. die XX. mensis Aprilis etc.*

Conf. *Andiffredi* Catalog. edit. rom. saec. XV. p. 182 sq. In epigrammate fini adiecto dicitur *Andreas Alerienfis* episcopus extremam imposuisse limam. Ille autem episcopus, num *Io. Antonius*, quod quidam ex epitaphio illius apud Vghellum in Italia sacra, tom. III. col. 504. minus accurate descripto fuerant demonstraturi, an *Io. Andreas*, quod *Quirini*, vir purpuratus, contendit et euicit, sit nominatus, fusius disputatur in *Freytagii* Adparatu litterario, tom. III. p. 620 sqq. adde *Drackenb.* in elencho editionum Liuii, tom. VII. pag. 329. qui docet, perperam illum nominari *Io. Antonium*, sed rectius *Io. Andream*: atque prioris nominis opinionem ortam esse ex compendio scripturae *Io. An.* quemadmodum nomen illius in multis ipsius litteris exaratum legitur. At de ipsa *Vallae* interpretatione ex codice mutilo facta, varia diuersaeque virorum doctorum iudicia fuerunt. In primis *Poggius Florentinus* maledixit Vallae adhuc viuo: atque *Dan. Huetius* de claris interpretibus sect. VIII. pag. 266. eum, scribit, *oscitantem saepius et alias res agentem fidem apud eruditos decoxisse.* Nec pepercit ei *Iac. Gronouius.* Multa quidem peccauit, multa corripit, quae animaduertit et sanauit *Paullus Leopardus*, maxime *H. Stephanus*, multa tamen in *Laurentianis* abscondita latent, vnde sanitas et verus color *Herodoto* redire queat: id quod *Wesseling.* in diss. *Herodotea* cap. VIII. vbi de Vallae interpretatione haud prorsus inelegante agit, multis exemplis comprobauit. De codd. msstis illius interpretationis supra iam disseruimus. Est vero illa crebrius repetita typis. — *Venetiis* per *Ioannem* et *Gregorium* de *Gregoriis* fratres, VIII. Mart. 1494. fol. — emendata ab *Antonio Mancinello*, praecedit *Isocratis* oratio de laudibus *Helenae*, a *Io. Petro Lucensi* latine reddita, saec. XV. fol. conf. de hac et reliquis primis tum versionis lat. tum textus graeci editionibus *Clement.* biblioth. histor. et crit. vol. IX. pag. 436 sqq.

*Herod. nouem Musæ, a Laur. Valla translate etc.* Veneunt Paris. a *Ioanne Paruo.* (1510.) 4. cura *Petri Phoenicis*, qui de versionis *Laurentianae* defectu conuestus est. At primus tot capita, in interpretatione *Laurent.* ipsisque codicibus, tum eo, quo vsus est *Valla*, tum *Vindobonensi* et *Sancroftiano*, exsulantia, pristinam in sedem reuocauit vertitque *Heresbachius* in editione inscripta:



*Herod. libri novem, Musarum nominibus inscripti, latine, interprete Laur. Valla. Accesserunt hac editioni plus minus novem folia quae in primo libro a Laurentio, exemplaris forte vitio, praetermissa, iam primum a Conr. Heresbachio e Graeco suis locis sunt adiecta, cum alia in ceteris libris accessione, castigationeque ad graecum exemplar facta. Item de genere vitaeque Homeri libellus, iam primum a Conr. Heresbachio e graeco in latinum conversus. Coloniae apud Eucharium Ceruicornum, aere et impensa M. Godefridi Hittorpii, ciuis colonien- sis. 1526. fol.*

Vid. Catalog. biblioth. Bunau. I. pag. 96. — repet. Paris. per Baden; Io. Parui impensis. 1528. fol. (vid. *Maittaire* A. T. tom. II. p. 705.) et Colon. 1526. 1537. fol. — Vtriusque translationem emendauit *Sebast. Castalio*. Basileae ex officina Hieron. Curionis. 1559. 8. — ibid. ex offic. H. Petrini. 1573. 8. — *libellus de genere vitaeque Homeri, a Conr. Heresbachio latinitate donatus*, prodiit Paris. ex offic. Sim. Colinaei. 1528. 8. Colon. 1534. 8. — *Libri autem IX. Herodoti per Laur. Vallam interpretati* etc. cum eiusdem lib. de genere vitaeque Hom. interpr. Heresbachio, etc. Lugd. apud Seb. Gryphum. 1542. 8. (iam a Fabricio memorata edit. est quoque in biblioth. cl. Schwarzii, Professoris Altorfini,) et ibid. teste Fabricio, 1551. 12. apud heredes Seb. Gryphii. 1558. 12. (vid. *Maittaire* A. T. indicem p. 481.) — Colon. apud Maternum Cholinum. 1562. fol. ex Seb. Castalionis correctione. (vid. *Goetzii* Memor. biblioth. Dresd. tom. I. p. 196 sq. et *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, part. VIII. p. 167 sq.) — Versio Vallae correctior facta est cura *H. Stephani*:

*Herod. historiae libri IX. et de vita Homeri libellus, latine; illi ex interpretatione Laur. Vallae adscripta, hic ex interpretat. Conr. Heresbachii, utraque ab Henr. Stephano recognita; ex Ctesia excerptae historiae. Icones quarundam memorabilium struaturarum. Apologia Henr. Stephani pro Herodoto. Anno M.D.LXVI. (1566.)* Excudebat Henric. Stephanus. fol. (de qua editione copiosus est *Goetz.* in Memorabil. Biblioth. Dresdens. I. pag. 197. inprimis *Freytag.* in Adparatu litterario, tom. II. pag. 1275 sqq.) — Francof. apud Andreae Wecheli hered. Claud. Marnium et Ioh. Aubrium. 1594. 12. antea, teste Fabricio, Francof. 1584. cum Sylburgii Spicilegio, item 1595. 8. 1620. 8. Henr. Stephanus praecipue suam demonstrauit industriam in reddendis latine versibus, quos graecos longe plurimos in vita Homeri adfert Herodotus, nec translatos Heresbachius reliquerat. *Iac. Gronou.* in sua editione passim flagellat bonum Vallam; at inclementius agit cum H. Stephano, eumque vocat fabrum prauitatis, infami violentia praeditum, et quae sunt similia conuitia improba, quae collecta reperies in *Actis Erudit.* Lips. an. 1716. mens. Maio pag. 198 sq. Stephanum tamen a Gronouio dignis conuitiis aliquoties verberatum esse, iudicat *Stephan. Berglerus* ibid. p. 378.

*Graece autem Herodotus primum comparuit opera Aldi:*

*Herodoti libri IX. quibus Musarum indita sunt nomina, gr. Venetiis in domo Aldi, mense Septembr. 1502. fol.*

Aldus multis exemplaribus castigatum edidit Herodotum, raro ionici sermonis formam neglexit, atque elegantissime compluscula, insequentium temeritate aut mutata, aut socordius praeterita, descripsit, iudice Wesselingio, qui in praefatione sua accurate diligenterque recensuit editiones. Illam melioribus Aldinis editionibus adnumerat, ac meliorem et fidiorem codice Mediceo esse ducit *Bergler.* in *Act. Erud.* 1716. p. 378. Presse sequutus est Aldum *Camerarius*:

*Herodoti*



*Herodoti* libri IX. quibus Musarum indita sunt nomina; *Georgii Gemisti*, qui et *Pletho* dicitur, de iis, quae post pugnam ad Mantineam gesta sunt, libri II. graece, vna cum *Ioach. Camerarii* praefatione, annotationibus, *Herodoti* vita, deque figuris, et, qua usus est, dialecto. Basil. in offic. Heruagiana. 1541. fol. — repet. ibid. 1557. fol.

Camerarius in praefatione professus, se facultatem, quam consequutus sit, graecae linguae magna ex parte Herodoti lectioni debere acceptam referre, causas exposuit cum laude et defensione aut excusatione auctoris, cur tanti fecerit illum. Quae de Herodoti vita, de dialecto ionica et de figuris atque vocabulis quibusdam adnotavit, ea pauca sunt. Fabricius, in his, ait, editionibus graecis liber de vita Homeri desideratur, vulgatus Graece cum Homero edit. Florent. in fol. Aldinae et Argentorat. in 8. et ab H. Stephano cum Homeri et Hesiodi certamine an. 1573. 8. adiunctis p. 177. nonnullis Ios. Scaligeri in Hesiodi libellum castigationibus. Vicissim in hac Basileensi editione Herodoto additi graece sunt libri duo Georgii Gemisti Plethonis ex Diodoro et Plutarcho de iis, quae post pugnam ad Mantineam gesta sunt. Hos Aldus non cum Herodoto; sed cum Xenophonte et Herodiano vulgauerat. an. 1503. fol. Prodiierunt quoque cum Xenophonte Florent. apud Iuntas. 1527. fol.

*Clio* s. liber I. separatim, graece prodit apud Christian Wechel. Paris. 1538. et 1553. 4. — *Clio et Euterpe*, gr. ibid. 1544. 4. apud eundem.

Hinc inde e libris partim, partim de coniectura immutatum dedit contextum *Henr. Stephanus* a Iac. Gronouio l. c. inhumaniter inficeteque ideo habitus, a *Wesselingio* autem in praefatione verecundius reprehensus, excusatus et laudatus:

*Herod. Historia s. historiarum libri IX.* qui inscribuntur Musae. Ex vetustis exemplaribus recogniti. *Ctesiae quaedam.* graece. *Henr. Stephani.* 1570. fol.

Paginam huius editionis respicit Aem. Portus in Lexico suo ionico s. Herodoteo. Eodem anno in forma maxima Stephanus edidit *Conciones sive orationes* ex graecis latinisque historicis excerptas, graecis quidem *Herodoto*, Thucydide, Xenophonte, Polybio etc. cum versione latina. Quibusdam editionis graecae Herodoti exemplaribus adhaeret versio Stephani latina: Huic latinae versionis, separatim editae, non editioni graecae, ut Fabricius scripserat, additur *Apologia Henr. Stephani* <sup>9)</sup> *pro Herodoto*. Omissa quoque est de industria illa apologia, in altera Stephani editione:

*Ἡρόδοτος* — *Herodoti Halicarn. historiarum libri IX.* IX. Musarum nominibus inscripti. Eiusdem narratio de vita Homeri, cum *Vallas* interpretatione latina historiarum Herodoti ab *Henr. Stephano* recognita. Item cum iconibus structurarum ab Herodoto descriptorum. *Ctesiae* quaedam de rebus persicis et indicis. *Editio secunda.* Excudebat *Henr. Stephanus*. Anno M.D.XCII. (1592.) fol.

V v 2

Haec

9) Toto coelo differt haec Apologia a libro Gallico H. Stephani, qui inscribitur: L'introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou traité préparatif à l'Apologie pour Herodote an. 1565. 8. et saepius postea

editus, acerbam satiram continens in mores perditos et alios abusus Cleri Romani, non minus incredibiles futuros posteris, quam sint multa, quae de antiquis actatibus ab Herodoto tradita sunt. *Fabric.*



Haec edit. diligenter descripta est in *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. part. VIII. pag. 168 sqq. vtraque vero Stephaniana in *Freytagii* Adparatu litterar. tom. II. p. 1278 sqq. vbi quoque de aliis editionibus, ipsoque Herodoto, eiusque fide historica historice et critice agitur. — De hac Stephaniana editione Fabricius praeter ea haec scripsit: „In hac Herodoti graeca iterum a Stephano recensita, castigata versio, vocabulaque ionica et genera loquendi Herodotea post Camerarii industriam diligentius adnotata, et Ionismi Gallici siue Ionici Gallicismi obseruati, testimonia veterum et varia in Herodotum epigrammata, tum adpendix ex variis collecta scriptoribus veteribus, de legibus et institutis tam persicis, quam aegyptiacis, et fragmenta Ctesiae atque excerpta cum H. Stephani versione et de Ctesia disquisitione. Notae vero in Herodotum, quas idem Stephanus editurum se promissit, numquam lucem adspexerunt.“ Stephanianam alteram, priore non posthabita, sequutus est *Iungermannus* in editione adcurata:

*Herodoti — historiarum libri IX* — Eiusdem narratio de vita Homeri. Cum *Vallae* interpretatione lat. — ab *H. Stephano* recognita, et Spicilegio *Frid. Sylburgii*. Item cum iconibus structurarum babylonicarum ab Herodoto descriptarum. Excerpta ex *Ctesiae* libris de rebus persicis et indicis, et ex iisdem fragmenta auctiora. Cum indice aucto et locupletato. Editio adornata opera et studio *Gothofredi Iungermanni*. Francof. apud Claudium Marnium et hered. Io. Aubrii. 1608. fol.

In biblioth. Leidensi est exemplar, cui *Franciscus Iunius* et *Isaac Vossius* aliqua adscripserunt. *Iungermannus* contextum graecum in capita s. membra secuit et distinxit, atque indicem ad ea vtiliter adcommodauit: διττογραφίας ex schedis palatinis *Narrationi de vita* Homeri adscripsit, et Λεξικὸν τῶν Ἡεροδοτέων λέξεων ex mstis *Melchioris Heimsfeldii Goldasti*, Ctesiaeque fragmenta dedit auctiora, aliaque, quae enumerauit *Goetzius* in Mem. bibl. Dresd. I. p. 195 sq. et quae omnia repetita sunt in sequenti editione:

*Herodoti Halis. historiarum libri IX.* etc. graece et lat. Geneuae, Oliua Paulli Stephani. 1618. fol.

Editor aut corrector, non vtiq. indoctus, (consente *Wesselingio*.) varias *Aem. Portii* suspiciones orationi inculcauit; alia, neque imprudenter, ex *Vallae* latinis correxit: hoc tamen *Wesselingio* videtur vituperatione dignus, quod illud consilium habuerit occutum. In reliquis reddidit exemplar *Iungermannianum*. De meritis autem doctissimi aequae ac modestissimi *Iungermanni* Fabricius ea, quae sequuntur, notauit. „Adiecit librum de vita Homeri, quem ad codicem insignem MS. emendauit; *Friderici Sylburgii* castigationes in non pauca Herodoti loca, glossarium breue Graecum in Herodotum <sup>2)</sup> ex MS. codice *Goldasti*, fragmenta Ctesiae post *H. Stephani* et *A. Schotti* <sup>aa)</sup> diligentiam locupletiora, et nouam adpendicem, e variis scriptoribus collectam, de incremento Nili <sup>bb)</sup>, adiunxit. Voluit etiam addere notas *Dan. Heinssii*, si eas nancisci in tempore potuisset, de quibus *Hoeschelius* in litteris ad *Iungermannum*

2) Λέξων τῶν συνλογῶν. Multa huius αὐτολεξία occurrunt apud Corinthium de dialectis, vbi agit de Dialecto Ionica. Etiam inter libros, quos Regi Galliae obtulit Antonius Eparchus, fuisse Ἡεροδοτὸν λέξων ἱστορικῶν.

aa) *A. Schottus* ad versionem Photii cod. LXXII. fragmenta Ctesiae colligit.

bb) Ab istis passim refutantur ea, quae de Nilo disputat *Herodotus* lib. II. cap. 7 sq.



num 7. Cal. Sept. 1608. (post epistolas Hottomannianas p. 473.) Dan. Heinsii notae ad tuum Herodotum vel seorsim edi mererentur, si alia se ratio cum quocunque alio libro coniungendarum non offeret. Sed et illae tenebris hactenus damnatae nondum in lucem prodire.

*Herodoti Halic. — liber primus, qui inscribitur Clio*, graece et lat. in usum studiosae iuuentutis, seorsim editus. Latinam interpretationem diligenter recognouit, notasque rerum nouas, cum praefatione, apposuit Io. *Friderichus Fr.* Vtriusque linguae et historiarum in acad. Lipf. P. P. Lipsiae, Mich. Lantzenberger excudeb. sumtibus Iac. Apellii. 1609. 8. Idem 1622. 8. edidit partem *Thaliae* sine lib. III. cap. 61 sqq. de *μαγαφονία* consultatione septem Persiae principum de optimo regiminis statu et Dario per *σοφισμα* in regem cooptato, cum recognita versione et notis. Praelectiones msstae non ultra libr. I. fuere Lipsiae apud Laurent. Antonium Güntherum Heshusium.

Hunc Gronovius aliquoties sequitur, et tamen carpit more suo. Insultat quoque *Thomam Gale*, cuius editio inscripta est:

*Herodoti historiarum libri IX.* — Eiusdem narratio de vita Homeri: Excerpta e *Ctesias* libris de rebus persicis et indicis, gr. et lat. *H. Stephani* Apologia pro Herodoto. Accesserunt huic editioni chronologia historiae et tabula geographiae herodoteae: nec non variantes lectiones et notae ex pluribus msstis codd. et antiquis scriptoribus collectae, una cum indice graeco et latino, (opera et studio *Th. Gale*, rectoris scholae D. Paulli.) Londini typis E. Horton. et I. Grover. 1679. fol.

Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. part. VIII. pag. 170 sqq. Ioungermannianam, scripsit Fabric. editionem integram recudendam dedit <sup>(a)</sup>, sed ita, ut et glossarium graecum in Herodotum duplo auctius ex MSto codice vulgauerit, et indicem dictionum ionicarum, notatu digniorum, a *Nathanaele Nicols* confectum, et chronologiam Herodoteam; et suas denique eruditas notas et calligationes in Herodotum adiecerit, usus MSto codice Archiepiscopi Cantuar. *Guil. Sancroft*, et variis lectionibus ex alio Herodoti codice manu exarato, [collegii Etonensis; ex utroque dedit varias lectiones.] „Illud vere, inquit, dicturus videor, me venam saltem aperuisse ad Herodotum sanandum. Id certe volui, et ut consequerem, ex Galeno, Hesychio, Georgio Pardo ionicarum dictionum lexicon <sup>(b)</sup> auxi et locupletavi, tum etiam Herodotum non indiligenter contuli cum Athenaeo, Eustathio, Suida aliisque scriptoribus, qui ab eo quicquam fuerunt mutuati. Linguae ionicae canon <sup>(c)</sup> fuit olim Herodotus. Enimvero in vulgatis libris tot occurrunt glossemata, tot ab ea dialecto ad alias aberrationes, ut vix trientem ionicis idiomatis nunc superesse crediderim. Infinita sunt, quae ex codice Archiepiscopi hoc in genere restitui poterant; sed nunc non

Vv 3

erat

<sup>cc)</sup> Thom. Galeus Londini 1702. denatus, filius fuit Theophili Galei, qui scripsit philosophiam generalem et aulam gentiliū. Fallitur igitur *Morhof*, qui lib. I. polyhist. philos. editionem Herodoti tribuit Theophilo. [conf. vol. XIII. pag. 640.]

<sup>dd)</sup> In hac palaestra studium prae ceteris suum demonstravit *Aemilius Portus*, cuius Lexicon Io-

nicum lucem vidit Hanoviae an. 1603. 8. *Ἐξηγησὶς γλωσσῶν* Herodoti scripserat olim *Apollonius Grammaticus*, laudatam Etymolog. M. in *Κωφίς* et *Σεφκίς*.

<sup>ee)</sup> Photius cod. LX. de Herodoto: *Ἰωνικῆς δὲ διαλέκτου κατὰ ἕτος ἂν εἴη, ὥς Ἀττικῆς* *Θαυμάσιος*. Eadem habet codice LXXII. extremo.



erat his locus. Exoriatum aliquis ita voueo, cui otium sit vberius et ingenium ad perpurgandum Herodotum. Praetereo loca quaedam Herodoti illustrata a *Palmerio* in exercitationibus ad optimos auctores Graecos, a Tan. Fabro in Epistolis: et a *Cordemoeo* in variis Opusculis editis gallice, Paris. 1704. 4. Orationes ac sermocinationes ex Herodoto excerptas et separatim editas Lipsiae, 1675. 8. a Reu. D. *Ioh. Olario*, tum loca, quae Pomponius Mela latine expressit cum Graecis Herodoti παραλλήλως posita ab *Andrea Schotto* in sua Melae editione, Antwerp. 1582. 4. Versionem latinam *Vallae* post H. Stephanum et alios viros doctos locis quibusdam emendauit *Lambertus Bos* in Observationibus Miscellaneis cap. 2. 7. et 11. [P] *Fabric.*

Thomas Gale quae vouerat, ea praestare studuit, et multa egregie praestitit *Iac. Gronouius* in nitida et valde celebri editione, quae noua est recensio; at multas excitauit tragœdias:

*Herod. historiarum libri IX* — gr. et lat. cum interpretatione Laur. Vallae. Ex MS. membrana medicea post Aldi Manutii, Ioach. Camerarii, Henr. Steph. Gothofr. Iungermanni, Th. Gale in edendo operas non tantum adiutis locis, ubi a viris doctis sentiebatur corruptela; sed etiam graecismo per singulas fere paginas remollito, industria *Iac. Gronouii*, cuius accedunt notae; eiusdem narratio de vita Homeri, gr. et lat. interprete *Conr. Heresbachio*. Accedunt Excerpta ex Xenophonte, Strabone, Dinone, Heraclide, Cymaeo Clearcho, Agathocle, Cherete, Plutarcho, Nymphodoro de Persicis, Aegyptiis et Indicis; item de incremento Nili ex Plutarcho, Theophylacto Simocata, Athenaeo, Diodoro Siculo, Aristide, Dione, Heliodoro et praesertim Ctesia etc. Lugduni Batav. apud Samuel Luchtmanns. 1715. fol.

Satis longa et acerba est censura in Actis Erudit. Lips. an. 1716. mens. Maio, p. 193 sqq. eiusque incredibilis erga cod. mediceum religionis atque superstitionis exempla ac testimonia excerpuntur. Modeste atque verecunde iudicat Wesselingius, nec reticet multa, quae in illa reperiuntur, bona. Quod vero haud paucos viros, ingenii litterarumque laude florentissimos, lacerauit immoderatoque fastu conculcauit, (atque p. 925. disertis verbis profitetur, se humanitati bellum indixisse: et humanis rebus ereptus est 1716. d. 19. Oct. aet. 71.) non potuit non incurrere in multorum inuidiam atque reprehensionem. *Stephanus Berglerus*, novam eodem tempore paraturus Herodoti editionem, (vid. Acta Erudit. 1712. 1716. p. 201.) at Gronouianam retentus, in iisdem Act. erudit. eiusdem anni, mense Aug. p. 377. atque mense Septembr. p. 417 sqq. primus fere calamum strinxit in eum et animaduersionem in nouam *Herodoti* editionem scripsit. *Ludolfus Küster*, in quem Gronouius vehementer inuectus est et antea scripserat *Recensionem breuem mutilationum*, quas patitur *Suidas* in editione nupera *Cantabrigiae* a. 1705. ubi varia eius auctoris loca perperam intellecta illustrantur, emendantur et suppleantur, 1713. par fere pari retulit in *examine critico editionis nouissimae Herodoti Gronouianae*, inserto a Clerico tomo V. de la bibliotheque ancienne et moderne p. 383 sqq. adde Biblioth. raison. tom. IX. pag. 360 sqq. Mem. de Trevoux 1716. p. 729 sqq. ut aliorum criminationes hinc inde sparsas mittam. Conferri tamen debet liber, ad intelligendum emendandumque Herodotum non minus, quam indolem linguae graecae cognoscendam perutilis doctusque, *Petri Horrei* G. F. Eccl. Worc. Frisii, *observationes criticae in scriptores quosdam graecos historicos, Herodotum praecipue; Thucydidem item; ut et Xenophontem ac Arrianum*. Leouardiae et Harlingae



Harlingae 1737. 8. in quo libro a capite 1. vsque ad cap. 45. codicis medicei lectiones examinantur atque docetur, Gronouium multa in Herodoto male partim correxisse, partim interpretatum esse. Neque tamen omnes Horrei emendationes probauit Wesselingius. — D' Arnaud in Specimine animadu. critic. cap. 29 sqq. Harlingae, 1728. 8. plura Herodoti Gronouiani loca vindicat et illustrat.

Gronouiana editio, defectis notis, recusa est gr. et lat. Glasguac, Foulis. 1761. tom. IX. 12.

Liber I in vsum scholarum nitide emendateque excusus prodiit Cantabrig. 1716. 8.

Cultissima optimaque editio est:

*Herodotus* — *Herodoti Halicarnassei historiarum libri IX. Musarum nominibus inscripti. Gr. et lat. ex Laur. Vallas interpretatione, cum adnotationibus Thom. Galei et Iac. Gronouii. Editionem curauit et suas itemque Lud. Casp. Valckenarii notas adiecit Petrus Wesselingius. Accedunt praeter vitam Homeri varia ex praeiis scriptoribus de Persis, Aegyptiis, Nilo, Indisque excerpta et praesertim ex Ctesia.* Amstelod. Sumtibus Petri Schoutenii. 1763. fol.

Quae habuit subsidia ad emendandum Herodoteum contextum critica, late enumerat in docta praefatione, et nos partim indicauimus. Animaduersiones autem eruditaе et a veracundia arteque critica et ab interpretatione historica non minus grammatica eaque prudenti et moderata omnem merent laudem. Iusto tamen timidior saepe fuit Wesseling. in exterminandis spuris, et restituendis genuinis lectionibus. Atque Valckenar. quem alicubi de critico Wesselingii ingenio non adeo bene iudicantem deprehendi, in notis ad Enrip. Hipp. v. 952. centena vulgatis meliora se redditurum fuisse Herodoto, profitetur. Valekenarianae autem adnotationes, cum historicae, tum in primis criticae, illi editioni insignem parant commendationem atque ornamentum. conf. Klotzii Acta litteraria, tom. I. p. 268 sqq. et Noua Acta Eruditor. 1763. mense Iun. part. II. pag. 289 — 307.

Idem Wesselingius diu antea molitus nouam editionem, at, rationibus inchoati operis fama nouae editionis alienae conturbatis, a consilio exsequendo tunc deterritus edidit egregium operae, in Herodoto collocatae, specimen, ad quod iam saepius prouocauimus, *Dissertationem Herodotam ad Tib. Hemsterhusum*, Traiecti ad Rhenum, 1758. 8. in quo docto opusculo non solum Herodotus, sed alii quoque scriptores emendantur aut explicantur: vide longam doctamque Klotzii censuram in Nouis Actis Eruditor. mense Iun. 1760. part. II. pag. 359 — 371. Illud opusculum in XII. capita descriptum est. Inter alia docet cap. V. grammaticos, praecipue Suidam, Herodoto multa tribuisse, quae illius non sint; cap. VI. Libanium saepissime imitatum esse Herodotum, atque ex hoc illius opere multa vitia tolli posse: vicissim e variis auctorum locis posse Herodotum emendari, cap. VII. ostenditur; cap. IX. de vitiis et erroribus cod. Medicei agitur; cap. XI. probatur, Solonem, Atheniensium legislatorem, vere cum Croeso esse colloquutum, neque rationem temporum repugnare huic historiae, subiunctis variorum coniecturis de anni forma in oratione Solonis ad Croesum.

Multa tamen variaque in editione Wesselingii peccata recenset nimiamque illius in tollendis apertis vitiis timiditatem culpae et loca a se correctae, addita mutationis causa, indicat Reizius in praefatione ad primam nouae, eiusque criticae, editionis partem:

*Herodotus etc.*



*Herodotus* etc. *Herodoti Halic. historiarum libri IX. Musarum nominibus inscripti.* Textus Wesselingianus passim refectus, argumentorum ac temporum notatio tabulaeque chronologicae et geographicae additae. Accedunt volumine altero noua interpretatio latina et index rerum: volumine tertio animaduersiones et lexicon herodoteum. Opera *Friderici Volfgangi Reizii*. Lipsiae sumtu Suickerti. 1778. 8.

[Inter schedas b. Reizii non fuit librorum quinque seqq. noua recensio, nec latina editoris versio, sed animaduersiones quaedam, historicae et chronologicae maxime, repertae sunt, et Porti Lexicon insigniter auctum. *Beck*.] Nouam vero recensionem [quatuor librorum priorum, qui soli prodierunt Parte I. Vol. I.] ex adparatu Wesselingiano et de coniectura tam sua quam aliena facere instituit. Neque mirum est, nondum omnia Herodotei contextus vlcerata esse sanata, quum iam *Philemon* in Symmictis apud *Porphyrum*, quae sit. homeric. VIII. pr. suo tempore conquereretur, *πολλὰ φέρεσθαι μεχρὶ νῦν ἀμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡρόδοτον συγγραφήν*.

Reizianae recensionis partem retinuit *Borheck* in nouissima editione:

*Herodoti Halicarn. et Ctesiae Cnidii quae extant opera et fragmenta. graece. ex recensione Petri Wesselingii.* Curauit A. C. *Borheck*. Lemgou. 1781. mai. 8.

Latine idem vertit addiditque *Gattereri* Comm. de ordine et consilio Herodoti, germanice scriptam publicatamque in catholica historica bibliotheca, (*Allgemein. histor. Bibliothek*) tom. II.

*Frid. Andr. Stroth* in Aegyptiacis seu veterum scriptorum de rebus Aegypti commentariis et fragmentis, part. I. Gothae, 1782. 8. dedit ex recens. Wesseling. Herodoti lib. II. cum parte libri III. et reliquorum librorum fragmentis. *Harl.*

#### IX. *Versiones Herodoti vernaculae.*

*Gallice* libros historiarum transtulit [*Pet. Saliat*. Paris. 1556. fol. vid. biblioth. Bünaui. I. p. 96.] Tres primi libri gallice a *Saliato*, Paris. 1552. fol. tum a Franc. Crucimano. *P. du Ryer*. edit. sec. Paris. 1658. fol. 1660. 8. II. voll. et Gratianopoli, 1665. 12. tribus Volum. *Fabric.* denuo, interdum mutata et tabulis geographicis instructa prodiit Paris. 1713. III. tom. 12. al. 8. vid. *Goetz*. Mem. biblioth. Dresd. I. p. 198. et Catalog. biblioth. Bünaui. tom. I. p. 96. — Optima tamen, notisque historicis et criticis, atque indicibus ornata est ea, quam *Larcher* confecit ediditque Paris. 1786. VII. voll. mai. 8. de qua pluribus egit cl. *Degen*. Tres codices mssos, e quibus Wesselingius habuerat varias lectiones, Parisinos, et de dubiis vexatisque locis egregios criticos, Valckenarium, Toupium, Brunckium aliosque consuluit. — Herodoti quaedam gallice vertit *Auger* in: *Harangues tirées d'Herodote, de Thucydide, des Histoires grecques du Xenophon, de la retraite des dix mille et de la Cyropédie* — traduites etc. Paris. 1788. 8. II. tom. *Harl.*

*Belgice* libri IX. Historiarum cum vita Homeri ab *Olferto Dapper* e graeco conuersi. Amst. 1665. 4.

Ex latino germanice sed passim decurtata, ita vt libr. 2. et 3. in vnum contraxerit, per *Hieron. Bonerum* Augustae Vindel. 1535. fol. [vid. *Goetzii* Mem. biblioth. Dresd. I. p. 198. et *Baumgartenii* Nachr. etc. tom. VII. p. 176 sq.] Alia versio melior *Georgii Schwartzkopf*, Basil. 1593. fol. Francof. 1612. fol. *Fabric.* E graeco sermone in germanicum transtulit *Io.*

*Eustach.*



*Eustach. Goldhagen*, Lemgou, 1756. mai. 8. de qua libere sobrieque iudicauit *Heilmannus* in: Prüfung der Goldhagenschen Uebersetzung des Herodotus mit einigen Gedanken vom Uebersetzen. Osnabrug. 1757. 4. rec. in eius Opusculis, Ienae, 1778. 8. vol. II. pag. 3 — 86. adde Noua Acta Eruditor. Lipsf. 1760. mens. April. pag. 216 sqq. et cenforem in Einigen Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft, pag. 133 sq. — Pars quaedam conuersa est notisque illustrata in: *Io. Salom. Semlers* Erleuterung der egyptischen Alterthümer durch Uebersetzung der Schrift Plutarchs von der Isis und dem Osiris und der Nachricht von Egypten aus Herodots zweytem Buch, mit beygefügtten Anmerkungen. Breslau und Leipzig. 1748. mai. 8. Nouissime, additis animaduersionibus, cl. *Io. Frieder. Degen*, Francof. ad Moen. 1783. 8. In vol. III. 1788. vertit ex opere Larcheriano canonem chronologicum, addita epicrisi, vol. V. 1789. doctam Larcheri chronologiam Herodoteam, additis notis, atque in vol. VI. 1790. priorem partem indicis geographici, infertis multis additamentis: posterior pars comparebit 1791. *Harl.*

Anglicam versionem cum notis promisit *D. Drake*. vid. Mem. Trev. 1705. pag. 903. tum *Jf. Littlebury*. Lond. 1709. 8. II. vol. edit. III. 1723. 8. Richard Burridgeus promisit vers. anglicam. Vid. Act. Erud. 1716. mens. Febr. pag. 64. *Fabric.*

Italicas versiones enumerat et vberius describit *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. II. p. 22 sqq. — auctore Comite *Matthaeo Maria Boiardo*, Venet. 1533. 1538. 1539. 1553. 1565. 8. (solet plerumque Vallam sequi. vid. Iac. Gronou. in not. ad edit. p. 811. et Giornale d'Italia tom. XIII. pag. 292.) — tum auctore *Iul. Cesare Becello*, nobili Veronenfi, cum vita Herodoti a Th. Porcaccio scripta, et cum tabula geographica et indicibus, Veronae, 1733. II. part. 4. (in Catalog. biblioth. Brühlinae, tom. I. pag. 136. eadem versio ibidem 1723. edita perhibetur.) — Nouissimae versionis italicæ tom. I. cum notis et tabulis geographicis prodiit Romae, 1789. 4.

Subiungam libros maioris minorisque molis, (omissis iis, qui iam passim memorati sunt,) in quibus Herodotus varia ratione explicatur aut illustratur.

In *Saxii* Onom. litter. tom. I. p. 538 sq. ex Historiis et Commentariis Societ. regiae Paris. Inscript. iam vberius indicatae sunt *Geinozii* Observatt. criticae in Herodotum, in historia societ. reg. tom. XVI. p. 55 — 69. XVIII. p. 115 — 133. XXIII. 109 — 118. XXV. p. 11 — 28. (in Gottschediae vers. german. tom. VIII. pag. 82 sqq. et IX. pag. 162 sqq.) *Eiusdem* defensio Herodoti supra memorata, in Comment. eiusdem societatis tom. XIX. et XXI. et XXIII. — *Bougainville* de Monarchia Medorum ad conciliandum Herodotum cum Ctesia, in Commentar. tom. XXIII. pag. 1 — 32. — *De la Nauze* in Histor. tom. XXIX. pag. 64 — 75. — *Du Puy* in Hist. tom. XXIX. pag. 76 — 118. XXXI. pag. 7. — *Comte de Caylus* de monumentis etc. in Hist. XXXI. p. 23 — 47. — *de Guignes* de terris Scythicis, in Comment. tom. XXXV. p. 539 — 572. Quibus addes commentatt. de geographia Herodotea, praesertim ratione Massagetarum, de stadio tom. XXXVI. et XXXVII. et *Rochefort* de philosophia Herodoti morali, Comment. vol. XXXIX. pag. 1 sqq.

*Geographiam Herodoteam* illustrarunt *M. Conr. Mannert* in: Geographie der Griechen und Römer, Noribergae, 1788. 8. pag. 10 sqq. — *Theoph. Siegfried Bayer*, in tomo I. Comment. academ. Petropolit. conf. Acta Erud. 1729. p. 438. — *I. F. Hennicke* in com-



mentatione de geographia Africae Herodotea. Gotting. 1788. 4. — *Schliehtorst* de eodem argumento, ibid. eodemque anno. 8. — *Io Georg. Walther* in comm. histor. qua Herodoti et Ctesiae sententiae de antiquitate imperii assyriaci et medici coniunguntur. Weissenfelsae, 1744. rec. in eiusdem animaduersion. historicis et criticis. ibid. 1748. p. 66 sqq. — ibid. de regionum diuisionibus publicis et priuatis, de Asiae varia notione, maxime Herodotea et de Asia superiore et inferiore, p. 143 sqq. — *Isaaci Toussaint* disp. praeside Tib. Hemsterhuisio, de vrbe Cadyti Herodotea et diuinis hominum nominibus. Franequerae, 1737. 4. — *Lud. Gasp. Valckenarii* schediasma de Herodotea vrbe Cadyti, Speciminum academicorum nr. II. Franequerae. 1737. 4. — De eadem vrbe etc. *Conr. Ikenii* epist. in Vita Reiskii p. 594. et *Car. Henr. Zeibich*, in Miscell. Lipsf. nou. vol. V. part. I. p. 98 — III. — *Gattereri* recitatio de geographia Thraciae Herodotea et Thucydidea in Comment. soc. doctrinarum Gottingenf. vol. IV. V. et VI. 1782 sqq. — *de la Barre* remarques sur la route de Sardes à Suses, décrite d'Homere in Comment. acad. Parisf. Inscr. tom. VIII. p. 341 etc.

*Critice* pertractantur loca Herodotea (a *Frid. Lud. Abreschio*) in Miscell. obss. belg. vol. III. tom. I. p. 141 — 146. tom. II. p. 302. tom. III. p. 426. — a *I. Iac. Reiskio* in novis miscellan. Lipsienf. vol. VII. et VIII. et in animaduersionibus ad graecos auctores, vol. tertio, Lipsiae, 1761. 8. pag. 79 sqq. — In Histor. acad. Parisf. Inscript. tom. VI. versf. Gottschedianae pag. 38 sqq. *Montfaucon*. contra Gronou. de loco Herodoti IV. cap. 191. — ibid. pag. 65 sqq. *de la Barre* emendat loca quaedam, lib. I. cap. 131. lib. II. cap. 49. lib. V. cap. 27. — *Koen*. in notis ad Gregorium de dialectis, *Lenep*. in animadu. ad Phalar. epistolas, *Adrian. Heringa* in obseruat. criticarum libro, (Leowardiae, 1749. 8.) *Frid. Ludou. Abresch.* in dilucidationibus Thucydideis, (Campis, 1755. 8.) *D'Orville* ad Chariton. alique passim emendarunt aut explicuerunt multa Herodoti loca. — Huc quoque pertinet *I. Frid. Degen* prolus. Obseruationum miscellarum in Herodotum, particula I. Onoldi, 1790. 4.

Ex *Herodoto* loca S. S. illustrantur in: Freywilligen Hebopfer, part. XXX. pag. 792 — 815. — *Petri Adolphi Boyssen* progr. de Herodoto S. S. interprete. Halberstadii, 1718. 4. in quo iustum huius argumenti opus promittit. — *Raphelii* Annotation. in S. S. ex Herodoto etc. Luneburg. 1731. 8. etc.

Varia ratione illustratur *Herodotus* in alijs libris: e. g. *De Cordemoy* Observations sur Herodote, in eius Opp. Parisf. 1704. 4. — *Georg. Nic. Kriegk* diss. de mensa Solis apud Aethiopes ad locum Herodoti in Thalia, cap. 18. Ienae, 1703. 4. — *Io. Frid. Gruneri* disp. praef. Io. Matthia Gesnero, Herodotus ab interpretibus non satis caute tractatus. Gottingae, 1755. 8. — *Henr. Aug. Zeibichii* obseruat. in locum Herodoti, lib. II. cap. 47. qua ritus, in profanarum gentium sacrificijs receptus, breuiter striclimque explicatur, in Miscell. Lipsienf. nouis, vol. VII. part. III. p. 479 — 513. — In Comment. societ. doctrinarum Gottingenf. reperitur vol. V. *Meisteri* commentatio architectonica de pyramidum aegyptiacarum fabrica et fine, germanice versa ab *Ofstertagio*, Francof. ad Moen. 1781. 8. — *Heyne* de morbo quodam ad Herodot. I. 105. — *Gatterer* de Metempsychosi, immortalitatis animorum symbolo aegyptio ad *Herodoti* lib. II. cap. 122. 123. conf. Ephem. litter. Gotting. an. 1787. plag. 193. — *Iac. Moor* Versuch über die historische Composition aus dem Englischen übersetzt von *Ier. Nic. Eyring*, (comparat Herodotum cum Homero,) in *Gattereri* bibliotheca historica, tom. III. — *Moori* vestigia legisse videtur *Rocheport* in Comment. acad. Parisf.

Inscript.



Inscript. vol. XXXVIII. Paris. 1777. — Herodotum cum Iustino comparat cel. *Gatterer* in biblioth. histor. tom. II. p. 25. — In *Annales du monde*, depuis le deluge jusqu' au Gouvernement d' Othoniel, premier Juge des Israelites etc. Strasburg. 1788. 8. historia profana cum sacra, adeoque narrationes Herodoti et Ctesiae conciliantur: saltem id tentavit auctor, neque vero satisfecit criticis. conf. *Journal encyclop.* Octobr. 1789. tom. VII. part. I. nr. 3. — In quaestionem, num Phoenices secundum Herodoti narrationem circumnavigauerint Africam, inquit, eamque adfirmat *Fr. Mich. Viethaler* in: *Philosophische Geschichte der Menschen und Völker*, Salisburgi, 1790. vol. IV. p. 41 sqq. — *Du Fresnoy* in: *la Methode pour étudier l' Histoire*, tom. VII. pag. 393 sq. *Harl.*

X. Concludam praesentem de Herodoto tractationem Epigrammate Christodori Coptiae, quod exstat libro V. Anthologiae, atque ita latine expressit Salmasius:

*Nec te Alicarnasso Vates diuine filebo  
Herodote, o sapiens, quo fortia facta virorum  
Quicquid in Europa atque Asia labentibus annis  
Tempora prisca tuere, nouem sacrauis Camoenis  
Iuncta Iadi certat florens facundia lingua.*

Aliud Callimachi in Herodotum Epigramma profert Scholiastes Conici ad Nubes pag. 79. [v. 331.] et Suidas in *Λέσχαι*. Ceterum in veterum scriptis plures memorantur *Herodoti* nomine, vt docuit *Ionsius* libro II. de scriptoribus Hist. Philosoph. cap. 1. cuius obseruatis nonnulla adiungam. Sunt igitur 2) *Herodotus*, Democriti frater, *Asian.* IV. 20. Var. 3) *Herodotus* logomimus, qui apud Regem Antiochum in honore fuit teste *Athenaeo* lib. I. 4) *Herodotus*, Epicuri familiaris, cuius librum de pubertate illius Philosophi memorat *Laertius* lib. X. sect. IV. qui etiam de Democrito mihi laudari videtur apud eundem lib. IX. sect. 34. 5) *Herodotus* Tarsensis siue Philadelphaeus Ariei F. Medicus Empiricus, Sexti praeceptor. *Suid.* in *Σύγγραμ.* et *Laert.* IX. 116. Huius *Herodoti* librum *Ἱατρικόν* laudat *Galenus* II. in 6 *Epidem.* tom. V. p. 472. 6) *Herodotus* Musicus, de quo *Aeneas Gazaeus* epist. 7. [*Her. Megarensis* vicit cantu in periodo, *Ol. inc. Athen.* X. 3. *Pollux* IV. segm. 89. 90. circa *Olymp. CXX.* *Demetrii Poliorcetae* aetate.] 7) *Herodotus* praefectus in numo Dyrracheno apud *Laur. Regerum* tom. I. thesauri *Brandenburg.* p. 457. 8) *Herodotus* Agathini discipulus Medicus pneumaticus. *Galen.* I. de facult. simplic. et IV. de differentiis pulluum<sup>ff)</sup>. 9) *Herodotus* Basilidis F. cuius meminit *Herodotus Halicarnasseus* lib. VIII. cap. 132. 10) *Herodotus*, *Menandri* Protectoris, qui sub Imp. *Mauritio* historiam scripsit, frater. *Suid.* in *Μένανδρος*. Nescio, quis in *Malalae Chronico* tom. I. pag. 200. *Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος* adpellatur<sup>gg)</sup>. 11) *Herodotus* Olophyxius, qui de Nymphis et sacrificiis scripsit, de quo *Suidas* in *Ὀλόφυξις*. [P] [vid. supra ad lib. II. cap. 1. §. 2.] 12) *Herodotus* Thebanus celebratus *Pindaro Isthmionic.* I. 11. 13) *Herodotus*, *Brysonis* Sophistae pater, quem citat *Aristoteles* VI. 5.

XX 2

IX. 11.

ff) De hoc et aliis Herodotis, medicis, vid. infra in *Elencho medicorum* vol. XIII. p. 184 sq. *Harl.*  
gg) Conf. *Wesseling.* dissert. herodoteam, cap. I. pag. 5. et 6. qui etiam ex *Codino* de originibus

constantinopolitanis, tom. XX. Corporis byzantini, pag. 26. 27. *Herodotum* citat, qui regiae eius urbis res antiquas descriptione exsequutus fuerit. *Harl.*



IX. II. Hist. Animal. et III. 5. 6. generat. Animal. et Antigonus cap. 48. hist. mirabil. licet in quibusdam codicibus non 'Ἡρόδοτος est sed 'Ἡρόδωρος. 14) [*Herodotus* Clazomenius, vicit stadio puer, Olymp. incert. *Pausan.* VI. 17.] Incertum, cuinam *Herodoto* Sophocles tragicus carmen scripserit anno aetatis 53. ut refert *Plutarch.* pag. 785. an seni gerenda sit respublica. — Occurrit et *Herodotus* Sophista, discipulus Secundi Sophistae Atheniensis apud Suidam in *Σεικνδες*, sed pro 'Ἡρόδοτος ibi legendum 'Ἡρώδης, ut e Philostrato notauit *Meursius* VI. 9. Attic. Lect. [et Küster.] Etiam in indice librorum, quos Antonius Eparchus dono obtulit Regi Christianissimo, male editum est *Φιλοστράτης ἐκ τῆ κατὰ 'Ἡρόδοτον Σοφιστὴν*, pro 'Ἡρώδην, apud Stephanum le Moyne tom. I. Var. Sacr. p. 520. Similiter pro *Herodoto* Lycio, cuius librum de ficibus citat *Athenaeus* libro III. legendum *Herodorus*. *Herodorus* quoque est, qui in *Athenaei* codicibus VI. p. 231. vocatur *Herodotus* Heracleotes. Confer XI. p. 474. et 504. Simile vitium in scholiis graecis ad *Hesiodum* p. 20. b. O. et D. 41. Sic in Stephani Byz. codicibus in *Ἑρυσίκη*, *Herodoti* Technici nomen irrepsit pro *Herodiano*: [de quo loco vid. *Heringam* in Obsl. miscell. nouis, tom. VIII. p. 431. et *Wesseling.* l. c. p. 33.] Forte etiam apud *Plutarchum* in vitis decem Rhetorum similis error, cum in vita Antiphontis ait, inter eius orationes praecipue laudari τὴν περὶ 'Ἡρόδοτου. Sane περὶ τῆς 'Ἡρώδης λόγος etiamnum exstat et laudatur ab Harpocrate in *Φεῖδος*. *Fabric.* Herodotum cum aliis per compendiarium scribendi rationem confusum saepe fuisse, vberius commonstrat *Wesseling.* in disertat. herodotea, cap. 3. et 4. *Heraclitum* pro *Herodoto* positum esse putat apud *Polybium* XII. 15. Frequentissima tamen est *Herodoti* et *Herodori* confusio, multis exemplis a *Wesselingio* declarata. *Herodorus* Megarensis vicit septemdecim cantu in periodo, vid. *Athen.* X. cap. 3. *Polluc.* IV. cap. 11. segm. 89. — vid. quoque supra vol. I. in catalogo commentar. deperditorum de Homero etc. nr. LXIII. p. 515. *Bruck.* in indice scriptorum in scholiis ad Sophoclem citatorum. De eius scriptis *Argonautica* et τὰ κατὰ 'Ἡρακλέα, s. οἱ κατὰ 'Ἡρακλέα λόγοι, et aetate, ante Lysaniam, Eratosthenis magistrum, copiosus est *Groddeck* in: Bibliothek der alten Litterat. und Kunst, Gottingae, 1787. part. II. p. 72 — 78. Sic quoque docet *Wesseling.* *Herodoti* et *Herodiani* nomina frequentissime commutata fuisse.

#### E P I M E T R O N.

Fuerunt vero ante Herodotum historici, ex quibus ille quaedam hausisse dicitur. vide *Wesseling.* in praefatione. De his aliisque antiquioribus historicis hic quaedam subiungam.

**HECATAEVS** *Milefus*, de quo vide lib. I. cap. 23. §. 2. not. vol. I. p. 201. ibid. lib. II. cap. 8. §. 15. pag. 585. not. kk. adde loca de eius geographia infra lib. IV. cap. 2. §. 11. Secundum Suidam in *Ἐκαταῖος*, floruit Olymp. LX. at *Herodotus* V. 36. vbi vocatur *Hecataeus λογοποιός*, h. e. historicus, (vid. not. *Wesseling.* pag. 389.) et cap. 135. monit. cl. *Sturz.* in comm. de Hellanico Lesbio pag. 4. ut aetatem Hecataei referret ad Olymp. LXIX. et LXX. Secundum *Larcher.* in Chronol. Herodot. p. 573. floruit Olymp. LXIX. i. ante C. N. 504. V. C. 250. Scripsisse fertur *Περιήγησιν τῆς Ἀσίας*, ex qua Herodotus ea, quae Aegyptum, descriptionem Phoenicis, hippopotami et crocodilorum venationes spectant, mutatis paucis, desumpsisse, *Porphyrus* in *Eusebii* Praepar. euangel. X. 2. p. 466. tradit: at *Wesseling.* dubitat, num eius *περιήγησεως* auctor fuerit Hecataeus, maxime, quum *Athenaeus* II. p. 70. B. eam abiudicatam Hecataeo tribuerit homini obscuriori, nec aliquid huiuscemodi ab aliis, ne *Plutarcho* quidem,



quidem, exprobatum sit Herodoto. Multum tamen ei debere Herodotum, prodit Suidas in voc. Ἐκαταῖος tom. I. p. 686 sq. et Strabo XII. 550. D. laudat *Hecataei Milefii γῆς περίοδον*. Vixisse illum tempore belli perfici et paullo ante, tradit Suidas voc. Ἑλλάνικος, tom. I. pag. 708. Küster.

XANTHVS Lydus, scripsit *Λυδικαὶ*, quae dederant Herodoto occasionem rerum Lydorum exponendarum, teste *Ephoro* apud *Athenasum* XI. 3. p. 515. Vixit circa Olymp. LXX. vid. Wesseling. in praefat. ad Herodotum. *De Bougainville* in: *Vues generales sur les antiq. grecques*. etc. in: *Memoires de l'Acad. Paris. des Inscript.* vol. XXIX. p. 69 sq. adde supra animaduersa II. 15. 62. vol. I. p. 159. *Vossium* de histor. gr. lib. I. 2. p. 11. ac 12. et libr. IV. 5. p. 451. etc.

HELLANICVS *Milefus*, historicus, scripsit *περίοδον γῆς* et *ἰσορίας*, teste Suida, I. p. 708. at Sturz. de Hellenico Lesbio p. 28. suspicatur, Suidam errasse, et Hellenicum confudisse cum Hecataeo Milefio. Atque omnino plures fuerunt *Hellenici*, quos nominat cl. Sturz. in docta commentatione:

*Hellenici-Lesbii fragmenta, e variis scriptoribus collegit, emendauit et illustrauit, et praemissa commentatione de Hellenici aetate et scriptis in uniuersum, edidit Frider. Guil. Sturz.* (in praesenti professor Gymnasii Gerani) Lips. 1787. 8. mai.

Sunt igitur Hellenici *Syracusanus*, aetate Dionis, (*Plutarch.* in vita Dionis p. 976. D.E. edit. Wechel.) *Eleus*, vnus ex illis, qui Aristotimum, Eleorum per sex menses tyrannum eiecerunt, *Pausan.* V. 5. vixit Olymp. LXXXIX. *Phot.* cod. XCVII. et duo *Ephesii*, alter pater Amyntae cuiusdam, pancratiastae, *Pausan.* VI. 4. alter, qui etiam Lepreates dicitur, Olymp. LXXXIX. victor remuniatus fuit ἐπὶ πυγμῇ παίδων, *Pausan.* VI. 7. *Hellenicus* grammaticus et schola Zenodotea, aequalis Aristarcho, circa Olymp. CLVI. de quo vide Sturz. p. 32 sq. infra tom. VII. p. 62. laudatur in Schol. Marc. Ven. Homer. Iliad. 6. 651. In primis celebres fuerunt *Hellenicus Milefus* et *Mitylenaeus* siue *Lesbius*, *ἰσορίκος*, *ἰσοριγοράφος* et *συγγραφεὺς* a veteribus dictus, qui saepe confusi sunt, et de quibus late docteq. disseruit Sturz. qui locum Suidae in Ἑλλάνικος Μιτυληναῖος tamquam basin cepit in eumque est commentatus, nec non illum emendauit. Suidas scripsit, eum commoratum esse cum Herodoto apud Amyntam, Macedonum regem, Euripidis et Sophoclis temporibus: quod quidem per temporum rationes constare non posse docet Sturz. pag. 3 sq. et in illorum aetatem inquiri. Id patet, *Hellen. Mitylenaeum* circa Herodoti tempora vixisse. Secundum *Gellium* N. A. XV. 23. *Hellenicus* initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natum videtur, *Herodotus* tres et quinquaginta, *Thucydides* quadraginta. Natus igitur est Hellenicus ille XII. annis ante Herodotum, *Vossii* quidem, Eusebium in chronico sequuti, ratione (de historic. gr. I. 1. p. 8.) Olymp. LXX. 1. aut secundum *Simsonum* (in chron. cathol. p. 702. edit. Wesseling. quem sequitur Sturz. reicitque Suidae computationem,) Olymp. LXXI. 1. Atque ad hunc primum annum Olymp. LXXI. s. ante Ch. N. 496. V. C. 258. confert eius aetatem *Larcher* in chronol. Herodot. p. 574. Multa scripserat, ab aliis laudatus, ab aliis reprehensus. (vid. Sturz. pag. 7 sqq.) Compilasse arguitur scripta *Meleagorae*, (qui ab aliis dicitur *Ameleagorae*.) Chalcedonii, ante Hellenicum Lesbium viuentis, (vid. *Vossium* de histor. gr. I. cap. 2. p. 10 sq. *Heyne* ad Apollodor. p. 987 sq.) ipsiusque Herodoti et *Damasi* vel potius



*Damastis*: (vid. paullo post sub hoc nomine;) atque *Sturz*. p. 14. opinatur, Herodotum non videri sua debere Hellanico, sed hunc illi potius: pag. 15 sqq. idem persequitur et interdum diluit cum crimina, quorum Hellanicus a scriptoribus nonnullis adculatur, tum laudes, quibus iure mactatus est ab antiquioribus. At iam antiquis temporibus Herodoti ac Thucydidis libri praelati fuerunt libris Hellanici et reliquorum, hosque obscurarunt et e memoria manibusque hominum eripuerunt, ita ut Eustathius illos oculis manibusque haud vsurpasse videretur. At enim maturus scriptorum Hellanici interitus effecit, ut difficile fieret, utrumque Hellanicum eorumque scripta recte dignoscere. De dialecto, qua uterque usus fuerit, aeolica et ionica differit *Sturz*. p. 23 sqq. atque refutat *Wesseling*. in praefat. ad Herodotum atque *Valckenarium* ad Her. IV. 190. Milesium tantum Hellanicum ex eius dialecto agnoscentes, atque *Valckenarium*, (ad Theocriti Adoniaz. pag. 204. C.) ionicam ei dialectum tribuentem. Idem p. 27 sq. arbitratur et probatum it, sine villo erroris periculo omnes veterum scriptorum locos, in quibus Hellanicus laudatur libri nomine addito, intelligi posse de Hellanico antiquo et Lesbio, et facile fieri potuisse, scribit pag. 29. ut vnus Hellanicus et Mitylenaeus s. Lesbios adpellaretur et Milesius, isque, quod vel in Lesbo vel Mileti natus vel diu versatus esset, potuerit recte utroque nomine insigniri. Pro Hellanico aliquoties perperam positum fuisse in scriptis libris *Helladium*, *Salsucum* et *Helenum*, idem docet p. 35 sqq. laudatque *de Bougainville* in: Vues générales sur les antiquités grecques du premier âge, et sur les premiers Historiens de la nation Grecque, considérés par rapport à la Chronologie, vol. XXVIII. des Mem. de l'acad. des L. et des B. L. pag. 70 — 74.

Multa ab illo scripta esse, iam monuimus. vid. *Vossium* de histor. graec. lib. I. cap. 1. p. 7 sqq. et lib. IV. cap. 5. p. 448. edit. II. Lugd. Bat. 1651. 4. et *Küster*. ad Suidam voc. Ἑλλάνικος, ubi supplet Vossianum catalogum. In primis nubem librorum Hellanici excitat, fragmenta laudat atque interpretatur cl. *Sturz*. l. c. p. 38 sqq. addita tamen prudenti praeceptione, tantam diuersorum librorum multitudinem valde minuendam esse, ita, ut non pauci eorum habeantur pro operum quorundam partibus, quas peculiaribus quamque nominibus inscribere vel ipsi Hellanico placuerit, quem postea Pausanias imitatus est, vel, (quae sententia mihi quidem magis adridet,) scriptoribus, a quibus laudantur. Quidquid est, duce *Sturzio*, titulos singulorum librorum aut partium adponam. Loca singula atque testimoniorum expositionem aut emendationem legat, cui volupe erit, in doctissimo libello *Sturzi*ano. A Scholiastis Homeri saepius citatur Hellanicus. vid. supra indices auctorum ab illis citatorum, in vol. I. ad Homerum, et ab *Eusebio* in Praepar. euangel. vid. indicem infra lib. V. cap. 4. vol. VI. pag. 45.

Αἰγυπτιακά, *Arrian*. in diff. Epiet. 2, 19. et inde apud *Gellium* N. A. I. 2. *Athen*. XI. pag. 470. D. XV. pag. 679. F. pag. 680. B.

Αἰολικά, *Tzetzes* ad Lycophr. 1374.

Ἡ εἰς Ἀμμωνος ἀνάβασις, *Athenaeus* XIV. pag. 652. A. qui vero ipse dubitat, num is liber fuerit genuinus.

Ἀργολικά, *Schol. Homer. Iliad. γ. 75.* in schol. Venet. Marc. ad Homeri Boeotiam, vs. 1.

Περὶ Ἀκαδίας, *Schol. Apollonii Rhodii* I. 162.

Ἀσωνίς, (quae pars fuisse videtur Βοιωτικῶν,) *Marcellinus* in vita Thucydidis.

Ἀττικῆς



Ἀτθίς et Ἀτθίδες. Librum secundum, adnotante Küsslero, laudat Suidas voc. Μανυχίς et voc. Στεφάνη, alii apud Sturz. Quatuor minimum fuisse, patet ex Harpocrat. et ex eo Phauorin. voc. Πηγαί. Atthis fuit forsitan una τῶν κτιστῶν Hellenici. vid. Heysne ad Apollod. pag. 809.

Ἀτλάντις, pars fuerit τῶν Τρωϊκῶν. Schol. Homer. ε'. 486. Schol. Eurip. ad Phoen. 162. etc.

Βαρεβαρικὰ νόμιμα, ex Herodoti et Damastis scriptis compilatum opus. Porphyrius apud Eusebium de Praepar. evang. lib. X. cap. 3. Suid. et Etymol. M. in Ζάμολξις.

Βοιωτικά, quod opus fuisse videtur pars Phoronidis. vid. Schol. Homer. Iliad. β'. 494. et Schol. Venetum Marc. ad Homer. Iliad. φ'. 242.

Δευκαλιωνεῖα, (Cassaubon. anim. ad Athen. X. 4. pag. 710, 45.) f. Δευκαλιωνία. Per-  
tinuisse videtur ad Phoronida. Schol. Apollonii Rhod. III. 1084. Athen. X. p. 416. A. saepius  
apud Stephan. Byzant. in Ἀγιάθεια, Ἀλπῶνος. etc. Ab Eudocia in Viol. pag. 108. citatur  
Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Δευκαλιωνίας.

Διὸς πολυτυχία, Fulgentius Mythol. I. 2. p. 630. edit. Staureren. Vossius malit πολυ-  
τοκία vel πολυτεκνία, haud suffragante Sturzio.

Περὶ ἔθνων, Schol. Apoll. Rhod. IV. 322.

Ἐθνῶν ὀνομασίαι, Athen. XI. p. 462. B. Parum diuersum esse videtur ab antecedenti.

Θετταλικά, Harpocr. in voc. Τετραρχία. Pars fuisse videtur vel Deucalioniae, vel  
περὶ ἔθνων.

Ἰερῶν τῆς Ἥρας, vulgo dicitur opusculum Ἰερῶν, et saepius ab Stephano Byzantino  
citatur.

Ἰσορίαι, Athen. IX. pag. 410. F.

Καρνεόνικαι, Athen. XIV. p. 635. F. Carmen fuit, quo Hellen. recensuit et laudauit eos,  
qui in Carneis vicissent.

Κρανναικά, pars fuerit τῆς Ἀτθίδος. Schol. Aristoph. Au. 1403.

Κτίσεις, siue de origine gentium et urbium, tum graecarum tum exterarum. Idemne  
fuit cum opere περὶ ἔθνων et cum ἔθνων ὀνομασίαις? Athenaeus X. pag. 447. C. Ad idem  
opus, putat Sturz. pertinuisse omnia, quae sequuntur, praeter Phoronidem.

Κυπριακά, Stephan. Byz. voc. Καρπάσιαι.

Λεσβικά, idem in Τραγάσαις etc. Pars τῶν Αἰολικῶν fuisse videtur.

Τὰ περὶ Λυδίας, Steph. Byzant. in Ἀξῶται.

Περσικά, Schol. Aristoph. ad Aues 1022. et aliquoties apud Steph. Byzant.

Σκυδικά, idem in Ἀμαδόποις, etc.

Τρωικά, Parthen. erotic. cap. 34. Dionys. Halic. Archaeol. I. p. 37, 34. Schol. Apollon-  
ii Rhod. I. 916. Steph. Byzant. Βατίαι etc. In Schol. Venet. Marc. ad Hom. φ'. 242. 471.  
ἐν δευτέρῳ Τρωϊκῶν.

Θωακικά,



*Φορωνίδης*, *Ge. Cedren.* synopf. historiarum., tom. I. pag. 11. C. edit. Paris.

*Φορωνίς*, de Argiuorum originibus rebusque gestis, complexa est libros decem, *Proclur* ad Hesiod. p. 141. b. *Dionys. Halicarn.* Archaeolog. I. p. 22, 27. qui Phoronidis opus diserte tribuit Hellanico Lesbio, historico. In *Eudociae* Viol. p. 248. de Cadmo Hellanicus ἐν πρώτῳ *Φορωνίδος* citatur. Schol. *Apollon.* III. 1178. — Fuit etiam carmen epicum antiquissimum, *Φορωνίς* inscriptum, cuius auctor ignotus est, ex quo versiculi aliquot laudantur a Schol. *Apollon.* I. 1129. et a *Clemente Alexandr.* Strom. lib. I. p. 321. A.

Posthaec doct. *Sturz.* persequitur illos locos, a veteribus laudatos, qui multi sunt, sed carent operis nomine, quos tamen, quantum fieri potuit, suis sedibus adsignauit: de quibus quidem hic agere non vacat.

Adiungam praeter ea veteres aliquot historicos, quorum vel nullam, vel paucis verbis et veluti ἐν παρόδῳ fecit mentionem Fabricius: de quibusdam vide iam supra vol. I. pag. 3.

AMELESAGORAS s. *Melesagoras*, de quo iam supra ad Hellanicum quaedam attulimus.

ANDREAS, Panormitanus, historicus, philosophus et medicus in aula Ptolemaei Philopatoris, Aegyptiorum regis. Fertur scripsisse graece, (vid. *Athenasum* lib. XIV. cap. 8. pag. 634.)

de rebus in quibusdam oppidis Siciliae memorabilibus, cuius operis librum XXX. citat Athenaeus:

de medica origine:

de iis, quae falso creduntur, apud Athenasum VII. cap. 18. pag. 312.

de iis, quae morsu venenata sunt, sive de serpentibus.

glossemata ad Nicandrum.

Plura vid. infra in catalogo medicorum vol. XIII. p. 57. imprimis in *Mongitoris* biblioth. Sicula I. pag. 23 sqq.

ANTANDER vel *Antandrus*, Syracusanus, Agathoclis Syracusarum tyranni frater, scripsit historias, teste *Diodoro Sic.* lib. XXI. ecl. cap. 12. tom. II. pag. 492. edit. *Wesseling.* Plura dabit *Mongitor.* l. c. pag. 40 sq.

ANTIOCHVS Syracusanus, Xenophanis filius, scriptor valde antiquus dicitur a *Dionysio Halicarnasseo* I. Antiqq. rom. cap. 12. tom. I. pag. 34. edit. *Reisk.* Floruit circa Olymp. XC. *Diodorus* quidem *Siculus* XII. cap. 71. fin. p. 528. tom. I. edit. *Wesseling.* cuius notam vides, cum hoc, ait, anno, (n. Olymp. XXCIIX. 1. in margine edit. *Wesseling.* siue secundum *Vossii* rationes de histor. gr. lib. IV. cap. 7. p. 456 sqq. ubi de nostro agit, Olymp. LXXXIX. 1.) ubi Xerxi II. Sogdianus, et mox Darius Nothus successisset, nobilis *Sicilicarum rerum scriptor Antiochus Syracusanus historiae suae finem imposuit, quam libris nouem a Catalogo inde rege deduxit.* Antiquior *Timaeo* Siculo historico. Scripsit

*Historiam Siciliae* lib. IX. comprehensam a *Diodoro Sic.* memoratam, quam *Pausan.* Phoc. f. lib. X. cap. 11. p. 824. vocat Σικελιώτιδα συγγράμην. Nonus historiarum liber citatur etiam a *Clemente Alexandr.* Protrept. p. 22. et *Theodorito* in curat. graec. affect. p. 115.

*Historiam*



*Historiam Italiae*, quam citat *Dionys. Halicarn.* l. c. Ἰταλίας οἰκισμόν, et ex eo duo parua seruaui fragmenta. A *Strabone* VI. p. 254. f. p. 391. edit. Almel. generaliore nomina citatur Antiochus ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι. vid. ibi Casaubon. Secundum eundem *Dionys.* Antiochus ex veterum monumentis ea excerptis, quae maxime probabilia et certissima essent. adde *Stephan. Byzantin.* voc. Βεῖρρος.

Diuerfus est ab *Antilocho* historico, qui de viris illustribus scripsit, (de quo vid. *Vossium* de histor. gr. lib. III. p. 323 sq.) et ab aliis *Antiochis*, de quibus vid. *Vossium* l. c. et *Fabricium* nostrum, infra lib. V. cap. 34. vol. IX. pag. 265 sqq. In *Mensii* biblioth. graeca *Antiochus* Xenophanis male distinguitur a Syracusano, et apud *Festum* in voc. *Romam*, male legitur *Antigonus*, (corr. *Antiochus*) italicas historiae scriptor. adde *Mongitor.* biblioth. Sicul. I. pag. 40.

ARCHETIMVS, Syracusanus, philosophus et historicus, floruit secundum *Bonannum* in Syrac. illust. lib. II. p. 297. circa Olymp. LXX. sed secundum *Vossium* de histor. gr. IV. cap. 1. pag. 432. Olymp. XLVII. *Diogenes Laert.* lib. I. segm. 40. refert, eum scripsisse *Septem sapientum cum Cypselo Corinthiorum tyranno congressum*, cui ipse *Archetimus* interfuit, unde eius aetas conici potest, si narratio ipsaque versio vera est. *Vossius* quidem illud esse diuersum ab *Archetimo*, Arcadicorum scriptore; *Ionsius* vero de scriptor. histor. philos. I. 3. 2. eundem esse putat; tamen refutatus ab *Heumanno* in *Aetis* philos. tom. I. pag. 177 sq. Hic enim verba *Laertii* interpretatur cum *Marco Meibomio*: *Archetimus* illorum apud *Cypselum* congressum scripsit, in quod scriptum et ipse (*Dicaearchus*, cuius mentio proxime praecedit,) incidit. Quare reiecit eum inter scriptores incognitae aetatis, negat, eum fuisse primum historiae philosophicae scriptorem, et vero opinatur, nomen *Archetimi* esse corruptum, et legendum Ἀρχέδημος, qui fuit philosophus Stoicus.

CALLIAS, Syracusanus, antiquissimus rerum Sicularum historicus, vixit multo post *Philistum*, sed ante *Timaeum*, circa Olymp. CXVI. ante C. N. 312. apud *Vossium* de histor. gr. I. cap. 2. pag. 68. Contra *Bonannus* Syrac. illust. lib. II. p. 304. eum fere aequalem *Timaeo* fuisse, Olymp. CXX. ante C. N. 296. contendit. *Diodorus Sic.* Ecl. XXI. 12. pag. 492. *Wesseling.* prodit, eum exarasse libros XXII. Scripsit nempe *Historiam de rebus Siculis*, f. *Historiam de Agathocle*, (nam duplici isto modo laudatur a veteribus,) in qua vero fidem historicam haud seruauit, *Agathoclem* nimis adulatus, notante *Diodoro Siculo* in *Excerptis* etc. II. pag. 561. edit. *Wesseling.* cuius et *Valesii* notas consules. Καλλίας ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα citatur a *Schol.* ad *Apoll. Rhod.* III. Argon. initio, et ἐν ὀγδόῃ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα ab *Athenaeo* lib. XII. cap. 11. p. 542. adde *Mongitor.* Biblioth. Sic. I. p. 121. Diuersus est a *Callia* Lesbio, *Sapphus* et *Alcaei* interprete.

CEPHISODORVS, incertae aetatis historicus, cuius duodecimum librum περὶ τῆς ἱερῆς πολέμῃς, seu de *Phocico bello* *Eustratius* in *Aristot. Ethic.* lib. III. cap. 3. citat. Diuersus est a *Cephisodoro* comico, alioque, *Isocratis* discipulo.

CHARON, *Lamplacenus*, *Pythoclis* filius: vixit ante *Herodotum*, teste *Dionysio Halicarn.* ep. ad Cn. *Pompeium*, tom. VI. pag. 769. Opp. edit. Reisk. adde *Tertallian.* de Anima cap. 46. Laudatur a *Strabone* XIII. 583. (p. 873. Almel.) et p. 589. (p. 892. Almelou.) Floruit secundum *Suidam* III. p. 658. tempore *Darii* primi Olymp. LXXIX. aut potius tempore  
Vol. II. Y y ribus



ribus belli perfici, Olymp. LXXV. Multa scripsit, quae enumerant *Suidas* (qui alios eiusdem nominis itidem nominat,) ex eoque *Eudocia* in Violar. p. 435. et saepius citatur ab Athenaeo et Plutarcho. conf. *Vossii* lib. I. de histor. gr. cap. 1. fin. cap. 16. p. 102. et lib. IV. cap. 3. p. 442. — Diuersus est a *Charone*, qui tempore Ptolemaei Euergetae vixit, ac familiaris fuit Apollonii Rhodii Argonautica, et ea quidem, quae ab historia penderent, explicuit, (*Vossii* lib. IV. cap. 12. p. 468.) Differt quoque a *Charone*, Naucratis, (vti dicitur,) historico, (qui de Naucratis, vrbe Aegypti, aliisque rebus aegyptiacis scripsit.) et a *Charone*, Carthaginensi historico, qui vitas illustrium virorum lib. IV. vitas illustrium feminarum lib. IV. et tyrannos in Europa atque Asia descripsit, vid. *Suid.* l. c. et *Vossium* l. c. III. p. 342. infra lib. III. cap. 8. pag. 213.

DAMASTES, Sigeensis, e Sigeo, vrbe Troadis, Hellanici aequalis et discipulus: scripsit de rebus in Graecia gestis, de parentibus et maioribus eorum, qui expeditionem Troianam susceperunt, libros II. gentium et urbium catalogum, de poetis et sophistis et multa alia, teste *Suida*, h. v. tom. I. p. 507. et *Eudocia* in Violar. p. 127. A Porphyrio apud *Eusebium* praep. eu. IX. 39. p. 466. B. dicuntur τὰ βαρβαρικά νόμιμα Ἑλλανίς ἐκ τῶν Ἡεροδοτῆ καὶ ΔΑΜΑΣΤΟΥ συνήκται, vbi coniicit Fabricius pro incognito *Damaso* infra vol. VI. p. 45. Δαμοσίππης, (qui pater fuit Democriti, vid. *Diogen. Laert.* IX. 34.) at melius corrigunt *Meursius* in biblioth. gr. lib. III. in Gronouii Thes. antiq. tom. X. p. 1339. C. et *Valsten.* ad *Herodot.* IV. cap. 196. p. 365. Δαμάςς, quam emendationem probat et corroborat et *Sturz.* in Hellanici Lesbii fragmentis p. 13 sqq. vbi de *Damaste* agit: confer paullo ante de Hellanico animaduersa. *Agathemerus* lib. I. p. 2. edit. Hudson. tradit, eum scripsisse περίπλεον, et plurima compilasse ex Hecataei operibus. Citatur a *Dionysio Halicarn.* I. cap. 82. p. 181. tom. I. Reisk. a *Plin.* H. N. VII. 48. *Plutarcho* in Camillo, *Strabone* l. p. 80. Almel. vbi Eratosthenes culpatur crebram facere hominum memoria indignorum mentionem, modo reprehendens, modo eorum vtens testimoniis, vt *Damastae* et aliis similibus. vbi vid. *Casaubon.* *Damastes* igitur hoc loco accensetur hominibus fide indignis, atque *Penzelius* in vers. germanica tom. I. p. 399. putat, quod Strabo aliis locis laudet *Damasten*, ibi aliud nomen esse substituendum; at enim *Strabo* XIII. p. 873. B. et XIV. p. 1003. A. citat quidem *Damasten*, at ita, vt non laudet; sed potius negligere et loco postremo vituperare videatur. adde *Vossium* de hist. gr. lib. IV. cap. 5. pag. 451.

DEMETRIVS, Calatianus, ex vrbe antiqua Calacta, historicus vetustissimus, incertae aetatis. Scripsisse eum de Asia et Europa libros viginti, testatur *Diogenes Laertius* in vita Demetrii Phalerei V. segm. 83. (vbi viginti memorabiles Demetrii nominantur.) citatur a *Dionysio Halicarn.* aliisque. vid. *Mongitor.* B. Sic. I. p. 152. *Vossium* de histor. gr. III. p. 352. *Menagium* ad *Diogenis Laert.* locum p. 223. Ab eodem *Diogenes Laertio* et *Vossio* l. c. memoratur.

DEMETRIVS, Byzantius, qui tredecim libris Gallorum ex Europa in Asiam transfugum, et octo aliis Antiochi atque Ptolemaei gesta Libyaeque sub ipsis administrationem conscripsit.

De DIONYSIO Milesio vide supra ad lib. II. cap. 2. vol. I. p. 378. not. qq. Herodoti aequalis fuit, teste *Suida* in Ἑλλανίκα.

DIYLLVS,



DIYLLVS, Atheniensis, incepit historiam, vbi Ephorus, de quo statim videbimus, finit, et Graecorum ac Barbarorum gesta ad Philippi vsque obitum contexuit, auctore *Diodoro Siculo* lib. XVI. cap. 76. fin. pag. 140. tom. II. Wesseling. •

EPHORVS, *Cumaeus*, historicus, Isocratis discipulus: vid. *Cicer.* de Orat. II. 22. Idem in Bruto cap. 56. traditum est, ait, Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et *lenissimo Ephori* dixisse, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos; quod etiam prodit *Quintil.* I. O. lib. II. cap. 9. et *Suidas* in: *Ἐφορος*. Hic vero scripsit historiam annorum ferme 750. libris 30. et ab Heraclidarum reditu exordium scribendifecit, teste *Diodoro Sic.* IV. 1. p. 246. Wesseling. et concludit opus cum Perinthis obsidione, eodem teste lib. XVI. cap. 76. pag. 141. Idem lib. V. 1. p. 330. laudat eius stilum ordinisque obseruationem; alii vero secus iudicant. vid. Wesselingii notam. Alibi tamen mendacem eum esse scriptorem ait. Plura vid. apud *Vossium* de hist. gr. I. cap. 7. p. 35 sqq. apud *Bougainville* in Mem. de l'acad. Paris. des Inscr. vol. XXIX. p. 76 sq. [*Heynium* Commentatt. Soc. Gött. vol. VII. cl. phil. p. 107 sq.] et paullo ante ad Herodotum §. III. adde *Euagrium* hist. eccl. lib. V. cap. vlt. — Multo iunior fuit post Galeni et Antonini Pii imperatoris tempora, alius *Ephorus*, iidem *Cumanus*, qui scripsit Galeni historias libris XXVII. obseruante eodem *Vossio*.

HIPPVS s. *Hippys*, temporibus Darii et Xerxis, Rhëginus, poeta, (vid. supra lib. II. 7. §. II. vol. I. p. 550. infra ad lib. II. 23. §. 20.) et historicus, auctor librorum V. rerum Sicularum, quos *Myer* postea in compendium redegit, Chronicorum lib. V. et Originum Italiae, notante *Vossio* de histor. graecis IV. 3. pag. 441 sq.

De PHERECYDE Atheniensi, historico, infra ad lib. II. cap. 24. nr. 27. agetur. vid. quoque *Bougainville* l. m. pag. 67 sq.

Sed hic pedem figamus. De aliis, (serioris enim aetatis historici, de quibus copiosius ipse Fabricius fuit, huc non pertinent,) agemus commodis locis. Permultos incertae aetatis aut obscurae memoriae recenset *Vossius* de histor. gr. libro III. et alibi. *Harl.*



## CAPVT XXI

## DE ARISTOPHANE COMICO.

I. *Aristophanis Comici aetas, censura et laudes. Aristophanes alii quinque ab isto distincti. II. De undecim Aristophanis Comoediis quae exstant. III. Deperditorum dramatum Catalogus cum variis Observationibus. IV. Scholia Graeca in Aristophanem. V. Editiones. VI. Index scriptorum in Scholiis ad Aristophanem laudatorum.*

[Cum auctario G. C. Harles.]

## I.

**A**RISTOPHANES Philippi siue Philippidae \*) F. patria incerta, (fuere enim, qui Naucraticem adfirmarent, teste Athenaeo VI. p. 229. alii Aeginetam, alii Aegyptium, denique alii Lindium ex insula Rhodo \*\*) ciuitate Atheniensis, Comicus: non constat, quamdiu aetatem produxerit ultra Olympiadem XCVII. cuius postremo anno Plutum agendum permisit filio Araroti. [Quando natus sit, non constat. Secundum Eusebii chronicon, interprete Hieronymo Olymp. LXXXV. 4. *Aristophanes clarus habetur, et Sophocles poeta tragicus.* Saxius in Onomastico I. p. 46 sq. refert eum ad Olymp. LXXXIX. 1. A. M. 3581. ante Chr. Nat. 422. A. V. 330. quo anno Νεφέλας edidit. *Hambergerus* in: Zuverlässigen Nachrichten von den fürnehmsten Schriftstellern, tom. I. pag. 223. floruisse illum scribit A. M. 3548 — 3596. a. Chr. N. 436 — 388. tempore, quo Plato, Euripides et Socrates vixerunt. adde *Ionsum* de scriptor. histor. philos. I. 5. 4. Reliqua eius vita parum constat: fata tamen eius exposuit Frischlinus in vita Comici.] Mortuum hoc Epigrammate prosequutus esse dicitur *Plato* Philosophus, teste *Thoma Magistro*: [P]

Αἱ χάρτες τέμενός τι λαβὼν, ὃ περ ἔχ' ἐπιστάται,  
Ζητῶσαι, ψυχὴν εὖρον Ἀριστοφάνους.

Quod Franciscus Vauassor ita transtulit:

Nunquam casurum cupidae sibi sumere templum  
Inuenere animam Gratiae Aristophanis.

Vel etiam felicius sic:

Τρίνα σ' ἑσθ' ἀέθριον ποιεῖτο Gratia templum,  
Vnius inuenit pectus Aristophanis.

Eosdem Platonis versus [e cod. Matrit. XXIV. qui inter alia praebet epigrammatum collectanea, reddidit *Iriarte* in Catalog. p. 98. eosdemque] referens *Olympiodorus* in vita philosophi excerpta ex eius commentario in Alcibiadem Platonis, et a Merico Casaubono ad calcem Laertii edita addit, Platonem Aristophane et Sophrone peculiariter delectatum, ita ut horum scripta in eius defuncti lectulo reperta fuerint. Ἐχαιρε δὲ πάντῃ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ καὶ Σωφρονί, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφεληθῆναι. Λέγεται δὲ ἕως αὐτοῖς χαίρειν, ὥς καὶ, ἡνίκα ἐτελεύτησε, εὖρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην

a) Vide *Fulu. Ursini* elogia Viror. illustrium pag. 29. *Fabric.* In vita Aristophanis graeca dicitur πατὴρ μὲν ἦν Φιλίππῳ, τὸ δὲ γένος Ἀθη-

ναῖος, τὸν δῆμον Κυδαθύνειος, Πανδονίδος θυγαῆς.

b) Eam fuisse Naucratem, testatur *Heliodorus* apud *Athenaeum* lib. VI. pag. 229. *Heumann.*



σοφάνην καὶ τὸ Σαφρονέα. Vitam Comici exposuit scriptor graecus, qui scholiis praemittitur, et dehinc non indilerte *Gyraldus* dialogo VII. [Vitam *Aristophanis* exposuerunt *Nicodemus Frischlinus*, (quae praefixa est edit. huius et Londinensi Pluti ac Nebular. nec non Küsteri.) — *alius*, incertus, ante editionem 1624. (quae diuersa est ab superiore; nam Frischlini nomen quoque citatur, item aliud est scribendi genus; quamquam multa ex Frischlini vita hausta fuerint:) tum auctor *Biographiae classicae*, tom. I. p. 141 sqq. ex interpretatione *Mursinae germanicae*, (vbi iudicia quaedam de Aristophane adferuntur, et partim examinantur.) — *I. G. de Chauffepié* in *Nouv. diction. histor. et critique*, tom. I. p. 464 sqq. — *Brumoi* in: *Theatre des Grecs* part. III. [T. X. pag. 276 sq. edit. non. et XIII. pag. 429 sq.] — *Io. Gottfried Hauptmann* in *progr. de Aristophane*, atque illius comoediis, Gerae, 1743. 4. — *Salzer* *Allgemeine Theorie der schönen Künste* cum notitia litteraria cel. de Blankenburg, tom. I. pag. 149 sqq. — *Clodius* in: *Versuche aus der Literatur und Moral*, part. II. Lips. 1767. 8. pag. 181 sqq. eleganter fuseque perceruset comoedias Aristophanis. De aliis libris qui huc pertinent, aut ad expositionem comoediarum faciunt, suo loco differemus.] Effigiem Aristophanis, quam post alios exhibuit Gronovius tom. II. *Antiqu. Gr.* tabula LXVIII. commentitiam esse non dubito, et veteri truncò aliunde superimpositam. [sub forma personae, edera coronatae, cuius ori apes irrepere videtur, conspicitur in *Winkelm.* monument. antiq. ineditis, tab. CXCI.] Acerbam Aristophanis censuram scripsit *Plutarchus* libro, cuius epitomen duntaxat habemus, quo Menandrum longè ipsi praestitit, lususque salesque Menandri, sed natos pelago, quo Venus orta sales neutiquam conferendos esse contendit cum Aristophanis amara et aspera, (adde et saepius obscœna,) scurrilitate. Haud dubie tamen Comoediæ veteris princeps fuit, Eupolidi et Cratino alicui longè praelatus, suae pariter et posteræ ætatis iudicio. Mediae quoque Comoediæ specimen dedit in *Acloficonis* et *Cocalo* dramate, vt infra inter deperditas Aristophanis fabulas annotaui. Vario carminis genere vitur, vnde de eo *Terentianus Maurus*: [P]

## Yy 3

*Aristophanis*

c) De solo Sophrone hoc memorant *Laertius* III. 18. *Hesychius Illustris*, *Quintilianus*, *Valerius Max.* et alii. *Fabric.* conf. *Brunch.* ad *Aristoph.* *Nubes* p. 65. notar. vbi et *Raymundi Cuni-* chii versionem epigrammatis metricam adfert, et obseruat, *Platonem* in *Symposio Comicum* nostrum cum *Socrate* eidem mensae accumbentem repraesentasse: at *Aristophanem* alioquin *Plato* in conui- vio non pulcris coloribus pingit et describit p. 317. vocans hominem, ὃ καὶ Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη καὶ Διὶ μεγάλῃ. *Harl.*

d) Contra *Plutarchi* criminationes defensionem Comici *Frischlinus* scripsit, praemissam illius et *Küsteri* editionibus. *Harl.*

e) De differentia comoediæ veteris, mediae et nouae vide *Anonymum* περὶ Κωμῶν Aristophani praemissum, et quae viri docti ad *Horatium* lib. I. sat. IV. Idem exponunt e recentioribus *Foh. Ioh.* *Samuel Petitus* ad *leges Atticas* p. 79. *Gerh. Vos-*

*sius* *Instit. Poetic.* lib. II. cap. 27. *Franciscus Vavassor* *Lib. de ludicra dictione* p. 72 sq. vbi etiam de Aristophane multa, nec contemnenda. Mediae comoediæ plus quam octingenta dramata euoluisse se, testatur *Athenaeus* VIII. pag. 336. *Meysen* *Κωμῶν* derisa ab Atheniensibus. Vide *Appendicem Vaticanam* *proverb.* 46. *Fabric.* De comoedia Graecorum agit *Signorelli* de *theatro Graecorum*, (supra iam memoratus ad *Thespin*, pag. 162.) De origine comoediæ gr. quae tragoedia antiquior habetur, fuse docteq. disserunt *Hentlei* in *Respons. adu. Boyle* p. 107 — 115. et *Car. Frid. Flügel* in: *Geschichte der komischen Litteratur*, vol. IV. *Lignit.* et *Lipsiae*, 1787. 8. p. 28 sqq. Per XXXX. annos Aristophanem fabulas docuisse Athenis, animaduertit *Sam. Petitus* lib. I. 16. *Miscellan.* *Harl.*

f) Vid. in τῷ Πλάτωνος περὶ δαιμονίων χειρῶν- γων inter prolegom. ante *Küsteri* editionem p. XI. *Harl.*



*Aristophanis ingens emicat follertia,  
Qui saepe metris multiformibus nouus  
Archilochon arte est aemulatus Musica.*

Quae videntur ipsius nugae, non raro seria ducebantur et spectabantur ad emendanda vitia aut inconsulta consilia Atheniensium. Saltem status reipublicae, qualis fuerit illis temporibus, ex comoediis Aristophanis pulcre datur intelligi. [De stilo Aristophanis vide *Vauassorem* p. 14 sqq. *Heumann*.] Propter atticum dicendi genus a multis tamquam graecae linguae Magister voce commendari solet: *Ferunt etiam* <sup>g)</sup> Iohannem Chrysostomum *Aristophanis Comoedias duodeciginta, cum supersint nobis undecim duntaxat, lectitasse studiose, atque etiam puluillo, cum dormitum iret, subiectisse, perinde quasi et deponeret tantum scriptorem s manibus quam tardissime, et primo quoque tempore repeteret intermissam lectionem. Ex quo dupliciter imitatione et exemplo profecerit, primum ut acer plerumque ac vehemens esset in notandis ac perstringendis moribus, mulierum praesertim: deinde, ut perbene Graece loqueretur, facilisque ac solutius, quam ceteri, verbis explicaret sententias. Achilles quoque Tati<sup>us</sup> lib. VIII. de Amoris Clitophontis et Leucippes inducit sacerdotem in perditos Thersandri mores declamantem, quem p. 493. ita describit: *παρελθὼν δὲ ὁ ἱερεὺς ἦν δὲ εἰπὼν ἐκ ἀδύνατος, μέλυσεν δὲ τὴν Ἀγισοφάνην ἐζηλωκὼς κωμωδίαν.* [De Aristophanis ingenio, indole, illiusque comoediarum virtutibus vitiisque varii varie omni tempore iudicarunt. Id quidem nemo negabit, Aristophanem, quod argumenta fabularum duxit a rebus ciuilibus, quotidianis et memorabilibus hominibus, quos risui spectatorum expositurus erat; quod perpetuo notauit partimque infamauit corruptos sui aevi mores, perditam reipublicae suae conditionem, malam liberorum educationem et ciuitatis administrationem, atque calamitates, incontinentiam, arrogantiam, dissidia prauamque indolem vitamque multorum, qui siue ad rempublicam accesserunt, siue illam turbauerunt, fraudes ac iniuriam iudicum, sophistarum, demagogorum aliorumque hominum; tum quod sermone vitur puro, venustissimo, lepidissimo atque eleganti, et regula est attici dicendi generis; inter principes auctores graecos haud vltimum occupare locum, fontem esse praecipuae partis historiae atticae eiusque fabularum lectionem permultum conducere ad historiam ingenii humani et rituum tam sacrorum et publicorum, quam ciuilium et domesticorum, ad adcuratam illius temporis, atticaeque ciuitatis disciplinae morum, et multorum hominum, nec non discordiarum tam publicarum quam priuatarum indeque malorum ortorum cognitionem. Cuilibet patebit, illarum lectio-*

ncta

g) *Vauassor* libro laudato p. 79. *Nic. Borbonius* p. 225. praefationum Reuchlin. in Angenspiegel, p. 28. edit. Herm. von der Hardt. Nec temere antiquiorem testem huius de Chrysostomo narrationis reperiri, quam Aldum Manutium in praefat. ad Dan. Clarium Aristophani suo praemissa, obseruat *Menagius* praefat. ad part. II. *Observatt. de Lingua Gallica*, et tom. II. *Anti-Bailleti*, p. 48. Annam Dacieriam ducenties lectitasse Aristophanem, credat, qui volet, rem parum verisimilem narrantibus apud *Gratianum Aschpanum* de superstitione crudita pag. 61. et *Frarium* de

*Tremblay*, quem, vitio id vertentem Dacieriae hoc epigrammate perstrinxit *Bernardus Moneta*: *Docte épouse d'un docte Epoux, Vous avez, nous le savons tous, lû deux cent fois Aristophane. Mais faut-il d'une rude voix que Frain là dessus vous chicane? L'ai bien lû son livre une fois. Fabric.* De lectione toties integri repetiti Aristophanis, omnino fabula esse videtur. Alias vero fabula, *Nubes*, toties a Dacieria perfecta dicitur; id quod, quamquam nimium fuerit, probabilius erit. *Harl.*



nem philosopho historicoque non minus, quam humanitatis, antiquitatis elegantiarumque studio esse perutilem. Vt vero ille virtutibus, ita vitiis animi orationisque excelluit. Splendidum ac foecundissimum in eo inerat ingenium, ad satyræ quasi non fictum, sed natum; summa et gratissima orationis copia, urbanitas ac festiuitas; sales aculeique acerrimi, ita, ut flagellum ciuium suorum, præcipue potentiorum, fuisse videretur. Aperte infectus est vitia peccataque et iniurias improborum eorumque ipsorum, qui in magistratu male rem gesserant. Omnes non solum suæ patriæ comicos, vi comica, gratia, popularitate ac leporibus non minus, quam acerbitate sermonis superasse videtur; saltem nomina illorum obscurauit; sed etiam nescio, an omnes recentiores vicerit. *Brunck.* igitur in notis ad Aristoph. Nub. init. pag. 65 sq. Aristophanem ab iniuria inscitiaeque *Voltarii* in Lexico philosophico, voc. *Athée, Atheismus* abunde declarata, ubi Voltarius Comico nostro principi nomen et honorem comici, immo vero poetae inepte stolidæque abnegare audet, vindicans, recte: „*Nisi*, ait, *Aristophanes poeta est*, nobis dicant, quem comoediarum scriptorem poetae nomine dignari oporteat: *nisi comicus idem est*, nobis rursus dicant, vbinam gentium vberior salium, iocorum, facetiarumque fons reperiri queat. Quam facile ista in Voltarium retorqueri possint, sciunt, qui antiqua et noua perinde intelligunt eoque pollent sensu, qui ad eorum comparisonem bene instituendam requiritur.“ Auctor graecus περὶ τῆς διαφορᾶς χαρακτήρων, in Prolegomenis ad Küsteri editionem p. XI. de Cratino, Eupolide atque Aristophane iudicans, ὁ δὲ Λεξικογράφος, ait, τὸν μέσον ἔλλαττε τῶν ἀνδρῶν χαρακτήρα· ἔτε γὰρ πικρὸς λίαν ἔστιν, ὥσπερ ὁ Κρατῖνος, ἔτε χαρίεις, ὥσπερ ὁ Εὐπόλις· ἀλλ' ἔχει καὶ πρὸς τὰς ἀμαρτάνοντας τὸ σφοδρὸν τῷ Κρατίνῳ, καὶ τὸ τῆς ἐπιτερχέσης χάριτος Εὐπόλιδος. Nec minora tamen fuerunt vitia animi et fabularum. Nil dicam de vitiis comoediarum graecarum internis quae cum reliquis graecis comicis habuit communia, de neglecto actionis ordine, nec satis curate recteque explicitis characteribus, de immoderata singulorum hominum carpendorum libidine, quae comoediae vitia recentior aetas emendauit. Aristophani, vt reliquis antiquae et mediae comoediae poetis, sufficiebat, risu diducere rictum auditoris. Atqui *Harnesius* in vita Euripidis §. V. excusat Comicum, quod crebro sugillauit illum tragicum. Sed de hisce vitiis consulendi sunt *Sulzerus* l. m. voc. *Comoedias*, alique artis poeticae scriptores. In Aristophaneis equidem fabulis haud frenatam linguam, nimiam lasciuiam, proteruitatem et perpetuum studium risus, cum damno quoque honestorum bonorumque ciuium, commouendi, laudare nequeo. Neque diis neque hominibus, etiam summis, et auctoritate, gratia dignitateque in republica valentibus, pepercit: et tamen ciuibz placuerunt eius fabulae, ac, quamquam ipse calumnias atque reprehensionem effugere non poterat, vt plurimum tulerunt plausum. Verum enim vero plures fuerunt caussae, cur Aristophanes, licet deos quasi hominesque lacessens, tantam consequeretur auctoritatem veniamque omnia impune dicendi. De ortu enim et natura deorum meliora edocti multi Athenienses liberius disserere solebant: neque deorum conditio, infirmitates facinoraeque illis erant incognita. Praeter ea in mythis varia neque ea, quae deos decent, de his erant recepta et ab antiquioribus poetis promulgata variisque coloribus et narrationibus ornata, vel deturpata potius. Ea vel plebem eo minus offende-  
bant, quoniam antea vel in scenam deorum mythi et ridicula ad risum ciendum fuerunt producta. Tum publica religio magis cernebatur et celebrabatur caerimoniis quibusdam atque sacrificiis, quam pietate veraque deorum obseruantia. Quare cautum tantum fuit, ne quis peregrinos deos nouamque religionem inferret in ciuitatem, pristinamque ita omnino tolleret religionem.



religionem. Si quis igitur suetas seruaret caerimonias faceretque sacrificia, alioquin de diis, quaecumque libuit, sentiret, atque diceret, tutus esse potuit securusque a vi sacrificulorum, legum seueritate iniuriaque multitudinis. Tum illis temporibus perpetua fuit altercatio et contentio inter optimates ac reliquos ciues, quae a diuersarum partium cupidis nutrita, foecunda fuit mater turbarum nec raro ciuitatis formam mutauit. Qui inferioris erant sortis et conditionis, illi inuidebant opibus atque auctoritati potentiorum, eosque, quoniam se pares esse parique iure in administranda ciuitate se gaudere arbitrabantur, frequenter lacerabant atque infectabantur. Athenienses igitur in theatro, cuius infano amore capti fuerant, lubenter audiebant iurgia et cauillationes opprobriaque, facta hominibus, qui prae aliis eminere studuerunt aut opibus, auctoritate aliisque virtutibus valuerunt. Accedit, quod in rebus publicis, ut in pluribus hodie adhuc fieri solet, liberrima, nec raro immoderata de publicis rebus hominibusque, vel summis et ornatissimis, dicendi potestas maxima et praecipua pars libertatis habetur. Quae quidem opinio non omnino est culpanda, quod et potentiores rerumque nouarum cupidi ea coercentur, et infirmiores, ea libertate plerumque contenti, se non immiscant rebus publicis grauioribus iisque, quae ad arcana reipublicae referuntur, nec, nisi ipsi a potentiore quodam incitati et ducti, turbare rempublicam audent. Athenienses inprimis amabant illam dicendi conuitiandique libertatem, vel potius libidinem, quam hodie quidam, licet barbare, *publicibilitatem* vocant, et, cuius moris exempla plura hodie praebent Galliae, acriter defendunt. At ut haec et alia, quae proferri et amplius probari possunt, paucis comprehendam, inuidia et contentio potentiorum, libido et libertas conuitiandi, et vel hominum, qui sua sapientia, vita aliisque erga rempublicam meritis famam atque dignitatem iure obtinuerunt, infamandorum atque obrectandorum, grata maledictorum audientia, studium reprimendae et depellendae tyrannidos, festorum et iudiciorum, in quibus cum maximo conuitio summi alique viri lacerabantur eorumque vita, mores et actiones cum acerbitate et strepitu verborum exagitabantur, frequentia, praua sophistarum aliorumque antiquiorum comicorum infectandi turpiterque atque illepide carpendi consuetudo, ab origine comoediarum et satyra ducta et seruata, leuitas animorum et perversa atque recepta de diis et religione publica sentiendi ratio, corrupti ciuium mores fecerunt, ut Aristophanes Atheniensium deorum hominumque irrisor sine vlllo periculo esse posset. Quod praeter ea salibus iocisque fabulas condiuit, aures titillauit, et in compositione, teste iam Longino sect. 39, 4. saepe fuit sublimis, res publicas, quae ad omnes ciues pertinuisse visae sunt, in scenam produxit, ingenio plebis adcommodaui orationem, animum prae se tulit popularem studiumque libertatis publicae defendendae, vitiorum scelerumque, nulla hominum et conditionis fortunaeque ratione habita, carpendorum, morumque ad pristinam seueritatem formandorum, in omnibus denique auram captauit popularem, factum est, ut omne paene ferret punctum, a moderatis ciuibz ipsisque ciuitatis principibus magni aestimaretur, et summum plausum ac fauorem multitudinis, quae cum a vi iniuriaque aliorum praestitit tutum, consequeretur. Spectatores vero, quod orationis veneribus atque illecebris et crebra, quam plebs, praecipue rudis infimaque amare solet, neque vero semper ex lexicis vulgaribus explicanda, sed consuetudine et notionibus, ista aetate subiectis, metienda <sup>h)</sup>, verborum obscenitate, nostris moribus

h) Paucis, at sobrie intelligenterque de obscenitate Aristophanes iudicat ccl. Beck. in praefat. ad

suam Auium editionem. Atque si verum est, quod relatam legimus apud *Athenaeum* X. cap. 9. Alcaeum



bus omnino damnianda, tenebantur, nec illi ignorabant, omnia esse composita ad delectandum et risum commouendum, non adeo, nec semper, illius iniuriis et contumeliis incitabantur ad homines, quos ille in scena male depectos habuit, odio capitali aut iudiciis persequendos. Cuius rei exemplum, ut mox videbimus, luculentum Socrates nobis est. Ingenium igitur moresque illius aevi, reipublicae atticae forma et fluctus quasi ciuitatis, sermonis leporisque Aristophanei suauitas aliaque simul considerari et comparari debent ab eo, qui hac de re recte iudicare velit. Quaedam adtulerunt alii, alii scite pleniusque exposuerunt. vid. *Sulzer*. I. c. *Flögel*. lib. mem. vol. IV. p. 48 sqq. *Hurd*. in commentario ad Horatii epistolas ad Pisones etc. ex interpretatione Eschenburgii germanica, vol. I. p. 204 sqq. Auctor commentationis: *Worauf gründet sich der Beyfall, den Athen den Schauspielen des Aristophanes schenkte?* in noua bibliotheca artium elegantiorum, theotisce scripta, vol. XXXVII. part. I. pag. 1 sqq. Lipsiae, 1788. 8. et *Carol. August. Böttiger*, tum Rector scholae Guben. in prolatione, Aristophanes impunitus deorum gentium irrifor, Lipsiae, 1790. 8. *Muretus* V. L. lib. X. 17. iudicat, illum fuisse atheum: enimvero, qua ratione et quo sensu id sumatur, curatius erit inquirendum. — De vitiis, quae quidem videntur, fabularum Aristoph. egerunt *Claudius Verderius*, in Cension. in auctor. pag. 48. *Rapin* sur la poetique reflex. 26. part. II. Vario- rum varia iudicia collegit *Baillet* in: Jugemens des Savans, tom. III. pag. 129 sqq. edit. in 4. *Harl.*

Aristophanis filii fuerunt *Araros*, *Philippus*, (pro quo *Philetas* memoratur Suidae,) et *Nicostratus*, de quibus infra in Notitia Comicorum deperditorum, ubi etiam de *Callistrato* et *Philonide*, quibus histrionibus in fabulis suis agendis usus fuit. Fuere et alii *Aristophanes*, ut, 1) qui Archon fuit Athenis Olymp. CXII. 2. *Diodor. Sic.* lib. XVII. 2) *Aristophanes* Byzantinus grammaticus, de quo dicam lib. III. 3) *Aristophanes* Milesius, *Plinio*; *Varroni* Mallotes, qui de agricultura scripsit, 4) *Aristophanes* Boeotus *Plutarcho* de malignitate *Herodoti* pag. 874. laudatus, cuius secundum *Θηβαικῶν* citat *Suid.* in *Ὀμολογῶς*, *Θηβαίους* *ἄγεις* *Steph.* in *Ἀντικονδυλῆς*, librum II. *Βιωτικῶν* idem in *Χαιρωνεία*. 5) *Aristophanes*, *Alexandri Magni* satelles, *Plutarch.* *Alexandro* p. 694. 6) *Aristophanes* Corinthius, *Libanii* amicus, qui eum singulari tuetur oratione tom. II. *Opp.* p. 210. 7) Ceterum *Aristophanes* *Babylonius*, quem ex *Stephano* refert *Hendreichius* *Pandectarum Brandenburgensium* scriptor, nullus est: nam *Stephanus* in *Λακεδαιμόνων* citat *Aristophanem* *Ἐν Βαβυλωνίῳς*, Comi-  
ci

caum lyricum et *Aristophanem comicum ebrios* conscripsisse poemata, eo minus mirae videbuntur nobis comoediae, cauillationibus, iniuriis atque obscenitate refertae: adde locum *Platonis* a *Fabricio* nr. 2. de Nubibus prolatum.

d) In epistolis *Libanii*, a *I. Christoph. Wolfio* in fol. editis, aliquoties litterae ad eum scriptae occurrunt frequentiorque illius sit mentio. In epistola 1186. p. 564. e mss. Ambrosiano *Wolf.* restituit, *Aristophani Corinthio*, quum in latina versione *Zambicarii* lib. III. ep. 310. ubi maxima sui

parte truncata est, inscribatur in editis *Aristophani Corfucchio*. In epist. 76. pag. 320 sq. *Libanius* illum commendat, et *Wolf.* in nota obseruat, eum fuisse *Menandri* filium, et *Aegypto* praefectum, propter consultos astrologos male mulcatum, et responsum *Iuliani* subiecit plenior, quam *Fabricius* in salutari luce euangelii p. 323. eam exhibuerat. Ad eundem refert *Wolfius* epistolam *Libanii* 1228. pag. 583. ad *Aristophanem* exaratum. Addidit *Fabric.* in notis mss. *Aristophanem*, ad quem *S. Nili* epistolae. adde *Iosium* de scriptor. histor. philos. L 10, 2. p. 198. *Harl.*



ci nostri drama deperditum respiciens. *Aristophanes* quoque *Camiraeus Comicus* ab *Atheniensi* nostro perperam distinguitur, vt in *Notitia Comicoꝝ* deperditorum adnotauit.

II. Ex Comoediis *Aristophanis* aetatem tulerunt hae vndecim, quas solas etiam euoluiffe se testatur *Suidas* in *Ἀριστοφάνησ*. [P]

1) ΠΛΟΥΤΟΣ. *Plutus* posterior <sup>k)</sup> e duabus Comoediis, quas hoc nomine Poeta fecerat. Acta Archonte Antipatro Olymp. XCVII. 4. postrema earum, quas *Aristophanes* ipse docuit, siue prima potius, quam filio suo *Araroti* agendam permisit. [vid. *Küster.* in argum. *Pluti.*] Hanc *Ioh. Reuchlinus* Ingolstadii se interpretatum adfirmat auditoribus plus quam trecentis. Haec comoedia *ἐγκώμιον πεινίας* dicitur a *Tzetza* *Chiliad.* XI. vers. 755. et laudatur a *Photio* epist. 150. Ex illis, quae exstant, vnica haec est, quae ad mediam comoediam pertinet; ceterae ad antiquam. *Scaligeriana* p. 100. *Chronologiam*, argumenta et oeconomiam singularum exhibet *Brumoius*, S. I. tomo III. operis: *Le theatre des Grecs.* Paris. 1730. 4. [Tom. X. XI. XII. XIII. edit. nou. Paris. 1787. sq.] *Fabric.* — [De tempore, quando singulae comoediae actae sint, praeter interpretes ac Petitum, disputauit *Palmerius* in *Exercitatt.* ad optimos fere gr. auctores, part. II. pag. 717 sqq. Nostram fabulam, *Plutum*, actam esse Olymp. XCVII. 4. ex scholiaste in argumento illius, ducit quidem pag. 785. at, num *Plutus* bis prodierit in theatrum, et vltimum quidem XX. annis post primam didascaliam, teste *Schol.* ad *Plut.* 173. ambigit. Enimuero duplicem fuisse *Plutum* et *Scholia* ad vtramque fabulae editionem diuersa, docent *Küster.* ad nostram fabulam, initio, et *Hemsterhus.* passim in notis ad *Plutum*, inprimis posterior ad v. 505. p. 145 sq. v. 550. p. 167. p. 242. et pluribus locis, vbi docet, qui versus vel ex priore vel ex posteriore *Pluto* fuerint. adde *Ducker.* ad v. 1147. pag. 199. *Schol.* et *Hemsterhus.* ad v. 973. *Brunk.* ad *Plut.* p. 239. *Chaussepé* in *Supplem. Lexici Baeliani* p. 468. (G). Atque *Küsterus* ostendit e claris exemplis, quae hodie exstat fabula, *Plutus*, eam ex priore et posteriore esse mixtam. *Athen.* IX. p. 368. citat e *Pluto* posteriore v. 1105. Inde autem duplices interdum exsistere lectiones, vid. *Hemsterhus.* ad v. 772. 1147. 1192. ad *Schol.* v. 550. *Plutum* vero in hac fabula non esse regem late patentis inferorum regni, et *Iouis* fratrem, sed minorem gentium aliquem deum, ceterorum ministrum, ideo monendum videtur, quod, de hac fabula vbi sermo est, saepius citatum legi *Plutonem*. adde *Heilmann.* progr. de Pace diuinis quondam honoribus culta, p. 23. not. De plurium antiquiorum *Scholiis* eorumque diuersitate et saepius ex duobus exemplaribus confuse descriptis vid. *Hemsterhus.* ad *Plutum* nostrum p. 13. 17. 70. 101. 133. 137. 383. et alibi saepius. Idem p. 197. 258. 328. et alibi bene monet, *Scholia*, quae ad *Plutum* exstant, esse locupletiora, quam quae *Suidas* habuit. Hunc vero *Scholiis* antiquioribus atque emendatioribus vsum esse, iudicat *Toup.* *Emendatt.* in *Suidam*, part. III. p. 231. edit. *Londin.* De singularum fabularum editionibus ac versionibus paullo inferius agam. *Harl.*] *Plutum* et

k) *Sam. Petitus* lib. I. Misc. cap. 16. contendit, in *Pluto* dramate, quale hodie exstat, multa e posteriore, multa etiam e priore *Pluto* inserta legi. Confer ibid. cap. 11. vbi *Plutum* priorem ab *Ari-*

*stophane* editum docet in *Panathenaeis* Olymp. XCII. 4. [vid. *Schol.* ad *Plutum* 115. 119. 173. et 1147. ad *Ran.* 1125. ex priore *Pluto* locus citatur, qui in hac fabula hodie non reperitur.]



et Nubes Aristophanis cum Scholiis ineditis fuisse in Biblioth. Renati Moreau testatur Labbeus Biblioth. nou. MSS. pag. 213.

- 2) ΝΕΦΕΛΑΙ. *Nubes* ☽, quibus Socratem, comicorum contemptorem, perstrinxit Comicus, ab Anyto <sup>m)</sup> et Melito ad hoc instigatus. Socrates quidem sciens, se petendum salibus et scommatibus, non modo interfuit, sed et, quo ab omnibus videretur, surrexit. Confer, si lubet, quae viri docti ad *Aelian.* II. 13. Var. Plato hoc drama misit ad Dionysium Siciliae tyrannum, et ex hoc [P] aliisque Aristophanis comoediis iussit Remp. Atheniensium discere, vt refert auctor graecus vitae. Mirifice populo Nubes

Z z 2

Comici

h) Vnde comoediam hanc *nebulonicam* vocat *Viues* ad *Augustini* lib. II. de C. D. cap. 9. not. c. p. 167. *Heumann.* Multus est de hac comoedia *Chaufepi* in Supplem. ad *Bailii* Lex. crit. tom. I. pag. 465 sqq. *Harl.*

m) Negat hoc *Laur. Ingewaldus Elingius*, Prof. Vpsaliensis in Hist. graecae linguae p. 123 sq. et solennibus Philosophorum et Comicorum disidiis haec vnice, putat, esse tribuenda, quaecumque aduersus Socratem Aristophanes effutiit. *Fabric.* Fabricius in notis mssis ipse narrationem illam de Anyto et Melito fabulis adnumerasse videtur. Scripsit enim: „Socratis simias et indignos sectatores, non Socratem petitem ab Aristophane, sunt, qui contendunt: sed in contrarium vide, quae disputantur ab auctore epistolarum seriarum iocosarum tom. III. p. 251. Ibidem docetur, Aristophani, Meliti inimico, non posse imputari necem Socratis post XV. demum annos iussi mori. Certe fabula illa annis circiter XX. [immo vero pluribus,] anteuertit Socratis damnationem: confer *Palmerii* Exercitatt. p. 485. et 729 sq. *Sam. Petit.* lib. I. Miscell. cap. 6.“ — *Palmerii* animaduersionem repetiit meritoque comprobauit *Küster.* in notis ad hanc fabulam pag. 50. adde *Brunck.* notarum ad Aristophanis *Nubes* initium p. 65 sqq. (qui hanc omnium Aristoph. comoediarum nobilissimam esse atque artificiosissimam, poetamque in inueniendo illius argumento et disponendis partibus vim comicam exseruisse admirabilem, iure censet,) et cl. *Tychsen* in II. commentatt. *über den Proceß des Sokrates*, in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. I. et II. Gottingae, 1786. Atque ego in quatuor programmatibus an. 1787 sq. illius temporis historiam exposui multisque argumentis historicis atque exegeticis euicisse arbitror, Aristophanem per hanc fabulam ne remotissimam quidem fuisse causam supplicii de Socrate, multis post annis, alias ob calumnias, sumti, nec precibus pre-

tioque fuisse ab Anyto et Melito, (quem praeter ea Socrates multo post actam hanc fabulam apud *Platonem* in *Euthyphrone* p. 4. edit. Bipont. nominat *ὁ τὸν ὄντα*.) adductum, ad philosophum in scena fugillandum reumque maiestatis faciendum; e contrario aliud fuisse Aristophanis consilium. Nimirum perpetua erat tum temporis philosophorum et tragicorum cum comicis contentio mutuaeque obtrectatio. Sophistae, quorum disciplina artibusque Socrates adolescens fuerat imbutus, quamquam aduolior illorum hostis euasit acerrimus, mores popularium et ciuitatem corruperant; ipse Socrates erat Euripidi, ab Aristophane saepius in scena exagitato, amicus et comicorum osor. Vt igitur cum Socratem, tum in primis Sophistas, quorum is personam ad vnitatem, quam vocant, personae obtinendam, commode sustinere potuit, risui ludibrioque spectatorum exponeret in theatro, et per hanc occasionem multa aliorum hominum ipsiusque aevi sui et ciuitatis peccata malaque culparet, Socratem fecit in illa fabula principem personam, in eumque omnia contulit, quae in Sophistis, ad quos multa quoque spectant, quae vnice de illorum artibus et disciplina, minime de Socratis doctrina atque opinionibus dici possint, ridicula improbandaque viderentur. Multum colorem ad animi delectationem risumque ciendum fuisse adsumum, nemo negabit. Haec et multa alia, quae ad historiam Socratis, Sophistarum illiusque aevi et ad legitimum de hac fabula eiusque argumento, et cur Aristophanis priores *Nubes* iudicium sententia alienis fuerint postpositae, iudicium ferendum conducerent, in illis prolusionibus academicis fusi explicui. Neque igitur inimicitiae odiiue causa Aristophanes hanc fecit comoediam, (vid. Schol. ad *Nub.* 96.) neque illa Socrates in periculum iudicii vitaeque venit. adde *Goldhagen* in prolegom. ad versionem huius comoediae german. vol. III. p. 77 sqq. in illius: Griechische und römische Anthologie. Brandenburg. 1768. 8. *Harl.*



Comici placuisse, testatur eodem in loco *Aelianus*, qui Aristophani, nec ulli alii victoriam a iudicibus tribuendam esse clamauerunt. [vid. ipsum *Aristophan.* Nub. 522. et Vesp. 1039.] *Synesius* quoque in Dione p. 40. μήτε Κωμῳδία, inquit, τῶν νεφελῶν μᾶλλον εὐδοκίμει, εἰδὲ γὰρ ἐστὶν ἢν τινα μετὰ τῆς ἰσῆς δυνάμεως Δεισοφάνης ἀπήγγελλε. Scholiastes Aristoph. in προθεωρία νεφελῶν τὸ δὲ δῆμα τῷτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναι φασι καὶ τεχνικώτατον. Iudicium tamen sententia [de primis Nubibus, Olymp. LXXXIX. 1. Archonte Isarco actis, conf. Schol. ad Vesp. 1007.] non Aristophanes, sed Cratinus pronunciatus est victor et Amiphsias \*). Docuit Comicus Nubes posteriores, (quae solae exstant, prioribus deperditis, vt ex duobus locis Athenaei et Scholiis graecis ad hanc Comoediam obseruauit *Meursius* in Biblioth. Attica pag. 1445.) anno post priores, Archonte Aminia Olymp. LXXXIX. 2. \*) [ante C. N. 422. mense Febr. V. C. 332. vid. Küster. de vtrisque:] in Dionysiis ἐν ἄξει, vnde Maximus Tyrius ait, Aristophanem τὰ Σωκράτους κωμῳδῆσαι ἐν Διονυσίοις. [vid. *Spanhem.* not. pag. 272.] Aristophanes vicissim a Platone, Socratem, magistrum suum, vlciscente, in Symposio inducitur tamquam homo, cui περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα διατρεῖβῃ. Vehementer quoque in Aristophanem Socratis nomine inuehitur *Eunapius* in Aedesio pag. 35. *Thomae Magistri* Scholia inedita in Aristophanis νεφέλας ex Biblioth. Renati Moreau citat *Ioh. Pricaeus* ad Apuleii Apologiam, *Cangius* in glossario voce Περὶ ζῦμι et alibi, quamquam certum est, scholiorum Thomae partem inter edita in nubes scholia legi. Excerpta scholiorum in Aristophanem cod. Vatic. MCCXCIV. qui fuit Fuluii Vrsini, praeferunt et ipsa nomen Thom. Magistri.

- 3) ΒΑΤΡΑΧΟΙ. *Ranae*; in quibus Aeschylus Euripidi praefertur. Actum est hoc drama in Lenaeis (quae in honorem Bacchi sub extremum autumnus Athenis celebrabantur) Archonte Callia Olymp. XCIII. 3. Confer *Sam. Petittum* lib. I. Miscell. cap. 14. et *Palmer.* in Exercitt. pag. 770. Latina prosa vertit *Andreas Diuus*, carmine *Nicodemus Frischlinus*. Quae ex Aristoph. βατραχῶν profert Suidas in Πάνυ, in hoc dramate frustra quaeres. *Fabric.* Grammaticus vetus narrat, fabulam hanc non ipsius auctoris sed Philonidis nomine editam fuisse. vid. Brunk. not. *Harl.*

- 4) ἹΠΠΕΓΓΣ \*). *Equites*. Acta est Comoedia itidem in Lenaeis, Archonte Stratocle [P] Olymp. LXXXVIII. 4. [ante C. N. 424. V. C. 330. qui erat annus septimus belli peloponnesiaci,]

\*) Cratinus nimirum *Pytinam* et Amiphsias *Conium* egerant, „quam, ait cel. Brunk. Menagius admodum probabiliter eam esse autumat fabulam, in qua Socratem traducebat, ita, vt bis vno die a duobus poetis comico sale defricatus fuerit Socrates. Quo circa miror, egregium illum scriptorem, e quo sua hausit Aelianus, non potius de Amiphsia victore cogitasse, quam de Aristophane victo, vt in eum crimen conferret praeparatae Socratis condemnationis.“ — *Corfinus* in Fast. atticis, tom. III. p. 239. putat, fabulam nostram etiam tertium fuisse editam, quamuis id a nullo interprete memoretur. Brunk. vero existimat, poetam Nubes

emendatas iterum tantum docuisse, euentu quidem haud feliciore, nec amplius eas produxisse, licet subinde eas expoliuisse videatur. *Harl.*

o) Error operarum esse videtur Olymp. LXXXIV. in notis *Spanhemii*, qui de commissione vtriusque fabulae disputat. adde Schol. ad Nub. v. 552. et quae ibi notauimus; de iteratis et retractatis veterum dramatum editionibus vid. *Casaubon.* Animadu. in Athen. lib. III. cap. 26. *Burm.* in praefat. ad Aristoph. pag. 22 sq. *Harl.*

p) Vel potius attico more scribi debuit Ἱππῆς. vid. *Hemsterhus.* ad Plutum vcm. 808. pag. 274. *Harl.*



pomēsiaci.] et grauissime perstringit Cleonem Demagogum, quinque talentis \*) pri-  
dem multatum.

- 5) ἈΧΑΡΝΕΙΣ. [vel rectius Ἀχαρνῆς. vide ad nr. 4.] *Acharnenses*. Acta per Callistram Olymp. LXXXVIII. 3. a. Ch. N. 425. a. sexto belli peloponnesiaci, vid. vers. Ach. 266. Archonte *Euthymens*, [vel potius, *Euthydemo*. vid. *Corfini* F. attic. III. p. 235 sq. *Palmer*. Exercitt. p. 718.] in Lenaeis. Haec qua Euripidem ridet, antiquissima est earum, quae exstant, et vltima quinque Aristophanis Comoediarum, quae cum metaphrasi poetica *Nicodemi Frischlini* excusae sunt Francof. 1586. et 1597. 8. praemissa vita Aristophanis et eiusdem aduersus Plutarchum defensione. Vide centuriam Epistolarum Philologicarum e Goldasti Biblioth. editarum pag. 276.
- 6) ΣΦΗΚΕΣ. *Vespaes*. Acta Archonte Aminia, itidem in Lenaeis Olymp. LXXXIX. 2. actore Philonide, mense Martio, anno nono belli peloponnesiaci. conf. *Palmer*. Exercitt. pag. 734 sq. et *Sam. Petitem* lib. I. cap. 7. Miscell. [Subinde iudices comparat cum vespis. conf. *Aelian*. H. V. lib. XIII. 17. ibique interpr. in ex. Abr. Gronou. pag. 879.]
- 7) ὈΡΝΙΘΕΣ. *Aues*, quam docuit Aristophanes Liberalibus siue Διονυσίοις τοῖς κατ' αὐτὸν die 16. Elaphebolionis, mense Martio, Archonte Chabria, Olymp. XCI. 2. [a. C. N. 414. vid. *Corfini* F. A. III. p. 248.] Vide *Palmer*. Exercitt. p. 749 sqq. *Sam. Petitem* ad Leges Atticas p. 316. et lib. I. Miscell. cap. 10. Citat praeter alios *Plutarchus* in *Nicia* p. 528. \*) [De consilio arteque et via huius dramatis eleganter disputat cl. *Beck*. in praefat. ad suam edit.]
- 8) Εἰρήνη. *Pax*. Acta afflictis diuturno bello peloponnesiaco Atheniensibus et tota Graecia pacem anhelante. Vide *Tzetzen* Chil. XII. hist. 436. et *Sam. Petitem* lib. I. Miscell. cap. 8. qui actam docet Olymp. LXXXIX. 3. Archonte Alcaeo. [P] [A Petiti calculo recessit *Palmerius* in Exercitt. p. 742 sqq. et docuit, fabulam hanc actam fuisse anno XIII. belli peloponnesiaci Astyphilo Archonte, Olymp. XC. 1. in Dionysiis τοῖς κατ' αὐτὸν, idque ex versu 990. (vbi vid. quoque Flor. Christiani not.) efficit. *Larcher*. in Chronol. herodotea p. 589 sq. ante C. N. 419. V. C. 335. Accedit Brunck. *Harl.*] De Pace posteriore, vide quae infra in catalogo dramatum Aristophanis deperditorum.
- 9) Ἑκκλησίαζοῦσαι. *Concionatrices*. Actum drama Olymp. XCVI. 4. Archonte Demostrato. Vide *Sam. Petitem* lib. I. Misc. cap. 15. [*Palmerius* in Exercitt. p. 776.

Z z 3

, annus,

9) *Gyraldus* p. 381. ambiguus verbis hoc ita refert, quasi multatus sit decem talentis non Cleon, sed ipse Aristophanes, qui in hoc dramate personam Cleonis ipse egit facie minio oblita, cum histrionum nemo hoc facere propter Cleonis potentiam ausus esset. [vid. Schol. ad Equit. 230.] Cleonem ab Equitibus multatum testatur *Aristophanes* ipse in *Acharnens*. v. 6. vbi consule, si placet Scholiaften. conf. *Palmerii* Exercitt. p. 724 sqq. *Sam. Petit*. Miscell. lib. I. cap. 5. Aristophanem grauiter aduersum memorat Scholiastes Hermogenis p. 92. *ὁ δὲ τῷ Ἀριστοφάνει χρηματίζοντι αὐτὸν δυνάμει, μὴ*

*τὸς ἰσχυρὸς τὸ δῶμα ἀντιπαύοντος λαυρὸν Κλῆνος*. Idem in Dionysiis actum hoc drama testatur p. 93. adde p. 245. *Fabric*. Prima fabula, quam Aristophanes per se ipse docuit, sunt Equites, vid. Schol. ad Nub. 530. Namque prima dramata sua non ipse, sed per alium docuit. vid. Schol. ad Nub. 529. 530. 531. *Harl*.

\*) *Aues* laudat *Athenaeus* IX. p. 386. et Aristophanem adpellat ἡδίστος. adde *Lettres sericuses* et *badines*, tom. IV. p. 237 sqq. Biblioth. franc. tom. XVI. pag. 11 sq.



„annus, ait, quo prodit haec comoedia, non omnino certus est; sed non multum ante Plutum proditisse, et forte circa Olymp. XCVII. coniecturis verisimilibus adstruitur.“ atque p. 778. ostendit, hanc fabulam actam esse post Cononis incarcerationem, quae euenit Eubulide archonte an. 3. Olymp. XCVI. *Larcher.* in Chronol. herodot. p. 593. adferit illam Olymp. XCVII. 1. siue 2. ante C. N. 391. siue 392. V. C. 363. siue 364. *Brunch.* Olymp. XCVII. 1. vel 2. De argumento dramatis vid. *Lamb. Bos.* ad Acta apost. II. 44. *Harl.*] Versione prosa post *Andream Diuum* longe meliore et perutilibus ad phrasin ac sensum poetae intelligendum notis illustratae a Tan. Fabro tom. II. ep. 64. Epistolar. (Salmur. 1674. 4.) p. 165 sqq. Versionem intra triduum, notas sex dierum spatio composuisse se, testatur Faber ipse in libello gallico: Journal du Journal. p. 36. Habentur etiam ἐκκλησιάσεις cum Tan. Fabri vers. et notis in editione Aristophanis graecolatina Amst. 1670. 12. Laudat *Cuperus* lib. II. cap. 13. Var. Obsl. *Menagius* tom. II. Anti-Bailleti pag. 47.

- 10) ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ. *Cereris sacris operantes.* Quae Comoedia in antiquissimis Aristophanis editionibus non minus, quam *Lystrata* desideratur. Primum utraque vulgata est a Bern. Iunta, hinc in editione graeca, quae ab Andrea Cratandro et Ioh. Bebelio curata est Basil. an. 1532. 4. cum praefat. Simonis Grynaei. Olympiade XCII. 4. actam fuisse, disputat *Sam. Petitus* lib. I. cap. 13. Misc. [*Palmerius* in Exercitt. pag. 758 sq. vindicat hanc comoediam anno XXI. belli peloponnesiaci dionysiis vrbicis, Callia post Cleocritum Archonte, Olymp. XCII. 1. et, consentientibus *Larchero* l. c. et *Brunchio*, ante C. N. 411. *Harl.*] Scholia graeca in Thesmophoriazusas, (vetera enim nulla in hanc Comoediam et *Lystratam* edita habentur,) composuit et Francisco I. Galliae Regi inscripta edidit *Aegidius Bourdinus* Aduocatus et Procurator Generalis Parlamenti Paris. 1545. 8. Porro duas Comoedias hoc nomine scripserat Aristophanes, itaque ista, quae sola exstat, προτέρα Θεσμοφοριάσεις dicuntur *Gellio* XV. 20. *Hephaestioni* in Enchirid. p. 42. et *Clementi Alex.* VI. Strom. p. 628. vbi notat, Aristophanem versus quosdam praesentis dramatis e Cratini ἐμπιμπράμενους sumsisse. [conf. *G. d'Arnaud* animadu. crit. ad *Hephaest.* cap. 25. *Hemsterhus.* in addendis ad Pollucem p. 1040.] E posterioribus videtur locus esse petitus apud Suidam in Ἀλφάνει. *Fabric.* [Scholiastes ad Plutum v. 159. citat versus duo, (in quibus iamborum vestigia deprehenduntur,) ex Θεσμοφορ. quos ex Thesmophoriazusis secundis esse sunt oportere, censet *Hemsterhus.* ad locum Pluti p. 48. not. 89. In hanc fabulam Suidam multa praebere Scholia, obseruat *Valcken.* in Diatr. Euripid. post Hippolytum Euripidis p. 264. not. 4. Ex Thesmophor. secundis superest fragm. apud *Athenaeum* I. p. 29. vid. *Bergler.* ad Aues 1256. et *Burmman.* II. praefat. ad Aristoph. p. 22. qui illud emendat. *Harl.*]

- 11) ΑΥΣΙΣΤΡΑΤΗ. *Lystrata.* (in Suidae codicibus male Αυσίστρατος) Acta non Olymp. XCII. 4. vt coniciebat *Samuel Petitus* lib. I. cap. 12. Misc. verum Archonte Callia, cum post Leocritum magistratui praecesset Olymp. XCII. 1. vt ex Philochori Atthide

s) Adsentit Brunch. Sed *Palmerius* in Exercitt. pag. 763. actam putat fabulam an. XXI. belli peloponnesiaci in Lenaeis, Theopompo Archonte

Olymp. XCII. 2. Fabricii vero rationes firmat Kusterus auctoritate veteris hypotheseos, fabulae huic praefixae, quam in sua editione ex codice Barocciano,



Atthide refert auctor scholiorum ineditorum in *Lyfistratam*, quae in codice Barocciano XXXVIII. seruat Bibliotheca Bodleiana, et licet breuia sint, dignissima tamen, quae edantur, iudicat *Dodwellus* de Cyclis Graecorum p. 742. Neque [P] illa eruditius diutius inuidebit exquisitae ipse eruditionis vir Ludolphus Küsterus, qui eadem e Bodleiano codice descripta et collata cum codice If. Vossii nouae suae, quam parat, Aristophanis editioni adiunget. [quod factum esse in nota subiecta notauimus. At Küster. vel non satis diligenter descriptum exemplar habuit, vel minus fide reddidit. Saltem vir quidam doctus in apographo suo eorundem scholiorum e cod. Barocciano 1697. descripto, saepe aliter scriptum deprehendit, quam Küsterus edidit, aut legi in Barocc. testatus est, et varietatem lectionis, nec vero semper sinceræ, vulgauit in *Miscell.* obseru. Belg. tom. I. vol. VII. p. 125 — 132. *Harl.*] Citantur a Suida in *Ἀμύργεια* et alibi, a *Francisco Iunio* in *Catalogo Artificum* p. 124. Galeo ad Antonium Liberalem p. 146. etc. Locum a Salmasio emendatum refert *Sarrau.* in *Epist.* p. 243. *Fabric.* *Brunck.* V. C. tom. I. edit. praemisit Chronologiam fabularum Aristophanis, quarum didascaliae certae sunt, ab Olymp. LXXXVIII. vsque ad XCVII. Praetermissis iis integris, quibus annum, quo actae fuerunt, iam adsignauimus, reliquarum ex illa delibabimus indicatas didascalias. Olymp. LXXXVIII. 1. Archonte Diotimo *Δαιταλῆς*, anno II. *Βαβυλώνιοι*. Olymp. XCI. 2. Archonte Chabria, *Ἀμφιάρεος*. Olymp. XCII. 4. Archonte Diocle, *Πλάτος Α.* Post Olymp. XCVII. *Ἀιολοσίκων* et *Κωκάλος*. *Harl.*

III. Deperditarum Aristophanis Comoediarum longe maior est catalogus, quem hoc loco lectori repraesentabo, adiutus obseruationibus *Iohannis Meursii* in Bibliotheca Graeca Atticaque, *Guilelmi Canteri* et *Guil. Coddacii* in fragmentis Aristophanis, et *Andreae Schotti* in iis, quae praemittuntur editioni Aristoph. an. 1624. et 1670. 12. Suidas et Thomas Magister in eius vita tradunt, ipsum docuisse dramata LIV. vt in altero anonymo vitae scriptore error esse videatur *μδ.* pro *νδ.* 44. pro 54. Ex his, quatuor: *Ποίησιν*, *Ναύαγον*, *Νῆσος* et *Νίοβιν* alii maluerunt referre ad Archippum. *Fabric.* Fragmenta recognouit, auxit, emendauit et elegantius excudi fecit cel. *Brunck.* tom. III. p. 210 sqq. et catalogum deperditarum comoediarum curatius confectum, multis reiectis, quas vncis inclusas signabo, dedit. Toup. ad Suidam multa loca correxit, quod, quia *Brunck.* in singulis fragmentis iam adnotauit, vbiuis repetere noluim. De fragmentis Aristophaneis diligenter copioseque differit *Burm.* II. in praefatione ad Bergleri editionem pag. 16 sqq. *Harl.*

(*Ἀγχεος*.) Athen. *Pollux* VII. 164, legendum *Ἀνάγχεος*. [vid. *Burm.* praefat. pag. 19.]

(*Ἀγωνισαί*.) *Pollux* VII. sect. 168. [vbi legendum *Ταγηνισαῖς*.]

*Ἀιολοσίκων*. Athen. p. 95. F. p. 276. C. *Poll.* [I. 79. IX. 63. et multis aliis locis a Berglero, meliusque a Brunckio indicatis explicitisque] *Platonius* de Different. Comoediar. qui testatur,

ciano, collato codice, in quo eadem illa Scholia in *Lyfistratam* sunt, Vossiano, nunc Leidensi, primam fecit publici iuris. Illius enim et Scholiorum auctor tradit, drama hoc actum fuisse *ἐπὶ Κωκάλῳ Ἀρχοντι*, τὴ μετὰ Κλείουριτον ἄρχοντι, i. e. Olymp.

XCII. 1. additque, Scholiasten veterem ad vers. 1096. tempus didascaliae huius fabulae ab auctore dictae hypotheseos adsignatum corroborare. Vide de eodem Callia ad eundem Olympiados annum *Corfini* F. A. III. pag. 251 sq. *Harl.*



statur, hanc fabulam mediae comoediae formam, et nulla χορμαὶ μέλη habuisse. Ceterum per filium suum Ararotem docuit et hoc drama et Κωκαλον Aristophanes, ut notat Scholiastes Comici in argumento Pluti. Citatur etiam in Scholiis ad Pacem 740. Suid. in Ἀγοράσαι et ab Hephaestione in Enchirid. Acta post Plutum, adeoque post Olymp. XCVII. [conf. *Tompr.* ad Theocr. Syracus. p. 434. *Burm.* II. praef. ad Arist. Bergleri pag. 18 sq.]

Αιολοσίων δεύτερος. *Athenaeus* lib. IX. [pag. 372. A.]

(Ἀκέρεια.) *Poll.* IV. 125. [Huius nomen omiserunt Bergler. et Brunck.]

(Ἀκλαίης siue Ἀκλαίης siue Ἀκαλλής.) *Gell.* XIX. 13. [vbi legendum Κώκαλος.]

(Ἀμετροὶ παροιμία.) *Schol. Comici* ad Aues, v. 1292. Sed videtur eo in loco laudari Aristophanes non comicus, sed grammaticus.

Ἀμφιάρεος. Hephaest. *Harpocr.* in Δαμπεῖς. *Poll.* II. 176. et saepius. *Suid.* in Ἀχινίς. *Athen.* pag. 158. C. *Apostolius*, *Erotianus* in Λεβηρίδες. [p. 244. ibique *Eustach.*] *Erymol.* M. et *Aelian.* XII. 9. de Animal. *Schol. Aristophanis* ad Ranas 246. ad Nub. 663. ad Pac. 473. Hoc drama per Philonidem docuit Aristophanes, ut legitur in argumento Anium: docuit autem Archonte Chabria, Olymp. XCI. 2. Vide *Sam. Petitum* lib. I. Misc. cap. 9. *Fabric.* Bergler. et Brunck. omiserunt nobile fragmentum in *Schol. ad Aristoph.* Plut. 701. vbi Aristophanes, ab aliis diuersus, Iaso Amphiarao natam tradidit, quam opinionem et fragmentum erudite copioseque illustravit *Hemsterhus.* ad illum locum pag. 233 sqq. *Harl.*

Ἀνάγυρος siue Ἀνάγγυρος. *Suid.* in Ἀργαῖοι Φῶρες, *Poll.* VII. 164. IX. 72. vbi vid. *Hemsterhus.* etc. *Etymol. M.* in Βενέφαλος. *Athen.* p. 133. B. p. 301. A. p. 385. F. p. 650. E. et *Scholiastes Aristoph.* ad Au. 1292. Vide *Casaubonum* IV. 4. ad *Athen.* [P]

(Ἀνταγωνισαί.) Vide infra in Ταγηνισαί.

(Ἀσκληπίος.) *Pollux* lib. II. sect. 59. at ibi non est titulus Comoediae, sed tantum ex Aristophane refertur, Plutum ἐν Ἀσκληπιῷ in Aesculapii templo visum recepisse.

Αὐτόλυκος. *Erotianus* in Ἀμβην p. 88. *Galenus* in lib. I. Hippocratis περὶ αἵθρων. *Schol. Aristophanis* ad Vespas 1020.

Βαβυλώνιοι. Acta Olymp. LXXXIX. 2. Archonte Epicle, actore Callistrato. *Suid.* et *Apostolius* in Σαμίων ὁ δῆμος, quorum locis adde *Meurs.* III. 21. *Attic. Lect.* Laudant et *Aristoteles* III. 2. *Rhetor.* *Steph. Byz.* *Pollux* IV. 186. X. 28. et 38. et 85. et 152. denique 173. *Athenaeus* p. 86. p. 494. D. etc. *Harpocraton*, *Ammonius* in Χολαῖδες, [vbi vid. *Valcken.*] *Hesych.* *Etymol. M.* *Zenobius* proverb. αὐθ' Ἐρμίωνος, *Suid.* in Σίμος, auctor vitae *Aristoph.* et *Scholiastes* ad Aues 1555. et *Archenenf.* 377. 502. et in *Argumento Pacis.* Vide et *Casaubon.* ad *Athenaeum* III. 10. *Sam. Petit.* Misc. I. cap. 3. \*)

Ἀριστοφάνης

\*) Male Βαβυλώνι pro Βαβυλωνίῳ in vet. Lex. biblioth. Coislin. pag. 485. *Harl.*



*Ἀριστοφάνης ἐν τῇ βίβλῳ λέγει· Ἀμφιτρυῶν δ' αὐτῷ γενναϊότερον παῖδα γεννά. Schol. Hesiodi pag. 246. b. \*)*

*Βοηθοί. Priscian. lib. XVIII. [vid. Brunck. l. c. p. 225. Burm. l. c. excludit hanc fabulam, quia Schol. ad Acharn. 3. tribuit illam Aristomeni.]*

*Γεωργοί. Plutarch. in Nicia p. 528. quem hoc dramate Aristophanes perstrinxerat, Hephaest. [p. 42. conf. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 261.] Priscian. lib. XVIII. p. 1212. Etymol. M. p. 234. l. 35. Athen. p. 75. A. p. 111. B. p. 460. Poll. VII. 201. X. 69. Harpocrat. Stob. et Zenobius in prouerb. Αὐτῷ μελετήτων. Scholiastes Theocr. et Aristoph. ad Equit. 959. Ael. H. A. IX. 9.*

*Γῆρας \*). Priscian. lib. XVIII. Etymol. M. in Μορμολυκεῖον, Suid. in Στλεγγίς. Athen. p. 109. 133. A. 287. D. Poll. IV. 180. etc. Harpocrat. Scholiastes Nicandri Theriac. et Phrynichus in Διονύσειον p. 68. Schol. Aristophanis, Vesp. 493. Equit. 577. Laert. IV. 18. vbi vide Menag. .*

*(Γηρόγαρδος, vel, vt alii scribunt, Γηρίλορδος vel Γηρόλορδος senectus curua.) Aelian. Hist. Animal. XII. 9. pro quo Meursius in Biblioth. Graeca suspicatur legendum γεωργός aut γεφυρόδης, [Abr. Gron. e cod. medic. coniicit melius γῆρας.]*

*Γηρυτιάδης. Erotianus in Γαργαλισμῷ et Ἐκλαπήσεται. Hesych. Athen. p. 95. F. p. 99. F. 112. F. et saepius. Poll. IV. 181. VI. 111. IX. 46. (vid. Martini von den Sonnenuhren der Alten p. 20. nr. 47.) X. 59. 91. et saepius. Harpocr. Etymol. M. et Scholiastes Sophoclis ad Electram et Schol. Aristoph. Vesp. 1300. [vid. Tourp. ad Suidam III. 288. Bentl. resp. ad Boyl. p. 167. verf. Lennep. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 75. emendat fragm. apud Athen. III. p. 112. Burmann. praefat. p. 26.]*

*Γλαῦκος. Pollux III. 3.*

*(Γόητες.) Athen. lib. XIV. nisi legendum ibi Aristomenes pro Aristophane.*

*Δαίδαλος. Suid. Athen. p. 316. A. (vid. Brunck. p. 234.) p. 374. C. etc. Poll. VII. 100. Hesych. Phrynichus in Κάκκαβον p. 80. Erotianus in Ἀνεκός. [vbi vid. Eustach. p. 50. edit. Franz.] Clemens VI. Strom. p. 628. vbi ait Platonem Comicum et Aristophanem Daedalo sua inuicem suffurari.*

*Δαιταλεῖς, siue attice Δαιταλῆς. Athen. 119. C. 127. C. etc. Poll. VII. 153. etc. Harpocr. Etymol. M. Phrynichus et Thomas Magister Lex. Attic. in Ἀρεσῆς, Galenus in prooemio Lexici Hippocratei, [de quo loco conf. Brunck. pag. 236 sq. Casaubon. ad Athenaeum III. cap. 32.] Suidas. Vide Nunnesium ad Phrynichum p. 13 sq. \*\*).*

*Δαοναῖδες*

*\*) Videtur drama poetae innui, nisi verba ἐν βίβλῳ referenda sint ad sequentia, quod in βίβλῳ, vrbe Phoeniciae Amphitruo cēt. Potius sensus est: ὁ γῆρας (scil. Διδύμης) ἐν τῇ βίβλῳ Ἀριστοφάνης λέγει etc.*

*υ) De hac et fab. Γηρυτιάδ. vid. Burmann. praefat. ad Aristoph. pag. 21. Harl.*

*ω) Prima haec Aristophanis comoedia Olymp. LXXXVIII. 1. actore Callistrato. conf. Sam. Petit. lib. I. Miscell. cap. 2. Schol. ad Aristoph. Nub. 529. Moeris in Θωμῶν, vbi vid. Pierfon. pag. 190. Locum apud Suidam voc. Τρονίας οἶτος corrigit Pierfon. ad Moeris in Τρονίας e Photii Lex. MSto. Burmann. II. praefat. ad Aristoph. pag. 18 sqq. Harl.*



**Δαναΐδες** vel **Δαναοί**. *Athen.* p. 57. A. 114. C. etc. *Poll.* II. 76. etc. *Suid.* in *Αταλαΐπωρον*, *Λύλεις*, *Ἀργύρειος* [P] et *Κλεταγόρα*. Scholiaſtes *Aristoph.* ad *Plutum* et *Pacem*. *Etymol. M.* in *Αταλαΐπωρον*.

**Δηλία**. *Athen.* pag. 373. A.

**Διοναύαγος**. *Iupiter naufragus*. *Pollux* X. 8. [vbi vero legendum est ſect. 33. *Δῖς ναύαγος*: at dramatis auctor aequae ac titulus est incertus.] Vide et infra in *Ναύαγος*.

(*Διόνυσος*.) *Athen.* lib. XIV. niſi et ibi pro *Aristophane* legendum *Aristomenes*. [vid. *Casaub.* ad *Athen.* lib. XIV. cap. 17. *Burm.* praefat. pag. 27. med.]

**Δράματα**. Apud *Pollucem* laudatur *Aristophanes* ἐν δράμασιν ἢ *Νιόβῃ*, et ἐν δράμασιν ἢ *Κενταύρω* vel *Κενταύροις*. Videndus *Casaubonus* VII. 14. ad *Athenaeum*, vbi ſuſpicatur, quatuor Comoedias, de quarum auctore, *Aristophane* an *Archippo*, (vide *Anonymum* in *Comici* vita, quae ſcholiis Graecis praefixa eſt.) Criticis non conſtabat, *Nioben*, *Centaureum*, *Infulas* et *Poeſin* ab aliquo in vnum corpus coniecta, et titulum dramata ei inſcriptum fuiſſe. At enim non de *Centauro*, ſed de *Ναυαγῶ* dubitabant veteres Critici. Apud *Hefych.* in *Βύρσαν* male ἐν δράμασι pro ἐν δράμασι. [vid. loca apud *Brunck.* pag. 243 ſqq. adde *Burm.* l. c. p. 24.]

**Εἰρήνη β**. Iam *Eratoſthenis* aetate non exſtabat, qui dubius haeret, an *Aristophanes* Comoediam *Pacem*, quae etiamnum habetur, bis docuerit, an binas hoc titulo conſcripſerit, vt innuit *Crates* Grammaticus apud auctorem argumenti *Εἰρήνης* *Aristophaniae*. [*Eufſath.* ad *Iliad.* p. 129. l. 261.]

**Ἐρεχθεύς**. - *Eufſath.* ad *Odyſſ.* μ', p. 1720. l. 25.

(*Ἠνίοχος*) niſi apud *Pollucem* [X. 119. et *Casaubon.* ad *Athen.* IX. cap. 18.] pro *Ἠνιόχῳ* legendum ἢ *Νιόβῃ*. [vt hodie recte legitur.]

**Ἡρώες** x). *Laertius* VIII. 34. *Athen.* pag. 409. C. *Poll.* VII. 15. 16. 21. 133. 167. etc. *Suid.* Scholiaſtes *Comici* ad *Aues* 799. et *Stephanus Byz.* in *Ἀργος*. [cuius fragmentum emendat *Brunck.* p. 246.] *Etymol. M.* in *Πίνω*.

**Θεσμοφοριάζουσαι** ſive **Θεσμοφοριάσασαι**, vt ſecundas *Aristophanis* *Theſmophoriazuſas* inſcribit *Demetrius Troezenius* apud *Athenaeum* lib. I. p. 29. A. [at male: nam non erant diuerſa dramata, ſed poſterior fabula fuit prioris emendatio. vid. *Burm.* l. c. pag. 23.] [lib. XV. p. 690. D. coll. *Pierſonii* nota 1. ad *grammat.* *Herodianum* poſt *Moerin* pag. 437.] Confer *Sam. Petitum* lib. I. Miſc. cap. 13. Ex his locum inſignem de muliebri cultu et ornatu proſerunt *Clemens Alex.* III. 12. *Paedagog.* et *Pollux* VII. 22. Emendat *Salmaſius* pag. 1148. ad *Solin.* (p. 808. edit. *Ultraieſt.*) Idem drama citatur, a *Suida* in *Λακωνίζω* et *Λύκος ἔχανε*, et *Ἀλφάνος*, *Harpocratiſ* in *Πύλῳ*. [Plura vid. apud *Brunck.* p. 248 ſqq.]

*Κένταυρος*

x) Fragmentum apud *Suidam* v. *Ἀμφορεαφ.* ex *Polluce* X. ſect. 75. 172. corrigit *Pierſon.* ad *Moerin* pag. 62 ſq. idem fragm. apud *Polluc.* VII.

ſect. 15. ad *Herodianum* poſt *Moerin* pag. 445. not. 2. emendat. *Harl.*



**Κένταυρος** siue **Κένταυρος**. *Pollux* VII. 24. [quem locum correxit *Brunck.* p. 244.] et saepius. *Hefych.* *Athen.* p. 629. C. *Suid.* in *Πρόδικον*. Vide et supra in *Δράματα*, solet enim citari *Aristophanes* ἐν *δράμασιν* ἢ *Κένταυρον*. [conf. *Toup.* cur. nouiss. ad *Suidam* p. 271. edit. *Lipf.*]

(**Κιθαριστής**.) *Athen.* p. 681. C. Sed illa *Antiphanis* est, non *Aristophanis*.

**Κιθαροδός**. *Hefych.* in voc.

(**Κόραϊ**.) *Ammon.* in *Διέφθασται*, [p. 40. vbi vid. *Valckenar.* et *Burm.* in praef. ad *Arist.* p. 25. fin.] pro quo legendum quidam suspicantur *Ὠραϊ*. [quod contra *Valcken.* probat *Brunck.* p. 214. Locum emendat *Pierfon.* ad *Moerin* p. 128.]

(**Κότυλος**.) *Pollux* X. 23. [P] segm. 85. [vbi vid. interpr. qui e codd. melius restituerunt locum, comprobante *Brunckio* p. 214]

**Κάκκαλος**. *Erotianus* in *Φῶδες*, *Stephanus Byz.* in *Κόρινθος*. *Athen.* [p. 156. C. p. 478. D. quem locum emendat *Toup.* ad *Suidam* III. 72. nec tamen in omnibus comprobat *Brunck.* p. 252.] *Hefych.* *Pollux* VII. 162. *Harpocr.* [in *Πῶμαλα* emendatus a *Toupio* ad *Suid.* III. 71. adde *Burm.* praef. p. 28.] *Zenobius* in prouerbio *Χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος*. *Macrobius* V. 18. Acta est haec Comoedia post *Plutum*, adeoque post *Olymp.* XCVII. et post decretum, ne quis nominetepus in theatro perstringeretur. Vide scriptorem graecum vitae *Aristophanis*, et quae supra in *Αἰολοσίκων*. Porro *Philemonem* in *ὑποβολιμαίῳ* suo hoc Comici drama aemulatum notat *Clemens Alex.* VI. Strom. p. 628. [Laudatur haec fabula a *Gellio* XIX. 13. vbi pro *Κάκκαλος* male scriptum erat *ἀκκαλὴς*, vel *ἀκαλὴς*.]

**Λήμνια** <sup>9)</sup>. *Ammon.* in *Τύραννον*. vbi vid. *Valcken.* *Harpocr.* *Athen.* 299. B. 302. D. et alibi. *Poll.* IX. 126. X. 25. *Etymol. M.* *Suid.* et *Hefych.* in *Δοριαλλός*. [vid. *Brunck.* pag. 254. etc. *Burm.* p. 28.]

**Ναύαγος**. Vide supra in *Δράματα*. [idem forte, quod *Δὲς ναύαγος*.]

**Νεφέλαι** siue *Nubes priores*, actae Archonte Isarcho *Olymp.* LXXXIX. 1. in festo *Lenaeis*. Vide graecum argumentum *Nubium* posteriorum, quae exstant. [*Diogen. Laert.* in *Socr.* II. 18. vbi *Menagius* errat, et corrigitur a *Brunckio* p. 256. *Schol.* ad *Nub.* 520. 543. etc. ad *Vesp.* 1039.]

**Νῆσοι**. [*Schol.* ad *Aues* 297. 440.] *Etymol.* *Pollux*, *Scholias* *Eurip.* *Stob.* *Suid.* *Hefych.* Ab aliis relata est ad auctorem *Archippum*. Supra in *Δράματα*. *Pollux* IX. sect. 89. de hoc dramate: Εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δράμα ὡς Ἀριστοφάνους ἢ γνήσιον. Ita enim legit illum locum *Casaubonus* II. 15. et IX. 17. ad *Athenæum*, [sed conf. *Polluc.* IX. 89. et *Brunck.* p. 257 sq.]

**Νικαί**. *Suid.* nisi legendum *Νῆσοι* vel *Σκηναί*. [Sed citatur a *Schol.* ad *Lyfistr.* 288. et ex eo a *Suida* in *Σιμός*.]

A a a a

(Νιόβη.)

<sup>9)</sup> Hanc comoediam respicit *Cicero* II. de legibus, 15. vbi *Aristophanem* poetam vocat facetissimum. vid. *Valesium* p. 209. ad *Eusebium* lib. II.

de vita *Constantini* cap. 5. *Fabric.* *Cicero* ad loc. in *Auib.* 874. respexisse videtur *Burm.* pag. 27. *Harl.*



(Νιόβη.) (ab aliis tributa Archippo,) Pollux, Schol. Euripidis ad Phoeniss. vbi citatur Aristophanes ἐν δράματι Νιόβης. Forte leg ἐν δράμασιν ἢ Νιόβη. Vide supra in Δράματα. (Ὁβριμος.) Pollux X. 3. 22. [sed est fab. *Antiphanis*, cuius nomen restitutum est ibi in edit. Pollucis Hemsterh.]

Ὀλκάδες. *Athen.* p. 91. C. p. 111. A. et saepius Schol. *Aristophanis*, [ad Nub. 699. Acharn. 122. 710. Vesp. 590. Au. 1283. Lysistr. 723.] Pollux IX. 60. etc. Hesych. Suid. Harpocr. et Stephanus Byz. Galenus I. de Alimentorum Facult. tom. IV. p. 316. \*)

Πελαργοί. Schol. Aristoph. ad Plutum 84. 665. et Vesp. 1231. *Athenaeus* p. 247. A. 368. E. Harpocr. *Pollux* X. 174. VII. 105. *Thomas Mag.* vocibus atticis in Σημεῖον <sup>aa</sup>).

(Πελασγοί.) *Athen.* lib. IV. sed et ibi legendum Πελαργοί. Nam et apud *Pollucem* X. 44. clarissimus Hemsterhusius ita reperit in MSS.

(Περιαγγεύς.) Vide innox Περιαλγής.

Περιαλγής. Schol. Aristophanis ad Aues 1297. vbi Meurf. legit Περιαλγῆ pro Περιαγγῆ, [Plato Comicus quoque scripserat fabulam Περιαλγής.]

(Πλατανισαί.) Etymol. M. in Αἰδοιέσματος, nisi legendum Ταγηνισαί.

Πλέτος α'. Acta haec comoedia viginti annis ante Plutum secundum, (qui exstat,) Olymp. XCII. 4. Versus, quem ex Pluto secundo profert *Athenaeus* lib. IX. legitur in comoedia huius nominis, quae exstat, v. 1128. Vicissim, quae in Pluto α'. adfert Scholiastes Aristoph. ad Ranas v. 1125. in illa non occurrunt. Vnde recte colligit *Meurfus*, priorem Plutum periisse, posteriorem ad nos peruenisse. [P] [sed vide supra ad Plutum, adhuc superstitem. In Scholiis Marcian. ἐν Πλέτῳ aliquoties occurrit.]

Ποάστρια. Schol. Aristoph. ad Aues p. 602. [v. 1297. quo loco motus *Burm.* p. 24. non abnegat illam fabulam Aristophani.] Sed haec *Phrynichi* vel Eupolidis potius sunt, quam Aristophanis. Vide *Pollucem* IX. 31. [Phrynicho tribuit *Brunck.* adfertque *Polluc.* VII. 23. et X. 159.]

Ποίησις ab aliis tributa Archippo. Vide supra in Δράματα.

Πόλεις. *Athen.* lib. III. [pag. 104. vbi lege *Casaubon.* III. cap. 9. et *Burm.* l. m. pag. 24 sq.] *Athenaeus* docet idem drama ab aliis tributum Philyllio vel Phrynicho. [priori adserit illam *Brunck.* p. 214. et *Bergler.*]

Πολύεδος. *Etymol. M. Poll.* IX. 31. X. 130. Suid. Stob. Apostolius. [*Moeris* p. 286. in Ὁὐκ ἀπήκες.]

Προαγών. *Athen.* p. 80. A. 95. D. 380. D. 422. F. etc. *Poll.* X. 44. Schol. Aristoph. Vesp. 61. Suid. in Σταθρόν.

Προαγόμενοι.

2) Citatur a Schol. Veneto ad Homeri Iliad. v. 182. adde *Burm.* praef. ad Aristoph. p. 21. *Harl.*

aa) Citatur a *Moeride* in voc. Βαλανεύς, p. 92. vbi vid. *Pierfon.* Grammaticus *Herodianus* post

*Moerida* pag. 462. in Σημεῖον adducit nostram fabulam et priorem articuli partem debet illi *Thomas Mag.* in eodem voc. memor. adde *Burm.* l. c. pag. 21 sq. *Harl.*



Πυθαγόρειοι. *Athen.* lib. IV. [p. 161. quem locum sanauit Brunck. e codice.]

(Σέριφοι.) Schol. Aristophanis ad *Vespas* 74. [nec vero hic tribuitur Aristophani: est enim Cratini.]

(Σκηναί.) *Athen.* [pag. 169. C. de quo loco vid. Brunck. p. 265. qui plura adfert.] Harpocr. Hefych. in *Τριτοσάτης*. Alii hoc drama Platoni Comico adscribere. [Est titulus sequentis fabulae decurtatus.]

Σκηναίς καταλαμβάνεσθαι. Hefych. Harpocr. *Athen.* p. 286. p. 628. E. *Poll.* [VII. 157. X. 144. et 202. etc. *Hemsterh.* ad *Poll.* X. 19, 67.] Etymol. M. Scholiastes Aristoph. ad *Equit.* 422. [*Burm.* p. 25.]

(Σκύθαι<sup>bb)</sup> ἢ ταῦροι.) *Pollux* lib. X. sect. 168. Sed eundem versum idem *Pollux* lib. VII. sect. 59. non Aristophani tribuit, sed *Antiphani*.

[Schol. Marcian. ad Homer. *Iliad.* ψ. i. ad πτόλιν, κῆταί, αἰτ, δὲ καὶ παρὰ Κωμικῶ ἐν Σωσίππῳ; vbi igitur, nisi vel lectio falsa sit, vel alius comicus intelligatur, nomen incognitae fabulae Aristophaneae proditur. *Harl.*]

Ταγηνισαί. *Athen.* [p. 96. C. 107. F. 110. F. 374. F. et saepius. conf. Brunck. pag. 267.] Suid. in *Ἀφύα*, [in *Πρόδικος* vbi vid. Küster.] *Poll.* X. 88. et crebrius. Harpocr. Etymol. M. Scholiastes Comici ad *Ranas* 295. *Nubes* 360. Tarrhaeus et Didymus, Apostolius. Forte apud Suidam in *Ἀλυσ ἀφ.* pro *Ἀνταγωνισαῖς* et apud Etymol. M. in *Αἰδορ ἐσατος* pro *Πλατανισαῖς* legendum *Ταγηνισαῖς*. [*Herodian.* grammat. post Moerid. p. 465. vbi vid. Pierfon.]

Ταῦροι. Supra in *Σκύθαι*. [*Burm.* l. c. pag. 26 sq.]

Τελμισσοῖς. (Τελμισσοί, Τελμησεῖς, Τελμήσσοντες) *Athen.* p. 308. F. 690. F. Hefych. Etymol. *Poll.* X. 72. 80. 82. *Aristides* Orat. I. sacra tom. I. p. 486. Stephanus Byz. in *Τελμισσοῖς*.

(Τετράμετροι.) Zenob. in *Ἀλεσίαις*. At non videtur intelligi peculiare drama hoc titulo, verum respiciuntur tetrametri iambici, quibus passim Aristophanes vitur, et qui ab ipso nomen habent *Aristophanii*.

Τριφωλῆς. *Athen.* p. 525. A. et 121. Harpocr. *Poll.* IX. 9. X. 162. Hefych. Suidas in *Τῶν τριῶν κακῶν*, [*Eudor.* in *Viol.* pag. 237.] Constantinus Porphyrogen. cap. 23. de Administ. Imper. Stephanus Byz. in *Ἰβηρίαι*. [conf. *Toup.* in *Addendis* ad Theocrit. p. 409. *Brunck.* p. 273 sq.]

(Φιάλαι) apud Harpocrat. in *Ζύσις* corruptum est, nam legendum: *Ἀριστοφάνης ἐν νεφέλαις*. [vbi respexit vers. *Nub.* 70.]

Φιλωνίδης. *Athen.* lib. VIII. p. 472. C.

Φοινίσσαι. *Athen.* p. 62. D. 90. A. 154. E. *Poll.* VII. 199. X. 17. 119. 155. *Burm.* praefat. p. 29 sq. et *Brunck.* p. 275.] Suidas in *Ἀκαλήφῃ*.

Α α α 3

Ω ρ α ι.

bb) Scythas Athenas vocabant publicos seruos, qui in iudiciis petulantiam litigantium compescabant. vid. *Casaubon.* ad *Athen.* VI. 10.



"Ωρεαι. Hesych. *Athen.* [p. 372. B. de quo loco aliisque vid. Brunck. p. 274 sqq.] *Poll.* VII. 13. Scholiastes Aristoph. Au. 874. Vide et supra in *Kérai* et *Sam. Petitum* ad Leges Atticas pag. 2. Locus insignis, quo Athenas laudauit, est apud *Athenaeum* IX. pag. 372. *Fabric.* adde *Casaubon.* ad *Athen.* lib. IX. cap. 3. p. 406. et de argumento *Burm.* II. in praefat. pag. 26. *Harl.*

IV. Scholia siue Commentaria Graeca in Aristophanem edita haecenus sunt quadruplicia. *Prima* antiqua sunt et pererudita ad Comoedias nouem primores, in variis codicibus priscis reperta et ad Aldi Manutii [P] preces descripta ac recensita a *Marco Musuro* Cretensi. Collegerant illa *Thomas Magister*, [*Ioan. Tzetzes*] *Demetrius Triclinius* aliique recentiores Graeci ex variis grammaticis antiquioribus, qui in Aristophane illustrando operam suam olim collocarunt, quales fuere, vt ex ipsis scholiis licet colligere, *Apollonius*, *Aristarchus*, *Aristophanes* Grammaticus, *Callimachus*, *Callistratus*, *Didymus*, *Eratosthenes*, *Lycophron* Grammaticus, *Symmachus Atheniensis*, et *Theon* (\*). Vnde non mirum est verba Comici in hisce, perinde vt aliorum poetarum in suis, frequenter in diuersam, haud raro etiam in contrariam, exponi sententiam. Facile etiam hinc componi potest controuersia, quae exercuit

cc) Conf. Küsteri praefationem fol. 3. vbi, Scholia, inquit, Musuriana, partim a peruestis iisque clarissimi nominis Grammaticis — conscripta sunt, quae proinde non mirum si optima sint notae, veramque et priscam illam eruditionem sapiant; partim auctores habent *Thomam Magistrum* et *Ioannem Tzetzem* aliosque forte illius aetatis Graeculos. — De *Thoma Magistro* et *Ioanne Tzetze* omne dubium mihi exemerunt excerpta scholiorum in Aristophanem ex cod. msto Vaticano MCCXCIV. qui fuit quondam Fuluii Vrsini, itemque excerpta ex cod. Vrbinatē CXLI. in eadem bibliotheca. Horum enim codicum prioris excerpta praefereunt nomen *Thomae Magistri*; posterioris, *Io. Tetzae*; in quibus quae leguntur, maxima ex parte in editis ad Aristophanem scholiis autographis quoque occurrunt. Haecenus Küster. Ex aliis praeter ea veterum commentariis conflata esse nostra Scholia, patet ex cod. graeco a *Villoisonio* in Proleg. ad Homerum p. XIX. detecto, in cuius folio XLIII. recto legitur: *Κεφάλαια, (ταῦτα σχόλια) ἐκ τῶν Ἡλιόδωρου παραγίγραπται ἐκ τῶν Φαάνου, καὶ Συμμάχου, καὶ ἄλλων τινῶν.* Librarii autem modo contractiora, modo liberaliora ex aliis, nunc vetustioribus, nunc recentioribus exemplaribus aut veteribus grammaticis atque lexicographis, comoediis, quas sua manu descriperant, more suo Scholia aut glossas adiecerunt. Hinc passim reperiuntur codices, in quibus occurrunt Scholia, a vulgatis interdum hinc inde diuersa aut locupletiora aliis: qua de diuersitate iam disserui

in praefatione ad Aristophanis *Nubes*, et ex *Iriar-ti* Catalogo diuersitatem scholiorum, codici Matri-tensi adscriptorum, significauit. Sic *Hemsterhus.* ad *Arist. Plutum* ex cod. D'Orvilliano, et *Brunck.* crebro in sua editione ex codd. mstis adtulerunt grammaticorum veterum ad Aristophanem adnotationes variatas aut antea nondum editas. Pariter alii in aliis codicibus, vel nondum vel non recte pleneque collatis, diuersitatem deprehendent illam, quae quidem amorem veterum erga Aristophanem et frequentem vsum atque interpretationem illius comoediarum ab antiquissimis temporibus paene aequae declarant, ac supra de antiquioribus Homeri commentatoribus animaduertimus. De *Symmachi* interpretatione fideque vide exemplum in Scholiis ad *Plutum* v. 1012. ibique notam *Hemsterhusii* p. 361 sqq. atque pag. 366. animaduertit *Hemsterh.* *Symmachum* confecisse commentarios ad primum *Plutum*. Atqui *Symmachus* cum reliquis quoties laudetur in Scholiis, id patebit ex indice auctorum in illis nominatorum. Veteres quoque grammaticos signa critica adposuisse Aristophani, patet ex multis Scholiastarum locis, de quibus doctē egit *cel. Villoison.* in Prolegom. ad Homerum, et multa loca excitauit p. XIX. memorat quoque codicem, in quo ad finem *Nubium*, adspersa erant illa σημεῖα, seu signa critica, quae a nostris editionibus exsulare, merito dolet *Dausquius* in *tractatu quinto* p. 169. antiqui nouique Latini Orthographiae, *Tornaci* Neruiorum 1623. in diple ὁμοιότη. *Harl.*



cuit viros <sup>ad</sup> eruditos, ambiguum esse ducentes, vtrum Suidas, in quo iisdem multa verbis atque in scholiis ad Comicum leguntur, exscripserit Aristophanis Scholiasten, an hic Suidae fuerit compilator. Nimirum dubitari nequit, Suidam, vtpote longe iuniorem, grauius vsum fuisse Grammaticorum veterum, vti in alios poetas, ita in Aristophanem praecipue commentationibus, vel certe commentationum illarum antiquioribus excerptis, etiam nonnulla integriora, quam hodie exstant, habuisse: [vid. supra ad Nubes Aristophanis adnotata.] at vicissim Mufurus, qui illa Scholia ab aliis, vt dixi, excerpta, digessit ac descripsit, Suidam hinc inde potuit habere ante oculos, et ex eo interdum illa supplere atque emendare, [etiam interpolare.] Ad Vesp. 542. dicitur ἐν τοῖς ὑπομνήμασι ἔτω γέγραπται.

*Secunda* Scholia sunt in easdem nouem Comoedias hinc inde ad Mufuri editionem adiecta a curatore Florentinae editionis *Arsenio*, Archiepiscopo Monembasiae, nec adiecta ex codicibus MSS. verum, vt *Richardo Bentleio* in Apologia dissertationis de Epistolis Phalaridis p. 22. obseruatum est, e Galeno, Athenaeo, Suida, Eustathio et aliis vulgatis scriptoribus decerpta. Florentinam tamquam auctiorem, non Aldinam sinceriorem editionem secuti sunt, qui postea Aristophanem cum scholiis edidere Basileenses ac Geneuenses, [Küsterus tamen bene coepit Aldina, signis additis, distinguere a Mufurianis.] Etiam *Thomas Magistri* MSta ad Νεφέλας Scholia e Biblioth. Renati Morelli citat *Io. Pricaeus* ad Apuleii Apologiam.

*Tertia* Scholia debentur *Odoardo Biseto*, Tricassino, quae [ex Suida et Eustathio potissimum confarcinata] occurrunt in editione Geneuensi, [atque Küsteriana,] et vniuersas vndecim comoedias illustrant. De hoc Biseto in Francisci Pithoei Pithoeanis, a Teisserio editis, legas haec verba: *Bizet, qui a fait sur l'Aristophane, estoit controlleur des guerres et Seigneur de Charlay. Il demouroit en cette ville, et se retira pour la religion. Il a tout pris des dictionnaires grecs. Il estoit nostre cousin.*

*Quarta* denique Scholia graeca [leuia nec raro ieiuna] in solas conscripta Thesmophorizusas sunt ab *Aegidio Burdino*, Aduocato et Procuratore Generali Parlamenti [P] Parisiensis, editaque Parisiis 1545. 8. et inscripta Francisco I. Galliae Regi, et ab eo tempore reclusa in editione Aristophanis Geneuensi.

#### V. Codices msssti atque Editiones Aristophanis.

[Primum codices mstos, quorum notitiam acquirere potui, enumerabo potius, quam recensbo.

*Romae* in Biblioth. Barberina est nr. CCCXXXV. cod. chartac. saec. XV. continens Plutum, Nubes et Ecclesiazusas. — Ex *Montfaucon*. Biblioth. bibliothecarum MSStrum sequentes enotabo codd. — In biblioth. *Ottobon. Romae* (pag. 188.) *Ar.* comoed. etc. (p. 187. A.) *Arist.* comoed. — ibid. in Biblioth. Vatic. olim reginae Sueciae, (p. 35.) *Arist.* Plutus, et (p. 34. nr. DCCCCLXIV.) Comoediae. — in biblioth. *Vatic.* quatuor codd. (pag. 4. A.) et alii tres cum Scholiis, (p. 5. B.) — In biblioth. *Patauina* (pag. 485. E.) *Plutus*: ibid. in bibl. Corradina,

<sup>ad</sup> Vide *Iac. Thomaeum* de Plagio literar. §. 541. et 550 sq. et *Georgii Sigismundi Greenii* diss. de Scholiaste Aristophanis. Witteb. 1695.



Corradina, (p. 488. B.) *Aristophanes*, gr. cum glossis. — *Florentiae* in biblioth. monasterii Benedictin. (pag. 416.) sunt duo codd. quorum alter praebet IV. com. cum Scholiis, alter omnes comoedias. ibid. Nubes aliudque Arist. fragmentum, (p. 415.) — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana (p. 493.) decies, alii plures (p. 530. p. 508. C.) *Arist.* Thesmophor. et Lystrata. — ibid. in biblioth. *Io. Rhodii*, (pag. 489.) *Arist.* comoed. — In biblioth. *Guil. Pelliserii* Abbatiae S. Petri de Selincurte Dioec. Ambianens. (pag. 1199.) *Arist.* Plutus, Nubes et Ranae. — In biblioth. *San-Germanensi* Parisiis est cod. (p. 1042. D.) vers. continens Sclauicam *Arist.* comoediarum. — In biblioth. ducis *Mutinenfis* sunt Aristophanis codd. bene multi, (p. 531.)

In *Anglia* in biblioth. *Bodleiana* (p. 641. nr. XXXIV.) Lystrata, (p. 643. nr. CXXVII.) Plutus; Nubes, Ranae. — in biblioth. *Galei*, Scholia graeca in Aristophanem, (vti dicuntur pag. 684. A.) nondum edita. (Varietates codicum Aristoph. Baroccianorum XLIII. et CXXVII. in locis a Dawesio tentatis, praemisit *Thom. Burgeff.* alteri editioni *Ricardi Dawes* Miscellan. critic. Oxon. 1781.)

In biblioth. regia *Scorialensi* Hispan. (p. 617. C. D.) *Aristophanis* (nescio cuius? quod tamen hic referam:) *interpretatio dictionum prophetarum et apostolorum*; — *Aristoph.* comoediae aliquot, bis *Aristoph.* Plutus et Nubes et Ranae, cum Scholiis. In *Plüers* Reisen durch Spanien pag. 158. et *Ed. Clarkii* Epistol. de hodierno statu Hispan. pag. 396. (secundum versionem Koehleri theodiscam,) memoratur cod. tres illas comprehendens com. et alius, Ranas continens.

In bibliotheca quadam *Constantinopolitana* exstitisse dicuntur *uniuersas Aristophanis comoediae*, teste catalogo librorum msstor. graecorum, qui Constantinopoli apud Christianos olim adseruabantur, in Noua librorum rariorum collectione etc. fasc. III. p. 442. Halis Magdeb. 1710. 8.

*Venetis* in biblioth. D. Marci, secundum catalogum, p. 248. cod. chartac. CCCCLXXII. *Aristoph.* Plutus, Nebulae, Ranae, cum quibusdam notis marginalibus, in 8. — pag. 250. cod. CCCCLXXIII. chart. in 8. Plutus et Nebulae, — ibid. cod. membran. CCCCLXXIV. in 4. com. VII. cum Scholiis marginalibus, quae vt plurimum conueniunt cum editis Basil. 1547. — ibid. cod. membran. in fol. com. VII. cum Scholiis, quae in edit. Basil. eadem; praemittitur apospasmation *Platonii* de differentia et diuerso caractere comoediarum, nec non vita Aristophanis ab anonymo scripta, vt in memorata editione. Alia praeter ea vita habetur, quae incipit, *Ἀριστοφάνης ὁ Κωμωδοποιὸς, Φιλίππε μὲν ἦν παῖς, Ἀθηναῖος, Κυδαθηναῖος τὸν δῆμον.* — pag. 316. cod. chartac. DCXVIII. in 4. Plutus et Nebulae, praecit vita. — Alium coddicem nr. CCCCLXXIV. in quo sunt *Aristoph.* Plutus, Nubes, (ad quarum finem adspersa sunt veterum signa critica,) Ranae, Equites, Pax et Vespae, detexit et memorauit cel. *Villoison.* in Prolegg. ad Homerum p. XIX.

Inter codices *Nanianos* graecos *Venetis*, teste catalogo illorum, Bononiae 1784. fol. pag. 477 sq. cod. CCLXXXII. nr. 2. vita Aristophanis, quae in edit. Aldina tribuitur Thomae Magistro; nr. 3. *Arist.* Plutus cum Scholiis inter lineas scriptis, et nr. 4. Nubes cum similibus Scholiis et in margine.

In biblioth. *Laurent. Medic.* Florent. teste Bandinio, tom. II. Plut. 31. cod. chart. IV. pag. 80. Plutus, Nubes, Ranae, Equites, cum prolegomenis ex Hephaellione, Demetrio Triclinio,



Triclinio, Platonio, et Thoma Magistro, argumentis, scholiis marginalibus, quae quidem breviora sunt editis, ex iis tamen contracta, deficiunt autem in vltima comoedia a versu 271. et cum glossis interlinearibus: — ibid. cod. chart. XIII. p. 87. eadem fabulae, cum prolegomenis, glossis interlinearibus et scholiis marginalibus. — ibid. pag. 89. cod. XV. com. VI. Acharn. Concionantes, Equites, Aues, Vespae, Pax, quae tamen fere omnes non integrae sunt, cum scholiis marginalibus — et cod. XVI. com. VIII. sine vllis scholiis. — ibid. pag. 91. cod. XIX. Plutus sine scholiis, et p. 93. cod. XXII. Nubes, cum scholiis, glossis interlinearibus, et argumento. — ibid. p. 113. cod. XXXV. Plutus, Nubes, Ranae, cum scholiis vberimis et glossis interlinearibus. Nubium tria sunt argumenta praefixa, et cod. XXXVI. Plutus et Nubes. — Tom. III. plut. 91. inter codices Gaddianos, p. 423. cod. VII. membran. cum argumentis et titulis comoediarum rubrica exaratis, Plutus cum prolegomenis Thom. Magistri, scholiis duobus de comoediis, quae sequuntur haec: *σκολιά λέγεται παροιμία, μέλη τὰ ἐπὶ τῷ συμπόσιῳ ἀδόμενα* etc. tum Aristophanis grammatici argumentum versibus iambicis, sed instar solutae orationis exaratum et alia argumenta: Nubes cum argumentis, Equites cum tribus argumentis, Ranae cum totidem argumentis. — Citatur quoque Comicus in Florilegio sententiarum, tom. I. p. 253. et in Violar. compos. ibid. p. 549.

In bibliotheca regia *Matritensi*, adnotante *Iriarto*, pag. 163. in cod. XLVII. fol. 187. *Aristoph.* Plutus. — pag. 178. cod. LIII. Plutus, Nubes, Ranae et Equites, cum frequentibus scholiis atque adnotationibus, praemissa vita et argumentis cuilibet fabulae praefixis. Hinc inde differt cod. ab editis. — pag. 234 sq. cod. LXVII. fol. 21 sqq. *Aristoph.* vita, cum Platonis in eam epigrammate, (quod iam dederat p. 98. ex alio cod. cum versione *Ioannis Otei*, bibliothecae regiae subcustodis, cuius, satis intercepti, vitam meritaque p. 235. in nota valde celebrat.) Plutus, cum scholiis, quae a vulgatis saepe discrepant; Nubes, cum argumento, ab *Iriarto* primum promulgato, et in mea editione Nubium p. 11 sq. repetito, atque scholiis, quae ab editis plerumque sunt diuersa; pag. 264. cod. LXXII. fragmentum ex *Raniis* etc.

In bibliotheca *Leidensi*, secundum catalogum, p. 394. cod. Vossian. LII. *Aristoph.* *Lyfistratae* pars cum scholiis, et pag. 403. cod. Vossian. XXIII. Scholia graeca in *Arist.* *Lyfistratae* recens descripta. — pag. 399. MS. Vossianum, s. index scriptorum, quorum sit mentio in variis scriptoribus, vol. II. ex Scholiis Aristophanis etc. — pag. 398. cod. Vossian. LIX. *Aristoph.* iunioris epigramma in *Oedipum* cum aliis.

In bibliotheca regia *Parisi*. multi occurrunt codd. in quibus vel plures vel pauciores continentur comoediae. Omnes vero singulatim repetere, molestum foret. Sunt nempe Plutus in XVI. codd. Nubes in XIV. Ranae in VII. Equites in quatuor, Aues in tribus, Acharnenses in totidem, Concionatrices in duobus, *Lyfistrata* in duobus, et Pax in totidem codd. msstis. In primis laudatur cod. DCCXII. saec. XIII. exaratus, necdum illo quidem tempore quo catalogus editus est, collatus, at multarum variarum lectionum plenus, cum scholiis vberioribus, qui comprehendit Nubes, Ranas, Equites, Aues, Acharnenses et partem Concionantium longe maiorem. Post catalogum typis expressum in biblioth. regiam illatus est cod. quo continentur Plutus, Nubes, Ranae, et cuius V. L. habuit *Bruack.* vid. notas in Ranas p. 147. Codex MMDCXCIX. praebet viri cuiusdam docti notas in Aristophanis Scholiasten, ubi varia illius loca aut suppleantur aut emendantur. — in cod. MMMMMMDCCXIV. est versio



actus I. Pluti latina, interprete *Leonardo Arstino*. — cod. MMMMMMMMCLXXXI. rerum cod. MMMMMMMMCCCCLE. continet Aristophanis Equites cum glossis et adnotationibus. Isaaci Casauboni, a Küstero in lucem editis.

In biblioth. *Bavarica* nr. CCXXVI. cod. *Aristophanis* Plutus, Nubes, Ranae, Concio matricae. Varias Nubium et Ranarum lectiones iam dedi in mea editione: reliquarum V. L. in scriniis serua.

De cod. *Elbingensi*, qui continet Plutum, Nubes et Ranas, egit cl. *Trendelenburg* in noua biblioth. philologica et crit. Gottingae, 1780. 8. vol. I. fasc. I. et dedit V. L. Pluti. Ego vero varias Nubium et Ranarum ex illo excerptas lectiones in mea editione exhibui.

In biblioth. *Guelpherbytina* est editio Aristophanis cum notis motis Iosiae Merceri.

In biblioth. *Augustae Vindelicis* est, teste Reisero, *Aristoph.* Plutus in 4. tum *Sacrificantes* et *Eysistrata* in 4.

In biblioth. *Heidelbergensi*, teste Sylburg. olim fuerant codd. Aristoph. comoediae soli. tres comoediae cum scholiis, 4. aliae III. com. cum scholiis; II. com. cum scholiis, 4. III. com. in 8. Plutus et Nubes 4. et Plutus 4. Sententiae Aristophanis et Aeschylis. Hi omnes codices num. in Vaticanam biblioth. transierint, nescio.

In bibliotheca Caesarea *Vindobonensi*, teste *Lambecio* tom. IV. p. 274. in cod. CXLVII. nr. XVI. est initium Pluti cum expositione quadam graeco-barbara. — Secundum *Nessellii Catal.* (ubi in indice et in descriptione codd. aliquoties per ridiculum errorem Aristophani tragoediae tribuuntur,) part. IV. cod. CLXIII. p. 93. non satis clare sic enuntiatum est, „cod. antiquus Bonaequae notae — quo continentur *Aristophanis* et Euripidis fragmenta Tragoediarum cum scholiis.“ — ibid. pag. 109. cod. CXCLIII. *Aristoph. tragoediae* (sic.) Plutus et Nebulae variis scholiis illustratae; eadem comoediae in cod. CCIV. p. 113. et cod. CCXIX. nr. XVII. p. 118. cum scholiis interlinearibus et marginalibus. tum cod. CCXLIX. p. 132. — cod. CCELVIII. p. 134. — eadem et Ranae cum variis notis marginalibus et interlinearibus in cod. CCXX. p. 115. — *Aristoph.* tragoediarum (sic.) fragmenta quaedam, in cod. CCXXVII. p. 106. — fragmenta quaedam in cod. CCLXXXIX. p. 143. — De codd. in Anglia et Hibernia vid. supra ex Montfaucon. adlata: et plures in bibliothecis regnorum M. Britanniae custodiri, constat. — E *Mosquensi* catalogo olim miserat mihi *Matthaei*, in praesenti Prof. Wittenbergensis cel. aliquot fabularum V. L. — In *Hafniensi* biblioth. regia est cod. Aristoph. vid. supra, ad Pindarum.

Quis codices Aristophanis alibi lateant, equidem nescio. At ex hoc indice iam patet, multos superasse codices, in his laud paucos, qui plane nondum aut non adhibita omni cura sint comparati: et longe maiorem esse eorum numerum, qui comoedias, Plutum et Nubes, obscenitate rerum ac verborum minus repletas, contineant. Ex horum nonnullis aliisque collationes lectionum habuerat Küsterus, et quidem ex Vaticano-Vrbinate, Bodleiano, Vaticano-Palatino, Arundeliano et Vossiano. Cl. *Bruck*, praeter suum et Augustanum codicem multis, quos ab initio notarum in singulas comoedias enumerat, Parisinis hausit varias lectiones.

Ad



Ad *EDITIONES* progrediar: quarum historiam criticam iam in praefatione ad Nubes dedi vberiore: de antiquioribus quibusdam copiosus est *Clement* in: *Biblioth. curieuse histor. et critique* tom. I. pag. 82 sqq. adde *Menage* in *Antibaillet*, tom. VII. *Operis Bailleti*, *Jugem. des Savans*, p. 134 sqq. edit. in 4. paucis vero agit *Melchior Ludou. Wedekind* in: *Ausführliches Verzeichnis von raren Büchern*, part. I. p. 195. — Princeps et perrara est editio *Aldina*:

*Ἀριστοφάνης* — *Aristophanis comoedias nouem Plut. Nebulae, Ranae, Eq. Acharn. Vespae, Aues, Pax, Contionantes.* gr. In calce: Venetiis apud Aldum M. III. (1498.) *Idibus Quintilis.* in fol. cum Scholiis graecis.

De hac editione, quae fide et adcuratione ceteris praestat, et, quod ad Scholia inprimis adtinet, a Küstero leuiore cura est comparata, et cuius exemplar in biblioth. Barberina, teste *Catal.* I. p. 71. cum notis mssis in margine est, *Fabricius* haec iam scripserat. „Male *Gesneri* *Bibl.* 1502. siue MCCCCCII. pro MCCCCIIC. apud Aldum Manutium Romanum, qui in Epistola ad Danielem Clarium Parmensem, Professore litterarum humaniorum Ragusinum, Accipe, inquit, nouem *Aristophanis* fabulas: Nam decimam<sup>ee)</sup> *Lyssistraten* ideo praetermisimus, quia vix dimidiata haberi a nobis potuit. Sint satis haec nouem: cum optimis et antiquis, ut vides, commentariis, quibus Graece discere cupientibus nihil melius legi potest, non meo solum iudicio sed etiam *Theodori Gazae* undecunque doctissimi, qui interrogatus quis ex Graecis auctoribus assidue legendus foret Graecas litteras discere volentibus, respondit, solus *Aristophanes*, quod esset sane quam acutus, copiosus, doctus, et merus Atticus. Hunc item *Iohannes Chrysostomus* tanti fecisse dicitur, ut duodetriginta *Comoedias Aristophanis* semper haberet in manibus, adeo, ut pro puluillo dormiens uteretur: hinc itaque et eloquentiam et seueritatem, quibus est mirabilis, didicisse dicitur. Scholia graeca, ut dixi, non composuit, sed tantum ex veteribus codicibus descripsit et recensuit *Marcus Musurus*<sup>ff)</sup>, cuius praefatio graeca praefigitur, in qua inter alia: Τα δ' ὑπομνήματα ταυτὶ καὶ πόνος πολλὸς καὶ χρόνος ἐδέετο μακρὸς, εἰ τις αὐτὰ πρὸς τὸ βέλτιον ἐγχειροῖ μεθαρμόσασθαι σχήματα, ὥν θωπτερον μὲν ἐπεκραιτήσαμεν καίτοι κρείττονος ἢ φέρεται. Περὶ τῶν δὲ μοι κομιδῇ τὰ τῷ χρόνῳ συνέβη. Οὐ γὰρ μόνον τὰς ἐξηγήσεις συνεύρεον ἡγελοαβήσαμεν πεφυμένως τῶς, ὡς ἴσῃ περ καὶ αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ τυπωθεύσας ἤδη ἐπετετραύμεθα διορθῶν. Ad calcem scholiorum in comoediam septimam numero, quae inscripta est *Aues*, leguntur haec verba: Ἀριστοφάνης Κωμωδιῶν ἑπτὰ καὶ τῶν εἰς αὐτὰς σχολίων ἀρχαίους συντεθέντων γραμματικῶς, αἱ δὲ σποραδῶς ἐν ἀντιγραφοῖς κείμενα διαφόροις καὶ πεφυμένως, συνέλεξα τε καὶ, ὡς οἶόν τ' ἦν, ἐπιμαλίσσας διώρθωται παρὰ Μάρκου Μουσῆρος τῷ Κρητῷ. Sed et in octauam deinde, et nonam scholia sequuntur, (in *Ecclesiastus* quidem siue nonam paullo breuiora,) eiusdem haud dubie *Musuri* industria recensitae et emendatae. [P]. *Musuri* praefationi subiectum est *Scipionis*<sup>gg)</sup> *Carteromachi* in *Aristophanem* Epigramma, dehinc sequuntur excerpta ex *Hephaestio*

B b b 2

nis

ee) Undecima quoque *Thesmophoriazusa* in hac edit. desideratur.

ff) De *Musuro*, qui diem obiit supremum Romae an. 1517. agunt *Erasmus* XXIII. 5. Epist. *Paulus Iovius* in elogiis p. 57. *Paulus Freherus* in theatro, (qui male adfirmat, eum fuisse Cardinalem,) *Isaacus Bullart* in Academia scientiarum

et artium tom. II. p. 324. *Antonius Varillasius* in *Anecdotis Florentinis* libro IV. *Petrus Baelius* in *Lexico*, qui merito fidem detrahit *Varillasii* commentis, et *Petrus Lambecius* lib. VI. commentar. de *Biblioth. Vindobon.* p. 278 sq.

gg) Hic *Scipio Carteromachus* Pistoriensis, graece et latine citra ostentationem doctissimus. *Politiani*



mis Enchiridio, et alia *Demetrii Triclinii* de metris quibus Aristophanes est usus, *Platonii* item de differentia et diuerso charactere Comoediarum apospasination, cuius mentionem feci supra cap. XI. nr. 10. Tum Vita Aristophanis ab *Anonymo* scripta et alia breuior a *Thoma Magistro*: denique nonnulla lectu digna de comoediae antiquae, mediae, nouaeque scriptoribus, et numero <sup>hh)</sup> comoediarum. Comoediis ipsis Aristophanis varia sunt argumenta praemissa graeco profario sermone, itemque aliud Iambis, qui tribuuntur Aristophani Grammatico.

[In biblioth. elect. Dresd. est exemplar, quod olim erat Erasmi, qui manu sua pauca adscripsit. adde *Goetz*. Mem. biblioth. Dresd. III. pag. 74. *Sinceri* Nachrichten etc. part. II. pag. 245.

*Eaedem*, gr. Florent. apud Phil. Iuntam. 1515. 8.

Ex Aldina quidem est expressa, sed tamen hinc inde nata est meliores lectiones. \* De hac editione Fabricius iam adnotauerat:] „*Bernardus Iunta* Nouem Comoedias a se castigatas et Philippi Iuntae typis exscriptas dicauit Francisco Accolto designato Episcopo Anconitano. Putabam, inquit, duas quoque notioribus his addere posse nondum ab aliis impressas, quas cito forsitan abs te nostra ope his nouem comitate legi poterunt, si forsitan Euphrosyni Bonini praepositoris tui et aliorum tuorum pariterque nostrorum amicorum promissae, quod credere nequeo, in lenes abibunt auras.

Sed eodem anno iisdemque forma ac typis idem, Bernardus separatim edidit Thesmothiazusas ac Lyssistratam, ut adeo ab illo iam tempore vniuersae Aristophanis vndecim Comoediae manibus studiosorum terantur. Venit iam, verba editoris sunt in praefat. *expectata* dies illa, in qua ex Urbinate Bibliotheca antiquissimum Aristophanis exemplar nacti sumus, ibique inter alias Lyssistratam et Cereri sacrificantes, non alias visas Comoedias inuenimus.“ Libelli huius rarissimi inscriptio haec est:

Ἐν τῇδε μικρῇ βιβλῷ ταῖς ἑξῆς. Ἀριστοφάνους Θεσμοφροιάζεσσαι. Τῇ αὐτῇ Λυσιστράτῃ. In hoc paruo libro haec sunt: Aristophanis Cereris sacra celebrantes. *Eiusdem* Lyssistrata. in 8. In calce: „Bernardus Iunta lectori S. Habes candide lector nusquam hactenus impressas binas Aristophanis comoedias. Sacrificantes feminas atticamque Lyssistratam, quas ex cod. adeo vetusto excerptimus, ut altera interdum dictionis pars ibi desideretur. Si quid igitur in illis, quod tibi molestum sit, inuenies, quia ἀπαρallάττως eudere nolimus, id euenisse scias. Vale. His summa manus imposita est, quinto Kl<sup>o</sup> Februarii M.DXV. (1515.)

Politiani discipulus fuit, et notus est scripta Oratione de laudibus graecarum litterarum ad Dan. Renerium nobilem Venetum, quam H. Stephanus praefixit Thesouro Graecae Linguae et meliorem separatim edidit *Ioh. Fasoldus* Baruthi an. 1690. Graeca huius Carteromachi Epistola, cum epigrammate graeco, praemittitur Lexico graeco Varini Favorini Camertis, edit. Venetae an. 1496. fol. apud Aldum. De hoc Carteromacho idem *Beclius* consulendus in Lexico.

hh) Veteris Comoediae dramata, vna cum Pseudepigraphis, numerat CCCLXV. poetas comoediae antiquae nobilissimos Epicharmum, Magnetem, Cratinum, Cratetum, Pherecratem, Phrynichum, Eupolin et Aristophanem: Mediae comoediae poetas LVII. dramata DCXVII. poetarum celeberrimos Stephanum et Antiphanem. Nouae denique poetas LXIV. inque his praestantissimos Philaemonem, Menandrum, Diphilum, Philippidem, Posidippum et Apollodorum.



(1515.) Leonis Papae nostri anno tertio. — In epistola ad Accoltum, electum episcopum anconitanum, d. X. Ian. MDXV. scribit Bern. Iunta, se antea Aristophanis comoedias ab Aldo excusas, maxima diligentia recognitas, summoque labore castigatas, suis typis meliores reddere conatum: postea ex Vrbinata bibliotheca antiquissimum Aristoph. exemplar nactum esse, ibique inter alias *Λυσιστράτην καὶ Θεσμοφορίαζέσας* — non alias visas comoedias, inuenisse, quas Accolti nomine cudere, illique dicare visum fuisset: illas comoed. plus aliis truncatas mutilatasque esse, quod exemplarium penuriae tribuendum et raritati concedendum sit. — *Freytag.* (vid. eius *Analecta litter. de libr. rarioribus* p. 49.) possederat exemplar, scholiis et adnotationibus mstis Casp. Crucigeri ornatum.

*Ἀριστοφάν. κωμῳδίαι ἐννέα* — — *Aristophanis comoedias nouem cum commentariis antiquis et valde utilibus ad ea, quae prius excusa fuerant additis, inditque copiosissimo omnium, quae animaduertere oportet. Plutus, Nebulas, Ranae — Concionantes.* gr. in 4. In calce: *Florentiae per haeredes Philippi Iuntae. Anno salutis. M.D.XXV. (1525.) mense Februario. Cls. VII. Pontifice Maximo.*

Primum ea, quae Fabricius iam notarat, reponam. „Male Gesneri *Bibl.* 1515. apud haeredes Philippi Iuntae recusa editio Aldina est perquam nitide, et recensita ab Antonio Fracino Varchienli, cum scholiis Graecis per *Arsenium* auctis, et indice rerum in illis occurrentium. Sed Fracinum ipsum audire iuuat in Epistola ad Benedictum Accoltum Archi-Episcopum Rauennatem: *Inter alia recognouimus Aristophanis Comicarum omnium lepidissimi nouem Comoedias, vere Graeci candoris eloquiique delicias, cum sale suo, lepore facetiisque delectet multum, sententiarum vero luminibus plurimum prodesse possit, ad hoc Arsenii Cretenlis Archi-Episcopi Monembasiae magna eruditione viri acerrimo iudicio vti, dum is Florentiae adolescentulos illos, quos Leo Pont. Max. ad reparandam Graecae linguae iacturam ex media Graecia accersuerat, instituit. In qua quidem recognitione hoc imprimis gloriari licet, nos omnium primos in Comoedia cui titulus est Pax, ad sexaginta versiculos nostra diligentia repletos restituisse.*“ Fracinus in eadem dedicatione ait, has comoedias nunc primum diligentissime excusas, commentariis auctas, atque indice copiosissimo exornatas esse. Ab Aldino quidem exemplo haud raro discessit Fracinus; at recentioribus peiorisque notae libris obsequutus, deteriore lectionem supposuit nativae, Scholia Aldina auxit nouis; quae quamquam non omnino spernenda, iis tamen, quae Aldus dederat, praestantia, utilitate et antiquitate cedunt. Ex his igitur, num et quatenus haec editio aequae rara, Aldinae, quod quidem *Clement.* l. c. p. 83. nr. 56. ex eoque *Wadskind.* l. c. temere putarunt, sit praesferenda, cognitu erit haud difficile.

*Aristophanis com. nouem, gr. sunt. Aegidii Gormontii, studio Ioann. Cheradami, labore et industria Petri Vidouati.* Lutetiae, 1528. 4.

Vid. *Maittaire* A. T. tom. II part. II. p. 707. *Catal. biblioth. Bodleianae*, (in qua est exemplum cum notis mstis,) p. 68. et *Menag.* *Antibaillet* l. c. p. 134 sq. ex quo Fabricius de hac editione ea, quae sequuntur, adnotauerat. „Parisiis nouem Comoediae Aristophanis recusae sunt sumtu *Aegidii Gourmontii* cuius insignia tamquam nobilis passim in hoc libro conspiciuntur, professi, se primum fuisse illorum, qui libros Graecos curauerint Parisiis excubri typis. Singulis Comoediis Graeca *Iohannis Cheradami* Epistola praemittitur, primae ad Iohannem Clericum Legatum Angl. secundae ad Thomam Winterum, ad Petrum Danesium ter-



tiac, quartae ad Iohannem Violam, reliquis ad Ioh. Tartassium, Ioh. Lapithum, Ioh. Beralitum virum eruditum, Ioh. Ruellium Medicum et Guil. Cuinum. Ἐτυπώθη ἐν Λευκετίᾳ Παρρησίῳ, ἀναλώμασιν Ἐγιδίᾳ Γορμόντις, διὰ παρανέσεως καὶ ἐπιμελείας Ἰωάννη Χερσδάμπε, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Πέτρου Οὐιδάις.

Ἀριστοφάνης εὐτραπέλων τὰς κωμῳδίας ἑνδεκά, *Aristophanis facetissimi comoediae undecim. Plutus, Nebulae* — — *Concionantes, Cereris sacra celebrantes, Lysistrata.* Basil. apud A. Cratandrum et Io. Bebelium. an. 1532. 4. graece.

Haec editio celebris, correctae raraque, cui praefatus est Simon Grynaeus, undecima fabulas primum complectitur. Basin quidem Cratander fecit editionem Aldinam, a qua tamen interdum fecit discessionem, Parisinam forsitan sequutus: aut, qui operis praefuit, forte quaedam immutauit. Plurimum postea editionum basis illa facta est. At de hac editione iam multus fui in praefatione ad Nubes pag. XVII. adde *Maittaire* A. T. II. part. I. pag. 116 sq. *Goez*ii Memor. biblioth. Dresd. II. pag. 75.

*Aristoph. com.* apud Bartholomaeum Zanettum. gr. Venet. 1538. 8.

Notanda esse videtur editio: ex notis equidem cel. Brunck. intellexi, in ea poetam fuisse interdum interpolatum, Fracini autem errores vitatos.

*Aristoph. facetissimi com.* gr. Paris. apud Christian. Wechelium. M. D. XL. (1540.) 4.

Nitida et emendata haec editio ducta est potissimum ex Cratandriana et Aldina. At singulae comoediae peculiarem habent inscriptionem; hinc saepius una alteraque tantum iuncta occurrunt. Atque ipse Wechelius in praefatione; Cum destinassemus, ait, praelo nostro committere Aristophanis comoedias, operae pretium duximus in illorum gratiam, qui omnes emere aut nolunt, aut prae rei tenuitate non possunt, singulas comoedias seorsim imprimere, eo tamen modo, ut, si quis eas a nobis exculas omnes cupuerit, comparare possit: si quamlibet separatim, hic quoque non frustretur. — Praeter ea, quanta potuimus diligentia, hunc facetissimum poetam collatis diuersis exemplaribus excudimus atque ad germanicum [Cratandr.] tum aldinum exemplar non paruo labore emendauimus etc.

— Repetita est, aut folium inscriptionis tantum mutatum 1546. (vid. Catal. Biblioth. *Burmanni* II. p. 68.) et 1550. 4. (vid. *Maittaire* A. T. tom. III. part. II. pag. 592.)

*Aristoph. comoediae IX.* gr. Florent. apud Bened. Iunctam. 1540. 8.

Summa huius editionis esse videtur caritas: nam neque Maittarius, neque Brunck. neque multi alii, quos consului, eam memorant. Hemsterhus. tamen in sua Pluti editione aliquoties ex. gr. in *Corrigendis* p. 482. ad illam prouocauit. Est etiam illa in Catal. biblioth. *Askew*. p. 40. nr. 1123. in biblioth. electorali Dresdensi, ut me fecit certiore cel. *Adelungius*, atque amicus quidam mihi quoque per litteras significauit, se vidisse illam Londini, et in mensuuo quodam libello anglico certissimam illius editionis fieri mentionem: quare omnis dubitatio exorta est animo meo.

Ἀριστοφάνης — *Aristophanis facetissimi comoediae undecim.* Venet. 1542. 8. in calce: *Venetis* apud Io. Farreum et fratres. Anno a partu Virginis. MDXLII. (1542.). 8. graece.

Haec est celebris et paene famosa illa editio, quam Berglerus nimis celebrauit, et Hemsterhus. iusto plus depressit: atque Zanetti editio ut plurimum in illa esse videtur repetita. Plu-



ra tamen scripsi in hanc rem et sententiam in praefatione ad Aristophanis Nubes. Fabricius se monitum esse, scribit, a Küstero, Farreanarum editionem esse eam, quae Florenti Christiano notis ad Lysistratam Veneta adpelleretur, e qua non paucas varias lectiones adnotasset.

*Aristoph. facetissimi com. undecim. Plutus* — — — Francof. apud Petr. Brubachium Anno XLIII. — in calce Francof. ex officina Petri Brubachii. Anno M.D. XLIII. (1544.) graece. 8.

Recusum est ab initio Simonis Grynaei epistola ad lectorem. Basis fuit edit. Aldina, ita tamen, ut e Cratandri et Florentina interdum lectiones aliae reciperentur, et corrector quaedam mutaret.

*Agrophi* — *Aristophanis comoediarum novem cum commentariis antiquis admodum utilibus, atque sine commentariis, adiecto copiosissimo indice omnium cognitur dignorum. Plutus* — — — *Lysistrata*. Basileae in officina Frobeniana. M. D. XLVII. (1547.) foll.

(In biblioth. Barberina est exemplar cum notis mssis ad marginem.) „Typis, ait Fabricius, luculentis et perquam emendate undecim comoediae Aristophanis vulgatae sunt: Novem quidem cum scholiis, ex Florentina editione recusis, decima vero et [E] undecima sine scholiis, recensente viro docto Sigismundo <sup>40</sup>) Gelenio, Pragensi, Marti Musuri discipulo, qui hoc opus insigni rerum in scholiis explicatarum indice ornatum inscripsit Philippo Melanchthoni, omnis bonae litteraturae, ut vere eum adpellat, peritissimo.“ Quamquam Gelenius ait, se in contextu novem comoediarum sequutum esse Marcum Musurum, tamen animadverti et in praefatione mem. ostendi, illum ut plurimum retinuisse lectionem, etiam vitiosam edit. Florentinae, an. 1525. adde *Clement.* l. c. p. 83. in primis et copiose describitur illa in *Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, vol. IX. pag. 416 sqq.

*Aristoph. comoedias undecim, graece, multis metris corruptis mendisque plurimis purgatae, ut emendatiores adhuc non prodierint: emendationis ratio ad calcem explicatur.* Io. Gryphius excudebat. 1548. 8.

Hemsterhus. ad Plutum in Corrigendis nominat eam emendatissimam: atque Caninius, qui eam curavit, in praefat. graece scripta et a Maistorio A. T. III. p. 409. recusa, iactitat curam suam atque operam; at ipse typographus in addita admonitione excusat Caninium, multis negotiis distractum et per aliquot menses peregre absentem illum non adeo potuisse a promissis stare.

*Nicodemi Frischlini Aristophanes veteris comoedias princeps: postea longe facetissimus et eloquentissimus: repurgatus a mendis et imitatione Plauti atque Terentii interpretatus, ita ut fere carmen carmini, numerus numero, per pedes, inodus modo, latinismus graecismo respondeat.* — Francof. ad Moenum: excudebat Io. Spies. M. D. LXXXVI. (1586.) 8.

Repetita est haec prima eaque rara editio ibid. 1597. et 1625. Cratandrinum exemplar, at correctum, praecipue rectius curatiusque interpungendo emendatum operarum praefectorum traditum

ii) De Gelenio videndus Coelius Sec. Curio in praefat. ad Appiani Hispanica a se versa, Antonius Teijerus in elogiis Thuaneis et notis ad ea additionibus, H. Valesius praefat. ad Ammianum, P. Bachelius in Lex. Paulus Freherus, Tho. Pope Blount etc.



traditum a Frischlino fuisse, arbitror, saltem id mihi valde verisimile videtur. Comoediae ipsae contra morem Graecorum in actus et scenas sunt diuisae, conuersiq; autem fabularum, n. Pluti, Equitum, Nubium, Ranarum et Acharnensium, (tot enim comoedias atque hoc ordine versas dederat,) mire placuit viris eruditis, atque *Reinesius* lib. III. var. lect. Altenburg. 1640. 4. p. 416. meliorem illa fieri potuisse negat. At enim propter metri necessitatem minus perspicua nec ad facilitatem intelligentiae admodum commoda. Plura de hac editione vide in *Frsytagij* Adparatu litter. tom. II. pag. 1323 — 1326.

\**Ἀριστοφ. — — Aristophanis facetissimi comoediae undecim. Ex officina Plantiniana. Apud Christophorum Raphelengium, academiae Lugduno-Batau. typographum. c10. 10. C. (1600.) in 12. gr.*

Nitida est et adcurata, nec non admodum rara editio, ex Brubachiana aut Cratandrina ducta.

\**Ἀριστοφάνους Κωμῳδίαι ἑνδεκά — — Aristophanis comoediae undecim, cum scholiis antiquis, quae studio et opera nobilis viri Odoardi Biseti Carlaei sunt quam plurimis locis accurate emendata, et perpetuis novis scholiis illustrata. Ad quae etiam accesserunt eiusdem in duas posteriores novi commentarii: opera tamen et studio doctissimi viri D. Aemylji Porti Cretenfis filii ex Biseti autographo exscripti et in ordinem digesti. Quae ad hanc editionem accesserunt praeter ea, pagina 36. demonstrat. Aureliae Allobrogum, sumptibus Caldorianae societatis. MDCVII. (1607.) fol. gr. et latine.*

In biblioth. Bodleiana est exemplar cum notis mssis Ed. Bernardi. Fabricius de hac editione, cuius virtutes vitiaque iam in praefatione ad Nubes recensui, ea, quae sequuntur, scripserat: „Genevae prodiit Aristophanes recognitus a *Francisco Porto* Cretenfi, et a filio eius *Aemilio Porto* in lucem editus, in qua locupletissima omnium, quae hactenus prodierunt Comici editione, praeter Comoedias ipsas undecim cum latina versione, et scholia in priores nouem ex editione Basileensi recusa, habentur Scholia Graeca *Odoardi Biseti* <sup>kk)</sup> in undecim Comoedias, *Aegidii Bourdini* Scholia itidem Graeca in Thesmophoriazusas, [Parisi. 1545. primum edita:] *Caroli Girardi* commentarius in Plutum, et *Q. Septimii Florentis Christiani* notae in Pacein, Vespas et Lysistratam, eleganti [aut potius contorta minusque perspicua, archaismis et vocc. apud Latinos pridem obsoletis repleta] metaphrasi poetica latina ab ipso donatas. Ceterum *Claudius Christianus*, Florentis filius, qui has parentis sui lucubrationes Geneuam miserat, vehementer de illa editione conqueritur in litteris, ad Iosephum Scaligerum datis <sup>ll)</sup> 10. Sept. an. 1608. *Je n'ose vous parler de l'Aristophane, que vous avez veu je m'assure premier que nous; car l'ouvrage en est si laid, que je ne le puis auouer pour parent. Le mal est arrivé de l'auoir enuoyé hors d'icy, et en ville où ils ne croyent aujourd' huy que leur*

kk) Ad hunc Bisetum Epistola Aemilii Porti, cum eiusdem Porti praefatione duplici graeca altera, altera latina, operi praefigitur.

ll) Ita rectius Colomescius cap. XCVIII. Biblioth. selectae, quam *Menagius* tom. II. Anti-Bailleti. pag. 44. vbi has litteras datas legas 20. Sept. 1610. Sed tunc iam pridem defunctus fuerat Iosephus Sca-

liger. [vid. *Clement.* l. c. pag. 84. not. 60.] De *Florente Christiano* praeter Colomescium et Sammarthanum agit Teisserius in Elogiis Thuanicis. De scriptis eius editis et ineditis videnda, quae leguntur ad calcem libri Casauboni de Poesi Satyrica Graecorum, recuso ante aliquot annos in Museo Philologico Thomae Crenii.



leur teste. Ils ont meprisé l'ordre, que je leur avois envoyé, ont retranché plusieurs choses de mon pere, l'Epitre mesme à Mr. de Thou sur l'Irene, (imprimée à Paris l'An 1589. in octavo avec cette Epitre,) et y ont mis des gens, qui n'ont du tout rien contribué à l'oeuvre, puis ont tellement meslé ce que je leur avois baillé, qu'il semble que leur dessein ait esté plustot de l'estouffer, que de luy faire voir le jour. Aliqua in Scholiis Graecis omissa esse, queritur Iungermannus ad Pollucem pag. 1370. " [P] Fabric. Non a patre Francisco Porto, sed ab eius filio, Aemilio Porto, recognitus et editus est Aristophanes, cuius fabulae hic in actus et scenas contra Graecorum consuetudinem sunt diuisae. Plura vide de hac editione, minus commendabili, in Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. IX. p. 420 sqq. et in Menagii Anti-Baillet l. c. pag. 136. Harl.

— Com. undecim, gr. et lat. in corpore poetar. graecorum: Geneu. 1614. fol. tom. I. pag. 719 sqq.

Ἀριστοφάνης — — Aristophanis com. undecim, graece et latine cum indice paroemiarum selectiorum et emendationibus virorum doctorum, praecipue Iosephi Scaligeri. Accesserunt praeter ea fragmenta eiusdem ineditarum comoediarum Aristophanis. Lugd. Batau. ex officina Ioannis Maire. 1624. in 12.

Hanc editionem, quae Porti lectiones ut plurimum refert, versionem tamen hinc inde emendatam et faciliorem habet, atque cuius aliud exemplum etiam anno 1625. notatum fuit in biblioth. Pinelliana, (tom. II. catalogi nr. 4104.) Fabricius ita descripsit: „Vndecim Aristophanis Comoediae cum versione latina, ad quinque primores quidem, Nicod. Frischlini; ad Vespas, Pacem et Lysistratam, Florentis Christiani; ad reliquas, A. Diui. His praeter A. Schotti praefat. et fragmenta Comoediarum Aristoph. deperditarum, collecta a Guil. <sup>mm)</sup> Cantero et Guil. Coddaneo, vitamque <sup>nn)</sup> Aristophanis et diss. de Comoedia, auctore Nicod. Frischlino, indicemque prouerbiorum Aristophani memoratorum adiunctae sunt in calce voluminis perbreues notae Criticae in Aristophanem, excerptae ex variis lectionibus, emendationibus et coniecturis virorum doctorum, ac potissimum duobus exemplaribus manu Iosephi Scaligeri emendatis. E Bibliotheca Gerardi Vossii.“ Fabric. conf. Menagii Anti-Baillet l. m. p. 136. Exemplar, fragmentis destitutum, est in biblioth. elector. Dresdensi. Harl. Meo quoque exemplari defunt Fragmenta, nec titulus edit. habet verba: Accesserunt etc. Quid quod in praef. dicitur praetermissa esse consulto Fragmenta. Beck.

Minus adcurate nec satis diligenter recusa est, aucta tamen notis quibusdam criticis et versione lat. Ecclesiastiarum, notisque Tan. Fabri:

Ἀριστοφάνης — — Aristophanis com. undecim gr. et lat. ut et fragmenta earum, quae amissae sunt. Cum emendationibus virorum doctorum, praecipue Ios. Scaligeri, et indice paroemiarum selectiorum. Accesserunt huic editioni notae et observationes ex variis autoribus collectae: ut et noua versio ἐκκλησιαζουσῶν a Tan. Fabro facta, cum doctissimis eiusdem in eadem comoediam notis. tomi II. Amstelædami, apud Ioan. Rauenssteinium. 1670. 12.

Superiores omnes editiones vincit Küsteriana, quamquam minus perfecta absolutaque:

Aristophanis

<sup>mm)</sup> Vel potius Theodoro; Burmanno II. in praefat. ad Aristophan. Bergleri p. 16. adnotante. Harl. Vol. II.

<sup>nn)</sup> Hanc vitam ab alio fuisse compositam, ad §. 1. iam animaduertum est. Harl.



*Aristophanis comoedias undecim, gr. et latine, ex codd. MSS. emendatas: cum scholiis antiquis, inter quas scholia in Lysistratam ex cod. Vossiano nunc primum in lucem prodeunt. Accedunt notae virorum doctorum in omnes comoedias: inter quas nunc primum eduntur Isaaci Casauboni in Equites; illustr. Ezech. Spanhemii in tres priores; et Richardi Bentleii in duas priores comoedias observationes. Omnia collegit et recensuit notaeque in nouem comoedias et quatuor indices in fine adiecit Ludolphus Küsterus, I. V. D. Excusum Amstelodami. Sumptibus Thomae Fritsch, bibliopolae Lipsiensis. 1710. fol.*

Porti exemplar ex Aldina editione, etiam aliis subsidiis, nec vero vbiuis diligenter correctum, quod recederetur, dedisse videtur typothetis. Hinc multa, quae obsident Porti editionem, hic occurrunt; in scholiis praecipue hinc inde quaedam sunt deprauata aut omissa incuria siue typothetae siue ipsius Küsteri, quae recte leguntur in Aldina: neque commoda est editio. adde Relation. Göttingenf. fascic. VII. p. 84 — 94. Desunt quoque notae breues Scaligerianae. At tamen praestans est editio propter multas alias dotes, quibus reliquae carent editiones. Küster. graecae linguae callentissimus et prudens criticus, in notis ad plurimas comoedias, (nam ad Vespas et Pacem nullas adiecit animaduersiones,) ex codd. vaticanis et anglicis meliores indicauit lectiones, de harum varietate et locorum sensu intelligenter iudicauit ac Scholia frequenter emendauit: Scholia in Lysistratam ex cod. Barocciano ac Vossiano primus adiecit. At enim a Küstero variarum e codd. Vaticanis, Arundeliano, Bodleiano et Vossiano excerptarum lectionum minimam partem in Aristophane recensendo fuisse adhibitam, notisque intextam, adfirmat Burmann. II. in praefat. ad Aristophanem p. II. adde supra ad §. II. nr. II. notata. — Quod ad versiones textui graeco adiunctas adinet, Küsterus quinque prioribus comoediis addidit versionem Frischlini metricam, (quam quidem non omnino probauit, atque in notis frequenter reiecit, sensu verborum melius magisque perspicue exposito:) Vespis, Paci et Lysistratae adposuit versionem Florentis Christiani, obscuritatem vltro adfectantis, metricam. Fabulae, Aues, interpretatio latina parentem habet Tib. Hemsterhusium. Ecclesiastus addita est versio Tan. Fabri; Thesmophoriazusas ipse Küsterus latine vertit. Animaduersiones plurimum virorum doctorum ornant hanc editionem. Praeter Girardi et Florent. Christiani in aliquot fabulas, ex edit. Geneuensi repetitas et egregias Küsteri animaduersiones acceperunt notae Is. Casauboni in Equites, Tanaq. Fabri in Ecclesiastus, Ezech. Spanhemii sat spissae et eruditae, atque vt doctrina, ita copia abundantes, in quibus cum atticismi, tum in primis multa antiquitatis capita scite explicantur, in tres priores; tum sagacissimi Richardi Bentleii criticae in duas priores comoedias et harum Scholiastas. Dolendum tantum est, Küsterum atque Bentleium non omnes comoedias legitime et maiore otio abundantes percensuisse. Denique quatuor indices praeclari hanc commendant editionem. Küster. in praefatione promisit aliam editionem, in forma minore, absque scholiis quidem graecis, sed cum nouis versionibus octo comoediarum, itemque notis breuioribus, ad captum tironum accommodatis. At propter mutatam vitae, muneris et doctrinae sacrae conditionem id consilium non exsequutus est. vid. *Niceron*. Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften ber. Gelehrten — herausgegeben von Siegm. Jac. Baumgarten. part. II. Halae Sax. 1750. pag. 110 sqq. et de hac editione *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern pag. 425 sqq. tom. IX. Mem. de Trevoux an. 1711. pag. 237. La bibl. choisie de I. le Clerc tom. XV. p. 109. et tom. XIX. p. 263. inprimis Acta Erud. Lips. an. 1710. mens. Mart. p. 97 — III. vbi et laudatur opera Küsteri ac reliquorum, et de quibusdam locis secus iudicatur;



tur; in fine autem adnuntiatur noua Bergleri editio. Haec vero multis annis post vltima Bergleri fata opera Burmanni II. lucem vidit incripta:

*Aristophanis comoediae undecim, graece et latine, ad fidem optimorum codicum MSS. emendatae cum noua octo comoediarum interpretatione latina et notis ad singulas ineditis Stephani Bergleri, nec non Caroli Andreae Duckeri ad quatuor priores. Accedunt deperditarum comoediarum fragmenta a Theodoro Cantero et Gulielmo Coddaso collecta, earumque indices a Ioanne Meurfio et Io. Alberto Fabricio digesti, curante Petro Burmanno Secundo, qui praef. praefixit, tom. I. II. Lugduni Batav. Apud Sam. et Ioannem Luchtman. 1760. 4.*

Berglerus adhibuit edit. Aldin. Iuntin. (1515.) Farreanam, (quam nimis celebravit,) ac Brubachianam. Rarius sustinuit personam critici; saepius disseruit de vi verborum et sensu locorum, Scholiastas frequenter laudauit, perpetuo autem tragicos poetas, cum primis Euripidem comparando, consilium mentemque poetae comici sensumque sententiarum ac formularum loquendi fabularumque ipsarum clarius aperuit. Duckeri animaduersiones sunt doctae et ad meliorem intelligentiam cum poetae tum scholiastarum haud parum conferunt. Plura scripsi de illa et sequenti Brunckiana editione in praefatione ad Nubes p. XXV sqq. Liberius tamen et paullo acerbius de Duckero, inprimis Berglero, iudicat Brunck. hinc inde in notis ad poetam. Burmannus in perdocta praefatione de Bergleri vita, fati ac meritis in poetam nostrum, item de fragmentis aliisque rebus huc pertinentibus fusius disserit. De Bergleri tamen fati extremis certiora tradit, et ea, quae de transitu Bergleri ad Turcarum superstitionem narrantur vulgo, refutat cl. *Villoison*. in Prolegom. ad Homeri Iliada p. 45. 46. nota. adde *Gerneri* Isagogen in erudit. vniuers. tom. I. pag. 241. edit. II. *Seiverts* Nachrichten von Siebenbürg. Gelehrten, 1785. coll. Biblioth. vniuersali Berolin. vol. LXV. part. I. p. 241.

Critica, adcurata, ex multis codd. et de coniectura emendata editio, nouaque recensio est:

*Aristophanis comoediae ex optimis exemplaribus emendatas studio Rich. Franc. Phil. Brunck, Argentoratensis. Argentorati, sumtibus Io. Georgii Treutel. 1783. 8. tom. I—III.* qui fabulas graecas continent: totidem tomi, qui vel seorsum vel coniunctim cum textu graeco compingi possunt, nouam interpretationem Brunckii latinam comprehendunt, totidem denique tomi complectuntur varias lectiones, noua e codd. sumta scholia, notas et emendationes Brunckii, cum fragmentis Aristoph. auctis atque emendationum variarumque lectionum supplemento. Merito fabularum distinctio in actus et scenas omissa est.

Quae quum ita sint, tres tantum editionum aetates constitui possunt. Prima orta est ab Aldo; altera est Florentina cum scholiis; tertia parentem habuit Brunckium. Reliquae editiones manserunt ex vna alteraque, aut e duabus prioribus sunt conflatae; quaedam fortitae sunt prudentes moderatores, qui correctiorem aut hinc inde paullisper mutatum dederunt contextum, vt Zanettiana, Caniniana, et Cratandriana; Küsterus noua quidem adhibuit subsidia, sed nouum aut prioribus meliorem textum non dedit: in notis tamen proposuit ea, quae futuris prodesse editoribus. Scholia in plurimas comoedias adhuc desiderant Aesculapium, qualis fuit Hemsterhusius in Scholiis ad Plutum sanandis.

*Versiones omnium vel plurimarum fabularum haec fere sunt:*

C c c 2

1) *Latinae.*



1) *Latinae*. Vndecim comoediae Aristophanis latina prosa, laudabili studio, licet non aequae felici successu, translatae ab *Andrea Diuo* Iustinopolitano, et inscriptae Alexandro Farnesio, Cardinali, Venet. 1538. 8. deinde Aloysio Pisano, episcopo Patauino, Ioannis Pisani D. Marci procuratoris filio. Basil. 1542. 1552. 8. De *Diui* versione iam *Fabricius* quorundam adtulerat iudicia, quae hic repetam: *Tan. Faber* tom. II. epist. p. 164. *Bonus ille Diaus vix alternos versus Comici nostri intellexit, qui nullum hellenismi sensum haberet.* Idem p. 296. *infantissimam versionem vocat, nihil ut barbarum magis, nec minus intelligibile fingi posset.* Menagius 2. Anti-Baillet p. 41. *Cette traduction est pleine d'ignorance et pour le Grec, et pour le Latin.* Reinellius p. 416. variat. lectt. *Aristophanis comoedias nugatoria interpretatione, (verbum enim verbo reddidit, et, quod plane ridiculum est, graeca non intellecta latinis litteris expressit, quasi hoc fucio latina futura,) prostituit A. Diuus Iustinopolitanus, quaesito etiam illiberalibus ineptiis patrono Cardinali Alex. Farnesio a. 1538. Sed ne et hac parte commoda iuuentutis laborarent, aliam, et qua melior non poterat, dedit Nicodemus Frischlinus.*

*Plutus, Nubes et Equites Aristophanis ex versione latina Lamberti Hortensii.* Ultraieci, 1557. 4.

Quorum versiones latinae editionibus Porti, Küsteri, Bergleri et Brunckii additae sint, iam supra commemoratum est.

2) *Italicæ*. — e tradotte dal Greco in lingua commune d'Italia per Bartolomeo e Pietro Rositini. Venet. per Vincenzo Vaugris. 1545. 8.

3) *Gallo-Francicae*. Théâtre d'Aristophane, trad. en françois, partie en vers, partie en prose, avec les fragmens de Menandre et de Philémon, per *Poinfinet de Sivry*. Paris. 1783. 8. III. voll. — In Théâtre des Grecs par le *P. Brumoy*, nouvelle edition enrichie — — de Comparaisons, d'Observations et des Remarques nouvelles, par M. . . . tom. X — XIII. (quorum ultimus prodiit Paris. 1789. mai. 8.) a M. . . . versae et illustratae sunt Aristoph. comoediae; tom. XIII. pag. 427. est index deperditarum Aristoph. comoediarum.

Num versio Pluti, Nubium et Ranarum gallica, a Francisco Carpentario facta, vti in illius elogio traditur, lucem viderit, equidem nescio. Singularum comoediarum versiones, quae quidem nobis cognitae sunt, postea enumerabimus.

De singularum igitur fabularum editionibus ac versionibus agemus.

1) *Plutus*. graece, cum epistola *Theodori Martini*, Alostensis ad studiosam Louanien-sis academiae iuventutem, data an. 1518. 4. — gr. cum praef. P. Mosellani, Hagen. 1517. 4. adnotante cl. Adelung. — Nubes ac Plutus gr. cum scholiis *Philippi Melanchthonis* per Ioan. Seckerium, Hagen. 1528. 4. — Plutus gr. et lat. *Thoma Venatorio* interprete, Noribergae, apud I. Petreium. 1531. 4. Laudatur ab Eob. Hesso p. 614 sqq. Poemat. — *Plutus et Ran.* gr. apud Froben. 1524. 4. — Plutus, Nubes, Ranae, gr. per Conr. Neobarium. Paris. 1540. 4. — cum vers. lat. et commentario *Caroli Girardi* copioso, (rec. in edd. Porti ac Küsteri,) Paris. apud Mathurinum Dupuys. 1549. 4. in calce: „Imprimebat Christian. Wechelius sibi et Mathurino Dupuys, anno 1549.“ — eadem editio, cum nomine Christ. Wecheli, in fronte. — gr. apud Gul. Morel. Paris. 1558. 4. — — apud Bene-nat. ibid. 1577. 4. — Argenton.



tor. 1567. 4. — ex edit. Melanchthonis. Paris. 1585. 4. — Plutus cum Ranis gr. Ultraiecti, 1561. 4. — quatuor com. Plutus, Nebulae, Ranae, Equites, in usum scholarum, gr. Lugd. Batav. 1596. 12. — *Plutus* cum versione metrica Frischlini, (cuius editionem supra recensuimus,) curante *Henr. Rumpio*, Hamburgi, 1613. 8. et Helmstadii, 1667. 4. — *Plutus* et *Nubes* cum noua versione ad verbum, adiectis per singulas paginas veteribus scholiis graecis, cura *Ioan. Leng.* Londini, 1695. 8. et 1732. 8. additis notis geminoque indice. — in *Ioan. Patufae* Encyclopaedia philolog. Venet. 1710. 8. vol. IV. nr. 4. — *Plutus*, gr. et latine edit. *Io. Frid. Stüblio*. Lipsiae, 1737. 8. — Praestantissima est correctaque edit. in qua simul scholia egregie explicantur atque emendantur, nouaque recensio; exemplum perfectae editionis:

*Ἀριστοφ. Πλάτος Aristophanis Plutus. Adiecta sunt scholia vetusta. Recognouit ad veteres membranas, variis lectionibus ac notis instruxit et scholiastas locupletauit Tiberius Hemsterhuis.* Harlingae. 1744. 8.

*Plutus*, graece cum versione metrica et notis italice scriptis, opera *Io. Baptista Ter- rucio*, Prof. iuris ciuiliis Sienensi. Florent. 1751. 4. vide *Paitioni* biblioteca degli autori antichi etc. tom. I. p. 90 sq. — *Ἀριστοφάνης Πλάτος, Il Pluto, o sia il Dio della Ricchezza com- media di Aristofane.* In Venezia. Presso Giambattista Albrizzi q. Gir. 1751. 8. opera *Mich. Ang. Carmeli*. vid. *Paitioni* l. c. p. 91. qui praeter ea animaduertit, Pluti, Vesperum et Con- cion. versionem italicam, a *Francisco Gallupio* factam, nec non Plutum metrica a *Io. Bapti- sta Fortiguerrio*, saec. XVI. versum, seruari in scriniis: necdum lucem vidit versio Nubium et Pluti italica ab *Antonio Maria Saluimio* confecta, de qua vide quoque Giornale d'Italia tom. XIV. pag. 133. — Ego vero *Plutum* cum Bergleri et Duckeri notis primum vna cum Chrestomathia mea graeca poetica Coburgi edideram; deinde separatim cum eorundem in- tegris, Küsteri vero atque Hemsterhusii selectis notis meisque animaduersionibus, addito *Co- luthi* raptu Helenae, graece. Noribergae, 1776. mai. 8. — *Plutum*, gr. et lat. cum selectis Küsteri, Bergleri, Duckeri, Hemsterhusii, nec non veterum interpretum aliorumque et suis notis recensuit ediditque *Io. Dieter. Albert. Münter*, scholae Cellensis Conrect. Cellae, 1784. 8. — *Plutus* et *Nubes* superiore anno (1790.) graece, Altdorfi formulis typographicis recudi fecit *cel. Jaegerus*, Professor Altdorfinus.

*Latine* verterunt illam fabulam praeter Andr. Diuum aliosque iam commemoratos, me- trice *Adrianus Chilius*, Antwerp. 1533. 8. et *M. Cabadius*, Paris, 1547. 8. apud *Mich. Vasco- fan.* — Latine antea prodierat Parmae, 1501. 4. auctore *Francisco Passio*, *Carpensi*.

*Gallica* versio est celebris illa Dacieriae prosaica: *Le Plutus et les Nuées d'Aristophane. Comedies grecques, traduites en François. Avec de Remarques et un Examen de chaque Piece selon les regles du Théâtre.* Par *Mademoiselle Le Févre*, à Paris. 1684. 8. — rec. ad- sumto nomine *Madame Dacier*, ibid. 1692. 12. Lugduni, 1696. 12. et Altenburg. 1762. 8. conf. *Goujet* bibl. françoise tom. IV. p. 208 — 211. et *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdi- gen Büchern. tom. IX. p. 435 sqq. — Gallico carmine, notante Fabricio, pridem translulerat *Io. Antonius Baysius*, et gallica prosa a se conuersum et commentariis illustratum memorat *Antonius Verderius* bibl. gallicae pag. 81.

*Hispanice* Plutum vertit *Petrus Simon Abril*, teste *Nir. Antonio*, tom. II. bibl. hispan. pag. 193.



*Anglicae* versiones Pluti a *Young* et *Fislding*, Lond. 1742. 8. Pluti et Nubium a Theoboldo, 1715. 4. factae sunt.

*Germanice* vertit Plutum et Nubes *Goldhagen* in: Griechische und Römische Anthologie etc. tom. III. — vnus Pluti actus, atque vna scena in: Bemühungen zur Beförderung der Kritik. part. VI.

*Plutum* illustrarunt *Iac. Haseus* in disp. ad Aristoph. Plutum, v. 34. Bremae, 1716. 4. et *Tob. Eckhard* in Obseruatt. philologicis ex Aristophanis Pluto, quibus N. T. potissimum illustrat: acc. disp. ex Homeri Iliad. 2. Quedlinburg. 1733. 4. conf. Acta Eruditor. tom. X. Supplem. pag. 312.

*Le Beau*, iunior, agit de Pluto Aristophanis, in Mem. de Litterature, vol. XXX. pag. 29 — 50. — De aliis in fine huius sectionis locus est commodior.

2) *Nubes*. gr. cum praefat. Phil. Melanchthonis, Witteberg. apud Melchior Lotter, 1521. 4. — gr. Paris. 1604. 4. — ibid. apud Io. Libert. 1628. 4. — cum Pluto aliquoties, vt paullo ante adnotauimus. — cum scholiis antiquis ex recensione Lud. Küsteri, Harderow. 1744. 1752. m. 8. et cum praefat. *Ernesti* perdocta, in qua Scholiastes percententur atque egregie emendantur; at textus graecus scholiaque admodum vitiose typis sunt descripta, Lipsiae, 1753. 8. — graece, e Brunckiana potissimum recensione, cum notis ab initio paullo vberioribus, et indice, curante *Christiano Godofredo Schützio*, Prof. Ienensi, Halae, 1786. m. 8. — ex edit. Küsteri gr. et lat. Glasgae apud Foulis. 1755. 8. — Ego vero edidi *Aristoph. Nubes* gr. et latine vna cum Scholiis graecis meisque animaduersionibus. Lipsiae, 1788. mai. 8. Adhibui lectiones codd. Bauar. atque Elbing. varias. In initio tamen plures lectiones magis atticas cum Brunckio reciperem, si iterum accederem ad illam fabulam pertractandam. In Scholiis praeter *Ernesti* emendationes profuerunt mihi obseruationes in illa criticae, quas *Nagelius*, Professor quondam Altdorfinus celeberrimus, in singulari commutatione proposuerat.

*Galliae* vertit illam fabulam, de cuius argumento, consilio fatisque *Chaufepié* et *Flügel* l. l. supra laudatis post alios copiose disputarunt, *Petrus de la Rivey*. Dacieriae versionem iam laudauimus. Nouissima Nubium versio gallica auctorem habet *C. M. Ploucquet*. Tübingae, 1788. 8.

*Latinis* iam supra memoratis addi debet: *Socrates*. Fabulae ex Aristophanis Nubibus versio latina *Coriol. Martirani*: eiusdem lat. vers. periphrasis italica. Parmae, 1782. 4. mai.

*Germanicae* versiones prodierunt Argentor. 1613. 8. — in: Griech. und lat. Anthologie, auctore *Goldhagen*, part. III. — alia, auctore *Herwigio*, Würzburg et Bamberg. 1772. 8. denique noua in libello menstruo, Litterarische Spaziergänge, April. an. 1784. Halae Sax. in 8.

*Anglica* prosa redditae conspiciuntur Nubes in Historia philosophica *Thomae Stanleii*, pag. 99 sq.

3) *Ranae*, graece, Basil. apud Froben. 1524. 4. — latinis versibus reddidit scholiisque illustravit *Lamb. Hortensius*, Lugd. Batau. 1561. 4. — Germanice vertit *Schlosser*, 1783. —

The



Pro Latino Cratinum, nescio an ex meliori codice, legit Gyraldus. De collatione sententiarum Philistionis ac Menandri dixi infra in Philistione. Neque tamen, ut fieri solet, defuit invidia. *Ostavius Horatianus* lib. IV. p. 80. apud ciues suos, quum Menander studiorum annis magnae scientiae laboraret invidia, produxisse in theatrum fertur suum, partu plenam, expectantibus auditoribus, ibique eius exsectum vterum in Euripo fuisse proiectum: quumque interfecti paene, (porcelli,) ductu tamen naturae agerentur; Athenienses, inquit, viri, si in parvis annis scientiam meam miramini, istos natura quis docuit? — Idem *Ostavius Horatianus* s. *Priscianus* p. 81. adfert hoc Satirici, (Martialis V. 10.) *Parua* (vulgo, *rara*) *coronato plausere theatra* Menandro. *Fabric.* [De Menandro, eius vita, herma in honorem Menandri posito cum inscript. graeca, iisque, quae in vtramque partem de illius comoediis disputata sunt, multus est auctor libri: *Marmora Taurinensia dissertationibus et notis illustrata*, part. I. Augustae Taurinor. 1743. 4. nr. XIII. p. 169 fqq. *Harl.*] Fragmenta Menandri et sententias collegerunt Henricus Stephanus, Guil. Morellus, Hertelius praecipue et Hugo Grotius, [Excerptis e com. gr. p. 708 — 763. tum in *Rad. Wintertoni* poet. gr. min. p. 486 — 493. nec non in libro: *Sententiae insignes graecorum quinquaginta Comico*, quorum opera integra non extant, latino idiomate collectae, *Ignatii Albani Opera*. Brixiae per Bartholom. Fontanam, 1612. 12. — Nouae, eiusque plenioris editionis spem fecerat *Io. Clericus* in tom. IX. biblioth. selectae p. 185. et nomen expunxit, noua collectione inscripta:

*Menandri et Philemonis reliquiae quotquot reperiri potuerunt; graece et latine cum notis Hugonis Grotii et Ioannis Clerici, qui etiam nouam omnium versionem adornauit, indicesque adiecit.* Amstel. apud Thom. Combrail, 1709. 8.

Haec editio, cuius mitem censuram leges in Actis Eruditorum Lips. an. 1710. mens. Martio p. III fqq. magnas excitauit turbas, immo vero tragoedias. *Clericus* enim, vir alias excelsi ingenii, multarumque litterarum et in doctrinis philosophicis potissimum versatus, hic in alienam messem iniecerat falcem, nec satis praeparatus accefferat ad opus, cui legitime perficiendo impar erat, suscipiendum ac profligandum. Praeter ea liberioribus censuris in sua bibliotheca multorum odium atque inuidiam sibi conflat. Hinc plures in Clericum tela acuerunt virulenta: quorum antesignani exsisterunt Bentleius ac Burmannus, perpetuus ille et acerbus Clerici obrectator. Prior vero, quod ipse, acutissimo ingenio ornatus et ad artem criticam exercendam fere natus, fragmenta omnium poetarum graecorum cum emendationibus notisque, grande futurum opus, edere in animum induxerat, (quod quidem consilium postea, mutato vitae instituto, abiecit,) ad reliquias Menandri ac Philemonis emendandas intelligendasque inprimis aptus erat. Conscripsit igitur grauem atque eruditum, nomineque auctoris dignum libellum, in quo singula fere fragmenta persequutus, Clerici manifestat peccata, et varia ratione, maxime critica, pertractat vtriusque poetae reliquias: misit illum, tecto falsoque adsumto nomine ad typographum Waterum, nulla adiecta epistola, nulla

Alciph. pag. 313. atque ipse *Alciphron* e Menandro multa transfumisse videtur. vid. illum libr. I. epist. 28. collatis Menandri versibus apud *Athen.*

VI. pag. 248. et Bergler. ad Alciphron. pag. 115. pag. 123. et alibi. *Harl.*

Vol. II.

M m m



nulla nominis veri locique mentione facta, nisi vt primae paginae haec adscripta legerentur: „Haec edantur a cl. Petro Burmanno, qui praefationem, et si velit, dedicationem praemit-  
tat: scriptae hae emendationes opera extemporali, et finitae idibus Decembribus anno  
MDCCIX.“ adiecerat idem „Clericum omnia Menandri loca ex Alberti Fabricii bibliotheca  
graeca summis, dramata scilicet ex Menandri, qui ibi legitur, catalogo, loca sine dramatis  
nomine ex indicibus Scholiaſtarum et aliorum ſcriptorum ibidem; nec tamen vñquam Fabri-  
cium laudare.“ Burmannus igitur, arrepta hac occasione Clerici infamandi, praelo ſubii-  
ciendum curauit libellum a Bentleio ipſo ita inſcriptum:

*Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Ioannis Clerici,  
vbi multa Grotii et aliorum, plurima vero Clerici errata caſtigantur, auctore Phileleuthero  
Lipſienſi.* Traieſti ad Rhenum, ex officina Gulielmi van de Water. 1710. m. 8. — recul.  
Cantabrig. 1714. 8.

Conf. de hoc et reliquis libris criſticis Io. Chriſtoph. Wolf in Epist. ad La Croze, in  
Thesaur. Epistolico Lacroziano, tom. II. p. 23. 24. 63. et tom. III. p. 109. Mitissime et lenis-  
sime egit Bentleius cum Clerico, si comparas eius iudicia cum longa P. Burmanni praefatio-  
ne. Quidquid enim durum, graue et virulentum dea Critica, aliorum malignitate, conui-  
tiis aut ignorantia et tumore maxime incitata irataque suggerere aut effari potest, hic pro-  
pmodum omne in Clericum congestum et enuntiatum deprehendes; compara tamen Dan.  
Guil. Trilleri iudicium in carminibus illius theotiscis ethico-physicis, part. III. pag. 144 sq.  
At Burmannus a Clerico antea fuerat irritatus et quasi prouocatus. Totam vero illam Comi-  
corum farraginem ex Grotii collectaneis, Meurfii et Fabricii bibliothecis sine vñlo iudicio et  
labore compilatam esse adfirmat; multa aperit Clerici peccata, nec pauca vñiusque comici loca  
post diligentiam Bentleii emendat aut interpretatur. Multae tamen Bentleianae opiniones sub  
examen vocantur et reiiciuntur, vel Clerico defenſo, vel nouis emendationibus propositis, in  
Actis Erudit. Lipſ. mense Ian. 1711. p. 30 ſqq. Bentleius autem quod ad fragm. 28. p. 14 ſqq.  
quasdam modeſte culpauit mutationes in Stephani de Dodone fragmento a Iac. Gronouio  
factas, hic aegre tulit diſſenſum. Scripſit igitur acrem libellum, omiſſa nominis ſui mentione:

*Infamia emendationum in Menandri reliquias nuper editarum Traieſti ad Rhenum, auctore  
Phileleuthero Lipſienſi: accedit reſponſio M. Lucilij Profuturi ad epistolam C. Veratii Phi-  
lletenis, quae exſtat in bibliotheca Choirias parte IX.* Lugd. Batau. apud Io. Arnold Langerack.  
1710. 12.

Multa acerbe dixit contra Bentleium, nec pepercit Clerico, quem e. gr. p. 35. vocauit  
ferum et inſulſum contrectatorem vulnerum Menandri. Quae vero Bentleius in fragmento  
Dodonaeco mutauit et de Gronouio ſcripſit, ad ea labefactanda et repellenda a p. 34 — 80.  
omnes intendit neruos telaque. conf. quoque Acta Eruditor. Lipſ. mense Ian. 1711. pag. 38. vs-  
que ad 40.

Partes tamen Clerici ſuſcepit, atque, quamquam viribus, ingenio, ſagacitate littera-  
rumque copia impar, Bentleium turpiter et inclementer inſultauit et conuiſiis lacerauit Ioan-  
nes Cornelius de Pauw, falſo nomine adſumto:

*Philargyrii Cantabrigienſis emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera  
editione Ioannis Clerici. Vbi quaedam Grotii et aliorum, plurima vero Phileleutheri Lipſien-  
ſis*



*sis errata castigantur. Cum praefatione Ioannis Clerici. Accedunt Antonii Mariae Saluini, publici gr. litt. Florentiae Professoris annotata in Menandri et Philemonis Reliquias. Amstelodami, apud Henric. Schelte. 1711. titul. 8.*

Docta longaue est huius libelli censura in Actis Eruditorum Lips. mensis Iulii 1711. pag. 295 — 302. et mensis Augusti pag. 365 — 373. cuius auctor (Berglerus, ni fallor,) dicteria acerba, conuitia atque maledicta aperta, quae in hac controuersia a litigantibus iactitata sunt, merito improbat, et modo Clerici, modo Benteii, modo Paw emendationes probat aut reiecit, modo ab omnibus facit discessionem, nouamque lucem locis obscuris accendit. At multo acerbius infectatus est Pauonem, plura eius conuitia in Benteium effusa congeffit, Anglum saepe defendit, eo autem frequentius Pauonem culpat atque explodit, et multa Menandri ac Philemonis loca tentat, corrigit aut interpretatur. *D' Orville* in Critica vanno in inanes Io. Cornelii Pauonis paleas etc. (Amstelod. 1737. mai. 8.) cap. V. p. 79 — 81. in primis cap. VIII. sect. II. pag. 223 — 251. adde cel. *Saxium* in Onomast. literar. vol. VI. pag. 194 sq. Sed satis de his criticis controuersis, quarum tamen notitia omnino est in primis necessaria futuro Menandri ac Philemonis fragmentorum editori. — Pauca Menandri fragmenta recepit *Fuluius Vrsinus* in Carmin. IX. illustrium foeminarum, Antwerp. 1568. 8. pag. 279. — Eiusdem Sententiae, graece et latine, sunt inter Georgica, Bucolica et Gnomica poemata veterum, Geneuae apud Crispinum, 1569. et apud hered. E. Vignon, 1600. 12. tum in collectionibus sententiarum Frobeniana reliquisque, de quibus supra lib. II. cap. XI. disputatum est. Quas Comicorum, adeoque Menandri et Philemonis, sententias Wintertonii editio exhibet decurtatas, eas ex auctoribus, qui eas seruarunt, integras atque emendatas dedit cel. *Brunck.* in *Gnomicis poetis graecis*, Argentorati, 1784. 8. p. 189 sqq. et p. 334 sqq. criticis notis illustrauit. Id denique adhuc adnotandum est, scriptores ecclesiasticos per piam fraudem Menandro aut Philemoni versus adfinxisse atque supposuisse, quibus ostenderent, veterum sapientum placita non abhorre a christiana disciplina. vid. *Brunck.* ad Menandri fragmentum III. p. 336. adde *Ricard.* in versione Plut. gallica etc. et *Ienenf.* Ephemerides litt. (Allgemeine Litteratur-Zeitung.) mens. Octobr. 1789. p. 77. *Lamb. Bos* Animaduersiones in Menandri Fragmenta, in eius Animaduerss. in Scriptores graecos, Franecq. 1715. 8. p. 12 — 19. et *Io. Gottfr. Hauptmann* de Menandro atque illius comoediis, Gerae, 1743. 4. Duo incertarum fabb. loca emendauit *Valcken.* ad Euripid. Phoeniss. p. 59. et 712. Multo plura Menand. loca exponit corrigitue *D' Orville* in Comment. ad Charitona. Ex incertis fabulis quaedam corrigit passim *Toup.* ad Suidam (et ad Hesych. atque Polluc. Tomo IV. ed. Oxon. 1790. item G. Wakefield in Silua Crit. fasc. I. c. 25. 47.): quae de certis idem iudicauit, ea suo quaeuis loco indicabimus. Apud Strabonem reperiuntur aliquot Menandri Fragn. e. g. lib. VII. p. 297. (p. 455. edit. Almel.) quod correxerunt *Salmas.* in Exercitt. Plin. p. 112. edit. Vltrai. et *Toup.* in Epist. crit. pag. 34. edit. Lips. *Harl.*]

*Adriani Barlandi* Scholia in Menandri Carmina siue dicta memorat *Valerius Andreas* Biblioth. Belg. p. 105. Pleraque etiam Monosticha, quae apud Grotium sine nomine leguntur, ad Menandrum referenda esse, intellexi ex collectione sententiarum Menandri alphabetica, quam manu exaratam euolui in bibliotheca Gudiana. [conf. supra lib. II. cap. 11. p. 743. et censorem edit. Clerici in Act. Erudit. 1710. p. 113. qui ad eundem cod. Gudianum prouocat et eadem paene scribit. An Fabricius quoque fuit censor? num vero monosticha illa, quae valde mutata reddidit *Brunck.* in Gnomicis poet. gr. p. 221 sqq. et p. 344 sqq. illustrauit,



cuncta sint referenda ad Menandrum, equidem haesito. Ex sententiis illis nonnulla contra feminas occurrunt in Ant. Eparchi codice. vide infra lib. V. cap. 45. vol. X. p. 487.] *Menandri* Comoediae XXIV. explicatae a *Mich. Psello*, memorantur in Antonii Verderii Supplemento Biblioth. Gesnerianae e Bibliothecis CPolitanis. *O thesauros*, exclamat *Allatius* hoc referens p. 69. libri de Psellis <sup>ss)</sup>. Sed nemo haec thesauros illos protulit in lucem. Ac Menandri aliorumque poetarum graecorum poemata bene multa a graecis Imperatoribus ob amores et nequitias combusta interiisse scribit. Verba *Alcyonii* haec sunt p. 69. editionis Lipsiensis, quam curavit D. Io. Burchardus Menckenius: *Audiebam etiam puer ex Demetrio Chalcondyla Graecorum rerum peritissimo, sacerdotes Graecos tanta floruisse auctoritate apud Caesares Byzantinos, ut integra (illorum gratia) complura de veteribus graecis poemata combusserint, imprimisque ea, ubi amores, turpes lusus et nequitiae amantium continebantur, atque ita Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas et Sapphus, Eriinae, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmantis, Alcaei carmina intercidisse, tum pro his substituta Nazianzeni poemata etc.* *Petrus Alcyonius* lib. I. de Exilio. Reliquum est, ut nomina dramatum Menandri, quae in veterum libris restant, et magnam partem ab Hertelio Grotioque, tum a Koenigio in Biblioth. et praecipue a Meursio in Bibliotheca Attica sunt observata, [et a nobis aucta,] subiungam.

*Ἀγεῖκος ἢ ὑποβολιμαῖος*, Suid. in Πέμπτον. [de h. l. vide *Küster*. ad Suidam III. pag. 73. *Bentleium* Emendatt. ad Menandrum p. 67 sq. (vbi se ipse laudat,) et *Toup*. Emendatt. in Suid. pag. 335 sq.]

*Ἀδελφοί*, quam fabulam in *Adelphis* suis expressit Terentius, notante Donato. Citant praeter Donatum *Athenaeus* [X. p. 431.] *Stobaeus*, [multis locis, a Clerico iam laudatis, quae omnia rursus hic memorare, superuacaneum mihi quidem esse videtur. *Fragm.* e *Stobaeo* pag. 98. edit. Franc. emendat *Toup*. ad Longin. de Sublim. pag. 281. edit. II.] Suid. in *Κονὰ τὰ τῶν φίλων*. [P] *Ammon.* in *Διέφθαρται*. *Iustinus Martyr* de Monarchia pag. 109.

[*Ἀλαί* *Ἀραφινίδης*, fabulam hanc fide atque auctoritate *Stephani Byzant.* in *Ἀλαί* *Ἀραφ.* p. 87. adnumerat Menandreis *Toup*. in Epistola critica p. 36. Illa vero nomen accepit ab eo, quod Halis Araphenidibus, qui locus Atticae est, res, de quibus agit poeta, gestae fuerint. *Harl.*]

*Ἀλιεύς* siue *Ἀλιεύς*, *Athen.* [XI. p. 486. E. p. 500. E. XII. p. 549. E. VII. p. 303. C.] *Pollux* [X. sect. 52. sect. 132. vbi ἐν Ἀλιεῖ, vid. interpr. et 145. *Casaubon.* ad *Athen.* XI. 10. de sensu loci Menandr. apud *Stobaeum* c. LXXV. p. 452. vid. *D'Orville* ad *Chariton.* p. 269. *Suidas* in *Ἀναπετῶ* I. p. 175. si sequamur *Küsteri* emendationem.] *Stob.* Suid. *Iustinus Martyr.* pag. 108.

*Ἀνατιθεμένη ἢ Μεσσηνία*, *Harpocr. Poll. Suid.* in *Ἀράβιος ἄγγελος*. *Apostolius* in *Ἀληδετέρα τῶν ἐπὶ Σάγγρα* et *Ἀράβιος ἄγγελος*.

*Ἀνδρία*,

<sup>ss)</sup> Adde catalogum librorum mistorum graecorum qui Constantinopoli apud Christianos olim adseruabantur, in noua librorum rariorum collectio-  
ne, fascic. III. Halae Magdeburg. 1710. 8. p. 442. *Harl.*



**Ἀνδρία**, Stob. Terentius *Andria*; ea forte Afranius. Cic. de optimo genere Orat. et de Fin. I. cap. 2. Suid. et Photius in MS. in *Νεοττόν*.

**Ἀνδρόγυνος ἢ Κρης**, [*Ἀνδρόγυνος* in Schol. ined. ad Platon. Theaetet. in cod. Angel.] *Athen.* VI. pag. 243. B. Stob. Suid. in *Φίλοις*. Apostol. XI. 75. Prouerb. Phot. MS. in *Λαμία*.

**Ἀνέψιοι**, *Athen.* [XV. p. 700. B. et E. coll. *Casaubon.* ad eum XX. cap. 18.] Stob. Inde Afranii latina fab. *Consobrini*, laudata a Gellio, Charisio et Festo.

**Ἀντιόπη**, Stob.

**Ἀξιάγναθος**, Menandri apud Athenaeum, incertum, sitne dramatis an personae in dramate nomen. Vide *Casaubonum* lib. VI. cap. II.

**Ἀπαγγελλόμενος**. Vide infra *Ἐπαγγελλόμενος*.

[**Ἀπις**, *Suidas* in *Ἀβρα*, vbi vid. *Küster.* tom. I. pag. 10. *Harl.*]

**Ἀρξήφορος ἢ Αὐλητρίς**, *Athen.* [X. pag. 442. C. et pag. 446. XIII. p. 559. E. *Casaubon.* ad *Athen.* X. cap. 12. p. 737. *Asian.* V. H. lib. III. cap. 14.] *Pollux* [X. sect. 176. vbi vid. interpretes. Menandri versum digere *Bentlei.* Epist. ad Hemsterhus. pag. 109. Locum quemdam huius fabulae explicat *D'Orville* ad *Charit.* p. 88.] *Poll.* Stob. Suid. *Zenobius* VI. 5. Prouerb.

**Ἀσπίς**, *Poll.* X. sect. 137. Stob. *Harpocration* in *Χαράκωμα*. *Erotianus* in *Ἐμύξεν*. Schol. *Aristoph.* in *Acharnenses* v. 283. *Stephanus* in *Ἰβηρίχ.* *Constantinus Porphyrog.* cap. 23. de Administr. Imperii.

**Αὐλητρίς**. Vide in *Ἀρξήφορος*. *Stephanus Byz.* Fragmento de *Dodone*. Suid. in *Δωδωνάϊον*. *Iustinus Martyr* de *Monarchia* p. 109. laudat Menandrum *Ἐν αὐλητρίσι*.

**Αὐτὸν πενθῶν**, *Harpocr.* in *Στεφανῶν*, vbi vid. *Mauffac.* Stob.

**Ἀφροδίσιον** f. *Ἀφροδισία*, Stob. ac Suid. in *Ἀλήθεια*; et *Ἀναδέσθαι*.

**Βοιωτία**, Stob. *Erotianus* in *Ἡμεκτία*. Phot. MS. in *Περίησα*.

**Γεωργός**, alii, *Γοργίας* v. Clericum, Stob. Etymol. M. in *Βεβών*. Scholiast. *Aristophanis* in *Plut.* 652. Stob. [Fragmentum apud *Stobaeum* Floril. tit. LVII. emendatius reddidit *Toup.* in *Epist. crit.* p. 35 sq. edit. *Lipf.* Idem ibid. Menandri fragm. ex hac fabula reperit apud *Plutarchum* in lib. *περὶ πολυπραγμοσύνης*, vol. VIII. p. 60. aliud ex hac fabula fragmentum latet apud Schol. *Hermogenis* p. 404. *Harl.*]

**Γλυκέραι**, *Priscianus* lib. XVIII. p. 1192. infra in *Πολέμων*. *Martial.* XIV. 187.

**Δαιταλαῖς**, Suid. in *Ἀπίδραν*.

**Δακτύλιος**, *Athen.* [VI. 247. F.] *Harpocrat.* Suid. *Ammonius* in *Παιδείκη*. Hanc Menandri fabulam *Casaubono* iudice ad *Athen.* VI. 12. p. 434. videtur transtulisse *Plautus*, cuius *Condalium* laudant veteres, *Varro* et alii.

**Δάρεδανος**, *Erotianus* in *Ἡδύσμασι*. Schol. *Aristoph.* in *Aues* 1562. *Priscianus* lib. VI. pag. 702. *Theon progymnas.* pag. 48. (pag. 63. edit. *Lugd.*)



Δαισδαίμων<sup>ttt)</sup>, (ex Antiphanis Οἰωνισῇ teste Porphyrio apud Euseb. Praepar. X. 2.) Clemens Alex. VII. Strom. pag. 712. Theodorit. VI. Therapeut. pag. 88. Stob. Phot. MS. in Ὅλολοι. [Porphyrius de abstin. libr. IV. 15. v. Clericum.]

Δημιουργός, Athen. IV. p. 172. D. Poll. [X. sect. 102. Suid. h. v. Vetus Lexic. in biblioth. Coislín. pag. 481.]

Διδύμα, Athen. [IX. p. 373. D.] Harpocr. Laertius VI. 95. in Cratete.

Δις ἐξαπατών, Suid. in Ζάκωρος et Ἀπόσα, [Plutarch. consol. ad Apollon. pag. 119. vid. Cleric. p. 46.] Δυς ἐξαπαθόν, Turneb. IX. 24. Fulgentius III. Mytholog. cap. 1. Mar- tial. XIV. 14.

Δίφιλος, Iustinus Martyr de Monarchia p. 108. nisi locus corruptus<sup>uuu)</sup>; nam eodem versus Comico Diphilo tribuere videtur Clemens Alex. V. Strom. p. 611. et ex Clemente Eusebius Praepar. Euang. XIII. cap. 13. apud quos ambos esset legendum [P] ὁ Κωμικός Δίφιλος, quod mihi durum videtur, licet fatear, dramata, quae apud Iustinum sequuntur, Menandri esse, non Diphili. [conf. Bergler. ad Alciph. p. 123.]

Δύσκολος, Athen. [IV. p. 146. E. IX. p. 383. F. Casaubon. ad Athen. IV. II. pag. 272 sq.] Stob. Harpocr. voc. Φυλή. Iulianus in Misopogone p. 63. edit. Petau. f. p. 342. Suid. in Πανικῶ δέματι. Ammonius in Εὐρέειν et Εὐθύς. Porphyrius II. περὶ ἀποχῆς. Scholia- stes Aristoph. in Acharnenses [vers. 1022. Schol. ad Aristoph. Lysistr. 2. et ex eo Suidas in Πανικῶ δέματι. Menandri autem verba digeri et tentat corrigere Toup. Emend. in Suid. part. III. pag. 318. edit. Lips. Plautus videtur hanc fabulam vertisse in sua, itidem Dyscolus dicta, cuius pauca supersunt fragmenta. Huc pertinet Agathiae in poetam epigr. de quo vide Toup. Epist. crit. p. 28. edit. Lips. Harl.]

Ἐαυτοντιμωρέμενος, Galen. tom. V. Basil. p. 592. Athen. [VI. p. 231. A. XIV. p. 651. A.] Stob. Et Terentii Heautontimorumenos e Menandro expressa est, notante Eugraphio. Terentius ipse reddidit se ipsum cruciantem; Cicero Tuscul. III. 27. ipse se puniens. Fabric. citatur in Schol. inedito cod. Angel. ad Platonis Phaedonem. Harl.

Ἐγχειρίδιον, Athen. X. pag. 446. F. Stob. Scholiastes Aristoph. in Vespas 191. Suid. in Κωρυδαῖος. Zenobius VI. 28. et IV. 75. Prouerb. [apud Schol. cit. ineditum ad Plat. Theact.]

Ἐλέγχος, Aphthonius Progymnasm. περὶ Ἡθοποιίας cap. 21. Lucian. in Pseudologista 888. edit. Paris. Theon in Progymnasm. p. 19. Prologum sub persona Ἐλέγχε intro- duxit Menander. Incertum igitur est, num totum ipsi drama sit tribuendum hoc no- mine.

Ἐμπιμπραμένη, Athen. VIII. pag. 365. et XIII. pag. 559. F. Stob.

[Ἐοστρά,

ttt) Δαισδαίμων apud Schol. inedit. ad Platon. Theactet. in cod. biblioth. angelicae Romae et Venet. obseruante cl. Siebenkeesio. Ab eodem Schol. ad Phaedrum Platonis citatur incognita Menandri fabula Δίλων δυντήμα. Harl.

uuu) Iustinum errasse, putat Heringa in Ob- seruatt. critic. cap. 28. (quod variis Menandri reli- quiis emendandis consecrauit,) pag. 244. Harl.



[*Ἑορταί*, *Philostrophus* epist. 42. ex emendatione *Wesselingii* in diss. *Herodotea* pag. 159. τὰς γὰρ Παννυχίδας καὶ τὰς Ἑορτάς, τὰ Μενάνδρου δράματα. Nam καὶ, quod vulgo sequitur voc. Ἑορτάς, delet *Wesseling*. *Harl.*]

*Ἐπαγγελλόμενος*, *Stob.* serm. 35. et 49. *Suid.* in *Εἰς τὸ δέον*, vbi scribitur Ἀπαγγελλόμενος.

*Ἐπίκληρος* α', β', *Athen.* IX. p. 373. C. *Stob.* *Harpocrat.* et forte apud *Suid.* et *Zenob.* in *Θεῶνες ὀρεκία ἐκ ἐπίσαντα*. [*Eustath.* in *Hom.* p. 1440, 50. ed. rom.] *Quintilian.* lib. X. cap. 1. *Χρήσης ἐπίκληρος* *Menandri* citatur a *Theone* in *Progymnasim.* p. 49. nec satis bene, vt existimo, *Vir summus Ioach. Camerarius* legit ἐν *Χρήσῃ* et transfert in *praetlata*, pro ἐν *Χρήσῃ* in *foeneratore*.

*Ἐπιτρέποντες*, male alii *Ἐπιτρέπων* s. *Ἐπιτροπέως* s. *Ἐπιτρέπυσα*, *Quintilian.* lib. X. cap. 1. [*Schol.* ad *Eurip.* *Phoen.* v. 1161.] *Alciphron.* Epist. vlt. *Athenaeus* III. pag. 119. XIV. pag. 659. B. *Stob.* *Harpocrat.* *Schol.* *Aristoph.* in *Acharnenses* 1114. *Erotianus* in *Ἐχθρον.* *Suid.* in *Ματρουλλεῖον.* *Priscianus* lib. XVIII. p. 1168. *Sidonius Apollinar.* IV. 12. adde *Casaubonum* III. 33. ad *Athenaeum*, [et *Clerici* not. *Sirmond.* ad *Sidon.* tom. I. Opp. f. 947. Eiusdem argumenti est *Terentii Hecyra.*]

[*Ἐταῖραι*, *Suidas* in *Ἀναπτῶ.* Respicere videtur *Plutarch.* de *Sanitate tuenda* tom. II. pag. 132. vt a *Clerico* notatur. *Harl.*]

*Εὐνῆχος* s. *Εὐνῆχοι*, *Stob.* *Poll.* IX. sect. 45. *Terentius Eunuch.* *Zenobius* et *Lucillus Tarrhaeus* in *Συσομώτερος σκάφης*.

*Ἐφέσιος* s. *Ἐφέσιοι*, *Athen.* VII. p. 309. E. IX. p. 385. F. *Harpocrat.* in *Κύκλοι.* *Suid.* in *Ἐνδυο.* *Zenob.* VI. 9.

*Ἡνιόχος*, *Stob.* *Harpocrat.* *Ammonius* in *Ἀρπαγῇ* [coll. emendatione *Heringae* in *Obss.* crit. cap. 28. p. 286.] et *Χειμάζει*, *Iustinus Martyr* de *Monarchia* p. 107. [Locus a *Iustino* citatus occurrit quoque apud *Clement. Alexandr.* in *Admonit.* ad gentes pag. 49. vbi citatur *Men.* — ἐν *Ἡνιόχῳ*, ἐν *ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι* sed *Cleric.* malit deleri ἐν *ὑποβολιμαίῳ*. Locum quemdam in hac fabula transsumsit *Menander* ex *Euripidis* *Hippolyto* v. 106. notante *Valcken.* ad illum, pag. 176. D. E. *Harl.*]

*Ἡρως* s. *Ἡρως*, *Athen.* X. p. 426. E. *Stob.* *Ammonius* in *Ἰσθ.* *Suid.* in *Ἀναλυθῆναι*.

*Θαῖς*, *Propert.* lib. 2. V. 3. et lib. 4. V. 43. [et ad vtrumque locum *Bruckhuf.* ac *Burm.*] *Alciphron.* Epist. vlt. [II. epist. 4. pag. 270. vbi legitur *Θαῖδας*, et *Bergler.* putat, duas *Menandri* fabulas sub hoc nomine fuisse.] *Athenaeus* p. 567. D. *Harpocrat.* *Plutarchus* de *Audiendis Poetis* tom. II. p. 19. *Suid.* in *Κήρυκος.* *Aelianus* XII. 10. de *Animal.* *Martialis* XIV. *Apophoret.* 187. *Sam. Petitus* III. 3. *Misc.* *Turneb.* IX. *Aduers.* 24. 1. *Frid. Gronou.* lib. I. *Obss.* in scriptor. eccles. cap. 2. E *Menandri* *Thaide* petium versum, ab apostolo *Paullo* sanctificatum notat *Beza* e vet. codice, in quo notatum *Menander* in *Θαῖδα*. *Schurzfleisch* malit in *Λευκαδία*, quasi librarius scripserit *Λαδία*. Sed nescio, quare non potuerit esse e *Thaide*.

*Θεοφορεμένη*, *Stob.* *Athen.* [XI. p. 472. B. p. 504. A. a *Schol.* ined. ad *Platonis Cratylum.* Locum *Stobaei* vid. in cl. *Schoew* libro, charta papyr. p. 142.]

Θεττάλη



Θεττάλη f. Θεττάλη, f. Θεττάλοι, Stob. Poll. X. sect. 115. Stephanus Byz. in Θεσσαλία, vbi vid. Berkel. p. 394. Plin. XXX. 1.

Θησαυρός, Stob. Terentius Eunuch. Suid. in Κάνθαρος.

Θρασυλέων, Alciphron, Athen. VI. pag. 248. B. Stob. Harpocrat. [in Φιλοσοφείν. adde D'Orville ad Chariton. p. 281 sq. qui locum corrigit quemdam pluresque laudat, et Toup. IV. 401.] Respicit fortassis *Iulianus* [P] in Misopogone: ἐνόμισας ἂν Συμκρίνην ὄρεῖν, ἢ Θρασυλέοντα δύσκολον πρεσβύτην, ἢ τραυιότην ἀνόητον. Apud Latinos eodem titulo fabulam docuerat *Turpilius*, (teste Nonio,) interpres, vt videtur Menandreae. Casaubon. pag. 435. ad Athenaeum.

Θρασωνίδα τὸ μίσος, Libanius Protheoria declamat. 31. tom. I. pag. 701. [vid. infra in Μισόμενος.]

Ἱερεία, Zenob. V. 39. Prouerb. Iustinus Martyr de Monarch. p. 107. Fabric. Locum ex hac fabula apud Stobaeum corrigit Toup. in Emendatt. in Suidam pag. 24. edit. Lips. Harl.

Ἱμβριοι, Stob. ferm. 3.

Ἱπποκόμος, Laert. VI. 83. [Pollux X. 80. vbi vid. interpr. ibid. sect. 98.]

Κανηφόρος, Stob. Harpocrat. Apostolius I. 92. Prouerb. Suid. in Ἀντάλλαγον. Fabric. Menandri locum apud Suidam corrigit Valcken. Diatr. Euripid. p. 206. not. adde Suidam in Ἀποκριθῆτι, de quo loco vid. Westfeling. in Probabil. cap. 29. p. 250. in primis Toup. Epist. crit. p. 31. qui a Suida duo Menandri loca videt citata: alterum ex Κανηφόρῳ alterum ex Ὑποβολιμαίῳ ita pro vulgato Ὑποβολιμαία acute corrigendo. Harl.

Καρίνη, Athen. IV. pag. 175. A. Stob. Suid. in Ἀλώσιον.

Καρχηδόνιος, i. Καρχηδόνιοι, Athen. [IX. pag. 385. B. quem locum emendat illustratque Toup. Emendatt. in Suid. part. III. p. 571 sq.] Stob. Scholiastes Aristoph. ad Vespas 493. Pollux X. sect. 73. Fabric. Apud Pollucem olim legebatur Χαλκιδωνίῳ ideoque Meursius fabulam hoc nomine Menandreis reliquis addidit; enimvero perperam, atque Iungermann. Kühn. et Hemsterhuf. (qui de confusione vtriusque voc. haud infrequenti copiosus est,) veram lectionem Καρχηδονίῳ e codicibus restituerunt. Sic quoque apud Apostolium Centur. XII. 7. et Suidam in Λιτυέσης, tom. II. p. 452. illa fabula, quam latinam fecit Plautus in Poenulo, male vocatur Χαλκιδόνιον. Toupio l. mem. adnotante, Menander sumit sententiam ex Euripidis Telepho, cuius meminit Stobaeus Floril. p. 131. edit. Grotii, vicissim Heliodorus Aethiop. lib. VII. p. 352. similem παροίμιαν ex Menandri hausit Καρχηδονίῳ. Harl.

Καταψευδόμενος, Stob. Suid. in Τὸν αἶφ' ἱερᾶς γραμμῆς et Stephan. Byz. in Μύλασα. [Schol. ineditus ad Platon. Theaetet.]

Κερέφαλος, Athen. [lib. VI. p. 241. F. 243. A. 245. C. XV. p. 691. C. Heringa l. c. pag. 247.] Stob. Suidas in Ἀβυεράκη. [Schol. inedit. ad Platonis Cratylum.]

Κιθαριστής, Stob. [Ecl. phys. pag. 16. quod fragm. Clericus pag. 200. inter incerta locat. conf.]



conf. *D' Orville* ad *Charit.* pag. 93.] et *serm.* 9. 93. 96. [*Athen.* VI. p. 247. F. XII. pag. 510. D.]

*Κνιδία*, *Stobaeus* *serm.* 84.

*Κόλαξ* f. *Κολακεία*, *Athen.* VII. p. 301. X. p. 434. B. XIV. p. 659. D. XIII. p. 587. B. *Stob.* *Terentius Eunuchus*, et ad prologum *Donatus* atque *Eugraphius*, e quibus discas; *Plautum* quoque et *Naeuium* id *Menandri* drama fuisse imitatos. [conf. *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* *Plut.* v. 935. pag. 326 sq. *Casaubon.* ad *Athen.* X. cap. 9. *Heringa* l. c. pag. 247 sq.]

*Κόλωνες*, *Athen.* lib. VII. p. 301. nisi pro *Κόλωσι* legendum *Κόλωνι*. [et cortexit *Cleric.*]

*Κονιαζόμενοι*, *Stob.* *Serm.* 106. (108.)

*Κρης*, vid. *Ἀνδρόγυονον*.

*Κυβερνήται*, *Stob.* *serm.* 22. *Priscianus* lib. XVIII. p. 1183.

*Λευκαδία*, *Stob.* *Harpocrat.* *Schol.* *Aristoph.* in *Acharnenses* 283. *Etymolog.* et *Suid.* in *Ζάκωρος*. *Zenobius* VI. 13. *Prouerb.* *Hesychius* in *Λευκάδος*, vbi male legitur *Μένανδρος ἐν Λευκάσειον*, [vbi vid. interpr. *Strabo* X. p. 452. edit. *Parif.* et *Bentlei.* *Emendatt.* in *Menandr.* pag. 38 sq.]

[*Λήμνιον*, *Athenaeus* VI. p. 258. E. memorat tantum, a *Menandro* in fabula illius nominis diligentissime expressum esse adsentatorem. *Hart.*]

*Λοκράι*, *Zenobius* VI. 27. *Prouerb.* et *Quintil.* X. 1. vbi male *Lochos* editum pro *Locros*.

*Μέθη*, *Athen.* [VI. p. 146. D. p. 243. A. 247. E. VIII. p. 364. D. *Bentlei.* *Emendatt.* pag. 39 sqq. *Heringa* l. c. pag. 248.] *Suid.* in *Ἄλλο*.

*Μελαγκώμιος*, *Stob.*

*Μεσσηνία*, *Poll.* [X. sect. 101. vbi vid. interpr. et *Hemsterhus.* malit *Μεσσαυλος*. Locum emendat *Bentlei.* in *Epist.* ad *Hemsterhus.* pag. 102.] *Aelianus* XIII. 4. *Animal.* *Suid.* in *Ἴσσαι* et *Ψύλλαι*. *Demetrius* *περὶ ἐρμηνείας* §. 154. Vide et supra in *Ἀνατιθεμένη*.

*Μηναγύτης* f. *Μητραγύτης*, *Stob.* *Μηναγύτης*, *Suida* teste, fuit Rheae sacerdos, qui singulis mensibus stipem colligebat: at *Μητραγύτης*, qui mulieres initiabat matri Deum. [vid. *Cuppr.* *Observatt.* III. cap. 4. et *Clerici* not.]

*Μισογύνης*, *Phrynichus* in *Γύγες*, quo iudice princeps haec fuit *Menandri* comoediarum. *Harpocr.* [Toup. IV. 405.] *Stob.* *Poll.* VII. sect. 79. 87. X. 50. 127. 139. *Athen.* XV. p. 661. C. *Strabo* lib. VII. p. 296 sq. *Priscian.* lib. XVIII. p. 1192. 1193. 1213. Ex eadem Comoedia [P] deprompti versus *Menandri*, quos profert *Lucianus* in *Amoribus* tom. I. p. 903 sq.

*Μισόμενος*, *Alciphron* <sup>supra</sup>, *Poll.* X. sect. 146. *Schol.* *Aristophanis* ad *Vespas* 679. *Iustinus Martyr* de *Monarchia Dei* p. 107. *Irenaeus* contra haereticos II. cap. 27. Phot. MS. in *Σπαθάν*. *Martial.* XIV. 14.

<sup>supra</sup>) Haec comoedia excitauit propemodum tragoedias. *Clericus* ex verbis *Libanii* supra laudatis nouae fabulae titulum *Θρακυδὴ τὸ μῖσος* extulit. Vol. II.

*Nānnoi*, dit: sed secus sentit *Bentlei.* in *Emendatt.* in *Menandri* et *Philemonis* reliquias p. 33. arbitrans, *Libanium* respexisse ad *Menandri* fabulam *Μισόμενον*, nec



Νᾶννοι, vel potius Νάννιον, [*Athen.* XIII. pag. 567.] *Meurf.* lib. I. cap. 17. Attic. Lect. *Stobaeus* ferm. XI.

Ναύκληρος f. Ναύκληροι, *Athen.* [IV. p. 166. B. XI. 474. C. *Heringa* l. c. pag. 248 sqq.] *Stob. Macrobius* V. 21. Schol. Sophoclis ad Oedipum Coloneum. [*Casaubon.* ad *Athen.* IV. cap. 18. p. 298. suspicatur, idem esse drama cum alio Κυβεργήται inscripto.]

Νομοθέται f. Νομοθέτης, *Athen.* VI. p. 247. E. *Stob. Quintilianus* X. 1. *Ammon.* in Λύχνος.

Ξενολόγος f. Ξενολογία, *Stob. Theon Progymnasm.* pag. 48. [cap. IV. pag. 63.]

Ὀλυνθία, *Stob. Poll.* X. sect. 170. *Suid.* in Φέρεν. *Zenob.* VI. 51. *Prouerb.*

Ὀμοπάτριοι, *Stob.* et *Suid.* in Ἀλφάνες.

Ὀργή, *Athen.* IV. p. 166. A. VI. p. 243. 247. XII. p. 552. *Stob. Hesych. Poll.* VI. 102. Prima haec fuit Menandri quam docuit Comoedia, certe prima earum, quibus vicit. *Eusebius Chron.* Μένανδρος ὁ Κωμικὸς πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν ἐνίκᾳ. *Synsell.* pag. 275. *Fabric.* eamque comoediam *Olymp.* CXIV. 3. A. M. 3683. ante C. N. 320. V. C. 432. docuisse fertur, rationes subducente cl. *Saxio*, *Onom.* I. p. 86. adde *Casaubon.* ad *Athen.* VI. 10. pag. 425 sq. *Harl.*

Παιδίον, *Athen.* III. p. 94. *Stob. Poll.* X. sect. 187. [Toup. IV. 400.] *Suid.* in Ἀλεξίφάρμακας, et Ἀπόσα. Aliis Πεδίον, vitiose.

Παλλακή, *Athen.* XIV. pag. 654. *Stob.*

Παννυχίδες, *Aelian.* VII. 19. *Animal. Fabric. Philostrat. epist.* 42. *Wesseling.* Diff. *Herodot.* pag. 159. *Harl.*

Παρακαταθήκη, *Athen.* XIII. p. 571. *Stob. Poll.* IV. sect. 76. *Harpocrat. Ammonius* in Θύρα. *Hesych.* in Ὅφας. *Iustinus* de Monarch. p. 107. [*Casaubon.* ad *Athen.* XIII. 4 pag. 870.]

#### Πέμπτος.

nec nouae incognitaeque fabulae nomen posse ex Libanii verbis: καὶ γέγονε ἀμίλη προσηγορία τῷ δράματι τῇ Θρασωίδᾳ τὸ μῖσος elici. Excusat quidem *Paw Clerici* errorem, omittit vero τὸ ante μῖσος. Cum *Bentleio* faciunt *Bergler.* atque *Toup.* Prior ad *Alciphron.* II. epist. IV. *Glyceræ* ad Menandrum, pag. 270. qui quasdam Menandri fabulas enumerat: ἄτε Θωίδας, ἄτε Μισόμενον, ἄτε Θρασυλόντα, ἄτε Ἐπιτρέποντας, ἄτε Ῥαπισζομένην, ἄτε Σικύνων. . . (lege Σικυνίων,) etc. putat, prorsus Libanium non nisi Μισόμενον intellexisse: atque scribit, idem sentire *La Croze*, qui loca sibi obseruata, in quibus Thrasonidis mentio, ad Μισόμενον referat, ex *Diogene Laertio* lib. VII. segm. 130. σὸν γὰρ Θρασωίδην etc. et *Suida* in voc. Ἔρως pag. 862. edit. *Küsteri*, praeter ea ex disputationibus *Epicteti* ab *Arriano* scriptis lib. III. cap. 26. ἔρα ἂν λέγα καὶ πρὸς τὴν Θρασωίδην, vbi *La Croze* et *Berg-*

ler. duo Menandri versus efficiunt; sed diuersimode corrigunt. *Toup.* in Epistola critica p. 27 sq. edit. Lips. vbi primum apud *Suidam* tom. I. pag. 245. qui in Ἀπαιφύσαντες duo versus ex *Μισόμενος*, nomine auctoris non addito, citat, cum *Küsteri* intelligit Menandri fabulam eodem nomine inscriptam, in qua Thrasonides siue miles gloriosus primas agebat: tum ad eandem refert Libanii verba: postea animaduertit, huc respexisse *Plutarch.* in libello περὶ Φιλοπλ. vol. VIII. pag. 81 sq. ἀλλ' ἐν τοῖς Θρασωίδᾳ παλαιῖς ἔστιν, et duo, qui ex ea fabula depromti sunt, versus emendat. Huc quoque referendus illi videtur *Suidas* tom. I. pag. 252. Ἀπαιτῆσαι etc. versusque ibi seruatos suis restituit numeris; denique adfert venustum Agathiae epigramma, in quo ad hanc aliasque duas Menandri fabulas adludatur. *Harl.*



Πέμπτος, Ammon. in Δαμάς.

[Περικειρομένη. Ex *Agathias* Epigr. Florileg. lib. VII. p. 588. huius fabulae titulum obseruauerunt post *Fabricium* alio loco *Wesseling.* in *Diff. Herodotea* p. 159 sq. et *Toup.* in *Epist. crit.* p. 28. edit. *Lips.* adde *Salmas.* de *Coma* pag. 174. *Harl.*]

Περινθία, *Athen.* [VII. pag. 301. C. XI. 504. A.] *Stobaeus* Poll. [X. sect. 12. vbi vid. interpr. coll. *Bentlei* *Epist.* ad *Hemsterhus.* p. 91.] *Harpocr.* Terentius *Andria.* *Suid.* et *Schol.* *Hermogenis* pag. 391. [*J. Vossius* ad *Catull.* pag. 308.]

Πιμπραμένη, *Athen.* pag. 365. D. Vide supra *Εμπιμπραμένη.*

Πλόκιον, *Stob.* *Alcian.* XII. 10. *Animal.* *Zenob.* VI. 8. *Prouerb.* *Gellius* II. 23. et III. 16. Hanc Comoediam in sua *Plocio* expressebat latinus *Comicus Caecilius*, sed parum feliciter, vt *Gellio* obseruatum. [conf. *D. Orville* ad *Charit.* p. 122. et 660. *Heringae* *Obss. crit.* cap. 29. p. 251 sq.]

Πολέμων, *Philostr.* *Epist.* 26. (*Meursii* edit. 13.) *Agathias* in epigrammate lib. VII. *Anthol.* p. 588. latina versio *Ios. Scaligeri*: „Quod *Polemo* ille facit, *Glyceres* qui coniugit aufert, in *Thymela* crines docte *Menandre* tua.“ Eadem comoedia *Menandri* fuisse videtur, quam supra memorabam, *Γλυκίρα.* *Fabric.* adde *Wesselingii* *Diff. Herodoteam* pag. 159. *Harl.*

Προσγκαλῶν, *Stob.*

Πωλέμενοι, *Athen.* VI. pag. 248. D. *Harpocr.* *Clemens Alex.* VI. *Strom.* pag. 622. *Stob.*

Ραπιζομένη, *Alciphron.* [II. *epist.* 4. pag. 270. edit. *Bergleri.*] *Stob.* *Clemens Alex.* lib. I. *Paedagog.* cap. 4. *Suid.* *Pollux* VII. sect. 51. [*Schol.* inedit. ad *Platonis Theact.*]

Σαμία, *Phrynichus* in *Δίβανον.*

Σικυνίσιος, *Alciphron.* *Epist.* vlt. [loco ante mem.] *Stob.* *Harpocr.* *Suid.* [in *Ἀβας* e MSS. *Küster.* quem vide. *Photius* in *Lex.* inedit. apud *Toup.* Emendatt. in *Suid.* part. III. pag. 330. edit. *Lips.* *Σικυνίσιος* apud *Schol.* inedit. ad *Platon.* *Theact.*]

Στρατιῶται, *Stob.* [E *Plutarcho* duo fragm. adiecit *Cleric.* pag. 166.]

Συναρισῶσαι, *Athen.* [VI. 12. p. 248. A. coll. *Casaubon.* ad id caput p. 434 sq.] *Stob.* *Poll.* [VI. sect. 101. vbi vide interpr. Id. X. sect. 18.] *Suid.* *Plin.* XXIII. 9. Etiam apud *Suid.* in [P] *Ὡς μελεῖ* pro *Μένανδρος συνεργῶση* *Meursius* legit *Συναρισῶση* <sup>www</sup>). *Caecilius* fortasse latinus *Comicus Synaristusas* suas, quarum *Gellius* XV. 15. meminit, e *Menandro* fuerat mutuatus. Sed et *Crates* *Comicus* graecum drama hoc titulo ediderat, vt supra dixi.

Συνέριθι <sup>xxx</sup>, *Schol.* *Aristoph.* ad *Aves* [v. 1490. coll. *Clerici* nota, et *Bentlei.* in *Emendatt.* pag. 59. *Scholias.* verba corrigentem.]

N n n 2

Συνέφηβοι,

<sup>www</sup>) *Meursio* tamen accedit *Clericus* pag. 172. E contrario non videt, quum *Suidas* bis in *Ἀντισ* <sup>xx</sup> et in *Ὡς μελεῖ* laudet *Συνεργῶση*, cur mutetur,

ratus, mulierem *Συνεργῶση*, *riualet*, posse aptam fabulae materiem suppeditare. *Harl.*

<sup>xxx</sup>) Negat *Heringa* in *Obss. crit.* cap. 29. pag. 254.



Συνεφθεβοι, Cic. cap. 6. de optimo gen. Oratorum et Zenob. V. 60. Prouerb. Verterat latine *Caecilius Statius*, laudat *Cicero* de N. D. I. cap. 6. et de Fin. I. cap. 2. *Fabric.* adde Clerici notam. De loco Menandri apud Zenobium vid. *Valcken.* ad *Enripidis* Phoeniss. v. 976. pag. 355. *Harl.*

Τίτθη, Suid. in Αἰτῆσαςθαι.

Τρέποντες, Athen. III. pag. 119. F. Vide Ἐπιδρέποντες.

Τροφάνιος, Athen. [III. p. 99. E. IV. p. 132. XII. p. 517. A. *Casaubon.* ad Athen. IV. 4. p. 251. et Clerici not. pag. 175 sqq.] Harpocr. Stob. [Flor. tit. IX. vbi quidam codd. tribuunt Philemoni.]

Υδρας, Stob. Hefych. Suid. Athen. [IX. p. 408. F. Schol. ined. ad Plat. Phaed.]

Υμνις, Athen. VI. p. 231. A. Stob. Hefych. Harpocr. Suid. Ammonius in Αἰτῶ. Cic. de Fin. II. cap. 7. Latinam fecit fabulam *Caecilius*, vid. *Petri Victorii* Varr. Lectt. lib. I. cap. 11.

Υποβολιμαῖος, s. Ὑποβολιμαῖος, [siue Ἀγροικος. Suid. in Πέμπεν. vid. *Toup.* Emend. in Suid. III. p. 335.] Athen. XIV. p. 644. Stob. p. 12. Eclog. et Serm. II. et 89. *Quintil.* lib. I. cap. 10. et lib. X. cap. 1. Ammonius in Δέμβοι. Vide et supra in Ἀγροικος. *Fabric.* *Caecilii Hypobolimasum* s. *subditium* citat Nonius. Citat Menandri fabulam *Suidas* in Ἀποκριθῆναι ex emendatione *Toppii* in Epist. crit. p. 31. Idem ibidem corrigit Menandri verba apud Ammonium voc. Δέμβοι, (vbi vid. *Valcken.* pag. 88.) Idem pag. 32. fragmentum apud *Stobaeum* in Ecl. physic. tit. X. p. 135. Grot. liberat vitio: et ib. multus est in restituendo interpretandoque loco apud *Stobaeum* Flor. tit. 122. et discedit ab opinionibus Grotii, Bentleii, Hemsterhusii et Vptoni docetque ad Menandri locum respexisse *Marc. Antonin.* II. 17. De loco *Stobaeo* in Floril. digerendo emendandoque copiosus est *Heringa* in Obsl. crit. p. 255 sqq. et putat, a versu Πανήγυριν etc. nouum incipere fragmentum, sumtum vel ex dramate, cuius nomen fuerit Ἀνδρωπος, quod verterat forte *Afranius*, vel ἐξ Ἀνδρωγόνω discedit quoque ab emendationibus Bentleii, quod frequenter facere solet; a p. 259. persequitur critice loca Menandri, quae ex comoediis non nominatis ab aliis auctoribus deprompta sunt. *Harl.*

Φανός, Athen. [VII. p. 314. B.] aliis, [vt Athen. IV. 171. A.] Φανίας.

Φάννιον, (Scorti nomen) Athen. XIII. pag. 567. D.

Φάσμα, Athen. XIV. p. 661. F. Hefych. Terentius Eunuchus prol. v. 9. *Atilius Fortunatianus* p. 2672. Hanc fabulam latine expresserat Q. Lutatius Catullus. Meminit *Iuuenal.* VIII. 186. [vbi v. *Grang.*]

Φιλάδελφαι, Athen. [XI. p. 486. C. coll. *Casaubon* p. 804 sq.] Poll. [X. sect. 143. corr. a *Bentleio* in Epist. ad Hemsterhus. pag. 105.] Stob.

Χαλκεία,

254. Menandrum scripsisse fabulam hoc nomine: sed Scholiasten ad Aristoph. I. c. respicere, ostendit, ad eum locum, quem ex comoedia seruauit *Zenobius* Prou. V. 60. vtrobique autem legendum

esse in Συνεφθεβοις, non in Συνεφθῶνι, idque patere ex verbis Cic. de Finib. I. 2. *Synephebos* potius *Caecilii*, aut *Andriam* Terentii, quam utramque Menandri legam. *Harl.*



*Χαλκεία*, *Athen.* XI. p. 502. E. Harpocr. Stob. *Fabrie.* De loco *Stobasi* Floril. tit. VII. 86. vide *D'Orville* ad Chariton. pag. 602. Apud *Nomium* laudatur *Caecilius* in *Chalcis*, quod *Dionysius Gothofredus* positum putat pro *Χαλκείους*. *Harl.*

*Χαλκίς*, Suid. in *Πέμπτη φθίνοντος*. Forte eadem cum superiore. [adde Clerici not. pag. 192.]

*Χαλκηδόνιος*, *Pollux* X. 20. [lect. 73. sed hodie legitur e codd. restitutum *Καρχηδονίω*, ad quam fabulam vid. supra notata.] Suid. in *Λιτυέσης*. *Apostol.* XII. 7. Prouerb.

*Χήρας*, Harpocr. in *Διασησαι*. Suid. in *Ἀνάδοχον*, [et in *Ἀντάλλογον* ex emendatione *Valcken.* in *Diatr. Euripidea* pag. 206. not.]

*Χρηστὴ ἐπικληρος*. Vide supra *Ἐπικληρος*.

*Ψευδερρακλῆς*, Suid. in *Ἀβρας* [vbi vid. *Küster.*] et *Καρκίνε ποιήματα*. Stob. *Athen.* [IV. p. 172. A. XIV. p. 644. C. XIII. pag. 587. B. coll. *Heringas* emendatione in *Obsl. crit.* pag. 258 sq.] Harpocr. *Ammonius* in *Ἡς καὶ ἦσθα*, et *Plutarchus* lib. de Discernendo amicum ab adulatore. [vid. *Casaubon.* ad *Athen.* IV. cap. 21. et Clerici notas.]

*Ψοφοδής*, Harpocr. Suid. *Ὅνος λώρας*. Photius MS. Confer *Moursium* Attic. Lect. lib. II. cap. 6.

Argumenta comoediarum Menandri enarravit, teste Suida, *Homerus* cognomento *Sellus*, Grammaticus. Commentarium in Menandrum, *Soterides*, Epidaurius, Grammaticus. *Lyncium*, Samium, libro secundo περὶ Μενάνδρου laudat *Athen.* VI. p. 242. B. Menandri Comoedias, in conuiuiis olim ab histrionibus non infrequenter actitatas, innuit *Plutarchus* sub init. libri V. Sympos. Quin imo citius vinum, quam Menandri Comoedias, in illis desideratas ait VII. 8. p. 712. [Idem refertur ad Peripateticos. vide infra in Catalogo illorum, tom. II. p. 305. vet. edit. De eius disticho epigr. vid. ibid. p. 720. Quasdam sententias gallice vertit *L'Euesque* in: *Caractères de Theophraste et pensées morales de Ménandre* traduits par Ms. *L'Euesque*. Paris. 1782. 12.]

Scripsit et *Menander* iste praeterea Epistolas ad Ptolemaeum et alia quam plurima, sermone profario, si Suidae credimus. *Ἐπιστολαὶ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγους ἑτέρας καταλογισθῆναι*. At illa quidem, [P] quae hodieque sub Menandri nomine ad Glyceram legitur Epistola, non Menandri est, sed Alciphronis, inter cuius Epistolas penultimum locum occupat: [in edit. Bergleri lib. II. ep. IV. p. 242 — 273. *Menandri* historici loca in Excerptis Hoeschel. emendat *Toup.* Emendatt. in Suid. p. 552. 562. 572. edit. Lips.]

**MENEKRATES** Comicus, cuius apud Suidam memoratur *Μανέκτωρ ἢ Ἑρμιονεύς*. *Fabrie.* Syracusanus fuisse dicitur. vid. *Vossium* de Poet. Gr. cap. 8. p. 92. et *Craßum* in Historia Poetarum Graecorum, p. 339. Diuersus est a *Menecrate*, Syracusano medico, de quo vid. *Athen.* VII. p. 289, qui est locus classicus, *Suidam*, in primis *Mongitor.* in Bibliotheca Sicula, tom. II. p. 66. et de reliquis *Menecratibus*, quos enumerat *Fabricius* in elencho medicorum veterum, infra, vol. XIII. p. 333 sqq. *Harl.*

**MENIPPVS** Comicus, cuius *Κέρκωπας* nominat Suidas. [*Eudocia* in *Violar.* p. 303. eius dramata fuisse scribit *Κέρκωπας*, *Ὅφεις καὶ ἄλλα*. *Harl.*] De *Menippo* Gadarenfi Cynico *σπευδογελοῖω*, a quo dictae Satyrae Menippeae, tum de aliis Menippis consulendus



us *Laertius* lib. VI. et ad eum Aegidii *Menagii* observationes. *Menippus Magnes* Pan-  
cratiales inemoratur Artemidoro lib. IV. cap. 44.

**METAGENES** Atheniensis, Comicus. Dramatum eius nomina Meursio obseruata:

*Ἀσκητής*. Vide infra in *Ὀμηρος*.

*Ἀῤῥαί*, *Suid.* [Eudocia p. 303.] Harpocrat. *Athen.* [p. 355. A. 385. C. 571. B. et *Casaubon.* ad  
-*Athen.* VIII. 14. p. 621.] Scholiafles Comici ad Aues 873.

*Θεριοπέρεσαι*, *Athen.* p. 228. E. 269. E. 327. D. *Suid.* [et Eudocia] in *Μεταγένης*.

*Μαμμάκυθος*, *Athen.* VIII. p. 355. A. *Suid.* [et Eudoc. et *Casaubon.* ad *Athen.* VIII. 14.  
pag. 621.]

*Ὀμηρος ἢ Ἀσκητής*, *Suid.* Scholiafles Aristoph. ad Aues 1297.

*Φιλοθύτης*, *Pollux* [X. 88. ibique interpr. et *Bentleii* Epist. ad Hemsterhuf. p. 99. Id. X.  
sect. 115. ibique Hemsterhuf. *Athen.* [XV. p. 700. F. et ibi *Casaubon.* pag. 996.] *Suid.*  
[Eudoc. l. m.]

[**MNESILOCHVS**. Eius *Φαρμακοπώλην* citat Scholiaf. ad Aristoph. Aues 471. *Harl.*]

**MNESIMACVS**, [teste *Athen.* IX. p. 307.] mediae Comoediae Poeta, cuius haec apud  
Suidam dramatum nomina ex Athenaeo occurrunt:

*Βέσις*, [*Athen.* pag. 417. F.]

*Δύσκολος*, *Athen.* VIII. pag. 359. C.]

*Ἰπποτέριφος*, [*Athen.* pag. 301. D. 322. E. 402. F. coll. *Casaubono* ad *Athen.* IX. 15.  
pag. 687.]

*Φίλυππος*, [*Athen.* p. 326. B. 338. B. 387. B. 418. B. 421. C.]

Etiam *Ἀλκμαίωνας* Mnesimachi laudat *Laertius* VIII. 37. [Fragmentum quoddam me-  
morat Schol. Venet. ad Hom. *Iliad.* ζ. v. 231.] Alius *Mnesimachus Phaselites*, de quo Vol-  
sius in Historicis Graecis.

**MNESITHEVS** Atheniensis Medicus *περὶ ἰδεῶν* citatur ab Athenaeo lib. II. III. et VIII.

Eius Epistola *περὶ κωθωνισμῶ* siue de potatione, libro II. Idem sub initium libri II.  
profert eximium locum Mnesitheï, (incertum an eiusdem,) de vsu vini; qui ex Comoe-  
dia repetitus videtur. Vnde *Mnesitheum* Comicis adnumerauit *Grotius* in Excerptis  
p. 903. Ceterum de Mnesitheo Medico, qui interdum *Mnesitheus*, interdum *Mnesidas*  
scribitur, vide *Reinesium* in Var. Lect. p. 36 sq. *Harduinum* ad Plinium, et *Iacobi Oise-  
lii* notas ad Gellium lib. XIII. cap. vlt. [vol. XIII. in Elencho medic. vett. pag. 341.]

**MOSCHION**. Vide supra in Notitia Tragicorum, et *Iac. Gronouium* tom. II. Antiqu.  
Gr. tabula 73. vbi effigies Moschionis sedentis, incertum, an Comici? expressa ad ve-  
tus marmor *Fuluii Vrsini*, quod ille edidit pag. 30. Elog.

**MVLLVS** (*Μῦλος* *Diogeniano* VI. 40. *Zenobio* V. 14. Prouerb. [P] et *Suidas* in *Ἐπιχάρ-  
μος*) Atheniensis, inter primos Comicos refertur a *Diomede* lib. III. p. 486. *Poetae pri-  
mi*



mi Comici fuerunt *Sufarion*, *Mullus* et *Magnes*. Hi veteris disciplinas ioculatoria quaedam minus scite et venuste pronunciabant.

**MYRTILVS**, Hermippi Comici frater, Lyfidis F. comoediae veteris Poeta, cuius dramata a Suida [et Eudoc. p. 304.] memorantur *Ἐρωτες* et *Τριανοπαῖνες*, sine vt Meursius in Biblioth. Attica p. 1573. ex Aspasio in IV. 2. Ethic. ad Nicomach. legit *Τριανόπαιδες*. In Scholiis ad Comici Aues male editum est *Τανοπάση*. Laudat eundem Myrtillum Pollux [VI. sect. 40.] *Phrynichus* in *Καταφράγας*, [vbi vid. Nunnesium] et Suidas in *Λήμιον κακόν*.

**NAVCRATES**. Vide mox in **NAVSICRATE**.

**NAVSICRATIS** <sup>xxx)</sup> Comici *Ναυκλήρης* ac *Περσίδας* memorat *Athenaeus* [prior. fabulam p. 296. A. 325. E. 330. B.] et ex hoc Suidas, quamquam in codicibus Athenaei lib. IX. p. 399. F. editur: *Ναυκράτης ὁ Κωμωδοποιὸς ἐν περσίδι*. Nam ex Suida constat, legendum esse *Ναυσικράτης*. [Fragmentum apud *Athen.* VII. pag. 325. corrigit *Toup.* Emendatt. in *Suid.* III. pag. 492. coll. *Valcken.* in *Diatr.* Euripid. pag. 241. B.]

[**NICANOR** scripsit inter alia, *Κωμωδόμενα*, teste Suida, h. v. *Harl.*]

[**NICON** citatur fragmentum ex eius *Καθαροῦ*, ab *Athenaeo* XI. p. 489. C. et *Polluce* VI. sect. 99. quod certatim restituere sustinuerunt *Casaubon.* ad *Athen.* XI. 12. p. 810. interpretes ad *Pollucis* locum p. 625. et *Heringa* in *Obss.* criticis, cap. III. p. 28 sq. *Harl.*]

**NICOCHARES** Atheniensis, veteris Comoediae Poeta, filius Philonidis Comici. Eius dramata:

*Ἀμυμίωνη*, *Athen.* pag. 426. E. *Suid.*

*Γαλάτεια*, *Pollux* X. 23. sect. 93. (vbi male Nicocharmus pro Nicochare) <sup>xxx)</sup> *Schol.* Aristophanis ad Plutum [v. 179. vbi vid. *Hemsterhuf.* pag. 57. et v. 303.] *Suid.*

*Δηλαίς*, *Aristotel.* cap. 2. *Poetic.*

*Ἡρακλῆς γαμῶν*, *Pollux* VII. 11. [sect. 40. vbi editum est ἐν *Ἡρακλῆ γαμμένῳ*.] *Suid.* [vid. *Casaubon.* ad *Athen.* XIV. 3. pag. 893.]

*Ἡρακλῆς χορηγός*, *Athen.* [p. 619. A.] *Pollux* [VII. sect. 45. coll. *Toup.* T. IV. p. 371.] *Suid.*

*Κένταυροι*, *Suid.*

*Κρήτες*, *Pollux* [VII. sect. 83. et X. 141. coll. *Bentleii* epist. ad *Hemsterhuf.* p. 105.] *Suid.*

*Δάκωνες*, quibus cum Aristophane Plutum docente certauit, teste Scholiaste Comici in argumento ad illam fabulam. Citat *Athenaeus* XV. pag. 667.

*Λήμνια*,

<sup>yyy)</sup> Cum *Cratino* confunditur. vid. supra not. ad *Cratem.* *Harl.*

<sup>xxx)</sup> At in recentiore editione graece editum est *Ναυκράτης*, in versione autem latina seruatum est

vitiosum nomen, *Nicocharmus*. vid. ad *Pollucis* locum interpretes, de nominis scriptura fragmentique correctione copiose disputantes. Locum quoque tentauit *Bentleius* in epistola ad *Hemsterhuf.* pag. 100 sq. *Harl.*



Ἀήνιαι, *Athen.* pag. 328. E. 426. F. Pollux X. sect. 107. Etymol. M. in Κῶδιον. Suid.  
[conf. *Casaubon.* ad *Athen.* VIII. 24. pag. 571.]

Πέλοψ, Suid.

Χειρογαστορες, *Athen.* XIV. [conf. *Casaubon.* ad *Athen.* IV. 36. pag. 241.]

[NICOCLES, *Athen.* VIII. pag. 327. sed *Casaubon.* in margine correxit Τιμοκλῆς. *Harl.*]

NICOLAUS DAMASCENVS. Vide supra in Notitia Tragicorum.

NICOMACHVS Comicis accensetur a Grotio in Excerptis p. 883. et fateor, quae ibi ex *Nicomachi* Ἐλευθίου ab Athenaeo laudata Grotius repetit, comoediam potius sapere, quam tragoediam: praeterea constat Pherecratis Comici fabulas quasdam *Nicomacho* tributas fuisse. Suidas [P] tamen inter *Nicomachi* Tragici fabulas Ἐλευθίου refert. Vi. de quae in Notitia Tragicorum, et paullo infra in Pherecrate.

NICOPHRON siue [vt apud *Polluc.* VI. sect. 86. in Lex. biblioth. Coislin. pag. 483.] NICOPHON, Atheniensis, veteris Comoediae poeta, et Aristophani aequalis. Eius dramata:

Ἀφροδίτης γοναί, *Pollux* [X. sect. 156.] Schol. Comici ad Aues 82. et 1283. Suid.

Ἐξ ἁδὲ ἀνιῶν, Suid.

Πανδώρα, *Pollux* VII. 32. *Athen.* p. 323. C. Suid.

Σειρήνες, *Athen.* p. 80. B. 269. E. 368. B. Suid.

Χειρογαστορες, ita enim legendum apud *Suidam* [et *Eudociam*, quae reliqua quoque nominat dramata, pag. 311.] pro Ἐγχειρογαστορες, vt ex *Polluce* IV. sect. 56. *Athenaeo* III. p. 126. et Scholiaste Aristophanis [v. 1550. vbi laudatur Nicophon ἐν Χειρογαστορων γενναῖ.] obseruat Meursius in Biblioth. Attica. Ab eodem Scholiaste Aristophanis argum. Plut. 4. citatur *Nicophontis* Ἀδωνίς. [conf. *Casaubon.* ad *Athen.* pag. 240 sq.]

NICOSTRATVS filius Aristophanis, idemque histrio eximius, et mediae comoediae Poeta, teste Athenaeo XIII. pag. 587. Citatur a *Clemente* I. Strom. pag. 209. et fortasse idem est, qui dictus est *Clytaemnestra*, de quo *Laertius* in Polemone IV. 17. Vide et *Menagium* ad Laertii II. 59. vbi mentio Nicostrati alterius, qui *Thestidem* composuit, et Xenophontis cuiusdam frater fuit <sup>aaaa</sup>). E prioris Nicostrati dramatibus sunt:

Ἀβρα,

<sup>aaaa</sup>) *Nicostratus*, nulla fabulae mentione iniecta, citatur a Schol. ad *Euripidis* Phoenissas v. 1017. a *Polluce* V. sect. 100. vbi dicitur Κωμῶδοδιδάσκαλος, vbi Kühn. in adnotatione, varia codicis lectione adducta, „tum vero, ait, sequitur καὶ Νικόστρατος, qui, vt nota C. V. habet, sub *Commodo* vixit, eiusque fabulae recensentur XVI. apud Athenaeum, et IV. apud *Suidam*.“ Quod equidem non intelligo, aut falsum, aut duo confusos fuisse putem. A *Suida* tom. II. p. 624. memoratur *Nicostratus*, Macedo, orator, aequalis Aristidis et Dionis Chrysostomi, sub Marco Anto-

nino, imperatore, qui praeter alia multa scripsit Ἐγνῶμις αἰς τὸν Μάρκον. — Ibidem p. 625. occurrit alius *Nicostratus*, histrio comicus, qui optime fabulas agere credebatur: vnde prouerbium: ἴσθι ποῖον πάντα κατὰ Νικόστρατον. — Alius *Nicostratus*, homo diues, clarus, et praefectus, at sordidus quoque, et regis Persarum adsentator, vid. *Athen.* VI. p. 252. et VII. p. 289. alius, medicus, Oeae amator, id. XIII. pag. 586. E. F. De *Nicostrato*, musico, vid. infra lib. III. cap. 10. sect. 9. — *Nicostratus*, Rhodius, scriptor in Aristotelis categoriis etc. *Harl.*



Ἀβρα, [Athen. IV. pag. 133. C.]

Ἀντερώσα, [id. pag. 477. B.]

Fragmenta quaedam *Timoclis* selecta habes apud Grotium in *Excerptis* p. 698 sq. [Add. Brunk. in *Gnom. poët.* p. 201 sq.] Citatur etiam a *Clemente Alex.* IV. Strom. p. 476. *Theophilo Antiocheno* lib. II. Stobaeo. Alius *Timocles τερατολόγος*, de quo *Photius* epist. 55. alius denique, quem inter melodos graecae ecclesiae laudat *Allatius Fabric.* *Timocles*, Stoicus, vid. *Ionsum* de Scriptor. Histor. Phil. II. cap. 18, 1. pag. 252 edit. Dornii. *Harl.*

**TIMOCREON** Rhodius, Comoediae veteris poeta, Themistoclem *fffff* et Simonidem dramatis suis perstrinxit, teste Suida in *Τιμοκρ.* qui etiam *Σκολιόν* memorat eiusdem, vt suspicor, *Timocreontis*, (licet *ἐποποιόν* illo in loco vocet,) carmen inuectiuum in diuitias, cuius initium: *Ὅφελος τυφλὲ Πλῆτε μήτε ἐν γῇ μήτε ἐν θαλάττῃ μήτε ἐν ἡπείρῳ φανήμεναι*, quod etiam habet Schol. Aristoph. [Ran. 1337. Acharn. 531. memoratur quoque in Schol. ad Vesp. 1058.]

TIMON

*fffff*) Non Thucydidem, vt excusum est in *Meurfii Rhodo* lib. II. cap. 13.



**TIMON** Philiastus, Scepticus Philosophus, praeter Sillos aliaque scripsit Comoedias triginta, Antigono Caryllio teste, apud *Laertium* IX. 110.

**TIMOTHEVS** Comicus, cuius *Κυνάριον* [VI. p. 243. D. et *Κύκλωψ* lib. XI. p. 465. C.] dramata memorantur Athenaeo ac Suidae. Vide *Cassiodorus* ad Athen. VI. 10.

**XENARCHVS** Sophronis mimographi F. Comicus, Zenobio V. 83. Apostolio XVII. 13. Prouerb. Athenaeo et Suidae laudatus, apud quos haec illius dramatum nomina occurrunt:

*Βεταλίαν,*

*Δίδυμοι.* [Athen. XV. p. 693. *Harl.* At I. X. p. 426. B. Xenochartus ἐν Διδυμοῖς laudatur. *Beck.*]

*Πένταθλοι.* [Athen. pag. 440. C. 441. E. 569. A.]

*Πορφύρα,* quae ab aliis *Timocli* tributa est. Vid. paullo ante ad *Timoclem* h. v.

*Πρίσπος.* [Athen. pag. 473. F.]

*Σκύθα.* [idem pag. 367. B. 418. E.]

*Στρατιώτης,*

*Υπνος.* [Athen. XIII. pag. 559. A.]

Fragmenta vide apud Hertelium p. 658 sq. et Grotium p. 697 sq. *Xenarchi* mimos memorat *Aristoteles* cap. 1. Poetic. adde Suidam in *Σωτράδης*. Incertum est, idemne sit *Xenarchus* Rhodius, compotator, quem ob bibacitatem dictum esse *μετρητήν*, refert *Athenaeus* libro et capite X. nisi pro Xenarcho ibi legendum Xenagoras ex *Aeliani* lib. XII. cap. 26. Variar. [P] *Fabric.* Atqui Scheffer iam *Xenagoram* fualit et *Perizonius* e codicibus et Athenaeo admisit in *Aeliani* textum *Ξεναγόρας*.

Subiiciam notam Fabricii mst. „Apud *Plutarchum* in Nicia sub initio pro verbis *ὑποβίων εἰς τὸν Ξεναρχόν* *Moses du Soul* tom. III. edit. Londin. p. 559. (siue vol. III. p. 334. Oper. *Plutarchi*, edit. Reisk.) legit *εἰς τὸ Ξεναγόν*, nimium audaci emendatione. Timaeum autem prae Xenarcho notauit *Plutarchus*, quia historicum vel maxime dedecebat ineptiarum vsus, quae in mimographo ita poterant ferri, vt minus morosos etiam oblectarent. Reprehendit igitur iure in Timaeo *Plutarchus*, quod incidisset in Mimographi vestigia et characterem, maxime alienum ab historiae grauitate.“ Haec Fabricius. *Harl.*

**XENONIS** binos versus profert *Dicaearchus* in vita Graeciae pag. 170.

*Πάντες τελευτῶσι, πάντες δὲν ἔρχονται.*

*Κακὸν τέλος γίνετο τοῖς Ὀρεσίοις.*

Hunc Xenonem comicum vocat *Grotius* in Excerptis et ad Lucae III. 13. et *Henr. Stephanus* lib. VI. Schediasm. cap. 17. Alius *Xenon* siue *Xenion* historicus, cuius *Italica* laudat *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. 9. *Cretica* siue *τὰ περὶ Κρήτης*, *Stephanus Byzantinus*.

**XENOPHON**, antiquae comoediae poeta, memoratus *Laertio* II. 59. *Fabric.* At *Burmannus* in Epistola ad La Croze, in Thesauro Epistolico Lacroziano, vol. I. p. 73. id negat. „Etenim, quod, ait, de aetate Xenophontis (Ephesii,) ex *Laertio* suspicionem inuicis,



initia, ego, eum in scriptorum referri censum posse, vix puto. Non enim aliquid prodidisse memoriae *Laertius* dicit, sed fuisse *Σαυματοποιόν* et *πεπραγματουμένον τετραετίαν*, et credo, Menagium recte notasse, eundem esse, qui *Athen.* I. 17. memoratur. Fabricius vero, [loco nostro,] propter nimis, eum antiquae comoediae poetam facit. An ex voce *μυθώδης* id exsculperit, nescio. Fateor vero, nihil mihi adhuc de eo constare. Hactenus Burmannus. *Harl.*

## CAPUT XXIII DE HIPPOCRATE, MEDICORVM PRINCIPE, ET POLYBO EIVS DISCIPULO.)

I. *Scriptores de vita Hippocratis.* II. *Hippocratis vita.* III. *Hippocratis merita.* IV. *Hippocratis libri medicinales genuini atque spurii.* V. VI. VII. VIII. *Origines librorum spuriorum Hippocratis.* IX. *Notae genuinorum librorum Hippocratis internae.* X. *Testimonia antiquissima. Erotiani.* XI. *Artemidori, Capitonis et Dioscoridis.* XII. *Galeni.* XIII. *Palladii, Suidae.* XIV. *Hieronymi Mercurialis, Ludouici Lemosii.* XV. *Foesii, M. Zucari, Sponii, Halleri.* XVI. *Gruneri, Grimmii.* XVII. *Vix certum iudicium de permultis libris Hippocrateis ferri posse probatur.* XVIII. *Opera genuina Hippocratis. De morbis popularibus liber I. et III.* XIX. *Prognosticon.* XX. *Prae sagiorum liber I. et II.* XXI. *Aphorismi.* XXII. *De diaceta acutorum.* XXIII. *De aere, aquis et locis.* XXIV. *De capitis vulneribus.* XXV. *Libri spurii* 1. *Epidemion lib. II. IV. V. VI. VII.* II. *Coaca praesagia.* III. *De humeribus.* IV. *De indicationibus.* V. *De diebus indicatoriis.* VI. *De officina medici.* VII. *De fracturis.* VIII. *De articulis.* IX. *Mocklicus.* X. *De ulceribus.* XI. *De fistulis.* XII. *De haemorrhoidibus.* XIII. *De exsectione foetus.* XIV. *De anatome.* XV. *De affectionibus.* XVI. *De internis affectionibus.* XVII. *De visu.* XVIII. *De morbis I — IV.* XIX. *De mulierum affectionibus I. et II.* XX. *De virginum morbis.* XXI. *De natura muliebri.* XXII. *De sterilibus.* XXIII. *De superfœtatione.* XXIV. *De morbo sacro.* XXV. *De infamia.* XXVI. *De purgantibus.* XXVII. *De veratri usu.* XXVIII. *De humidorum usu.* XXIX. *De flatibus.* XXX. *De glandulis.* XXXI. *De dentitione.* XXXII. *De diaceta I. II. III.* XXXIII. *De infemniis.* XXXIV. *De natura hominis.* XXXV. *De alimento.* XXXVI. *De salubri diaceta.* XXXVII. *De locis in homine.* XXXVIII. *De ossium natura.* XXXIX. *De venis.* XL. *De carnibus.* XLI. *De corde.* XLII. *De aetate.* XLIII. *De genitura.* XLIV. *De natura pueri.* XLV. *De septimestri partu.* XLVI. *De octimestri partu.* XLVII. *Iusiurandum.* XLVIII. *Lex.* XLIX. *De medico.* L. *De decenti ornatu.* LI. *Præceptiones.* LII. *De veteri medicina.* LIII. *De arte.* LIV. *Epistolae.* XLV. *Opera manifeste spuria.* XLVI. *Opera Hippocratis omnia.* XLVII. *Editiones graecae.* XLVIII. *Editiones latinae.* XLIX. *Editiones Graeco-latinae.* L. *Editiones promissae et Spicilegia editionum promissarum.* LI. *Hippocratis opera in aliis linguas translata.* LII. *Glossaria, lexica in Hippocratem.* LIII. *Indices.* LIV. *De Polybo, Hippocratis genero et discipulo.* LV. *Alii illius aetatis medici stricte indicati b).*

[Studio Io. Chr. Gottl. Achermannii, M. D. et Prof. Altorfini.]

### I.

**D**e vita Hippocratis, Coi, quae nobis restant, antiquae narrationes, fere omnes, incertae, permultae falsae sunt. Qui enim aut ipsius Hippocratis aetate, aut proximis post illam temporibus

a) Praemissi hoc caput illi, in quo de philosophis graecis disputatur, quod plures in eo occurrunt, quos Hippocrates aetate superavit, et utatici philosophi atque historici oratoresque, pro eo, ac par fuit, coniungerentur. *Harl.*

b) Quibus libris additum est signum stultitiae (\*), eo indicare volui, me librum ipsum oculis manibusque usurpasse. Additum vero signum simplex (†) designat Halleri testimonium usumque.



temporibus scripserunt, virum quidem medicinae peritia praecellentem laudant, de vita vero eius nihil memorant. Neque ipse Hippocrates in operibus, quae ab illo ipso profecta esse credibile est, multa habet, ex quibus, quando vixerit, et quid egerit, certe dici possit. Ipse adeo Galenus, qui Hippocratem maxime habebat, de vita illius vix multa enarrat, neque in his fabulosa a veris accurate distinguit.

Vita Hippocratis extat *κατὰ Σωρανὸν*, a Sorano, nescio quo, (saltem non ab Ephesio, quem Tzetzes vult) siue potius ab ignoto auctore quodam ex Sorani<sup>c)</sup> *Coi Biais Ιατρῶν*, ex *Histomachi* Ephesii libris *περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἰρέσεως* et *Andreas* medici *περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας* opere, qui libri in ipsa hac Hippocratis vita memorantur<sup>d)</sup>, excerpta. Auctorem verum, ut iam dixi, non scimus, Sorano Ephesio, qui Traiani et Hadriani temporibus floruit, suo loco in hoc opere enarrando, quem verum auctorem esse, *Ioannes Tzetzes*, saeculi XII. scriptor<sup>e)</sup>, perhibet, longe recentiorum. Suidas<sup>f)</sup> quaedam de vita Hippocratis habet, et quidem fabulosa non pauca, partim ex Hippocratis vita *κατὰ Σωρανὸν*, partim ex epistolis, quae in operum Hippocratis collectione prostant, partim etiam ex antiquis libris illis hausta, quae operum Hippocratis enarrationem continent. Eadem vita Hippocratis *κατὰ Σωρανὸν* vsus est in Hippocratis vita enarranda *Ioannes Tzetzes*<sup>g)</sup>, aliis tamen simul fontibus, quos non enarrat, in Hippocratis praesertim genere ab Aesculapio deducendo vsus, in quo eum sequuti sunt Hieronymus Heaninges<sup>h)</sup>, Rein. Reineccius<sup>i)</sup>, Io. Henricus Meibomius<sup>j)</sup> et ex plurima saltem parte Daniel Clericus<sup>k)</sup>. Recentiores vitae Hippocratis scriptores auctorem vitae Hippocratis *κατὰ Σωρανὸν* fere ex omni parte sequuti sunt. Scripserunt vero hanc vitam, ut quosdam tantum memorem, *Matth. Garbicius* Illyricus, in oratione de vita, moribus, doctrina et professione Hippocratis, Tubingae, 1564. 8. [D. Io. Hermannii orat. de Hippocrate, habita Wittebergae 1560. inter Melanchthoniana, tom. V. p. 335.] Vitam quoque Hippocratis dedit, sed fabularum plenissimam, congestis scilicet omnibus, quae de Hippocrate ab antiquis narrantur, *Andreas Dacier* in operum Hippocratis versione Gallica, infra memoranda, et quidem tom. II. Purgatam a fabulis Hippocratis vitam egregie enarravit *Grimmius*, V. Cl. titulo fragmentorum de vita Hippocratis, in operum Hippocratis versione germanica, et quidem tom. I. Altenburgi, 1781. 8. Orientalium de Hippocratis vita, itineribus cet. narrationes, fabularum plenissimas, refert *Gregorius Bar-Hebraeus* in parte V. Chron. Arab. [in Chron. Syr. Dyn. VI. pag. 33 sq. ed. Kirsch. vers. lat. pag. 31 sq.] et ex eo *Assmannus* in Biblioth. Laurent. et Mediceae Cod. MS. orientalium catalogo Florent. 1742. fol. pag. 354 sq.<sup>m)</sup> [*Casiri* in Biblioth. Arabico-Hispana Escorialensi, tom. I. p. 235 sqq. ex arabica philosophorum bibliotheca dat longiora excerpta

S s s 2

de

c) De Sorano vid. Thomae Hist. sapientiae et stultitiae, tom. III. pag. 47 sq. Heum.

d) Hippocratis Oper. tom. II. pag. 951. 952. ed. van der Linden.

e) Hist. VII. chiliad. CLV. 945 sq. vid. Oper. Hippocr. ed. van der Linden tom. II. pag. 960.

f) Lexic. tom. II. p. 144. ed. Küster. Quaedam de genere Hippocratis habet Stephanus Byzantinus de Urbibus p. 500. 501. edit. Berkel.

g) Hist. VII. chiliad. CLV. in Oper. Hippocr. ed. citat. tom. II. pag. 958.

h) Theatr. geneal. tom. I. Hipp. Oper. ed. Linden. tom. II. pag. 956.

i) Hist. Iul. tom. I. Hipp. Oper. ed. Linden. tom. II. pag. 957.

k) Com. in Iusiurand. Hipp. §. 9. cap. I.

l) Histoire de la medec. p. I. l. 4. c. 7. pag. 287. edit. Hagae Comit. 1729. in 4.

m) Effigiem Hippocratis exhibet praeter Fulu. Vrsinum, quam repetiit Gohlius in Act. Medicor. Berolinens. dec. I. vol. I. Dan. Clericum, aliosque Iacobus Gronovius tom. II. Antiq. Graec. tab. 58.



de Hippocratis vita et scriptis eorumque commentatoribus, et ipse *Casiri* agit de Operibus eorumque editionibus aliisque rebus, ad Hippocratem pertinentibus. *Harl.*] Duplici hinc in vita Hippocratis scribenda opus est opera: ut scilicet fabulosa fictaque ab iis, quae pro verioribus habenda sunt, separentur; deinde ut ea, quae egisse atque fecisse Hippocratem credibile omni modo est, studiose enarrentur. Vitam itaque dabo Hippocratis non quidem absolutam numeris omnibus, tamen ab errorum atque mendaciorum sordibus, quantum quidem fieri potuit, repurgatam.

II. Et primum quidem incerta narrare hos certum est, qui Hippocratem decimum nomen ab Aesculapio \*), aut decimum septimum. \*\*) fuisse perhibent, genusque, maioribus eius omnibus, usque ad Aesculapium ipsum, sua serie enarratis, deducunt. Ex Aesclepiadarum vero familia, qui ante eum fere soli medicinam profitebantur, fuisse certum est. Ex Aesclepiadis sane Hippocratem Plato, primus inter omnes auctor, qui eum nominat, fuisse manifeste, et non vno tantum in loco \*) dicit: licet inde minus iuste concludatur, Hippocratem ex ipsa Aesculapii stirpe esse progenitum; non omnes enim, qui in Aesclepiadarum collegium recipi solebant, progeniem ab Aesculapio repetebant \*).

Natum fuisse Hippocratem in insula Co, omnes auctores, et inter eos antiquissimus, Plato \*), perhibent. Patrem habuit Heraclidem, medicum ex Aesclepiadarum ea stirpe, quae origines suas a Nembro, Aesclepiadarum nobilissimo, deducebat \*); matrem, vitae eius auctore κατὰ Σωφρονὸν perhibente, Phaenareten, quae ab Hercule primas suas origines repetebat. Ut ab aliis viris, qui idem nomen habebant, distingueretur, Plato eum τὸν Κῶν, et simul τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν nominat: Coi cognomen eandem ob causam ab omnibus accepit \*). Magnus a Galeno et a recentioribus medicis, ob doctrinae celebritatem, saepissime dictus est. Socrati et Platoni coaevus fuit; illo aetate paulo

tab. 98. Aliam praefixam videre licet editioni Lindenianae, aliam Charterianae. Alia occurrit in notis Io. Boivinii ad Nicephorum Gregoram pag. 777. Aliam dedit Stephanus Mackius, aliam Io. Rudolph. Zwingerus, in Hipp. opusc. aphoristicis, aliam Grimmus, in Hipp. Operum in germanicam linguam translator. vol. I. [In Catalogue d'une Collection des Medailles antiq. faite par la Comt. Douair. de Bentink etc. Amsterdam. 1787. 4. part. I. p. 78 sq. in nummo. add. Rasche Lex. num. T. II. P. II. p. 323.]

n) Vita Hippocrat. secundum Soranum p. 951. tom. II. edit. cit.

o) *Ioh. Tzetzes* in *Histor. VII. chiliad. CLV. p. 958. tom. II. Oper. Hipp. edit. Linden.*

p) Socrates Hippocratem, Apollodori filium, Phaeonius fratrem, ita alloquitur: ὡς περ ἂν ὁ Ἰωνίας παρὰ τὸν αὐτὸν ὁμώνυμον Ἰλθὼν Ἱπποκράτη τὸν Κῶν, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, κ. τ. λ. *Plato* in *Protagora* vol. III p. 88. *Oper. edit. Bipont. ὁ μὲν Ἱπποκράτης τῇ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δὲ τι πάθος, κ. τ. λ. Plato* in *Phaedro* p. 371. vol. X. *Oper. edit. Bipont.*

q) Vid. *Io. Henr. Schulzii Histor. Medic. part. I. sect. II. cap. 4. §. 28.*

r) Vid. loca in *Protagora* et *Phaedro* modo citata.

s) *Stephanus Byzantinus* de Urbibus l. v. Κῶ pag. 501. edit. Berkel.

t) Stirpem *Hippocratis* (cuius tertia producta apud Sidon. hymn. X.) post *Ioh. Tzetzen* Chil. VII. hist. 155. *Reinerum Reineccium* in *Histor. Iulia* et *Hieron. Henningesium* in tabulis genealogicis (adde van der Linden Hippocr. lib. II. p. 956.) plenius et accuratius exposuit, (quamvis et in hoc quaedam haud sine ratione castigat *Daniel Clericus* parte I. Hist. Medicinae lib. IV. cap. 1.) *Ioh. Henricus Meibomius* Comment. in Iusiurandum Hippocr. cap. 1. De patria Hippocratis et Apellis, Turcis hodie Stancou, vid. *Bellonis* ad *Crusium* p. 232. *Turco-Gracciae*, p. 27. adde *Voyage de Gemelli* tom. I. p. 204 sq. *Voyage de M. Corn. Bruyn* tom. I. edit. Paris. p. 544. *Journ. des Sav.* a. 1726. p. 84 sq. *Meibomius* plures Hippocrates eodem loco recenset, quos hic, additis nonnullis obscrva-



lo inferior, hoc superior: hinc bello Peloponnesiaco durante vixit, vitamque vsque ad Philippi, Macedonum regis, tempora perduxisse videtur. Ex Histomacho, librorum de secta Hippocratis auctore, vitae Hippocratis *κατὰ Σωφρονόν*, quem saepius iam memoraui, auctor, refert eum Olympiadis LXXX anno i. natum esse, et quidem eodem auctore ex Sorano Coos referente, Cois imperante Abriada, septima et vicesima mensis Agriani die \*).

Patrem Heraclidem in medicinali arte praeceptorem habuisse omnes referunt, ipseque Hippocrates se seniores memorat, a quibus notas de vini bonitate ac detrimento, quas ipse enarrabat, non didicerit, (*καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήριά ἐστι τῆς περὶ οἴνου ὠφελίης καὶ βλάβης ὅσος ἀναπαύματα ἦν τοῖσιν ἐμὲ γεγαυτέροις*). Coos videlicet medicos ex Alcibiadaru-

S s s 3

rum

observationibus paullo plenius ac distinctius repetam. 1) *Hippocrates*, Gnosidici F. nostri auus, Medicus, qui ex quorundam sententia nihil scripsit, ex aliorum vero duos composuit libros, qui inter nostri scripta hodie leguntur, τὸ περὶ ἀγῶν καὶ τὸ περὶ ἁρσένων vnum de fracturis et alterum de articulis. *Galen.* I. in Hippocr. de Victu in morbis acutis tom. V. pag. 43. et in libro de Fracturis p. 525. *Palladius* in eundem lib. 2) *Hippocratis* Thessali F. Hippocratis nostri nepos, a quo et ipso *ἱατρικὰ* scripta fuisse, *Suidas* auctor est. Idem, ut existimo, contra quem *Antiphon rhetor* scripsit, teste *Plutarcho* et *Photio*, vbi male *ἱατρῆ* nomen ab imperito librario accessit. Confer *Ionsium* pag. 324. 3) *Draconis* F. Coos et ipse et nostri gentilis, qui sub *Cassandro*, *Antipatri* F. e vita discessit. Etiam hunc *ἱατρικὰ* scripsisse, *Suidas* refert. 4 et 5) Vterque *Thymbraei* filius, Coos, ex eadem familia, qui et ipsi ambo de re medica scripserunt, *Suida* teste. 6) *Praxianactis* filius, Coos Medicus itidem ex nostri posteris, et scriptor. 7) *Hippocrates* Chius, mathematicus, de quo dixi in Notitia Pythagoreorum. 8) *Hippocrates*, Pisistrati pater, Atheniensium tyranni. *Herodot.* I. 59. *Demosth.* *Orat.* in Midiam et *Plutarch.* *Solone.* 9) *Hippocrates*, Megacis eiechoris Pisistrati F. auus Periclis, pater Megacis, *Agaristae* et *Xantippi.* id. VI. 131. [conf. *Corfini* F. *Att.* tom. II. pag. 61 sq. *Harl.*] 10) *Hippocrates* Atheniensis, cuius filios *Telestipum*, *Demophontem* et *Periclem*, tamquam fatuos perstringunt *Eupolis* apud *Suidam* in τοῖς Ἱπποκράτους et *Aristophanes* in *Νεφέλ.* Meminit et *Galenus* libro, quod animi mores temperamentum corporis sequantur. Adde *Gatackerum* p. 133. *Aduersar.* et *Vossium* *Inst. Orator.* lib. II. cap. 14. sect. 8. et de *Philosophia* cap. 11. §. 22. 11) *Hippocrates*, Atheniensium in bello Peloponnesiaco dux, *Thucydidi* lib. IV. *Diodoro Sic.* lib. XII. *Plutarcho* in *Nicia* p. 526. et *Pausaniae* in *Laconicis* ac *Bocoti-*

cis memoratus, et cui *Dioscorides*, teste *Galeno* I. in 6. *Epidem.* tom. V. pag. 456. tribuit librum de morbis. Vide et eundem *Commentar.* 2. in lib. de *Natura Humana* sub init. 12) *Hippocrates*, *Smyndiritis* *Sybaritae* pater. *Herodot.* lib. VI. 12. *Athenaeus* lib. XII. 13) *Lacedaemoniorum* in *Chalcedone* praefectus. *Plutarch.* in *Alcibiade* p. 207 sq. 14) *Hippocrates*, *Xenodici* filius, *Caryos* frater, ex thebanorum regum familia, *Theorodorus* consobrinius. *Schol. Pindari Olymp. Od.* 2. extrem. 15) *Hippocrates*, *Patareus*, *Cleandri* frater, pater *Euclidis* et *Cleandri*, tyrannus *Geleorum.* *Herodot.* VI. 154 sq. *Diodorus Sic.* in *Excerptis* *Peiresc.* p. 254. 16) *Hippocrates*, *Apolodori* F. *Phaesonis* frater. *Plato* *Protagora.* 17) *Hippocrates*, *Aramiteus*, cuius filius *Atyanas* in *Olympiis* periodo vicit. *Phlegon* *Trall.* apud *Phot.* cod. XCVII. 18) *Hippocrates*, *Mindaro*, *Lacedaemoniorum* duci ab *epistolis.* *Xenoph.* I. *Rerum Graecar.* 19) *Hippocrates*, praetor *Syracusanus*, de quo *Liuius* lib. XXIV. et *Plutarchus* *Marcello* p. 305. 308. 20) *Hippocrates*, curator testamenti *Stratonis* *Lampsaceni*, apud *Laetium* V. 62. 21) *Hippocrates*, *Georgianorum* rex, a *Tamerlane* captus. *Aët.* *Erudit.* tom. IX. p. 83. *Supplem.* Ceterum *Ἱπποκράτης* *Ἰων* apud *Erotianum* in *Τριταίονος* non diuerfus est a magno nostro Hippocrate, qui ionice scripsit et vocabulo *Τριταίονος* utitur VI. *Epidem.* et alibi. In Hippocratis nostri laudem epigramma lib. IV. *Anthol.* pag. 485 sq. et lib. I. pag. 85. *Fabric.*

\*) Nomen mensis apud Coos, solum forte cuius memoria ad nos peruenit, itaque cuiam parti anni respondeat, incertum, nec tanti. Fuit et festum apud Graecos, dictum *Agrania* siue *Agriania* et *Agrionia*, de quo *Castellanus* et *Mecursius.* *Fabr.*

\*) *Hippocrates* de *Diaet.* acutor. §. 25. p. 289. tom. II. *Linden.*



rum collegio, quod in ipsa hac insula florebat: scholam enim Asclepiadarum Cnidiam, Coae vicinam, Hippocratem non adiiisse, neque artem in ea didicisse, vel ex eo credibile est, quod Cnidiam scholam huiusque γνῶμας reprehendat, saltim permagnis laudibus non extollat <sup>vv)</sup>. Habuisse praeceptorem in medicinali scientia Herodicum Selybrianum, Thracem, medicinae gymnasticae auctorem, auctor libelli de vita Hippocratis secundum Soranum <sup>xx)</sup> ex eoque Suidas <sup>xy)</sup> atque Ioannes Tzetzes <sup>yy)</sup> et ex iis recentiores omnes referunt. Sed haec minus certa sunt, etsi aetas Herodici, quem Plato <sup>zz)</sup> memorat, non repugnet. Suidas, Herodicum atque Prodicum Hippocratis praeceptores fuisse, notat, illumque inter eos, qui medicinam Hippocratem docuerunt, hunc, qui philosophiam, referre videtur <sup>bb)</sup>. Quodsi hunc voluit, Prodicum Ceum sine dubio intellexit, Protagorae auditorem, qui Olympiade LXXXVI. clauit. Rem vero ipse Suidas dubitanter proponit facileque ob facilem litterarum H et Π permutationem fieri potuit, ut diuersis his duobus nominibus vnum tantum, eumque Herodicum, vitae Hippocratis scriptores, quibus Suidas vsus est, voluerint. Sane quae auctor sexti de Morbis popularibus libri de Herodico memorat <sup>cc)</sup>, hunc praeceptorem fuisse Hippocratis, non probant: hic liber enim ipso Hippocrate recentior est.

Scientem philosophiae fuisse Hippocratem, non quidem libri, qui adhuc existunt, medicinales, quos scripsisse eum omnino credibile est, probant: hi enim omnes aut praefagia salutis mortisue imminantis, aut morborum historias, aut doctrinam de curandis acutis morbis, aut res ad chirurgiam pertinentes continent, adeoque quae vsu et experientia discuntur, parumque, aut nihil, eorum, quae solo ratiocinio eruuntur: docet vero Plato <sup>dd)</sup>, qui naturam corporis non sine totius naturae cognitione posse comprehendere statuisse Hippocratem, adeoque versatum esse in cognitione τῆς τῷ ὅλῳ φύσεως statuit. Praeceptores autem, quos habuerit in hac scientia, incertum est. Gorgiam Leontinum, rhetorem, Herodici fratrem, audiuisse ab eoque artem rhetorum didicisse, vitae Hippocratis auctor <sup>ee)</sup> ex eoque Suidas <sup>ff)</sup> et Ioannes Tzetzes <sup>gg)</sup> referunt. Democritum Abderitanum praeceptorem in philosophia habuisse iidem auctores, (Suidas tamen non sine dubitatione quadam,) et praeter hos Cornelius Celsus <sup>hh)</sup> referunt: sed hunc non praeceptorem habuisse Hippocratem, amicitiam vero cum eo coluisse, si, quae in epistolis, Hippocrati adscriptis, proponuntur, vera sunt, magis credibile est. [Ab Hippocrate non Democritum ipsum, sed discipulum eius Metrodorum fuisse auditum, putat Iosius p. 24. Heum.]

Patria

vv) Hippocrates de Diact. acutor. §. I. p. 268. 269. tom. II. Linden.

xx) Hippocratis Oper. tom. II. p. 951.

xy) Lexic. tom. II. p. 144. edit. citat.

yy) Hist. VII. chiliad. CLV.

zz) Οὐδὲ πατὴρ Ἡρακλεῶς τὰ πατρὶν διδάσκει,

Ὁ δὲ τῆς Σηλυβρίας τε Ἡρόδοτος σὺν τέττ.

aa) Libr. III. de Republica pag. 301. Vol. VI. Oper. edit. Bipont. [Quem Platonis locum repetiit Pintarchus de S. N. V. p. 35. edit. Wytttenbachii, cuius notam p. 50. confers. Hari.]

bb) In Lexic. f. v. Ἱπποκράτης. tom. II. p. 144. edit. cit.

cc) Sect. III. nr. 54. p. 805. Oper. tom. I. edit. Linden.

dd) In Phaedro p. 371. Vol. X. Oper. edit. Bipont.

ee) In Oper. Hippocratis edit. Linden. tom. II. pag. 951.

ff) In Lexic. f. v. Ἱπποκράτης. tom. II. p. 144.

gg) Hist. VII. chiliad. CLV. p. 958. tom. II. edit. Linden: Oper. Hippocr.

hh) Praefat. in libr. de Re Medic. pag. 2. edit. Leon. Targac. Lugd. Bataur. 1785. in 4.



Patria relicta Thasum petiit ibique per aliquot annos medicinam fecit, et quidem non tantum in hac vrbe, sed etiam Abderis, Larissae, Melibocae atque Cyzici, Thesaliae vrbibus, non longe a Thaso remotis. Has enim vrbes omnes in libris maxime genuinis ἐπιδημῶν I. et III. memorat. Et in his itineribus Democrito innotuisse cum eo, quae amicitiam contraxisse videtur. Permulta eum fecisse itinera alia accuratae descriptiones terrarum et locorum probant, quae in libris, ab ipso profectis, leguntur. Sic magnam Asiae partem, in primis Asiae minoris prouincias septentrionales peragrasse eum, non sine plurima veritatis specie ex his concluditur, quae ipse de his terris dixit et vix, nisi ab eo, qui ipse harum regionum naturam obseruauerit, dici possent<sup>ss)</sup>. De certitudine signorum in Libya, Delo et Scythia hoc fere modo loquitur<sup>tt)</sup>, quasi ipse vitae suae partem in his terris transeisset. Patriam deinde repetiit ibique et alios, mercede ipsi data, quod ex iureiurando, si hoc genuinum est, et ex Platone<sup>uu)</sup> adparet, medicinam docuit et libros praesertim hos conscripsit, qui non sine multifario vsu et copiosa obseruatione elaborari possunt, praesertim ex Grimmii, V. III. mente<sup>vv)</sup>, praenotionum librum, nec non de diaeta acutorum et de aere, aquis et locis libros. Vsus vero ad hos libros, praesertim ad eos, qui semioticen explicant, esse videtur historiis morborum, quos ipse obseruauerat, aliisque, quas aut a Cnidiiis medicis, aut ab Aesclepiadarum collegio Coo communicatas acceperat, quasue in Aesculapii fano in patria insula depositas inuenerat. Quae enim in his libris tam scite, et paene semper vere, proposuit, vix vnius hominis, vel studiosissimi, obseruationibus discuntur. Eaque forsitan aniam dedere fabulae, quam ex Varrone *Plinius*<sup>ww)</sup> refert, aliique deinde reperierunt, Hippocratem, postquam scriptis, quae in Aesculapii Coo templo seruabantur, vsus fuerat, bibliothecam cum ipso templo concremasse, mox, perpetrato hoc facinore, ad Graecos transfugam. Quod iam ex eo falsum esse perspicitur, quod alii γεγραμμετοφυλακῆον Coum, alii Cnidium<sup>xx)</sup> cremasse dicant, neque Plato, neque *Aristoteles*<sup>yy)</sup>, qui Hippocratem non sine laude praeclari medici esse sinunt, hoc memorent.

Si

ss) Vid. de Aere, aquis, locis §. 31 sq. p. 345 sq. in Oper. tom. I.

tt) Hippocr. Prognostic. §. VI. p. 471. in Oper. tom. I.

uu) In Protagora p. 88. vol. III. edit. Bipont.

vv) In vita Hippocratis, versioni operum Hippocratis Germanicae praemissa pag. 11.

ww) Libr. XXIX. cap. 2.

xx) Cnidium concremasse auctor vitae κατὰ Σωκράτην tom. II. p. 952. Oper. Hipp. Coum lo. Tzetzes Chil. p. 139. memorat:

Ἐν Κῷ βιβλιοφυλάξ δι δαχτύλῃς ὁ Ἰπποκράτης

τὰ παλαιὰ τῶν ἱατρῶν ἐνέγραψεν βιβλία

καὶ τὸ βιβλιοφυλάκειον. Δι' ὃ φωνὴν ἐκείνην

Ἐν Ἡδυνοῖς διέτριβεν Ἑλλάδι Θεσσαλίᾳ.

[Perperam a Tzetza exstam bibliothecam, cui fuisse praefectus, tradit *I. Christi. Koch* von Wap- pen der Gelehrten, p. 12. *Fabric.* in nota mss.]

yy) Libr. VII. Politicor. cap. 7. Huic impietati recentiores aliam addiderunt, Hippocratem Atheismi accusantes et probationem accusationis ex permultis locis, in ipsis scriptis eius prostantibus, desumentes. Controuersia in primis de Hippocrate ἀθῆ post *Gusdalingium* mota est, qui in *Otiis* germanice editis Halae Sax. 1707. 8. part. II. cap. 3. plura ad probandam hanc impietatem congererat. Sed acriter Hippocratem defendit, quod iam ante eum fecerat *Stephanus* Bellunensis in libr. de Hipp. Theologia, Venet. 1638. 4. et *Car Drelincourt* in Orat. de Diuinis apud Hippocratem dogmatibus. Lugd. Batav. 1689. 8. *D. W. Trillerus* in libello de Hippocrate, atheismi falso accusato. Rudolstadt. 1719. 8. iterum edito cum additamentis in Opusc. vol. II. p. 84 sq. vbi et aliorum libros, ad hanc controuersiam pertinentes, reperire licet. Vid. in primis lo. *Andr. Schmittii* Theologia Hippocratis quae altera est in diss. acad. Ienae in 4. f. ann. *EL*



Si antiquo vitae Hippocrateae κατὰ Σωφρονὸν auctori fides habenda est, senex Graeciam repetiit et apud Larissaeos LXXXV. annorum senex, Olympiade CII. fato functus et inter Gyrtonem et Larissam sepultus est \*). Monumentum eius suis adhuc temporibus extitisse, idem auctor refert. [Duo filios habuit, Thessalum et Draconem; quos stupidos fuisse, nonnulli adfirmarunt. vid. *Athenaeum* III. pag. 96. *Vossium*, in *Instit. orator.* lib. II. pag. 303. Hanc vero traditionem esse falsam et fabulosam, contendit *Marfil. Cognatus* Varr. *Obseruatt.* lib. IV. cap. 1. vide etiam *Gatackeri* Aduers. postuma cap. 13. p. 549. *Heumann.*]

Permulta alia, quae de vita eius memorantur, fabulosa sunt. Sic vitae Hippocratis auctore narrante \*), Perdiccam, Alexandri Magni non patrem, sed fratrem, Philen, pelli- cem patris, perditte amantem et ex amore aegrum, Euryphonte Cnidio in curationis societa- tem adscito, sanasse dicitur, quae fabula ex celebri illa Erasistrati curatione nata esse vide- tur. Neque multam fidem merentur, quae de Hippocrate, in Illyricum plurimasque terras barbaras, pestis auertendae causa vocato, ab eodem auctore narrantur. Pestem in Attica eum praedixisse atque praevidisse, curasseque, ne discipuli atque ciuitates ea corriperebantur, pariter fabulosum est. Ipse enim, morborum alias obseruator tam sedulus, hanc luem, quae Olym- piade LXXXVII. adeoque eo tempore grassabatur in Attica, quo Hippocrates annum aetatis trigessimum vix attigerat, sine dubio memorasset, neque, quod tamen vitae suae auctor nar- rat, ciuitates a peste praeservatas esse, Thucydides memorat, qui potius medicos morbo cu- rando idoneos neque fuisse, neque suffecisse perhibet. Hinc quam fidem mereantur narra- tiones de honoribus, Hippocrati Athenis habitis, de eo, Eleusiniis sacris ab Atheniensibus ini- tiato, de alimentis, ipsi posterisque suis in Prytaneo datis, quoque perspicitur: ipse enim Hip- pocrates in libris, quos ipse scripsit, nec morborum, quos in Attica obseruauerit, nec Athe- narum adeo mentionem facit. Antiquos tamen quosdam Hippocratis interpretes ante Gale- num putasse, historias morborum, Athenis obseruatorum, ab Hippocrate referri, ex Galeno pa- tet, qui mulierem, quae ἐπὶ ψευδῶν ἀγορῇ aegrotasse ab Hippocrate Epid. III. p. 720. l. I. Lind. dicitur, secundum interpretum quorundam opinionem, quos vero non nominat, ἐν τῇ τῶν Κερναίων ἀγορῇ Atheniensis aegrotasse perhibet \*).

Haec omnia post obitum Hippocratis demum excogitata sunt a medicis, qui rationalem sectam, cuius auctorem Hippocratem esse putabant, profitebantur, quique eo maiorem glo- riam

*El. Frid. Haister* apologiam pro medicis, qua eorum depellitur cauillatio, qui medicinam in atheismum aliosque in theologia errores abducere perhibent, et qua simul praestantissimi quidam me- dici, nominatim Hippocrates, Galenus, Carda- nus, cet. defenduntur. Amst. 1736. 8. \* [Gund- lingius opinionem suam hausisse videtur ex *Bayle* Contin. de Cometis §. 51. p. 233 sqq. et §. 67. p. 340. ubi agit de Deo Hippocratis. Tamen iam olim *Lipsius* Hippocratem atheismi accusauit, *Physiol.* Stoic. lib. I. diff. 5. vid. *Neue Bibl.* tom. III. pag. 802. *Buddai* lib. de Atheismo §. 20. *Clerici* B. A. M. tom. XV. p. 428. contra Trillerum et huius responsionem in *Novis litterariis Lipsiens.*

1721. p. 150 sqq. Hippocratem fuisse philosophum insignem in doctrina de moribus, contendit non nemo in *AQis Erudit. supplem.* tom. V. p. 527. at- que dubium est, maiore philosophus, an medi- cus fuerit Hippocrates, inquit *Hornius* in *Historia Philosophiae* lib. III. cap. 12. pag. 183. *Heumann.* adde *Iac. Frid. Reimmanni* *Histor. Vniuersal.* Atheismi etc. *Hildesiae*, 1725. 8. cap. 35. p. 237 sq. *Harl.*

qq) Oper. Hipp. tom. II. pag. 954.

rr) Ibid. pag. 952.

ss) Galen. Comm. II. in III. Epid. Hipp. text. 9. pag. 253. tom. IX. Oper. edit. Chart.



riam suae sectae conciliari arbitrabantur, quo maiore gloria Hippocratem floruisse, dum viveret, aliis persuadere possent. Hanc ob causam epistolae, quae Hippocrati adscribuntur, in primis conscriptae esse videntur, in quibus quoque de Democriti famosa curatione, ab Abderitis petita, nec non de Hippocrate, ad Artaxerxen, Persarum regem, per Hystanidem, Hellepontii praefectum, vocato, sed barbaris operam pertinaciter negante, historiae et complura alia huius generis narrantur.

Fama Hippocrates, dum vivebat, vix tanta, quam post mortem, floruisse videtur. Medicinam, quod historiae in libris *ἐπιδημιῶν* traditae testantur, minus feliciter exercuit. Maiore tamen in honore habitus est, postquam in patriam insulam redux scholam medicinalem instituit, quod Platonis atque Aristotelis loca iam citata manifeste testantur, in quibus medici praeclari et ad docendos alios in primis apti nomen ubique habet <sup>45</sup>). Cnidiae scholae, temporibus ante eum et suis celeberrimae, gloriae pars haud exigua, ipso in primis auctore, ad Coam transiit, neque temporibus post Hippocratem pristinam famam recuperavit. Post mortem vero suam cum dogmaticorum medicorum, (rationales dicunt alii,) secta inualesceret Hippocratemque pro principe suo haberet, fama eius tantopere crevit, ut *Magnus* diceretur effataque eius fere his aequipararentur, quae Deus dixisset. [Atque Hippocratis scriptis Aristotelem debere multum, scribit *Casaubon*, lib. de Enthusiasmo, cap. IV. pag. III. De Hippocrate et Galeno iudicium fert *Campanella* synt. de libris propriis et ratione studendi, cap. IV. art. 7. pag. 78 sq. *Heumann*.]

III. Et hanc sane famam promeruit. Etsi enim, quoniam libri eius omnium primi sint, qui de rebus medicinalibus scripti ad nostra usque tempora pervenerunt, multosque medicorum libros suo iam tempore exstitisse, ex ipso Hippocrate, in primis vero ex Socratis effato: *multa medicorum scripta exstare* <sup>46</sup>), intelligatur, quae Hippocrates inuenerit, quaeque ab aliis hausta posteris tradiderit, vix satis certe distingui possint; tamen eum primum medicinalis scientiae practicae systema quoddam condidisse, neque ante eum exstitisse medicum, qui uniuersam artem scribendo illustrauerit, credibile est. Medicinam a sapientiae studio, quod *Corn. Celsus* <sup>47</sup>) refert, quidem non separauit; neque enim ante eum ea pars medicinae, quae in morbis cognoscendis et curandis versatur, cum sapientiae studio iuncta erat, neque post eum contemplatiua medicinae pars a medicis solis tractata est, ut adeo pateat, *Corn. Celsum* hoc ideo Hippocrati tribuisse, quoniam partem istam medicinae, quae cognoscendis et curandis morbis operam dat, maximopere excoluit; contemplatiuas vero doctrinas omnes philosophis tractandas reliquit. Indequē vix est, quod mireris, *Galenum* <sup>48</sup>) scripsisse, rectam viam in philosophia (scilicet quatenus medicina per eam illustratur,) Hippocratem aperuisse, Aristotelem et Theophrastum perfecisse. Et hanc quidem viam aperuit, rudiorē *ἐμπειρίαν*, qua duce Cnidia praesertim schola cum reliquis medicinam docebat atque exercebat, reiiciendo, eiusque loco rationis in medicina usum introducendo. Ante eum enim medici,

quae

<sup>45</sup>) Vid. loca iam citata Platonis in *Protagora* p. 88. vol. III. et in *Phaedro* p. 370. vol. X. *Oper.* edit. cit. *Aristot.* libr. VII. *Politicor.* cap. 7.

<sup>46</sup>) *Xenophon* in *Memorabilib.* Socratis.

*Vol. II.*

<sup>47</sup>) *Libr. I. de Re Medic.* in praef. p. 2. 3. edit. *Leon. Targae.*

<sup>48</sup>) *Libr. II. de Method. Medendi.*



quae patiuntur in singulis morbis aegri, et quomodo aegris quaedam evenire solebant, probe quidem perspexerant cognitasque habuerant τὰς πολυτροπίας τὰς ἐν ἐκάστῃ τῶν νόσων, καὶ τὴν πολυσχιδὴν αὐτῶν non ignorauerant <sup>xx)</sup>, neglexerant vero ὅσα προκαταμαθεῖν δεῖ τὸν ἰατρὸν, μὴ λέγοντος τὸ καμνοντος, καὶ ἐπικαιρὰ θνία ἔόντα ἐς τέκμαρσιν <sup>yy)</sup>, adeoque ad ipsam morborum curationem in primis utilia. Haec ipse omnia in morbis diligenter observavit, ut scilicet, quae mutata essent in aegris, adeoque etiam, quae mutanda in restituenda bona valetudine, melius intelligeret iustumque de exitu morborum iudicium ferre posset. Hinc castum atque iustum morborum observandorum studium Hippocrate auctore imprimis natum est, cuius praeclara exempla in primo et tertio morborum popularium libro, nec non in libris de diaeta acutorum et de aere, aquis et locis ipse dedit. Doctrinam de praefagiis vitae et mortis in morbis, praesertim acutis, formandis primus excoluisse videtur, tantumque in hac medicinae parte profecit, ut, quae ipse bona, quae mala signa dixerit in morbis, fere omnia talia existant ipseque omni post eum tempore princeps et fide dignissimus in femiotica auctor habitus sit atque habeatur. Practicam medicinam ampliavit, medicamentorum numerum augendo <sup>zz)</sup>, curationemque, acutorum praesertim morborum, sic enarrando, ut, quae addere possent, nostri etiam aevi medici vix multa habuerint. Scripta illius chirurgica Hallero <sup>aaa)</sup> ordine, perspicuitate, artis peritia, puritate ab omni hypothesei excellere visa, ipsum hanc artem calluisse et exercuisse probant. [Et tamen Hippocratis scientia medica valde contemnitur in Bibl. Angl. tom. XIV. p. 200 sq. Heumann.]

IV. Summam vero Hippocrati doctrinae atque experientiae famam libri medicinales conciliarunt, qui eius nomen gerunt et satis copiosi sunt: LXXII. enim libri ad medicinam pertinentes sub *Hippocratis* nomine adhuc prostant. Verum permultos ex his non ab Hippocrate Coo, sed ab aliis esse profectos, multa probant, dicendi generis et materiarum pertractatarum summa diuersitas, placitaeque, quae in permultis proponuntur, non Hippocratis temporibus, sed longe post eum a medicis partim inuenta, partim in medicinalem scientiam translata. Quod quoque iam veteres monuerunt. Hinc quinam proprii Hippocratis libri putandi sint, quinam spurii, nunc enarrandum est. Quod vero ut commode fieri possit, quaedam de modo, quo veris Hippocratis libris falsi potuerint immisceri, de scribendi modo, dialecto, cet. quibus Hippocrates usus est, nec non de argumentis, quae pertractasse eum, atque non pertractasse credibile est, praemonenda sunt.

V. Ut vero distinguantur libri, vere ab Hippocrate scripti, ab iis, quos aut non conscripsit, aut saltem non edidit, regulam quandam, quod iam Galenus <sup>bbb)</sup> monuit et Ludovicus Lemosius <sup>ccc)</sup>, vere germani libri dare debent, ex quorum dicendi genere modoque, quo argumenta pertractata sunt, intelligatur, quinam ex reliquis libris pro germanis ac vere genuinis, quinam vero pro spuriiis habendi sint. Hi vero libri partim ex testimoniis antiquissimorum

xx) Hippocr. de Diet. Acutor. §. II. p. 269. in Oper. tom. II.

yy) Hippocr. de Diet. Acutor. §. I. p. 268.

zz) Hippocr. de Diaeta Acutor. §. I. pag. 269. tom. II. Linden.

aaa) Bibliothec. Chirurgic. tom. I. pag. 7.

bbb) In prooem. Commentar. in libr. Hipp. de Humorib. p. 508. tom. VIII. edit. Charter.

ccc) Iudicium Operum Magni Hippocratis. Salamant. 1585. in 8. pag. 5.



rum virorum, qui Hippocratem interpretati sunt, Erotiani atque Galeni, partim vero ex ipso, quod in iis pertractatur, argumento, intelliguntur. Minus genuini libri, vel ab aliis scripti, vel scripti quidem ab Hippocrate, sed non ideo, vt publici iuris fierent, immisceri operibus Hippocratis facile potuerunt. Hippocratem ipsum in aduersariis suis plurima condidisse ad morborum historiam, cognitionem atque curationem, in primis ad praefagia in morbis pertinentia, vel ex ipsis eius libris liquet, in quibus non facili atque fugitiua obseruatione adsequenda, sed repetita atque post diligentem comparisonem demum pro veris statuenda proponuntur. Ex his, quae Hippocrates collegerat, posterius non pauca edidisse videntur, in primis, quae ad historias morborum et ad praefagia pertinent. Et hoc quidem modo morborum popularium libri spurii, si non omnes, quartus saltem atque sextus, nati esse videntur.

VI. Existisse iam ante *Hippocratis* tempora libros medicinales, supra probauimus, et eorum quidam voluminibus operum Hippocratis inserti esse videntur, quod saltem de primo libro *praefagiorum* et de *Coacis praenotionibus* Grimmus, Vir. Ill. <sup>ddd</sup>) putat. Ipsius quoque Hippocratis nomen multi medici ante Coum nostrum et post eum, habuerunt, quorum scripta vere Hippocrateis posterius facile adnumerarunt. Medici ex Coa medicinali schola aliisque, quae doctrinam Hippocratis seruare perhibebant, a praeceptoris sui placitis sensim desciscientes, et dogmaticorum sectae addicti etiam, quod infra probabimus, in singulorum librorum enarratione, libros conscripserunt, qui sub Hippocratis nomine prostant. Non pauci quoque libri, qui Hippocrati adscribuntur, a filiis Hippocratis, in primis a genere illius *Polybo* Coe, conscripti feruntur, qui, si Galeno vlla fides est, permultos libros, ex iisque quosdam ex domesticis Hippocratis commentariis edidit. Liber Hippocrateus *de salubri diaeta* Polybo adscribitur. *Thessalo* atque *Draconi*, Hippocratis filiis, nec non *Hippocrati*, nepoti Hippocratis Magni, quidam libri Hippocratei adscripti sunt. Quidam etiam Hippocratis libri medicis ex schola Cnidia adscribuntur. Verum quum, quatenus placita habuerit et quibusnam a Coa Hippocratis schola discesserit, minime sciatur, (quae enim ipse Hippocrates de Cnidiorum placitis in libro de diaeta acutorum profert, haud multa sunt,) facile patet, vix certum esse posse iudicium de libris, Hippocrati adscriptis, a medicis vero ex Cnidia schola medica conscriptis.

VII. Et haec quidem de antiquioribus libris supposititiis, Hippocrati adscriptis, generatim dicta sunt. Quae de singulis libris dicenda sunt, commode infra pertractabuntur a nobis, singulos libros Hippocrateos recensentibus. Quasdam alias causas, quae effecere, vt libri medicinales, ab aliis conscripti, sub Hippocratis titulo venirent, ii adducunt, qui iudicia de Hippocratis operibus ediderunt, in iisque fere principem hanc, quam *Galeni* ipsius verbis, adferentis, Hippocrateum de salubri diaeta et de natura humana librum hoc modo in vnum esse conflatos, hic enarrabo: ἐν τῷ κατὰ τὰς Ἀτταλικὰς τε καὶ Πτολεμαϊκὰς βασιλείας χρόνῳ, πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμημένους περὶ κτήσεως βιβλίων, ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν, ἤρξατο γίνεσθαι ἐκδιεργία τοῖς ἑνεκα τῆ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρειν, αἰς τὰς βασιλεῖς, ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα <sup>eee</sup>). Quinam vero libri Hippocratei tem-

T t t 2

poribus

<sup>ddd</sup>) In Adnotat. ad Hippocratis Opera in germanicam linguam versa tom. II. pag. 566. 568.

<sup>eee</sup>) In praefat. ad Comm. II. in Hippocratis librum de Natura Hominis. tom. III. p. 128. Charter



poribus regum Attalicorum et Ptolemaicorum confecti fuerint, praeter hunc, quem Galenus memorauit, incertum est. Librum etiam de humoribus his ipsis temporibus, ut maior euaderet, variis a librariis additamentis esse auctum, Galenus probat in Comm. I. in libr. de Humorib. p. 509. tom. VIII. Chart. Facile etiam fieri potuisse, ut Bibliotheca Alexandrina cum a Iulii Caesaris militibus incensa conflagrasset, malivolorum hominum studio integris Hippocratis libris surrogarentur alieni, Grunerus, V. Cl. <sup>fff</sup>) putat. Tandem etiam quaedam manifeste spuria in Hippocratis operibus leguntur, v. g. Hippocratis ad Demetrium Regem de sanitate tuenda epistola, nec non epistola eiusdem argumenti ad Antiochum Regem libellusque ad Maecenatem de sanitate tuenda, ut reliquos huius generis, quos infra enarrabo, omittam. Exempla adeo existunt libellorum, Hippocratis nomen gerentium, pluribus elapsis post Christum natum saeculis conscriptorum.

VIII. Frequentius tandem in scriptis Hippocratis, quam fere aliorum, accidit, ut textus temere mutaretur, quod Dioscoridem et Artemidorum Capitonem in primis fecisse, Galenus testatur <sup>ggg</sup>), variaque, quae Hippocratis non sunt, textui interponerentur. Quod aphorismis prae aliis accidit, aliisque quibusdam libris, ad σημειωτικὴν pertinentibus.

IX. Quum itaque et copiosa occasio fuerit librorum spuriorum veris atque genuinis libris Hippocratis inferendorum, et ipsum spuriorum librorum Hippocrateorum numerum exiguum esse non debere, iam ex dictis intelligatur, quod et Augustinus iam probauit libr. XXII. cap. 6. contra Faustum, dicens: *Nonne sub Hippocratis, nobilissimi medici, nomine quidam libri prolati, in auctoritatem a medicis recepti non sunt, nec eos adiunxit nonnulla similitudo rerum atque verborum, quando comparati eis, quos vere Hippocratis esse constaret, impares iudicati sunt*, plurimum interest, ut notas, quibus veri Hippocratei libri distinguantur, enarremus. Eaeque notae partim ex ipsis libris, quos Hippocratem vere scripsisse constat, desumuntur, partim ex antiquissimorum auctorum testimoniis. Ad priores quod attinet, libri, ab Hippocrate conscripti, continent morborum descriptiones atque historias, plane secundum naturam expressas, causas eorundem manifestas, (ut adeo, ubi additas, quas dogmatici post Hippocratem introducebant, enarratas legeris in libro Hippocrateo, aut alia, quae in aegris manifesta non sunt, ad θεωρίαν spectantia, certe credere possis, eum non esse Hippocratis) et ex iisdem historiis atque descriptionibus deductas propositiones, ut plurimum generales, non facile sibi ipsis contradicentes, et quas vniuersaliter veras Hippocrates dixit, raro in quibusdam tantum morbis aegrisue, sed in omnibus veras. (vid. Ant. Pimbioli Comitis Inghelfredi Orat. Hippocrates systemata, neque conflauit, neque admisit, sed solas obseruationes est confectatus. Patau. 1764. 4.) Et haec Hippocrates tradidit oratione perbreui, vnde Galeno non raro βραχυλόγος dictus <sup>hhh</sup>), neruosa, talique, ut paucis verbis plurima subinde comprehendat.

<sup>fff</sup>) Censur. libror. Hippocrateor. sect. I. §. 2. pag. 5.

<sup>ggg</sup>) Comment. I. in libr. de Natura Hominis p. 4. tom. V. Comm. II. in sextum libr. de Morbis Vulgaribus p. 459. tom. V. et pluribus locis, quae collegit cel. Villoufou. in prolegom. ad Homerum II. cum Scholiis cod. Ven. p. 36 sq. multusque est de

mendis in antiquissimis Hippocratis exemplaribus, de interpolatoribus ac corruptoribus textus Hippocrat. caussisque corruptelae. Harl.

<sup>hhh</sup>) De Venae sect. aduers. Erasistrateos. cap. 4. p. 415. tom. X. Chart. Libr. II. de Difficult. Respirat. cap. 8. p. 256. tom. VII.



comprehendat. Quam ob causam Galenus etiam verissime monuit: εἰ μὲν τὰ σαφῶς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα μὴ νοήσας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν καὶ δις, καὶ τρίς, καὶ πλεονακίς ἀναγνώτῳ, προσέχων τὸν νῦν· εἰ γὰρ τὸτο ποιήσῃ, πάντως ταῦτ' ἐνόησας σαφῶς ἐρμηνευόμενον<sup>iii)</sup>. Dialecto Hippocrates, Doricus vtut patria, vsus est Ionica, vel Attica veteri et quidem, *Asiano* narrante<sup>iiii)</sup>, Democriti gratia, vel potius, quod hanc dialectum, tanquam suauiore, pluribus probari sciret. Quidam tamen eius libri dialecto Ionica puriore, quidam minus pura, scripti sunt, omnesque libri Doricas voces Atticasque continent non paucas<sup>v)</sup>.

X. Sed haec non sufficiunt ad Hippocratis scripta genuina a spuriiis cum certitudine quadam separanda. Multum vero in hoc de genuinis Hippocratis atque spuriiis libris indicio formando iuuamur testimoniis antiquissimorum virorum, qui scriptis Hippocratis enarrandis singularem operam dederunt, *Erotiani*, quem Neronis temporibus vixisse inde patet, quod *Asdromacho* iuniori, archiatro, suam τῶν παρ' Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγὴν inscripsit, quemque suo loco dicemus, atque Galeni. *Erotianus*<sup>mm)</sup> Hippocratis scripta genuina, quorum dictiones obscuras ipse explicuit, sequenti modo diuidit atque enarrat, generali scriptorum diuisione in semiotica, physica et aetiologica, ad artis praecepta pertinentia, therapeutica, diaetetica, chirurgica atque mixta praemissa. Σημειωτικά ἐστὶ ταῦτα. Προγνωστικόν, προεξηγητικόν α' καὶ β', ὡς ἐκ ἐστὶν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν Ἀτιολογικά δὲ καὶ Φυσικά. Περὶ Φυσιῶν, περὶ φύσιος ἀνδρώπης, περὶ ἱερῆς νύκτος, περὶ φύσιος παιδίας, περὶ τόπων καὶ ὥρων. Θεραπευτικά δὲ τῶν μὲν ἐν χρονίοις ἀνηκόντων. Περὶ αἵματων, περὶ ἄρθρων, περὶ ἐλκῶν, περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, κατὰ ἡτρεῖον, μοχλικόν, περὶ αἰμορροΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς διαίταν. Περὶ νύκτων α', β', περὶ πτισσάνης, περὶ τόπων τῶν κατὰ ἀνδραπον, γυναικείων α', β', περὶ τροφῆς, περὶ ἀφῶρων, περὶ ὑδάτων. Ἐπίμικτα δὲ ἐστὶ ταῦτα, ἀφορισμοί, ἐπιδημιαί ζ'. Τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης τεινόντων λόγον, ὅρκος, νόμος, περὶ τέχνης, περὶ ἀρχαίας ἡτρεκῆς. Πρεσβυτικός γὰρ καὶ ἐπιβώμιος φιλοπατεῖν μᾶλλον, ἢ ἱατρὸν ἐμφαίνεισι τὸν ἄνδρα. Praeter hos libros, quos in praefatione diserte memorat *Erotianus*, aliis quoque libris Hippocrateis, ad glossarium suum conficiendum vsus est. Ex libro de ossium natura, qui Hippocrati adscribitur, multas voces explicuit, quod etiam *Foellius*<sup>nnn)</sup> testatur.

XI. *Adriani* temporibus vixere *Artemidorus*, *Capito* vocatus, atque *Dioscorides*. Horum vterque libros Hippocratis collegit atque edidit. Laudem vero vix multam ob hanc operam promeruerunt. Probasse quidem *Artemidori Capitonis* editionem *Adrianum* et vtramque *Artemidori* scilicet atque *Dioscoridis* ab omnibus summo studio conquisitam esse *Galenus*<sup>ooo)</sup> refert;

T t t 3

fert;

iii) Comm. III. in libr. de Artic. nr. 49.

kkk) Λέγουσι δὲ Δαρδάνοι ὅτι Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐν καὶ τῷ Δημοκρίτῳ χάριν τῇ ἰατρικῇ συγγράμματα. *Asian.* libr. IV. Var. Hist. cap. 20.

lll) Vid. *Io. Freind* praefat. ad *Epid.* lib. I. et III. pag. 174. in *Oper. Lutet. Paris.* 1734. in 4. et *Trilleri* epist. ad *Freindium* super I. et III. *Hipp. Epid.* p. 188. in *Opusc.* vol. II.

mmn) *Erotiani*, *Galen* et *Herodoti* glossaria in Hippocratem ex edit. *Io. G. Fr. Franzii.* Lips. 1780. 8. pag. 20 — 24.

nnn) In not. ad Hippocr. libr. de Ossium Natura, in *Oper. sect. III.* p. 128.

ooo) Comm. I. in libr. Hippocr. de Natura Humana nr. 1. p. 97. tom. III. *Charter.*



fert; sed vitiasse hos viros textum Hippocratis audacissimosque fuisse in peruertendis atque turbandis Hippocratis verbis, antiquas in primis voces studio eiecisse ex textu, *Galenus* <sup>rrr</sup>) variis in locis per exempla probat. Sed ipsae hae editiones, omnium eorum, in quibus critices linam qualemcunque adhibitam esse constat, antiquissimae, interierunt, ita, ut ordo quoque, quem in constituendis libris Hippocrateis sequuti sunt editores, plane ignoretur.

XII. *Galenus* vero non solum ipse promisit, se commentarium elaboraturum, in quo, qui veri quique spurii libri Hippocratis sint, exponeret <sup>rrr</sup>), hic vero liber, si scriptus ab eo est, saltem ad nos non peruenit; verum etiam permultis, imo infinitis in locis Hippocratis scripta et memorauit, et permulta commentariis amplissimis illustrata edidit, in quibus non raro iudicium suum de ipsorum horum librorum aut veris aut suspectis originibus tulit. Quae iudicia infra, singulos libros enarrantes, diligenter notabimus. In libro vero de libris propriis, in quo commentarios in Hippocratis libros a se scriptos enarrat, simul plurimam eorum enarrat partem, quos pro genuinis ipse habuerit. Iique sunt <sup>rrr</sup>) libri ἀφορισμῶν, liber περὶ ἀγμῶν, περὶ ἀρθρων, προγνωστικόν, περὶ διαίτης ὀξείων, περὶ ἐλκῶν, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, τῶν ἐπιδημιῶν I, II, III, VI, περὶ χυμῶν, περὶ τροφῆς, προφητικόν, in quo tamen, ut in Coacis praefagiis, multa falsa et nimis generaliter dicta contineri, alio loco <sup>rrr</sup>) adserit, περὶ φύσεως ἀνθρώπου, τὸ κατ' ἰητροῦ, περὶ τέπων καὶ αἰμάτων καὶ ὑδάτων. De reliquis etiam omnibus Hippocratis libris, quos commentariis non instruxit, iudicium suum tulit, alia eaque commodiore occasione enarrandum.

XIII. Incertis temporibus, attamen post Galenum, ab eo quippe non memoratus, et quidem satis longo post eum tempore, *Palladius* vixit, enarrationum in aliquot libros Hippocratis auctor <sup>rrr</sup>). Scholia eius εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν Ἱπποκράτης adhuc supersunt, a Foessio primum edita. In his, ubi ad ordinem deuenit, quo Hippocratis libri legendi sunt, eos simul recenset, quos genuinos esse putat. Iique sunt: 1) aphorismi, 2) liber de natura pueri, 3) liber de natura hominis, 4) liber de humoribus, 5) liber de alimento, 6) prognosticon, 7) liber de victus ratione acutorum, 8) liber de fracturis, 9) liber de articulis, 10) liber de aere,

<sup>ppp</sup>) Princeps locus est in Comm. I. in libr. Hippocr. de Natura Humana, quem modo citavi. Aliud exemplum textus per hos viros corrupti adducit in Comm. II. in III. libr. Hipp. de Morbis Vulgaribus p. 236. tom. IX. Charter. et in permultis locis aliis. conf. praefat. Galeni ad Comm. in VI. Hippocr. librum de Morbis Vulgarib. p. 354. tom. IX. Charter. et praefat. ad Comm. Galeni in libr. Hippocr. de Officina Medici pag. 2. tom. XII. Chart. vid. et *Hieronym. Mercurialis* in censur. Oper. Hippocrat. pag. 7. edit. Francofurt. in 8. [et *Villoisfon.* in Anecd. Gr. tom. II. p. 136 sq. not.]

<sup>qqq</sup>) In prooem. Commentarii in libr. Hippocratis de Humorib. pag. 509. tom. VIII. edit. Chart. Eadem promisit in libri VI. de Hippocratis et Platonis decretis cap. 5.

<sup>rrr</sup>) *Galenus* de Libris propriis pag. 44. tom. I. edit. Chart. conf. praefat. ad Comment. II. in Hippocr. Epidem. libr. III. p. 230. tom. IX. edit. Chart. Loca *Galen*i quam plurima, in quibus iudicium de libris Hippocratis tulit, collegit *Ludov. Lemoisus* in Iudicio Operum Hippocratis mox memorando.

<sup>sss</sup>) In praefat. ad Comm. II. in Hippocr. de Morb. Vulgarib. libr. III. p. 230. tom. IX. Oper. edit. Charter.

<sup>ttt</sup>) *Iac. Santablinus* in praefat. ad *Palladii* Scholia in libr. Hippocratis περὶ ἀγμῶν, sect. VI. p. 196. in Oper. Hippocratis edit. Foessii, Francofurt. 1595. in fol.



aere, aquis et locis, 11) libri de morbis popularibus <sup>xxxv)</sup>. *Suidas*, valde recens auctor, [atque ex illo *Eudocia* in *Ἰωνιᾷ* p. 246.] quosdam tantummodo libros Hippocratis recenset, τὸν ὅρκον, τὰς προγνώσεις, τὴν τῶν ἀφορισμῶν, et tandem librum celeberrimum et summe admirabilem ἐξηκοντάβιβλον, quem omnem medicam scientiam et sapientiam continere dicit <sup>xxxv)</sup>. Qui vero libri in hac tam laudata collectione fuerint comprehensi, non liquet, quum a nullo alio probato auctore aliquid de ea proditum habeamus. Plures etiam alii veteres Hippocratis libros subinde memorant, quorum testimonia, si aliquid ad veras origines Hippocrateorum librorum intelligendas conferunt, in enarratione singulorum librorum Hippocratis adducam.

XIV. Recentiori tempore operum Hippocrateorum censuræ inprimis operam dederunt *Hieronymus Mercurialis* et *Ludovicus Lemosius*. Hi in enarrationibus librorum Hippocratis Galenum preliæ sequuti sunt. *Hieronymus Mercurialis* censuram operum Hippocratis edidit Venetiis, anno 1583, in 4. \*, et quidem nomine veri auctoris suppresso, deinde Basileae, invito auctore, cum eius praelectionibus de puerorum morbis et de venenis, sub eius nomine editam, postea retractaram atque repurgatam ab ipso auctore Francofurti, anno 1585, in 8. in lucem emissam, tandemque Venet. 1588. fol. cum Hippocratis operibus graece et latine editam, ipsosque Hippocratis libros in operum Hippocratis editione Graeco-latina, quam curauit, secundum hanc censuram disposuit, non tamen sine *Io. Costaei* contradictione, qui in diss. I. posthumae miscellaneorum dissertationum decadis Patav. 1658. 12. contra Mercurialem hanc censuram, et dispositionem multa scripsit. Libros vero, qui Hippocrati adscribi consueverunt, in quatuor classes partiti est. *Prima* classis ipsi eorum est, qui vere phrasin et dogmata Hippocratis continent, quorumque alios Hippocrates certe edidit; alios autem ab eo esse editos non ita constat. *Alter*a classis hos libros comprehendit, qui ab ipso quidem Hippocrate sunt scripti, a discipulis vero, inprimis a Thessalo et Polybo, ex membranarum, in quibus Hippocrates sua notauerat, sunt editi. *Tertia* classe continentur libri non ab Hippocrate, sed aut a filiis aut a discipulis eius, secundum praeceptoris doctrinam mentemque, aut ex scholae Hippocraticae doctrina compositi. *Quarta* classis libros, ab Hippocratis placitis plane alienos, continet. Ad primam classem sex priores aphorismorum libri, libri prognosticorum, (siue potius liber, qui in Hippocratis operibus inscribitur προγνώσεων,) prima pars libri de natura humana, liber de aere, aquis et locis, libri de victus ratione in acutis tres priores sectiones, primus et tertius liber de morbis popularibus, libri de articulis, de fracturis, de luxationibus, de ulceribus et de capitis vulneribus referuntur <sup>wwv)</sup>. Libros, quos reliquis tribus classibus subdidit, non hic memoro: *quarta*s tamen eum classi iusiurandum, librum Hippocratis, quem genuinum esse plurimi argumentis satis idoneis adseruerunt, subdidisse, adeoque pro plane alieno ab Hippocrate atque supposititio habuisse, notandum est.

*Ludovicus Lemosius* iisdem temporibus, (illius enim de operibus magni Hippocratis iudicium Salamanticae, anno 1585. primum prodit <sup>xxx)</sup>) ignarus plane eorum, quae Hieronymus

xxxv) Hippocr. edit. Foef. citat. pag. 197.

wwv) In Lexic. f. voc. Ἱπποκράτης. p. 145, tom. II. edit. Kuster.

wwv) Censur. Operum Hippocrat. p. 15. edit. Francofurt.

xxx) De optima praedicendi ratione libri sex, item iudicii operum magni Hippocratis liber vnus Ludouico Lemosio, physico et medico auctore. — Salamanticae, ex officina Ildefonsi a Terra-noua et Neyle, 1585. in 8. min. Quae omnium prima editio



mus Mercurialis aut fecerat, aut agebat, censuram operum Hippocratis conscripsit, in quo neque copiosam librorum antiquorum lectionem, neque diligens studium ad vera certaque eruenda desideres. Galeno, ut reliqui harum rerum scriptores fere omnes, in primis duce usus est, ita tamen, ut viam sibi propriam non raro pararet, ubi Galenus deficere videbatur. Opera Hippocratis in haec diuidit, quae sine dubio ab Hippocrate ipso, et quidem ut ederentur, scripta putanda sunt, et in alia, aut a viris ex familia Hippocratis edita, aut manifeste notha. Genuina ex eius sententia sunt 1) primus et tertius liber de morbis popularibus, quos ante reliquos ab Hippocrate scriptos esse praecclare adfirmat, 2) aphorismi, 3) praenotionum liber (*προγνωστικόν*), 4) liber de diaeta acutorum, 5) liber de aere, aquis et locis, 6) liber de natura humana, 7) iusiurandum, 8) epistolae, 9) liber de alimento, 10) liber de humoribus, 11) liber de capitis vulneribus, 12) de ulceribus, 13) de fracturis, 14) de articulis, 15) de iis, quae medicatrina fiunt, κατ' ἑρμηνείαν, 16) de natura pueri, 17) lex, 18) de septimestri partu, 19) de superfoetatione <sup>yyy</sup>). Polybo librum secundum de natura humana librumque de ossium natura et de salubri diaeta, Draconi, Hippocratis filio, librum quintum morborum popularium et de morbo sacro librum, Hippocrati, Thessali filio, Hippocratis Magni nepoti vero libros de morbis, de genitura atque de medicamentis purgantibus tribuit. Quibus reliqui libri Hippocratei ab eo tribuantur, infra notabitur.

XV. Editores non pauci operum Hippocratis libros, secundum argumenti similitudinem ordinatos, ediderunt, genuinis a spuriis nullo modo separatis. Idque etiam *Foefius* fecit, vir omnium interpretum atque editorum Hippocratis de auctore suo longe meritisissimus, qui adeo de genuinis spuriisque librorum Hippocrateorum originibus raro ipse iudicat, iudiciis Erotiani atque Galeni plane ad genuinas operum Hippocratis origines demonstrandas contentus, neque adeo permultos Hippocratis libros pro spuriis habens, quos Erotianus atque Galenus non memorauerunt. Librum tamen de natura humana <sup>xxx</sup>), de septimestri partu <sup>aaaa</sup>), et de octimestri partu <sup>bbbb</sup>) plane pro genuinis habet. *Marius Zuccari*, medicinae in Neapolitano gymnasio professor, librum primum Hippocratis de natura humana, aphorismorum sectiones VII. libros IV. de ratione victus, prognostici libros III. (quo nomine scriptoribus libri II. prorrhetic. et prognost. veniunt) libros de his, quae in medica officina fiunt, libros epidemiales, libros de articulis, de fracturis, librum de aere, aquis et locis pro vere germanis habet. Hisque, ex multorum placito, librum de alimentis et de humoribus adiungit. Esse autem hos libros Hippocratis ex sola methodo, et quidem dogmatica, qua conscripti sint, demonstrat. (*Hippocratis epidemialium observationum pars I. quatuor contenta languentibus. Venet. 1621. in 4. pag. 20. cap. 4.*) *Hallerus* primus in opere, quod Hippocratis opera in latinam linguam a Iano Cornario versa typis iterum excussa continet <sup>ccc</sup>) hos libros ita edidit, ut primae

tio sine dubio eadem cum hac est, quam Salaman-  
ticae, anno 1585. in folio prodierit Grunerus cen-  
sur. libr. Hippocr. pag. 31. memorat. Alia editio  
prodiit Venetiis 1592. 8.

<sup>yyy</sup>) Lemosius cap. V. fol. 18. Iudic. Operum  
Hippocrat.

<sup>xxx</sup>) Foef. in not. in libr. Hippocr. de Natura  
Humana Oper. sect. III. pag. 95.

<sup>aaaa</sup>) Idem in not. in Hippocr. libr. de Septi-  
mestri partu. Sect. Oper. III. pag. 110.

<sup>bbbb</sup>) Idem in not. ad Hippocr. libr. de Octi-  
mestri partu. Sect. III. pag. 112.

<sup>ccc</sup>) Hallerus in praefat. ad tom. IV. Artis Me-  
dicæ Princip.



mae classi eos subderet, quos vere ab Hippocrate scriptos esse putabat, secundae vero eos, qui non videantur ipsius esse Hippocratis, quod vel aliena varia ab ipsius diuini senis placita tradant, vel nuperiora inuenta, vel eiusmodi demum vitia contineant, quae Hippocrates ipse damnauerit, neque ideo videatur commisisse. In tertiam classem manifeste spurios coniecit. Libri vero, quos Hallerus genuinos putat, quique in primo artis medicae principum tomo prostant, hi sunt: 1) de aere, aquis et locis, 2) de natura hominis, 3) de locis in homine, 4) de humoribus, 5) de alimento, 6) de morbis popularibus I. et III. 7) prognosticon, 8) praedictorum II. 9) de victu acutorum, 10) de fracturis, 11) de articulis, 13) de vulneribus capitis, 14) de officina medici, 15) aphorismi.

XVI. Post Hieronymum Mercurialem et Ludouicum Lemosium et *Iacobum Sponium*, qui in aphorismis nouis, ex Hippocratis operibus collectis, Lugd. 1689. 12. et quidem in doctissima praefatione, de operibus Hippocratis iudicium suum tulit. *Grunerus*, clarissimus in studiorum vniuersitate Ienensi medicinae professor, anno 1772. <sup>dddd</sup>) censuram operum Hippocrateorum, et talem quidem edidit, ut plurima, quae antiquiores, Lemosio excepto, cuius legendi facultatem non habuit, de originibus Hippocrateorum operum dixerunt, comprehendat. Putat vero veterum omnium, inprimis Galeni, testimonia cum internis et quasi innatis libris ipsis notis, breuitate scilicet, grauitati argumentorum et ratiociniorum paucitati adiuncta in hos praesertim libros cadere: 1) in iusiurandum, 2) aphorismos, 3) in librum de aere, aquis et locis, 4) praenotiones, 5) in praedictionum librum II. 6) in librum de officina medici, 7) in primum et tertium librum morborum popularium, 8) in librum de victu acutorum, 9) de capitis vulneribus, 10) de fracturis <sup>eeee</sup>). [*Grunerum* sequitur *Ioannes Henr. Fischer* in diss. de Hippocrate eius scriptis, eorumque editionibus. Coburgi, 1777. 4.] Nouam tandem eamque praeclaram censuram atque dispositionem operum Hippocratis dedit Vir Cl. *Ioannes Fridericus Carolus Grimmius*, Serenissimi Ducis Saxo-Gothani medicus. Probe notat Cl. hic Vir, discerni atque cognosci quidem posse quaedam Hippocratis scripta, verum non omnia: neque de his, quae alios scripsisse omnino credibile est, dici certo posse, quisnam ea scripserit, aut quo tempore confecta fuerint. Hinc optima Hippocratis scripta in genuina atque spuria diuidi, spuriorum vero familias et classes quasdam, (nisi eorum, quae temporibus longe post Hippocratem confecta esse suadent omnia,) confici vix posse. Hippocratis opera ea, quae genuina esse putat, et quidem eo ordine, quo scripta esse ea credibile est, in primo tomo versionis suae Germanicae operum Hippocratis <sup>ffff</sup>) collocauit, eaque sequentia sunt: 1) liber de morbis popularibus primus, 2) liber de morbis popularibus tertius, 3) praenotionum liber (*πρὸ γνῶσιν*), 4) prorrheticorum liber secundus, 5) aphorismi, 6) liber de diaeta in morbis acutis, 7) liber de aere, aquis et locis.

XVII. Ex haecenus dictis facile intelligitur, quinam libri, qui Hippocrati adscribuntur, genuini sint, quinam spurii, certo demonstrari vix posse, imo ex dissensu antiquorum virorum

<sup>dddd</sup>) Censura librorum Hippocrateorum, quae veri a falsis, integri a suppositis segregantur. Collegit ex optimis quibusque auctoribus — D. Chr. Godofr. Gruner. Vratislau. 1772. in 8.

<sup>eeee</sup>) Censur. libror. Hippocrat. cap. II. §. 2.

<sup>ffff</sup>) Hippokrates Werke. Aus dem Griechischen übersetzt und mit Erläuterungen von D. Joh. Friedr. Karl Grimm. Erster Band. Altenburg, 1781. in 8. qui primus tomus opera Hippocratis genuina continet.



rum doctorum, qui libros Hippocratis enarrarunt, Erotiani praesertim et Galeni, et ex testimoniis aliorum, qui libros, manifeste spurios, sub Hippocratis titulo citant, (quod e. g. Corn. Celsus fecit, qui V. morborum popularium librum, manifeste non ab auctore primi atque tertii morborum popularium libri conscriptum, ad Hippocratem Coum refert <sup>esse</sup>) perspicui, veteres, quorum libri ad nos peruenerunt, (omnes enim antiquae librorum Hippocratis editiones et interpretum in eas enarrationes, quas Galenus enarrat, interierunt,) Galeno excepto, et, aliquo saltem modo, Erotiano, qui fugiente calamo iudicium de libris Hippocratis tulit, de operum Hippocratis verorum et supposititiorum iudicio vix valde fuisse sollicitos. Hinc quum ad certitudinem quandam circa auctores librorum Hippocrateorum et tempora, quibus conscripti fuerint, peruenire non liceat, in librorum Hippocrateorum enarratione hoc a nobis tenendum est, ut primum locum iis demus, quos conscriptos esse ab Hippocrate Couo testantur omnes, quibusque neque interni librorum Hippocratis verorum characteres, neque antiquorum testimonia defunt, post hos vero eos ponamus, qui Hippocrate forsan antiquiores sunt, deinde vero temporibus post eum confecti.

## I. LIBRI GEN VINI.

XVIII. *Ἐπιδημιῶν* liber primus et tertius ab omnibus antiquis, qui de Hippocrate quaedam tradiderunt, et plane nullo refragante, pro genuinis habiti, et quidem a Mnemone Sidite, medico de Cleophantii secta, qui librum *ἐπιδημιῶν* tertium Ptolemaeo Euergetae quaestus causa dedisse fertur, (vid. *Galenus* in Comment. II. in Hippocr. Epid. III. text. 4. p. 239. tom. IX. Chart.) adeoque Graecorum, quos enarrasse hos libros popularium morborum sci-  
mus, fere antiquissimo, aliisque, qui commentarios in hos libros scripserunt, *Zeuxide* (vid. *Galen.* Comment. II. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 239. tom. IX. Chart.), *Sabino* eiusque discipulo, *Metrodoro* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 203. tom. IX. Chart.), *Zenone* Herophileo (vid. *Galen.* Comment. II. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 238. tom. IX. Chart.), *Apollonio Empirico* (vid. *Galen.* II. Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom. IX. Chart.), *Heraclio Tarentino* et *Erythraeo* (vid. *Galen.* Comment. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 240. tom. IX. Chart.), *Bacchio* (vid. *Galen.* Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom. IX. Chart.), *Erotiano*, (Erotiani, Galeni et Herodoti glossar. in Hippocr. edit. Franzii. Lipsi. 1780. p. 22.), *Quinto*, (vid. *Galen.* Comment. I. in I. Epid. Hippocr. in praefat. p. 3. tom. IX. Chart.) *Lycō Macedone* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 203.), *Satyro* et *Phiciano* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 29. p. 228. tom. IX. Chart.) atque *Galeno*, qui utrumque hunc librum *ἐπιδημιῶν πρὸς ἔκδοσιν* conscriptum esse diserte dicit, (vid. Comment. II. in I. Epid. Hippocr. text. 1. p. 124. tom. IX. Chart.) et tertium *ἐπιδημιῶν* librum τὸ βιβλίον τῷ Ἰπποκράτῃ νόμιμον adpellat (vid. *Galen.* argum. libri III. Epid. Hippocr. p. 193. tom. IX. Chart.); atque primum et tertium τῇ τῆς θεωρίας οἰκειότητι συνηφθῆναι (de resp. difficult. lib. III. cap. 1. p. 268. tom. VII. Chart.) putat, ut adeo utrumque hunc librum ex omnibus popularium morborum libris solum πρὸς ἔκδοσιν conscriptum esse ex omnium fere opinione dicat in Comm. I. in VI. Epid. praef. p. 354. tom. IX. Chart. Neque notae, his duobus libris inditae, repugnant, quo minus

cos

gggg) *Celsus* libr. VIII. de Re Medic. cap. 4. p. 432. edit. Targae. Lugd. Bat. 1785. in 4.



eos pro vere genuinis habeamus. Thasus, Larissa, Abderae, Cyzicum, Meliboea, vrbes ab eo in his libris ipsis memorantur, in quibus morbos, quos enarrat, obseruauerit. Et hae quidem morborum obseruationes hoc modo traditae sunt, vt et constitutiones epidemicae generatim describantur, in quibus primus Hippocrates docuit, quid anni tempora aerisque status ad morbos populares inducendos conferant, et aegrotantium historiae enarrentur, quae vero, quod Galenus iam monuit (vid. Comment. III. in III. Epid. Hippocr. text. 71. p. 290. tom. IX. Chart.) non omnes ad constitutiones epidemicas, quas generatim descripsit, sed aut ad alias constitutiones epidemicas, aut etiam ad sporadicos morbos pertinent.

Hos libros popularium morborum primum scilicet atque tertium, ante reliquos Hippocratis libros conscriptos esse cum *Grimmio*, V. Cl. (Hippokrates Werke I. Band. pag. 449.) puto, hac imprimis ductus ratione, quod ad praefagia generalia eaque iusta in morbis formanda, in quibus cum plurima laude Hippocratem versatum esse scimus, morborum obseruatio diuturna sit necessaria ipseque Hippocrates exemplum obseruationum suarum in his libris *ἐπιδημιῶν* dederit. Docuit adeo per exempla non pauca, quae in his libris leguntur, quae ratione medicus praefagia ex morborum decursibus deducere debeat, vt adeo et inde pateat, hos Hippocratis libros, forte cum aliis pluribus morborum historiis, quae temporis iniuria interierunt, reliquis eius libris, qui ad semioticen pertinent, quasi pro fundamento fuisse. Contrarium tamen Galenus asseruisse videtur, quae Hippocrates in *ἐπιδημιῶν* libris conscripsit, ex dictis in prognostico consequi existimans (vid. praefat. ad Comm. I. in I. Epid. Hipp. p. 3. tom. IX. Chart.) vt adeo tempus, quo hi libri conscripti sint, aliquo saltim modo hoc loco a Galeno dictis dubium reddatur.

Continentur vero in I. *ἐπιδημιῶν* libro constitutiones epidemicae tres, quarum singulae initium sumere autumno ineunte, et aestate ineunte desierunt. Post constitutiones enarratas sequuntur propositiones de morborum decursu generales, quae tertia sectione in libris editis (p. 670. tom. I. Lind.) comprehenduntur. An hae tres constitutiones se inuicem, nulla alia intercurrente, exceperint, quod Grimmus suspicatur (Hippokrates Werke I. Band. p. 449.), dubium, et ob aestiuas constitutiones omissas vix credibile est. Has sequuntur morborum historiae XIV, quae ad constitutionem epidemicam tertiam pertinere videntur.

Tertio libro XII. aegrotantium historiae enarrantur. Has excipit constitutio epidemica pestilens, in Thaso, vt videtur (vid. Grimm. p. 486.) obseruata. Sequuntur deinde aegrotantium historiae, ad praecedentem constitutionem, quod iam Galenus monuit (Comm. III. in III. Epid. Hippocr. p. 290. tom. IX. Chart.), vix referendae, XVI.

In vtroque hoc libro inscriptiones sectionum, *Galeno* iam monente, non ab Hippocrate profectae sunt. Eodem Galeno monente, (Comment. II. in III. Epid. Hippocr. pag. 239. tom. IX. Chart.) etiam litterarum characteres, duodecim historiis morborum, quae in III. *ἐπιδημιῶν* primum proponuntur, non ab Hippocrate, sed a Mnemone Pamphylo additi sunt, et quidem ideo, vt eorum interpretatione se librumque ipsum Ptolemaeo Euergetae commendaret. Tertius hic ceterum liber nauis aduectus et a Mnemone Pamphylo in ordinem digestus dictus in bibliotheca Ptolemaei Euergetae fertur: τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην. vid. Gal. loco cit.



Isque Mnemon eorum, quos his popularium morborum libris, in primis tertio, operam dedisse constat, printus est. Διορδατην libri ἐπιδημιῶν III. dictum fuisse, expresse memorat Galenus loco modo citato, atque, quod iam dixi, historiis XII. aegrotorum primis, quae in III. ἐπιδημιῶν leguntur, characteres addidisse. conf. de his characteribus et eorum interpretatione *Galenus* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. p. 208. 221. et Comment. II. in III. Epid. p. 239. tom. IX. Chart. De iisdem characteribus *Zeno* librum peculiarem scripsit, contra quem *Apollonius* Empiricus scripsit. Zenone vero mox contradicente, *Apollo-nius* ὁ βιβλαῖς<sup>hhhh</sup>) rescripsit (vid. *Galen.* II. Comm. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom. IX. Chart.). Eosdem characteres explicuere *Heraclius* Tarentinus et *Erythraeus*, notante eodem *Galen*o in II. Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 240. tom. IX. Chart. [*Villois.* prol. ad Homer. Iliad. p. XX sq. qui multus est de his characteribus adpositis. *Harl.*]

Praeter dictos libros, qui ad nos non peruenerunt, sequentes adhuc laudantur antiqui interpretes libri ἐπιδημιῶν I. et III. Hippocratis, qui vero omnes interierunt:

*Zeuxidis* Comment. I. in III. Epid. Hippocratis librum citat *Galenus* in Comment. II. in III. Epid. Hippocr. p. 239. tom. IX. Chart. huncque interpretem, quem minus cautum in interpretando fuisse dicit, in III. Comment. in III. Epid. Hippocr. text. 76. p. 300. tom. IX. Chart. cuiusque commentarii suo iam tempore non amplius aestimati rarecerent, saepissime nominat.

*Sabinus* commentariorum in I. et III. libr. Epid. auctor cum *Metrodoro*, discipulo, fuit, quem Galenus aliis locis taxat, (Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 14. p. 222. et text. 4. p. 203. tom. IX. Chart.) aliis vero laudat, Zeuxidi saltim praefert (III. Comment. in III. Epid. Hippocr. text. 76. p. 300. tom. IX. Chart.) et accuratiorem superioribus Hippocraticis fuisse perhibet. vid. Comment. III. in III. Epid. text. 4. p. 203. Locum satis prolixum ex his commentariis de vrina oleosa excerpsit *Galenus* in III. Comment. in III. Epid. p. 293. tom. IX. Chart.

*Zeno Herophilus* interpres librorum de morbis popularibus citatur a *Galen*o in Comm. II. in III. Epid. p. 238. 243.

Τὸ γεγραμμένον κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν a Philisto memorat *Galenus* in Comm. I. in Hippocr. I. prorrhet. text. 10. p. 707. tom. VIII. Chart. [adde *Villois.* loco cit.]

*Quinti* Comment. in I. Epid. librum citantur a *Galen*o in I. Comment. in I. Epid. Hippocr. praefat. pag. 3. tom. IX. Chart.

*Lycus Macedo*, quem νόσον τῆς ἱπποκράτους αἰτίας vocat *Galenus*, commentarios in III. epid. Hippocratis librum scripsit, quos *Galenus* in Comment. I. in III. Epid. text. 4. p. 201. conf. III. Comment. in III. Epid. p. 287. tom. IX. Chart. expresse memorat.

*Satyri* et *Phidians* explicationes libri III. Epid. memorat *Galen*o in Comment. I. in III. Epid. Hippocr. pag. 228. tom. IX. Chart. et saepius.

Antiquae

hhhh) De hoc vid. *Reinesium* in Var. Lect. lib. III. cap. 4. pag. 412. *Harl.*



Antiquae editiones horum de morbis popularibus librorum, quae apud antiquos memorantur, et omnes interierunt, haec sunt:

*Mnemonis Pamphyli* librum III. epidem. Hippocratis, quem vendidisse Ptolemaco fertur, iam memorauimus.

*Bacchii* editionem libri III. epid. citat *Galenus* in Comment. II. in III. Epid. pag. 244. tom. IX. Chart.

*Artemidori Capitonis* textum aliquoties memorat idem *Galenus*, eumque valde quidem culpat, attamen *Dioscoridis* textui praefert. Exemplum corrupti per Capitonem textus libri epid. III. dedit in Comment. II. in III. Epid. Hippocr. pag. 236. tom. IX. Chart.

*Dioscoridis* textum Epidem. III. et neque hunc cum laude, memorat *Galenus* in III. Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 255. tom. IX. Chart.

Et nostris quoque temporibus neque multi horum librorum codices scripti extant, neque permultae editiones typis descriptae.

Codex MS. libri I. exstat in biblioth. Medicea, quem Bandini (III, p. 46.) memorat, libri III. scriptum exemplar exstat in Biblioth. Diui Marci Veneta. Codicem epidemiorum manuscriptum in Anglia vnicum Baroccianum vir doctissimus, Ioannes Freindius in sua epidemiorum editione adhibuit variasque ex eo lectiones notauit. Licet antiquus sit, et cum libris quibuscunque chartaceis vetustate contendat, in pluribus tamen locis mutilus est et vitiosus, eademque fere lectiones, quas in MS. a Foessio memoratis aut in vulgatis editionibus, repraesentat. vid. Praefat. *Freindii* ad libr. Epid. I. et III. in oper. omn. edit. Parisiis 1735. in 4. p. 173. Cum commentariis Galeni libri I. et III. ἐπιδημιῶν scripti graece exstant in Biblioth. Reg. Parisin. nr. 2174. Pars eiusdem commentarii cum textus parte exstat in eadem Bibliotheca, et quidem graece, nr. 2165. Aliud exemplar Graecum exstat in Biblioth. Diui Marci Veneta. Montfauc. I. p. 472. Arabicus codex exstat et quidem textus atque commentariorum Galeni in utrumque librum trium in Scorialensi Bibliotheca <sup>iiii</sup>) Arabice: Ketab alemradh aluakedat le Bocrath. Herbelot. p. 480. Alio titulo: abidima Arab. Herbelot. p. 10. Hippocratis epidemiorum libri VII. interprete Leontio ad Leonem X. exstant in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. *Montfauc.* I. p. 381.

De versionibus librorum Hippocratis et aliorum medicorum veterum in Arabicam et reliquas orientales linguas tenendum generatim est, eas vix multum ad textum aut integriorem restituendum, aut adeo ad ipsum Hippocratem melius intelligendum facere. Antiquissimae a Syris, idiomate syriaco compositae, versiones penitus interciderunt, titulis earum solum superstintibus. Versiones arabicae graecorum philosophorum, astronomorum, mathematicorum et medicorum longe plurimae saeculo IX. *Almamone* <sup>kkk</sup>) in primis auctore conscriptae sunt, et quidem non omnes e graeca lingua in hanc translatae, sed vt plurimum e syriaca. De versione operum Hippocratis iussu *Abujasar Almanforis* exeunte saeculo VIII. a Georgio,

V v v 3

filió

<sup>iiii</sup>) Casiri catal. cod. MS. biblioth. Scorialens. p. 250. Haller biblioth. med. pract. tom. I. p. 33. qui horum codicum omnium mentionem fecit.

<sup>kkk</sup>) Vid. *Salmasii* praefat. ad arabicam tabu-

lae Ceбетis versionem et *Simon Ockley* praefat. ad librum: The Conquest of Syria, Persia and Aegypt, by the Saracens. Londini, 1708. 8. *Fabr.* not. msta. *Harl.*



filio Boethichuae, Christiano Nestoriano confecta non certe scimus, num e syriaca versione, aut e graeco textu fuerit confecta. Postea *Honaini* <sup>III</sup>), filii Isaaci versiones maximo opere aestimatae sunt, quarum auctor sub Califa Elmotewakelio (ab anno post Christum 847 — 891.) floruit. Graeco textu vsus esse videtur *Honain* <sup>mmmm</sup>), non syriaca versione; Graeca enim apud Graecos, et arabicam linguam apud Arabes ipsos didicerat colueratque; hinc eius versiones reliquis merito praeferuntur, etsi, quos ex his versionibus, et generatim ex Arabicis et Hebraicis latinos fecerunt libri Hippocratis textui Graeco minus respondent. Haec omnia copiose exposuit *Renaudotus* in epistola ad Dacierium, quae in parte altera operum Hippocratis, gallice a Dacierio editorum, legitur. [*Casiri* in bibliotheca arabico-hispana Escorialensi tom. I. Matriti, 1760. fol. p. 238 sqq. *Renaudotum* grauitur culpat et inscitiae adculat, qui plura de rebus, siue ad linguam, siue ad historiae arabicae peritiam spectantibus vel inscite confundat, vel audacter pronunciet contra communem eruditorum persuasionem, qui graecis et arabicis litteris non leuem operam impendissent; praecipue laudat *Casiri* *Honaini* scientiam. Idem *Casiri* p. 249 — 253. duo codices litteris cuphiceis exaratos, fuse describit, qui continent versionem *Honaini Isaaci filii* arabicam Epidemiorum cum Galeni commentariis pluribus, quam graece et latine hodie exstant. Prior codex nr. DCCC. punctis diacriticis passim omissis, sine anni nota scriptos continet *Galenii* commentarios I. II. et III. in primum librum Hippocratis Epidemiorum, tum eiusdem comment. I. II. III. IV. in secundum librum. Quintus Galeni Comm. in secundum librum arabice tantum exstat. Hinc *Honainus* in prooemio commentarii quarti: „Galenii, ait, commentarium quintum in secundum Hippocratis librum in graeco textu non reperimus, etsi dup illius (arabica) exemplaria apud nos exsisterunt.“ — Tum sequuntur Commentar. VI. in Hippocr. librum II. atque Comm. I. II. et III. in tertium libr. Hippocrat. — Codex posterior nr. DCCCL. exaratus anno Egirae 707. an. Chr. 1210. sine punctis diacriticis comprehendit *Galenii* Commentarios I — VIII. in sextum librum Epidemiorum. Ad calcem huius eodici accedit *Honaini*, horum librorum interpretis animaduersio, quam, quia *Casiri* liber in paucorum erit manibus, hic repetam ex illius versione: „Galenus ergo tres edidit commentarios in primum *Epidemiorum* librum, quos syriace *Iob*, Arabice *Abi Giaphar Mohamed Ben Musa* transtulit: sex vero illius commentarios in secundum *Epidemiorum* librum, quorum graecum exemplar penes me fuit, valde tamen mendosum, interpolatum et confusum, ad examen reuocatos, graece primum exscripsi, deinde syriace verti: quos et arabice postea *Abi Giaphar Mohamed Ben Musa* conuertit. Praeter ea in eo exemplari ex Galeni commentariis vnus (i. e. quintus,) omnino desiderabatur. Ceterum *Abi Giaphar* quam inchoauerat versionem arabicam, ob casum quemdam, qui illi librorum meorum causa contigit, absolueri non potuit. At in sextum *Epidemiorum* librum octo scripsit Galenus commentarios, ab *Iob* syriace redditos, qui omnes nostris codicibus continentur. Iam vero Galenus praeter quatuor hosce libros non alios exposuit, relictis ceteris, videlicet libr. IV. V. et VII. quos nunquam commentatus est, et tamquam

III) Vid. *Affemann*. tom. II. biblioth. oriental. pag. 271 sq. *Harl*.

mmmm) Quod *Casiri* loco mox citando p. 239 sq. confidentius adfirmat, atque ex illius prologo, quem septem Aphorismorum libris etc. praefixit,

memorat eius professionem, se ea religione in vertendis Graecorum scriptis se gessisse, vt nihil temere in textu mutare, nihil addere ausus sit; se in obscuris ambiguisque lectionibus plura graeca exemplaria et viros doctos consuluisse. *Harl*.



quam spurios ac ficto Hippocratis nomine editos habuit. Denique Galeni commentariis in secundum Epidemiorum librum in meis syriacis et arabicis versionibus adieci quasdam in *Hippocratem* notas, quae ad oras codicis *de Missione* occurrunt. Has praeter me nemo, quod sciam, transtulit. Alias edidit *Galenus* dissertationes in laudatos Epidemiorum libros, quorum non nisi admodum pauca vidi folia, ubi Hippocratis sententia et propositum demonstratur. Haec *Honainus*. De *hebraicis* scriptorum quorundam Hippocratis versionibus vid. *I. C. Wolfii* Biblioth. hebraic. p. 137 sq. add. *I. Elichmanni* epistola de usu arabicae linguae in medicina. Ienae, 1636. *Harl.*]

### *Editiones et Commentarii.*

*Ἱπποκράτης ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον.* Hippocratis *de morbis popularibus liber primus et tertius*. His accommodavit nouem de febribus commentarios *Iohannes Freind*, M. D. coll. Med. Londin. et Soc. Reg. Socius. Londini, 1717. in 4.\* quae prima editio est. Repetita est Amstelodami 1717. in 8. et saepius, uti in operib. omnib. quae curante *Io. Wigan* adiecla vita *Freindii* prodierunt Lond. 1733. in fol. Paris. 1735. in 4. Vener. 1733. in 4. Neap. 1730. in 4.

Codice MS. quem iam dixi, usus est Barocciano. Textum correctiorem edidit, nimis tamen, notante *Trillero*, in epist. critic. timidus. Characteres, de quibus supra diximus, non recepit, historiarum quoque indicaturas reiecit. In commentariis notatur, Hippocratem methodorum, quibus febribus medemur, plurimum in epid. libris mentionem non fecisse.

*Dan. Wilh. Trilleri* epistola medico-critica ad *Io. Freind* super primo et tertio Hippocratis epidemicor. nuper ab ipso editis. Rudolstadt. 1720. in 8.\* et in opusc. med. et med. philolog. vol. II. pag. 178.

Agitur de Hipp. edit. Cod. MS. sileo, dialecto cet. copiose. Multa epid. loca emendantur, doceturque, Hippocratem pulsus notitiam habuisse, venam inscuisse, sudores mouisse, cet. ad febrium medelam.

*Io. King* epistola ad *Io. Freind*, in qua *D. W. Triller* epistolam crit. super I. et III. epid. a viro ornatiss. editis, ad examen reuocauit. Cantabrig. 1722. 8.\* *Freindium* tueretur contra *Trillerum*, non raro minus iuste.

*Henr. Cope* demonstratio medico-practica prognosticorum Hippocratis, ea conferendo cum aegrotorum historiis in libro I. et III. epid. conscriptis. Dublini, 1736. in 8. et Ienae, editore *Baldingero*, 1772. 8.\*

*Lindenum* in textu Graeco sequutus est. Constitutiones epidemicas praemisit. Aegrotantium historias, demonstrationum titulo, explicuit, singulisque historiis prognostica ex semioticis Hipp. scriptis attexuit, quae ad historias faciunt.

Versiones sine commentariis fere non prodierunt. Galeni commentarii *latine* editi sunt, et quidem

Versi ab *Hermanno Cruserio*, cum lib. VI. et Galeni commentar. Paris. 1534. Maitt. Venet. 1538. 16.\* Basil. 1570. 8. cum Galeni comment. in VI. libr.

Libri



Libri Epid. Hippocr. I. III. et VI. cum Galeni in eos comment. Io. Vassæo interprete. Lugd. 1550. 12. \* Paril. 1557. 12. Principium commentarii I. in libr. I. Hipp. Epid. interprete Nic. Machello prodiit cum Galenij opusculis aliquot et aliis. Lugd. 1556. 8. \*

*Hier. Cardani* comm. in Hipp. epid. aegrot. XXII. Rom. 1574. fol. Basil. 1582. fol. in Oper. tom. X. p. 193. XII. aegrorum Hippocratis examen H. Cardani. Rom. 1575. 8.

*Io. Bapt. Montani* in III. primi Epid. sectionem explanationes a Val. Lublino collectae. Venet. 1554. 8. \*

*Franc. Vallesii* comment. in Hipp. VII. libr. de morb. popularib. Madrit. 1577. fol. Florent. 1586. fol. Colon. 1588. fol. \* Turin. 1589. 8. Neap. 1621. fol. 1625. fol. 1631. fol. 1652. fol. Aureliani, 1654. fol. cum textu Hipp. ad Graecum exemplar recognito et repurgato et Scholiis S. Gaudei. Paril. 1663. fol. Catal. biblioth. Bunau. tom. I. pag. 93. Paril. 1664. fol. Mere practici sunt, et in omnes libr. epid. Optimum hos commentarios Vallesii librum dicit Guido Patinus, in epist. vol. I. epist. 46.

*Hier. Mercurialis* praelect. Pisanae in epidemicas Hippocratis historias. Venet. 1597. fol. \* et cum comm. in prognost. prorrheth. et de victus ratione acut. per Marc. Cornacchinum. Frst. 1602. fol. \* Mere practicus est commentarius in historias aegrotantium in epid. lib. I. et III.

*Hippocr.* de morb. popularib. Lutet. 1594. 4. Venet. 1621. 4.

*Hippocr. epidemialium* obseruationum pars prima quatuor contenta languentibus — Maril. Zuccari. — Venet. 1621. 4. \* De methodo et operibus genuinis Hipp. multa praefatus constitut. epidemicas breuiter, quatuor vero aegros priores Epid. I. sect. III. fusillime enarrat.

*Petr. Fr. Phrygii* comm. in hist. epid. Hipp. in III. part. digest. Lugd. 1644. in 4. Historiae morborum in I. et III. epidem. libro quae graece et lat. leguntur, copiosissime illustrantur, et quidem practice.

*Petr. Mich. de Heredia* comm. in Hipp. de morb. popular. Lugd. 1655. fol. 1688. fol. et in Oper. tom. II. Lugd. 1665. fol. \* Practici sunt.

*Steph. Roderici* expositio in aliquot Hippocr. aegrotos. Venet. 1656. 8. \*

*G. F. Laurentii* de notis Hippocratis in histor. epidemicis repertis. Lubecae, 1666. 4. \* De his, quae in Hipp. medendi methodo taxari possunt, fusillime agit.

A comment on forty two histories described by Hippocrates in the first and third book of his epidemics. cum aliis ad Danielelem prophetam facientibus, prodiit, auctore *Io. Floyer*. Lond. 1726. 8. \* [conf. Biblioth. angl. tom. XIV. pag. 246.]

*Andr. Picquer* in L. Hipp. epid. I. comm. crit. in altero tomo libri Las Obras de Hippocrate mas selectas con las obseruaciones practicas de los antiquos y modernos. Madrit. 1761. 4. \* Est alter tomus. Primus 1757. editus, prognosticon continet. Commentarii vberri mi ad practicam medicinam pertinent.

*Lizzari* in loca quaedam epidem. Hippocrat. Venet. 1763. 8.

*Gallice*, Les epidemiques d'Hippocrate traduites du Grec, avec des reflexions sur les constitutions epidemiques, suivies de 42. histoires, rapportées par cet ancien medecin, avec le



le commentaire de Galien, par Mr. Desmars. Paris. 1768. 12. Quatuor constitutionum, quas Hippocr. in I. et III. Epid. describit, quamvis quatuor ad minimum annorum esse. Historias aegrorum ad constitutiones non referri debere.

Les oracles de Cos, par Mr. Aubry. Paris. 1776. 8. \* Paris. 1781. \* germ. Lips. 1787. 8. \* Fere ad Copii modum aegrotantium symptomata exitusque morborum ex aliis semiotiis Hippocr. operibus demonstrat. Galenum saepe taxat. De therapia Hippocr. multa addit, quae huc non pertinent. Vid. quoque diarium Gallicum: Journal de médecine par Mr. a Roux tom. XLVI. pag. 99.

Observations sur les maladies épidémiques, ouvrage redigé d'après le tableau des épidémiques d'Hippocrate, par Mr. Lepecq de la Cloture. Paris. 1776. 8. \* germ. Lips. 1785. 8. \* Exemplo libror. epid. Hippocr. ostenditur, quomodo morbi observandi sint.

Petri a Castro Imber aureus ex libris epidem. Hippocratis. Veron. 1652. 12. \* Vlm. 1661. 12. \* Epitome librorum, et quidem omnium epidemicorum est.

Georg. Baglivii Nucleus libror. Hippocr. epid. per aph. digestus. Frft. et Lips. 1708. 12. Gunz.

### XIX. Prognosticon.

Hunc, principem ex semiotiis Hippocratis librum, omnes pro genuino habuerunt, neque illi characterum, quibus genuini libri Hippocratis cognoscuntur, ullus deest. Quod etiam Albanus Torinus iam notavit in praef. in Hippocr. prognost. graeca. Basil. 1536. 8. Praeter Erotianum atque Galenum (vid. praeter loca iam enarrata Comment. III. in III. Epid. Hipp. text. 32. tom. IX. pag. 268. Chart.) memorarunt hunc librum Caelius Aurelianus (chronicor. morbor. lib. IV. cap. 8. pag. 536. edit. Almeloveen. Amst. 1722. 4.), Aetius (tetr. II. ferm. I. cap. 1. pag. 190. Coll. Steph.), Macrobius (I. Saturnal. 20.) alique, quos Grunerus citavit, (cens. oper. Hipp. pag. 52.) Satis bono ordine, et quidem a consummato medico, adeoque saltim post libros ἐπιδημίων conscriptus, praeſagia in morbis aphoristica dictione continet, quae in omni regione vera ab ipso Hippocrate (§. 27. prognost. p. 471. tom. I. Lind.) proponuntur.

Inscriptio in membranis scriptis aliquantulum variat. Quaedam Ἰπποκράτης προγνωστικὰ, quaedam προγνωστικὸν habent. (Foef. not. in Hipp. praenot. p. 28. sect. II.) Textus integer et parum corruptus, quem Galenus iam habebat, ad nos pertinet. Mutatum esse in quibusdam locis ab Artemidoro et Dioscoride, Galenus narrat et per exempla quaedam (Comm. I. in Hipp. prognost. text. 11. pag. 559. tom. VIII. Chart. text. 17. pag. 603. text. 26. p. 610. et saepius) probat. Sed hi textus non ad nos pervenere.

Codices MSS. Hallerus (biblioth. med. pract. vol. I. p. 34. 35.) probe enumeravit. Liber saepissime, at raro solus, vtp plurimum cum prorrh. lib. I. et II. et aphorism. scriptus editusque invenitur.

Exstat scriptus in biblioth. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XI. Montfauc. I. p. 385. plut. 75. nr. III. p. 387. nr. X. p. 388. in biblioth. Reg. Angliae, Cat. MS. Reg. Angl. Lond. 1734. 4. pag. 252. in biblioth. Vindobonens. Lambec. et de Nessel cat. MS. graec. biblioth. Vindob. part. III. nr. XIX. p. 30. cum aphorismis in bibl. Laudiana cod. Brit. nr. MXIII. MCCLVII. Vol. II. X x x MCCCLV.



MCCCLV. in ecclef. Wigornienfi nr. DCCLX. in coll. Mertonienfi nr. DCLXXXVII. DCLXXXVIII. DCLXXXIX. et hic quidem cum *Galen*i commentar. Cum iisdem in bibl. Cantabrig. nr. MMCCCXXIX. in bibl. Caii Gonvil. cum iisd. nr. DCCCCIV. cum aphorism. et Gal. comment. lat. nr. MCXXXIV. cum iisdem in aula Pembrokiana nr. MMLV. Sine iis in Bodleiana nr. MMDCCCLIII. in bibl. colleg. Trinit. Dublinenf. nr. DII. in domo S. Petri Cantabrigiae nr. MDCCCLXVI. in bibl. Ashmolean. MMMMMMMDCCLI. in bibl. cathed. Metenf. cum antiqua translatione et commento. nr. CCXXVI. Montfauc. II. p. 1380. in bibl. Reg. Parisin. nr. MDCCCLXXXIV. MMCXL. duodecimo saeculo exaratus, atque, teste *Bosquillon*, optimus. MMCXLI. cum glossis interlinearibus *Bosquillon*. MMCXLII. cum var. lectionibus, noua manu additis. MMCXLIII. MMCXLIV. MMDXLV. gr. cum comm. *Galen*i. Sic nr. MMCLXVIII. MMCXLVI. MMCCXIX. MMCCXXIX. MMCCCLIV. a *Bosquillono* pro valde bono habitus, immo inter optimos relatus (in praef. ad Aph. Hipp. et progn. p. 22.) manu Demetrii Pepagomeni. MMCCCLXIX. MMCCCLXVI. MMDCCCXXVIII. quo vsus est *Bosquillon* (in praefat. ad Hippocr. Aph. et prognost. pag. 18.) cum *Galen*i commentariis. MMMCLXX.

Latini Codices exstant in Biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCXLVIII. nr. MMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMMDCCLXX. nr. MMMMMMDCCCLX. nr. MMMMMMDCCCLIX. nr. MMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMMXXIX. MMMMMMMXXX. MMMMMMMCI. MMMMMMMXCIX. MMMMMMMCXIV. MMMMMMDCCCXLVI. MMMMMMDCCCLX. In biblioth. Scorialensi (Büsching. Magazin tom. V.) — In biblioth. S. Ebrulphi Vticenf. nr. CXXXI. Montfauc. II. pag. 1272. Benigniana, Montfaucon. In biblioth. Regin. Sueciae Vatic. nr. CCCXCVII. Montfaucon. I. pag. 23. In biblioth. Laurent. Medic. plut. 73. Montfauc. I. pag. 383. cum comm. *Galen*i in biblioth. Reg. Suec. Vatic. Montfauc. I. pag. 23. In biblioth. monaster. Casinenf. nr. XCVII. Montfauc. I. p. 222. Gr. et lat. in biblioth. Reg. Angl. *Cashley*. Hipp. prognosticon de valetudine humana exstat lat. in bibl. Caes. Vindob. Montfauc. I. p. 555. Hipp. praefagia vitae et mortis exst. lat. in bibl. Bodleian. Montfauc. I. p. 646. Latine quoque exstabant prognostica Hippocratis in bibl. Gunziana p. 470.

Arabice in Scorialensi bibliotheca Casiri, nr. DCCCLII. pag. 290. tom. II. vertente *Honain* fil. Isaaci, de quo postea, et in bibl. Reg. Parisin. nr. MXL. Sect. I. in bibl. Cai. Gonvil. nr. DCCCCXLVIII. et in bibl. Merton. nr. DCCXXII. Aliqua ex Hipp. prognost. in bibl. Taurin. I. p. 219. Scholia in praenotiones Hippocratis excerpta ab ore Stephani philosophi exstant in biblioth. Laurent. Medic. plut. 59. Montfauc. I. pag. 356.

*Galen*i comm. in prognost. exstat graece, in bibl. Vindobonens. de Nessel. catal. MS. graec. bibl. Vindob. nr. XLIV. part. III. pag. 50. Arab. in bibl. Bodleian. nr. CCCCXXXIX. Montfauc. I. p. 649. Anonymi, ut puto, commentarius in praenotiones Hippocratis exstat in bibl. Lugd. Bat. arabice. Vid. catal. libror. bibl. Lugd. Bat. pag. 298.

*Editiones graecae.*

Ἱπποκράτης κῶς προγνωστικῶν βιβλῶν γ. τῇ αὐτῇ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. τῇ αὐτῇ ἔρκος. Accessit his *Albani Torini* in Hippocratis prognostica praefatio. Basil. per Henr. Petr. 1536. 8.\*

Paris. 1575. 12.

*Graeco.*



## Graeco - latinae.

Hippocratis aphorismi digesti in ordinem secundum locos congruentium secum materia-  
rum, cum breui exposit. ex *Galenii* Comment. Eiusd. Hipp. praenotionum libri III. cum  
explanat. ex eodem fonte. Lugd. 1555. 12.\* *Io. Butinus* interpres est, praefatione docente.  
Alteri editi Lugd. 1580. 12.\* Butini nomen in titulo gerit et textum simul graecum exhi-  
bet. Aureliopoli, 1625. 4.\*

Interprete *Laurentio Laurentiano*. Paris. 1543. 8. — Paris. 1557. 8. — Paris. 1631. 12.

Ἱπποκράτης ἀφορισμῶν βιβλ. ζ. προγνωστικά. κωικαὶ προγνώσεις. προρητικῶν  
βιβλ. β. περὶ ἐνυπνίων. ὄρκος. Hippocratis aphorismorum libri VII. prognostica, Coacae  
praenotiones, prorrheticorum libri II. de insomniis, iusiurandum. Paris. apud Morelium,  
1557. 12.\* cum excerpto ex libr. Jac. Syluii de ordine et ordinis ratione in legendis Hipp. et  
Galen. libris. — (An haec interprete Laur. Laurent. edit.?)

Ἱπποκράτης κῶς ἰατρῶν παλαιοτάτῃ προγνωστικά. Diui Hippocratis prognosticā la-  
tina ephrasis ex mente Galeni. Auctore *P. Blondello Calasio*, medico Regio. Lutet. apud  
Rob. Stephan. 1575. 4.\*

Hippocratis Coi iusiurandum, aphorismor. sect. VIII. prognostica, prorrheticor. libr. II.  
Coaca praesagia. Graecus et lat. contextus accurate renouatus — cura *Ioannis Opsopoei*.  
Francof. 1587. 12.\*

Optimam fere inter omnes prognostico aliisque in titulo dictis libris Hipp. operam de-  
dit Opsopoeus. Textum integriorem, non raro cum temeritate quadam, edidit Cod. adiu-  
tus MS. a Mauricio Cordaco ipsi suppeditato, Galeni commentariis et Basileensi operum edi-  
tione Graeca. Notas addidit a p. 527. ad 751. fusissimas doctissimasque, in quibus textus per  
multis locis corrigitur atque illustratur.

Hippocratis Coi prolegomena et prognosticor. libri III. cum paraphrastica versione et  
comm. *Io. Heurnii*. Lugd. Batav. 1597. 4. 1603. 4.\* Et in operib. omnib. Lugd. Bat. 1609.  
4.\* Prognosticon in tres libros diuisum.

Hippocratis Coi aphorismi gr. et lat. vna cum prognosticis, prorrheticis, Coacis et aliis  
decem eiusd. opusculis. Pleraque ex interpretat. *Io. Heurnii*. Lugd. Bat. 1607. 12.\*

Vates medicus Hippocraticus, s. Hippocratis Coi prognosticorum liber comment. et  
notis illustratus. In lucem emissus a *Barthol. Horn*. Stralsundi, 1645. 8.\* Textus grae-  
cus est c. vers. lat. et comm. practico.

*Magni Hippocratis* Coi opuscula aphoristica semiotico-therapeutica VIII. vna cum iure  
iurando gr. et lat. Basil. 1748. 8.\* N. 2. prognosticon continet, in sectiones diuisum, se-  
cundum Foessii textum.

Graece, Lat. et Hispanice, auctore Andr. Picquer. Madrit. 1757. 4. in libro: Las Obras  
de Hippocrate mas selectas con las observaciones practicas de los antiquos y modernos.\*  
tomo I. Notae simul additae sunt fusissimae, argumenti medico-practici.

Ἱπποκράτης ἀφορισμοὶ καὶ προγνωστικόν. Hippocratis aphorismi et praenotionum li-  
ber. Recensuit notasque addidit Francisc. Maria Bosquillon. Paris. 1787. 12.\* Vol. I. et II.  
quorum alterum aphorismorum versionem antiquam et notas in aphorism. et librum praeno-



tionum continet. Aphorismos suo loco dicemus. Prognosticon fere secundum Foessii textum editum est, quaedam tamen lectionis varietates ex probatissimis codd. Reg. Parisin. in textum receptae sunt. Alias lectionum varietates in notis addidit, in quibus quoque loci quidam ex pathologia graeca manuscripta, sed non ab editore descripta, occurrunt. Timidus fuit Bosquillon in textu corrigendo, et quidem, ne arrideret minus doctis editio, a vulgatis multum discrepans. (praefat. pag. 18.)

*Latinae.*

In notissima collectione, *articella*, siue *artiffella*, saepius edita, fere primum, ex Arabico, ut videtur, versus, prodiit. — Aphorismi Io. Damasceni et Rasis cum prognosticis Hippocratis. Bonon. cura *Platonis de Benedicis*. s. a. in 4. Versio est ex Arabico.

*Hippocratis* Coi praefagiorum libri tres. Eiusdem de ratione victus in morbis acutis. Libri IV. Interprete *Guilielmo Cope*, Basileiensi. in 4. sine loco et anno.\* Praefationem dedit *Copus* Lutetiae, X. Cal. April. 1511. Repetita est haec editio, sed prognosticorum tantum, Basil. 1543. 8.\* Lugd. 1525. 12. 1552. 12.\* Additae sunt huic editioni annotationes in quosdam locos commentariorum super prognostica Hippocratis ex Cod. MS. quae in primis editionibus desiderantur. — Cum praefat. *Fr. Lenii*, Vicent. 1611. 16. — Cum aphorismis *Nic. Leonicensi* interpr. prognostica prodierunt lat. *Guil. Cope* interprete. Paris. ex offic. *Colinaei*. 1524. 12.\* Reliquas editt. vide sub aphorismis.

Latine apud *Henr. Stephanum*. 1512. Cum praefat. *Io. Iac. de Sabiis*. Bonon. 1526. 4.

*Hippocratis* et *Galenii* libri aliquot ex recognit. *Francisc. Rabelaesi*. — Lugd. 1532. 12.\* 1543. 12.\* 1545. 8. — Aphorismos continet, prognosticon, in tres libros diuisum, et quidem *Guil. Cope* interprete, libr. de diaet. acut. et de natura humana. *Galenii* art. medicinale, et aph. Hipp. graece, ex cod. fide, de quibus infra. — Venet. 1547. 12. — 1620. 12. — *Cph. a Vega versio*. Salamant. 1552. 8. — cura *Obsopoei*. Francof. 1587. 16. — Studio *Thomae Mouffet*. Francof. 1588. 8.

Aphorismorum Hipp. sectiones VII. — *P. Franc. Occlerio* autore. Venet. 1620. 12.\* hic *Ogglerius* auctor audit, et prognosticon peculiarem titulum habet. — Iterum cum aphorismis, *Guil. Cope* interprete, Venet. 1674. 12.\* Iterum Vienn. 1726. 12.\* Prognosticon ex *Copi* interpretat. legitur a pag. 99.

*Hippocratis* aphorismor. sectiones VII. *Nic. Leonicensi* interprete. Acc. octaua ex *Ant. Musae Brassauoli* commentariis, item prognosticorum libri III. Patavii, 1638. 12.\* Prognosticis, qui titulum peculiarem habent, annus 1637. subscriptus est. — Venet. 1647. 12.\*

*Hippocratis* aphorismi et prognostica cum recognit. et notis *Andr. Pastae*. Bergomi, 1750. 4. 1762. 12. — Prognostica etiam prodierunt lat. Amst. 1755. 12.

*Gallicae.*

Le livre des prefaiges traduit par *Pierre Verney*, à Lyon, 1542. 8. 1552. 8. Haller bibl. med. pract. I. pag. 36. 39.

Du prognostic dans les maladies aiguës par *Ch. le Roy*. Montpellier, 1776. 8. 1784. 8.\* Prodiit et germ. Lips. Excerpta ex prognostico continet, et ex aliis semioticis Hipp. libris.

*Germanicae.*



*Germanicae.*

In *Io. Iac. Becheri* Parnassus medicus illustratus, Ein neues Thier- Kräuter- und Bergbuch, sampt der Salernischen Schul- und den praefagiis vitae et mortis Hippocratis Cui. Vlm. 1663. fol. \*. Parte quarta, post Salernitanæ scholæ praecepta, prognosticum legitur ex latina Copi versione in vernaculam translatum.

*Anglicae.*

The booke of the presages of deuyne Hippocrates deuyded into three partes. Also the protestation which Hippocrates caused his schollers to make. The whole newly collected and translated by Peter Low, Arrelian Doctor in the faculty of Chirurgie in Paris at London, 1597. 8. \* Prodiit cum eiusdem The whole course of Chirurgie. Lond. 1597. 8. \*

The prognostics and prorrhetics of Hippocrates translated from the original Greek with large annotations critical and explanatory, to which is prefixed a short account of the Life of Hippocrates, by *John Moffat*. Lond. 1788. 8. \* Vita est ex Sorano. Notae Foesii sunt.

*Commentarii.*

*Herophilii* librum, quem ad Hippocratis prognosticum scripsit, citat *Caelius Aurelianus* IV. chron. cap. 8. p. 536. ed. cit. — Excerpta ex Galeni commentariis in prognost. prostant gr. in bibl. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XXXI. Montfauc. I. p. 387.

*Galenii* commentarii III. in prognost. Hippocratis exstant graece scripti in bibl. Reg. Parisin. nr. MMCLXVIII, MMCLXVI, MMCLVII. tum in bibl. D. Marci et in bibl. Medicea plut. 74. cum aphorism. Montfauc. I. p. 385. et apud Bandinum III. p. 94. Latine in bibl. Regin. Sueciae Vaticana nr. CCCXCVI. Montfauc. I. pag. 23. et nr. DCCCCLXXIV. p. 34. in biblioth. Cai. Gouuill. nr. DCCCCLIV. in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLX. — Commentum Galeni super prognostica Hippocratis et eiusdem aphorismos, translatum a *Gerardo Cremonensi* exstat in bibl. cathed. Metenf. nr. CCXXIX. Montfauc. II. p. 1386.

Prodierunt Paris. 1526. fol. 1527. fol. interprete *Vassaeo*, 1535. fol. — Cum comm. *Galenii* et adnotat. *Cph. de Vega*. Lugd. 1551. 8. Gunz. Ad prognosticon latina paraphrasis ad mentem *Galenii*. *P. Blondelli*, Calexii Iuliodorensis. Lutet. 1575. 4. \* *Claudii Galeni* in Hippocratis Cui prognosticum commentarius in tres libros diuisus, interprete Io. Gorraeo. Lugd. 1552. 12. \* — Ex vers. Henr. Blacvodei. Paris. 1625.

Commentarios *Arabicos* scripsit *Mohadsb Eddini Abdelrahim*. Est in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMMCII.

*Glossas* super prognost. *Cashley*. pag. 206. in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMMCII. *Glossulae* *Gerardi Carmonenf.* in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLIX. Anonymi comment. exstat in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXX. alius in bibl. Bern. alius in bibl. Cathedr. Met. *Montfauc.* *Marsilius* (de Sancta Sophia) in Hipp. prognostica exstat in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMDCCCLX. Montfauc. II. pag. 456.

*Thaddaei* exposit. in diuinum librum prognosticorum. Venet. 1527. fol. \* cum *Galenii* commentar.



*Henr. a Cuellar* Comm. in Hipp. prognosticon. Coimbr. 1543. 1582.

*Bened. Vistorii* comm. in prognostica. Florent. 1551. fol.\* Interpretatio est medici practici vsui inferuiens, laudata a *Bosquillon* in not. ad III. sect. praenot. pag. 183.

*Io. Bravo* commentarii. Salamantic. 1553. 8.

*Hier. Cardani* commentarii. Basil. 1562. fol. Et in Oper. tom. VIII. pag. 581.

*Io. Melposi* tabulae, quae libros III. de prognosticis complectuntur. Paris. 1567. 4.

*Petr. Blondel* latina ecphrasis praenot. Paris. 1575. 4.

*Andr. Eglinger* poetica paraphrasis. Francof. 1579. 8.

*Franc. Vallesii* in I. praenot. comm. III. Colon. 1589. fol. *Gunz.* Paris. 1664. fol.

*Antonii Lopi* breues adnotationes in praenot. librum. Madrit. 1596. 4.

*Hieronymi Mercurialis* in Pisanis praelect. supra citatis, et in comm. in prognost. Francof. 1602. fol.\* — *Rod. a Fonseca* comment. Patau. 1597. 4.\* — *Iac. Lauellii* comm. in lib. I. prognost. Hipp. Venet. 1602. 4.\* Cum *Lauellii* libro de pulsibus. ibid. eod.\* Cum eodem. Venetiis, 1609. 8.\* — *Iac. Ant. Phrygii* commentarii. Ticini, 1608. 8.

*Erh. Hedenacii* μνημονευτικὸν VII. Hipp. aph. sectionum prognosticorum libri Hipp. synopsis breuissima. Basil. 1585. 4.\*

*Car. Vallisi de Bourgdieu* aphorismi prognostici in febr. acutis, commentariis illustrati. Rom. 1659. fol. *Gunz.*

*Honorati Bicaiſſe* synaxis praenotionum. Aquis Sextiis, 1635. 12.\* Edit. vid. sub aphorismis.

*Car. Sponii* Sibylla medica, Hipp. libellum prognosticon heroico carmine latine exprimens. Ad illustr. virum Guidonem Patinum. Lugd. 1661. 4.\* 1666. 4.

Scripta, praenotionum loca quaedam illustrantia:

*Melch. Sebitz* diss. de Θεῖω siue diuino Hippocratis. Arg. 1643.

*Io. Vorſt* περὶ τῆς Θεῖας, s. de diuino in morbis, quod obseruare in prognosticis Hippocrates medicum iussit. Leid. 1654. 4.

*Car. Phil. Gesner* diss. de diuino Hippocratis. Gott. 1739. 4.\* et in G. G. Richteri opusc. medic. vol. I. p. 42.\* In locum praenot. §. 1. pag. 448. tom. I. Lind.

*Chr. Lange* de facie Hippocratica. Lips. 1651. 4. Ienae, edente *Grunero*, 1784. 8.\* et in *Schlegelii* thesaur. semiot. patholog. Stendal. 1786. 8. vol. I.\*

Ad praenotiones quoque pertinent *Io. Iacobi de Sauiis* in praefagiorum diuini Hippocratis libros deque ordine librorum eiusdem Hipp. praefatio. Bonon. 1526. 4.\*

## XX. Προβλεπτικόν. Liber II. et I.

Ordinis gratia vtrumque hunc librum hic enarro. Vtrumque enim, quem *Galenus* etiam (in glossar. Hipp. s. v. ἀμβλυσμός) maiorem praedictiuum, et s. v. βδέλλω secundum dixit, ante *Hallerum*, qui primus alterum praefagiorum librum operibus Hippocratis genui-

nis



nis accensuit (art. medic. princip. tom. I. pag. 193.) quemque sequuti sunt *Grunerius* (censur. libr. Hippocr. p. 57.) et *Grimmius* (Hippokrates Werke Band I. p. 168. et in annot. ad hunc libr. Band II. p. 496.) nemo eorum, qui Hippocratis libros diiudicarunt, genuinis accensuit. *Erotianus* (expos. voc. Hipp. p. 22. edit. Franz.) utrumque non Hippocratis esse expresse dicit. Possunt tamen et verba eius: *προβητικὸν ἂν καὶ β' ὡς ἐκ τῆς Ἰπποκράτους, ἐν ἄλλοις δειζόμεν*, ita quoque intelligi, vt posteriorem duntaxat Hippocratis esse neget. Eosdem hos libros genuinos non esse, sed a quibusdam Draconi, Hippocratis filio, a quibusdam Thessalo adscribi, Galenus, et non vno quidem loco (Comm. in I. praedict. II. text. 52. pag. 736. tom. VIII. et Comm. in I. praedict. I. text. 4. p. 699. text. 15. p. 711. tom. VIII. Chart.) adserit. Et quidem hos libros conflatos esse putat, multis tamen falsis interspersis, ex prognostico, aphorismis et epidemiorum libris. (Comm. I. in III. Hippocr. epid. text. 29. p. 227. 228. tom. IX. Chart.) Hunc tamen librum (seu potius hos libros) praedictium, quem *προβητικὸν* adpellauit Hippocrates, *Caelius Aurelianus* (acutor. morbor. libr. I. cap. 12. pag. 39. et libr. III. acutor. cap. 15. p. 227.) ceu vere Hippocraticum citat.

Libros hos habet aut pro talibus, in quibus aut germanis spuria intermixta sint plurima, aut pro libris a posteris Hippocratis discipulis editis et tempore Ptolemaeorum sub Hippocratis titulo venditis, *Hieronymus Mercurialis*, (censur. oper. Hippocr. pag. 27. edit. cit.) quorum tamen auctores plurima vera ab aphorismis, prognostico et epidemicis mutuauerint. *Lenosius* in iudicio suo de his libris plane Galenum sequitur. (iudic. oper. magni Hippocr. cap. IX. fol. 34.) *Foesius* primum alterumque librum ad Hippocratem refert, illum, quod Hippocratis maiestatem, verbis, sententiis, stilo, breuitate, testetur, hunc, quod *Celsus* iam plurimas ex eo sententias latinas fecerit. (praefat. ad praedict. lib. I. Oper. sect. II. p. 43. 44.) Auctorem tamen vtriusque libri eundem esse non posse, expresse dicit.

Primum librum etsi *Foesius* cum Galeno etiam Draconi, vel Thessalo adscribi posse, non tamen alienum ab Hippocrate esse putat; pro vere Hippocrateo habere multa vetant. Multa in eo obscura esse, minus firma omnia, dissimilis generis symptomata coaceruata, librumque adeo ipsum compositum esse quidem a medico, verum arte et scientia Hippocrate longe inferiore, iam Galenus notauit, qui tamen hunc librum peculiari commentario instruxit. (II. Comm. in I. prorrh. Hippocr. text. 36. pag. 724. tom. VIII. et II. Comm. in eumd. libr. text. 52. p. 736. tom. VIII. Chart.) Et quidem varia, quae in ipso libro leguntur, probant, eum aut compositum esse ab Hippocrate, verum plurimum exercitationis in obseruationum arte nondum habente, aut ab alio medico. Ipse adeo *Grimmius* (Hippokr. Werke II. Band p. 568.) putat, hunc librum ad hos pertinuisse, quibus in Aesculapii Coi templo asseruatis Hippocrates vsus fuerat. Etenim generaliter in plerisque aut in omnibus aegrotantibus vera praesagia, quae in aliis libris Hippocrates proposuit, quorumque initia, vt supra iam diximus, in ipsis I. et III. *ἐπιδημιῶν* libris dedit, in hoc libro non leguntur, sed particulariter vera, et in quibusdam tantum aegris euenientia. Quod ipse auctor sensisse videtur, qui nomina aegrorum, in quibus, quae scripsit, euenisse vidit, Thrasynontis, Archocratis, Dysodis, Hermippi, Didymarchi Coi, Aspasii filii, Thrasynontis consobrinae, Doreadis, quae nomina non libro conueniunt semiotico, in aliorum vsu scripto, sed potius *ὑπομνήματι*, quo se ipsum auctor monere voluit, quod et Galenus notauit Comm. I. in I. prorrh. text. 8. p. 706. tom. VIII. Chart., adposuit, et non raro ex particulariter veris phae-  
nomenis



nomenis concludens generalia proposuit. Eaque saepissime, quod Hippocrates, si unquam, rarissime solebat, dubitanter et per quaestiones proposuit, ita, ut facile legenti hunc librum pateat, eum ex aduersariis, in quibus morborum observationes atque mutationes coniectae (forsan ab ipso Hippocrate) erant, a medico, qui plurimos morbos nondum obseruauerat, esse compositum.

Prorrheticorum librum II. genuinis adscribere magis licet, etsi antiquorum, quorum auctoritas in his rebus summa est, Celso, qui tamen librum ipsum non memorauit, sed loca tantum non pauca ex eo latina fecit, et Caelio Aureliano exceptis, testimonia de germana eius origine desunt, ipseque auctor in hoc libro etiam de praedictionibus ab aliis acceptis (§. 10. pag. 495. tom. I. Lind.) dicit, quod Hippocrates vix fecisset. Sed stilus Ionismum et putam Hippocratis dictionem, notante quoque Io. Obsopoeo in praefat. ad Hippocr. iusiurand. aphorism. prognost. prorrh. et Coac. Francof. 1587. 12. pag. 28. redolet: ordo, quo liber conscriptus est, bonus est, ita, ut primum praesagiorum verorum formandorum ratio tradatur, deinde vtilia praesagia secundum morborum ordines enarrentur. Plurima, quae in ipso libro enarrantur, vera, praeclara atque Hippocrate non indigna sunt, quae etiam Corn. Celsus magna ex parte latina facta libro suo de re medica inseruit, vsu tamen etiam quaedam falsa esse, comprobante, ita, ut hic secundus liber inter eos referri debeat, qui Hippocratem quidem non dedeant, quos vero ab eo ipso esse conscriptos saltem non extra omnem dubitationem positum sit.

In Codicibus MSS. coniunctos esse libros *praedictionum* cum libro *prognosticorum*, quoties plurali numero praenotiones dicuntur, *Hallerus* (biblioth. med. pract. tom. I. pag. 38.) autumat. Indeque codices non pauci, quos prognostici titulo enarrauimus, forsitan et το προφητικόν continent.

Sub *praenotionum* hoc titulo exstant Codices MSS. in biblioth. Reg. Parisin. nr. MMCXL. qui praedictionum lib. IV. inscribitur, MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCIII. MMCCIV. MMCCXIX. MMDXLV. cum glossis. MMXXX. MMCCXLVI. et in bibl. Medic. plut. XXV. pag. 45. 142. Liber III. et IV. prognosticor. existat in bibl. Scorial. teste Büfching Magaz. tom. V. Libri III. prognosticorum posteriores in biblioth. D. Marci.

Arabice Casiri nr. DCCCLII. bibl. Reg. tom. II. p. 290. Paris. nr. MMCCCLXIX.

*Commentarios* multos, et quidem non valde bonos, in libr. prorrh. existisse, quorum auctores librum ut plurimum ipsum non intellexerint, *Galenus* memorat in Comm. I. in Hippocr. I. prorrh. text. 15. pag. 710. tom. VIII. Chart. Hos vero non citat. *Zeuxidis*, (qui omnes libros Hippocratis interpretatus est,) tantum in prorrheticorum libros commentarios, et *Rufi Ephesii* in eosdem libros enarrationes citat in comment. II. in I. prorrh. text. 58. pag. 740. tom. VIII. Chart. Ipse *Galenus* primum prorrheticorum librum amplissimum commentariis explicuit, cum *Galen*i operibus, et seorsim editis, quas editiones mox enarrabo. Existat Cod. latinus *Galen*i comm. in praedict. in bibl. Regin. Suec. Vatican. nr. DCCCCXLVII. Montfaucon. I. pag. 34.

*Editionum* historia iisdem premitur difficultatibus, quibus codicum, et bibliographi frequentissime errarunt in his libris enarrandis. Permultae enim, quod ex supra citatis patet, prognostici



prognostici editiones prostant titulo: *Prognosticorum libri III.* doctique viri, qui has editiones non viderunt, facile in errorem inducti sunt, quo crederent, librum I. significare prognosticon, librum vero II. et III. prorrheticorum libros I. et II. Sed prognostici sectiones, in quibus a Galeno diuisum est, III. totidem libros dixerunt editores indeque errorum scopuli nati sunt, quos *Hallerus* (bibl. med. pract. vol. I. p. 34 — 39.) non satis accurate vitauit; fere omnia enim, quae p. 38. et 39. de prorrheticorum editionibus protulit, falsa sunt. Quum plurimas editiones coram habeam, diligenter iudicabo, quid in singulis contineatur.

*Graece et lat.* Prorrh. prodierunt Parisi. apud Morelium. 1557. 12.\* cum aphorism. prognost. caet. Titulum in prognosticis accurate dedi.

Gr. et lat. cura Io. Opsopoei. Francof. 1587. 12.\* cum prognost. sub quibus vide titulum.

Gr. et lat. in Magni Hippocratis Coi opusc. aphoristicis. Basil. 1748. 8. quae vid. sub prognostico.

*Latine* ex versione *Laurentii Laurentiani*, cum comm. Galeni. Parisi. 1520. 8. 1543. 8.† — Interprete Caluo. 1527. 12. *Haller.*

*Gallice*, si Hallero credendum: *les II. livres des presages d'Hippocrate* etc. a Lyon. 1552.

*Hier. Perlini* praelect. vrbanae super variis prorrh. Hipp. locis. Hanou. 1613. 4.\*

*Langguth* Progr. ad loc. Hipp. praedict. II. 27. Viteb. 1766. 4.

## XXI. Ἀφορισμοί.

Hos ab omni fere antiquitate summe laudatos, quibus ἐν ὀλίγῃ λέξει δύναμις ἐστὶ μεγάλη, (*Galen.* in comm. IV. in Hipp. libr. de morb. acut. text. 17. p. 127. tom. XI. Chart.) quique, *Suida* (Lexic. s. v. Ἱπποκράτης tom. II. p. 145.) teste, ἀνθρώπινην ὑπερβαίνοντι συνεσιν, pro genuinis et ab Hippocrate ipso profectis habuere antiqui, *Erotianus* (exposit. vocum Hipp. p. 22. edit. Franzii), *Galenus*, et qui ad nos peruenerunt antiqui in eos commentatores, *Oribasius*, si commentarii, qui eius nomen gerunt, ab eo scripti sunt, (comm. in aphor. Hipp. Io. Guinterii industria, Basil. 1535. pag. 7.) *Philotheus*, (commentaria in aphorismos Hippocratis, *Lud. Corado* interpr. Spirae, 1581. 8.) *Palladius* (comment. in libr. Hippocr. de fractur. in Foef. Oper. Hipp. sect. VI. pag. 147.) Caeteros Hippocratis libros omnes germanitate superare aphorismos, *Hier. Mercurialis* adserit. (censur. oper. Hippocr. pag. 15.) Idem fere de iis sentit *Ludouicus Lemosius*. (vid. iudicium operum magni Hipp. fol. 22.) Genuinis operibus accensent aphorismos *Foefius* (in not. ad aph. Hipp. sect. VII. p. 1262.) *Hallerus*, (artis medicae principes. tom. I.) *Grunerus* (censur. libror. Hipp. p. 43.) atque *Grimmius* (in Hipp. operibus germanic. vol. II. p. 507.) ita, vt veterum nullus sit et recentiorum existant valde pauci, qui germanas eorum origines in dubium vocauerint.

Compendia esse aphorismos eorum, quae ab Hippocrate ipso in aliis libris scripta sunt, iam *Galenus* (lib. I. de crisib. cap. 6. p. 149. tom. VIII. Chart.) monuit, qui scriptos eos esse ab Hippocrate iam sene et plurimum obseruationis habente, et post libros ἐπιστημιαῶν, non obscure innuit. Et continent sane propositiones de morborum natura, signis, exitu, periculo.

Vol. II.

Y y y



culo, cet. generales, quas vix, nisi a medico, qui plurimos aegrotantes ipse viderit, perfectas esse credibile est. Eorumque morborum partem, ex quibus aphorismos, corollariorum instar, deduxit, in libris *ἐπιδημιῶν* I. et III. ipse Hippocrates descripsit. Multos etiam ex libro de aere, aquis et locis deduxit, nec non ex libro de acutorum diaeta et ex chirurgicis libris, ita, ut aphorismos ex ultimis Hippocratis laboribus fuisse pateat. Eaque causa *Gerardum Vossium* (lib. de philosophia, p. 83.) movit, ut alium quemdam bono iudicio hos aphorismos ex Hippocratis libris excerptisse crederet. Eique sententiae accedit *Io. Cunrad. Dieterichius* in praefat. ad latreum Hippocr. p. 11. edit. Giesl. 1655. 4. qui aphorismorum conditorem et architectum Hippocratem quidem fuisse putat, non vero collectorem, quem discipulum Hippocratis fuisse autumat.

In sectiones VII. aphorismi in omnibus libris editis diuiduntur. Octava *ἁφορισμὸς παρεμβεβλημένος* continet, quos Galenus nullo commentario, quem in reliquis fulissimum dedit, illustravit, adeoque aut ignoravit, aut pro minus bonis atque spuris habuit. In optimis quoque Codd. MSS. hi octavae sectionis aphorismi non leguntur; existunt vero in quibusdam, et quidem in aliis plures, in aliis pauciores, omnes tamen illos XVIII. aphorismos interiectos Cl. Bosquillon in Cod. MS. graeco bibl. Reg. Paris. nr. MMCCCLIV. quem inter optimos refert, reperit. Vid. not. in aph. Hipp. sect. VIII. pag. 132. Et hinc apparet, errasse ipsum Antonium Musam Brassauolum, hos octavae sectionis aphorismos a se collectos primum esse dicentem (comm. in aph. Hipp. p. 1138. 1139. edit. Basil. 1541. fol.) atque appendicis loco Hippocratis aphorismorum VII. sectionibus additos, quod etiam, quod miror, dixit Io. Opsopoeus, vir doctissimus in not. ad VIII. sect. aphor. p. 580. quem deinde plures sequuti sunt. Prima sectio aphorismos 25. altera 54. tertia 31. quarta 83. quinta 72. sexta 60. septima 79. aphorismos continet, numero interiectorum 18. existente, ita, ut in uniuersum 422. aphorismi numerentur. Hanc diuisionem a Galeno esse perfectam, quidam statuunt, eamque esse Galeni licet negari non queat, dubitare tamen licet, quin Galenus illius primus auctor extiterit. Ipse enim, a se factorum improbus non raro laudator, huius diuisionis non meminit, imo antiquiores aphorismorum textus cum citat, eos ita memorat, ut longe antiquiore tempore in has sectiones distributos fuisse perspiciatur. Aliae tamen etiam antiquae diuisiones aphorismorum exstiterunt. Auctor commentariorum in aphorismos, qui *Oribasio* describuntur, *Soranum* eos in tres partes, *Rufum* in quatuor diuisisse memorat. Alius etiam ordo aphorismorum in antiqua versione eorum est, quae aphorismis, ab Oribasio editis, proxime accedit, quamque nuper edidit *Bosquillon*, V. Cl. in not. et emendat. in Hippocratis aphorismos et praenotionum librum. Paris. 1784. 12.

Sed in ipsis aphorismis suspecti non pauci, quidam manifeste, (repetuntur enim in ipso aphorismorum libro) spurii et post Hippocratem adiecti sunt. Hacque difficultate iam ante sua tempora laborasse aphorismos *Galenus* refert. Sic e. g. IV. aph. 61. pro suspecto habuit, quod ipse monet in commentario ad hunc locum, p. 173. tom. IX. et IV. aph. 53. citra ordinem interiectum esse putauit, p. 175. VI. aph. 38. non integrum dedisse Artemidorum Capitonem atque Dioscoridem refert, sed textum vsque ad verba: *μὴ θεραπείην βέλτιον* (comm. ad hunc aph. p. 273. tom. IX. Chart.) In septima vero sectione aphorismos complures repetitos legi ex prioribus sectionibus, praesertim ex quarta, ipse Galenus monet in commentariis ad complures huius sectionis aphorismos. In septima sectione aphorismos 46. 49. 53. 57. 60. 61. 64.



61. 64. 65. 66. 67. 69. 70. 71. 72. 73. 76. et quidem ut plurimum ex quarta sectione repetitos occurrere, Galenus in commentariis ad hos aphorismos expresse notat. Idem etiam de quibusdam saltim aphorismis notat *Bosquillon*, in libro mox citato. Octavae sectionis aphorismos *Galenus* ipse non enarrat, neque, quantum ego quidem scio, de illis quicquam memorat, nisi, quod nonnullos adiectos esse, eosque spurios, partibus libri ultimis expresse dicat in comment. IV. in Hippocr. de diaet. acut. prooem. p. 116. tom. XI. Chart. et titulum ipsis interiectionum dederit, eoque modo, et quoniam hanc sectionem commentario non instruxit, quem postea *Charterius*, et quidem graece ab eo scriptum, supplevit, satis probaverit, se genuinas eorum origines non agnoscere. Aphorismorum vero octo sectiones, quae ad nos pervenire, ex hac recensioe sunt, quae cum reliquis Galeni operibus ad nos pervenit. Neque hae sectiones sine ordine, saltim quodam, sunt, quod probe notavit *Grimm* in operib. Hippocrat. germanice editis vol. II. pag. 507. 508. Alium textum *Oribasii* habuisse, certum est; certum quoque est, textum antiquae versionis, quam *Cl. Bosquillon* edidit, a vulgato textu, qui Galeni est, admodum recedere. Alius quoque textus aphorismorum fuisse videtur, quos *Rufus Ephesus* edidit, qui vero temporis iniuria interierunt. *Oribasii* textus eo, quem *Galenus* edidit, *melior* non est, imo deteriori, et temporibus, ut mihi quidem cum *Grunero* (censur. libror. Hippocrat. pag. 47.) videtur, *Oribasii*, adeoque *Iuliani* imperatoris, longe recentior, contrarium licet credat *Cl. Bosquillon*, (in praefat. ad suam edit. aphorism. pag. 9.) cuius argumenta infra enarrabimus. Aphorismos etiam eadem serie, qua *Galenus* illos emiserat, edidit cum commentariis suis *Philothaeus*, siue potius *Theophilus*, praetermissa tamen tota octava aphorismorum interiectionum enarratione. atque aphorismis sectionis VII. qui post aphorismum LI. leguntur. [In bibliotheca *Naniana*, teste catalogo codd. graecorum MSS. apud *Nanios*, inter codd. medicos pag. 437. cod. CCXLVI. est, qui ab initio exhibet commentarium in aphorismos Hippocratis, sed valde mutilum: atque editor, videndum, ait, an auctor sit *Theophilus*? Atque in eodem codice nr. III. IV. et VI. sunt quaedam *Theophili* opuscula medica. cod. CCXLVIII. continet alia quaedam opuscula *Hippocratis*. *Harl.*]

*Codicum MSS. editionum, versionum* in omnes fere linguas, paraphrasium, commentariorum immensa vis est, ut adeo *Hallerus* iure dixerit, non esse alium librum inter medicos, qui frequentius sit recusus numerosioresque nactus sit commentatores.

*Codices* primum enarrabo. Qui in bibliotheca Regia adservantur, a *Bosquillon* (praef. ad aph. Hippocr. p. 21.) enarrati, hi sunt: MMCXL. saeculo XII. scriptus atque omnium in hac bibliotheca fere optimus. MMCXLI. saeculo XIII. scriptus, cum glossis interlinearibus et variis lectionibus. MMCXLII. cum multis lectionibus, nova manu additis. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCXXVIII. MMCCCLIV. et hic quidem inter optimos referendus. Hi codices, notante *Bosquillonio*, melioris notae omnes sunt et ab hoc *Cl. viro* ad aphorismorum textum emendandum adhibiti. Praeter hos vero adhuc in eadem bibliotheca Regia Parisina adservantur codices MDCCCXLVIII. MDCCCLXXXIII. MMCXLV. MMCXLIX. MMCCXIX. MMCCCL. MMCCCLVI. MMCCCLVII. MMCCCLIX. MMCCCLX. MMCCCLXVIII. MMDXLV. MMMCXL. A. et B. cum Scholiis et aliis. Montfauc. II. p. 739. Graeci quoque Codices exstant in bibl. C. de Montchal, in Reg. Paris. nr. CXI. Montfauc. II. p. 902. in bibl. Vaticana, Montfaucon. in bibl. D. Marci Veneta et in bibl. S. Antonii. in



bibliotheca Vindobonensi, Lambecio notante lib. VI. p. 85. 86. 89. 94. 122. 129. 144. conf. de Nessel in catal. MSS. graecor. bibl. Vindobonens. part. III. nr. XIX. p. 30. nr. XXVIII. p. 39. nr. XLVIII. p. 53. nr. XLIX. p. 54. qui cum anonymi auctoris praefatione est. In bibliotheca Scorialensi, et bis quidem, notante Büschingio in Magazin für die Hist. und Geograph. tom. V. in bibl. Bodleian. c. prognost. nr. MCCLII. Montfauc. I. p. 653. in bibl. praesidis de Mesme, Montfauc. II. p. 1328. in museo Io. Phil. Thomasini. in bibl. monaster. Casinensis nr. XCVII. Montfauc. I. p. 222. et S. Ioannis in viridario Patauino. Montfauc. I. p. 485. in bibliotheca Vffenbachiana. in bibl. Laurent. Medicea, plut. 74. nr. XIII. cum glossis interlinearibus et commentariis. Montfauc. I. pag. 385. Erant quoque in libris Io. Rhodii Patau aphorismi. Montfauc. I. p. 489. in bibl. Paulina Lips. Feller. orat. de hac bibl.

*Latini* codices exstant in bibliotheca Reg. Parisin. nr. MMMMMMDCCCXLV. nr. MMMMMMDCCCXLVI. nr. MMMMMMDCCCLX. nr. MMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMDCCCLXIX. nr. MMMMMMDCCCLXX. nr. MMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMDCCCCXCV. nr. MMMMMMMXXI. nr. MMMMMMMXXVII. nr. MMMMMMMXXIX. nr. MMMMMMMXXX. nr. MMMMMMMXXX. A. MMMMMMMXXXVIII. MMMMMMMXCIX. MMMMMMMXCII. MMMMMMMXCXIV. In biblioth. Regin. Suec. Vatic. nr. CCCXCVII. Montfauc. I. pag. 23.

In biblioth. Laurentiana Medicea plut. 73. nr. VII. VIII. XXII. Montfauc. I. pag. 382. Aphorismorum et prognosticorum libri IV. in biblioth. Scorialens. Büsching. Magaz. tom. V. pag. 132.

In biblioth. Laudiana: Cod. Brit. nr. MXIII. MCCLII. MCCCLV. In Mertonienfi: nr. DCLXXXVII. DCLXXXVIII. DCLXXXIX. DCCXXII. In Wigornienfi, nr. DCCLXVIII. In biblioth. S. Trinit. Dublinens. nr. DII. In bibl. S. Petr. Cantabrig. nr. MDCCCLXVI. In aula Pernbrokiana, nr. MMLV. In bibl. Norfolk. nr. MMMCLXXXIX. In biblioth. colleg. nou. Oxonienf. nr. MCXXX. CXXXIV. In bibl. Cai. Gouuill. nr. DCCCCLXII. In biblioth. Burscough. nr. MMMMMMDCLXXI. In biblioth. Ambros. Mediol. Montfauc. I. p. 516. In biblioth. Coisliniana San-Germanensi nr. MXVIII. In biblioth. Diuio-Benignian. nr. CCXXIV. CCXXVI. Montfauc. II. pag. 1285. In biblioth. Patr. praedicator. Carnotensium. Montfauc. II. p. 1364. In biblioth. Lugd. Batau. ex legato Scaligeriano in catal. biblioth. Lugd. Batau. pag. 395.

In bibliotheca Ebneriana Norimb. *Ackermann.* in Cl. Wittwer Archiv für die Geschichte der Heilkunde I. Band. I. St. pag. 49. 50.

*Latine*, ut *Hallerus* putat, in biblioth. Bodleian. nr. MMMMMMDCCCLIII. Montfauc. I. p. 646. et iterum cum aliis medicis, ibid. nec non ibid. p. 653. In biblioth. Cai. Gouuill. nr. DCCCCLXVIII. In Dunelmensi eccles. nr. CCCLVI. Lat. quoque sine dubio in biblioth. G. Pellisferii. Montfauc. pag. 1200. In biblioth. S. Ebrulphi Vticensi, nr. CXXXI. Montfauc. II. pag. 1272.

*Arabice*, vertente *Honain*, Casiri, nr. DCCCLII. DCCLXXXV. Eodem *Honaino*, Ben-Isaac, Syro, vertente, in bibl. Palatina Medicea, nr. CCLIII. *Affemann.* in Codd. MSS. oriental. bibl. Laur. et Palatin. Medic. p. 371. Liber I. aph. ab eodem Honaino versus exstat ibid. p. 371. Mutilus alius codex aphorismorum Arabicorum exstat in bibl. Palat. Medicea

cca



cea nr. CCLXII. Asseman. p. 376. Arabice, cum commentario in bibl. Caesar. Vindobonensi Lambec. libr. I. comment. p. 295. edit. Kollar. nr. XXXVII. In biblioth. Reg. Paris. nr. MXL. conf. *Herbelot.* biblioth. oriental. — Vertente Abdalrahman Ben Ali, Ben Abifadik in biblioth. Reg. Paris. nr. MXCVI. MXLI. Arabice etiam Casiri, nr. DCCLXXXVI. DCCLXXXVII. vid. Montfauc. II. p. 712. Hebraice, in biblioth. Colbertina in Reg. Paris. nr. DCXLI. Montfauc. II. pag. 928. De Hebraicis Codd. aphorismor. in biblioth. Vindobonensi et Vaticana vid. Bartoloccium in tom. I. biblioth. Rabbinicae, p. 423. De arabica versione et commentario vid. *Herbelot.* in biblioth. Orientali in Abu-Sadek. [de hebraica vers. vid. *Wolf.* tom. IV. bibl. hebr. p. 775. Inter inedita Manasse ben Israel memorantur Hippocratis aphorismi, hebraice versu.]

*Hebraice* in biblioth. Taurinensi I. p. 18. vertente Nathan Hanacri. In biblioth. Vindobonensi Lambec. lib. V. pag. 182. 184. In biblioth. Reg. Paris. nr. CCCC. CCCXCV. ad versionem Honaini, nr. CCCXCVI. Ex versione Mosis Ebn Hallohin, in biblioth. Leidenf. Ex versione R. *Iosephi Ben Salomon.* Wolf. [pag. 567. biblioth. hebr.]

Codices imperfecti. Lib. I. aph. graece in biblioth. MSS. Britann. nr. CCXXIV. Sectio I. in Medicea Bandin. III. pag. 49. 122.

Fragmenta latina in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMMC.

*Editiones graecae.*

Quarum artium ac linguarum cognitione medico opus sit. Praefatio ante Hippocratis aphorismorum initium per *Ianum Cornarium* — habita Rostochii. Aphorismi Hippocratis, graece. — Haganoae, apud Iohan. Secerium. f. ann. 8.\*

*Ἱπποκράτης ἀφορισμῶν τμήματα ζ.* In fine: *Ἐν πρώτῃ παρὰ Σεβαστιανῶ τῷ Γρυφίῳ ἐν λυγρόνῳ ἔχει ἀπο τῆς Θεογονίας α φ λ β.* \* Est editio *Rabelaei*, latinis aliquot Hipp. libris addita, (vid. supr. sub prognost.) et quidem, ipso editore monente, ad fidem vetustissimi codicis graece expressa. Iterum impressa Lugd. 1543. 12. *Gunz.* 1545. 12. *Gunz.*

*Ἱπποκράτης Ἀφορισμοί.* *Hippocratis aphorismi*, ex diuersorum codicum collatione per *Rutgerum Rescium* diligenter recogniti. Venundantur Louanii a Barth. Grauiio (in fin. Louanii, ex offic. Rutgeri Rescii) ann. 1533. 8. \* Lugd. apud Gryph. 1543. 8. *cat. Afskw.* — Francof. 1545. 12. *Haller.*

*Editiones graeco-latinae.*

*Hippocr.* aph. gr. et lat. Paris. 1552. 1555. 16.

*Ἱπποκράτης ἀφορισμῶν βιβλ. ζ.* cum reliquis, quorum in prognost. et prorrheth. mentionem fecimus. Paris. apud Guil. Morelium, 1557. 12.\*

*Hippocratis Coi* — iusiurandum, aphorismorum sect. VIII. — gr. et lat. studio Io. *Opfoponi.* Francof. 1587. 12.\* vid. supr. in prognost. et prorrheth. libr.

*Hippocrat. aphorism.* ex recens. *Pauli Offredi.* Rom. 1606. 12. Geneu. 1606. 12. †

*Hippocratis aphorismi* gr. et lat. vna c. prognost. prorrheth. Coac. et aliis pleraque ex interpret. I. *Heurnii.* L. B. 1607. 12.\* [*Hippocratis Coi Aphorismi graece et latine breui narratione* etc. *illustrati* etc. a Ioh. *Heurnio.* Iuxta exemplar Lugduni Batavorum (sed sine progn. et prorrheth.) Ienae, 1690. 12.\* *Beck.*] a Thoma Magistro editi. Paris. 1613. *Afskw.*

Yyy 3

*Hippocratis*



*Hippocratis* aphorismi ex recognit. *A. Vorstii*. L. B. 1628. 32.\* cum *νομα* Hippocratis. Et absque anno in 16. *Lind.* — Ex interpret. Foessii et *G. Plantii*. L. B. 1633. 12.† — Ex interpret. Foessii, c. methodo, qua aphorismi in certum ordinem digesti exhibentur, a *Io. Ern. Scheffler*. L. B. 1633. 16.\* cum diuis. aphorismor. secundum ordinem materiarum. — gr. lat. L. B. 1638. 12. — [gr. et lat. ab *H. Poort.* Traiect. 1657. 12. *Harwood.*] — cum interpret. lat. locis parallelis ex ipso Hippocrate et indice, cura *Luc. Verhoofd.* L. B. 1675. 16.\* — accurate *Theod. Iansson.* ab *Almeloueen*, c. loc. parallel. Celsi sentent. et indice. Amst. 1685. 16.\* L. B. 1732. 16.\* Argentorat. 1756. 12.\* Lips. 1756. 12.\* cum indice Verhoofdii et notis *Annae Carol. Lorry.* Paris. 1759. 12. 1782. 12. [cur. *Mart. Listero.* Lond. 1703. 12. a *Iac. Fickio.* Ien. 1729. 12. *Harwood.*]

Gr. et lat. in *Zwingeri* opusc. Hippocr. aphorist. Basil. 1748. 8.\* Glasgou. 1748. 12. 1749. 12. — gr. et lat. cum Celsi loc. parallel. indice *Luc. Verhoofd.* locis parallel. ex *Boerhaavi* et *Suietenii* comment. et notis propriis. Paris. 1759. 16.\*

*Hippocratis aphorismi* ad fidem veterum monumentorum castigati, latine versi ab *I. B. le Febvre de Villebrune.* Constantinop. prostat Paris. 1779. 12.\* [etiam in 4.] Vfus est inprimis Codd. regii Parisinis, praesertim Hebraeis et Arabicis ad textum emendandum, quod non sine temeritate, et non consultis satis iis, qui ante eum aphorismos ediderant, fecit. Galeno inprimis infensus, cui obiicit, eum aphorismos fecisse. Textus vitiosissimus est ob plurimos typorum errores.

Ἱπποκράτης ἀφορισμοὶ καὶ προγνωστικόν. Hippocratis aphorismi et praenotionum liber. Recensuit notasque addidit *Franc. Maria Bosquillon.* Paris. 1784. 12.\* Notae et emendationes in Hippocr. aphorism. et praenotionum librum *Eduard. Fr. Mariae Bosquillon.* Paris. 1784. 12.\* Aphorismi secundum cod. MS. biblioth. Reg. Paris. fidem emendati. Notae adhuc plures emendat. et lectionis varietatem plurimam continent. De versione antiqua aphorism. quae in notar. et emendationum libro continentur, infra dicam.

Ἱπποκράτης ἀφορισμοί. Hippocratis Aphorismi, Hippocratis et Celsi locis parallelis illustrati, studio et cura *Ianssoni* ab *Almeloueen*, D. Med. quibus accessit *Ludou. Verhoofd* index locupletissimus, loca parallela ex *Boerhauii* commentariis, notulas addidit, editionem curauit *A. Car. Lorry*, D. M. Paris chez Barrois le jeune. 1786. in 16. Lorry opera laudatur. *Harl.*]

[De Riegeri edit. vid. infra p. 556. *Franzii* editio a. 1777. promissa non prodiiit.]

*Graece, Lat. et Hebraice.* ex duobus MSS. Hebraicis edidit aphorismos *Marcus Antonius Caiotius.* Rom. 1647. 8.

#### *Editiones latinae.*

In articella Venet. 1483. 4. 1485. 1500. etc. Lugd. 1505. 8. 1515. 8.\* 1519. 8. 1527. 4.† Editio mea antiquam (Constantini puto) et *Theod. Gazae*, *Halleri* editio versiones Constantini, Nic. Leonicensi, Laur. Laurentiani et *Theod. Gazae* continet. Constantini versio ex Arabico idiomate est.

[Aph. latine, ed. *Theodorico Vlsenio*, Norimb. 4. circa a. 1496. *Denis* Suppl. *Maittairii* p. 585.]

Antiqua versio et noua *Theod. Gazae*, in collect. Antonii Rustici Placentini. Venet. 1493. 12. *Maittair.* Venet. 1507. 8. *Gunz.* — *Laurentio Laurentiano* interprete. Florent. 1494. 4. Erford. 1523. 4. *Riu.* — Constantino monacho interprete, Venet. 1495. fol. *Maittair.* — Cum *Rhaphis* libris plurimis et aliis. Venet. 1497. fol. *Gunz.* — Ex versione *Theod. Gazae.* Lugd.



Lugd. 1505. 8. *Gunz.* — cum interpretatione antiqua et *Nic. Leonicensi* versione. Ferrar. 1509. fol. — interprete *Nic. Leonicensi*, cum praenotionibus, *Guil. Copo* interprete. Paris. 1524. 12.\* 1526. 12. 1532. *Riv.* [1527. 1539. Cat. Mus. Brit.] Lugd. 1581. 12. — et c. not. *Io. Manelphi*, Rom. 1613. 16. *Burm.* c. iisdem. Patau. 1638. 12.\* cum iisdem. Venet. 1647. 12.\* — ex recognit. *Francisc. Rabelaei*, interpr. *Nic. Leonicensi*. Lugd. 1532. 12.\* cum prognost. et aliis.

*Hippocr. aphorism.* (*Nic. Leonicensi* interprete) sect. VII. quibus ex Ant. Musae commentariis adiecta fecit et octava, *Fr. Ogglerio* auctore. Vicent. 1610. 16.† Venet. 1620. 12.\* Venet. 1674. 12.\* Vienn. 1726. 12.\* cum methodo aphorism. et prognostico Hippocr. — ex interpretat. *Io. Heurnii*. Rudolphipoli, 1672. 32.\*

*Oeuvres d'Hippocrate.* Aphorismes traduits d'après la collection de vingt deux manuscrits et des interprètes orientaux, par Mr. *le Febure de Villebrune*. A Paris, 1786. 12.\* Haec versio fere eadem est, quam ea, quae cum Graeco textu, quem supra memoravi, prodiit. Galeno succenset, quod textum mutauerit, quod ex Meletii commentariis, de quibus mox dicemus, probat. Vid. *Galeni* defensionem in diario *Gallico*: Journal de médecine tom. LXXII. pag. 280 sq.

[*Hippocratis Aphorismi atque Praefagia, latine versa*, cum recognitione et notis *Andrae Passae*, Bergomatis, editio altera. Acc. huic ipsi editioni prolegomena, in quibus de aphorismorum praefagiorumque auctore, de vtrorumque scriptorum praestantia, deque sententiarum in eisdem contentarum usu disseritur. Valentiae, 1786. *Harl.*].

Versionem latinam aphorismorum, quam cum commentariis Orisassii scriptam saec. XIII. adseruat biblioth. Reg. Paris. nr. MDCCCCLXXI. in not. et emendatt. in aph. Hipp. exhibuit *Bosquillon* Paris. 1784. 12.\* ad pag. vsque 77.

*Versiones Gallicae.* Par *Jean Breche*. Lion, 1581. 16. *Rast.* Rouen. 1646. 12. *Burm.* c. Gal. comm. in lib. I. — Par *Jean Vigier*. Lion, 1605. 16. *Rast.* 1666. 12. *Burm.* Par *Lazare Meyssonnier*. Lyon. 1668. 12. *Burm.* — Alia editio Rouen. 1685. 12. vel 1684. 12. Houff. Paris. cum notis, 1685. 12. Traduction faite sur la version de Hecquet. Paris. 1725. 12. alii 1726. 12. [avec Explications par *du Four*, Par. 1699. Gall. lat. per Mich. le Long. Par. 1645. 4.]

*Anglice.* London. 1695. 8. 1665. 8. bibl. Bodlei. vertente *Conr. Sprengel*. Lond. 1708. 8. 1735. 8.

*Belgica.* Aphorismen, of kortbondige Spreuken van Hippocrates, beneffens desselfs Wet en Onderrichtingen. — Nevens d'Aanmaningen van den Heer *N. Tulp*. Vertaald door *S. Blankaart*. Te Amsterdam. 1714. 12.\* Altera haec est editio, cum vita Hippocr. secundum Soranum.

*Italica.* Aforismi d'Hippocrate trad. da Luca Filasteo. Paavia, 1552. 8. *Falc.* [*Io. Bapt. Sori* et alias interpr. Ital. memorat *Paitoni* Bibl. degli autori-volgarizz. T. II. p. 188. *Beck.*]

*Germanica.* Hippokrates Aphorismen. Bremae, 1744. 8. — Hippokrates Aphorismen in das Deutsche übersetzt, nebst einigen Anmerk. und Verzeichniß der Materien. Helmstädt, 1778. 8.\* Paraphrastica est.

*Paraphrasae metricae graecae:* *Robertum Constantinum* aphorismos graece reddidisse *Spachius* notavit in elench. medicor. p. 14. conf. *Hallerus* in bibl. med. pract. tom. I. p. 44. Graeco et latino carmine exposuerunt etiam aphorismos *Antonius Faentinus*, *Reginaldus Sturmius*.



*Sturmius.* — Graece et lat. versibus per *Ger. Dewisot.* Paris. 1634. 8. *Falc.* cum comment. a *Guil. Odry.* Paris. 1634. 12. versibus graecis et latinis ab *Antonio Hommeio.* Paris. 1660. 8.\* Sect. I. aphorism. vers. graec. per *R. Winterton,* c. lat. vers. *Heurnii.* Cantabrig. 1631. 4. Cantabrig. 1633. 8. cum omnium aphorism. vers. metrica *Fabri et Wintertonii.* — Cum metrica paraphrasi *van Pöorsfii.* Traiect. 1657. 12.\* Graeco quoque carmine expressit aphorismos *Io. Frerus.* [Hipp. Aphorismi soluti et metrici interpr. Io. Heurnio, metaphrasis Io. Frero et Rad. Wintertonio. Cant. 1633. 8. in Cat. Musei Brit.]

*Latino carmine* ab *Aloyf. Luifino.* Venet. 1552. 8. Auctore *Laur. Span.* Vratisslau. 1570.\* auct. *Andr. Ellinger.* Francof. 1579. 8. auctore *Laur. Sturm.* Lugd. 1583. 8. 1619. 8. *Lind.* auct. *Petr. Bulenger.* Paris. 1587. 12. *Falc.* Paris. 1650. 8. — auct. *Paul. Dionysio.* Veron. 1599. 4. auct. *Sim. Prouancher.* Senonib. 1603. 8. *Lind.* Aph. libri II. heroicis versib. redditi a *Ian. Dubrauo.* Norimb. 1623. 8.\* — auct. *Io. Lud. Ganfio.* Arg. 1624. 12. Vienn. 1626. 12. *Lind.* — auct. *I. Pfanz.* Arg. 1624. 8. *Lind.* — auct. *Petro Berigardo,* medicinae candidato. Vtini, 1645. 8.\* auct. *Io. Bapt. de Conde.* Bruxell. 1647. 12. *Gunz.* auct. *Io. Junker.* Erford. 1648. 8. auctore ignoto, cum latina aphorismor. versione. f. loco 1669. 12.\* Latino quoque carmine expressit aphorismos *Matth. Rosclerus* Lucanus.

*Gallico carmine* par *de Launay.* Rouen. 1642. 8. *Burm.* titulo Hippocrate depâisé, par *Louis de Fontenettes.* Paris. 1654. 4. *Astruc.*

#### *Commentarii in aphorismos.*

Commentatorum in aphorismos immensa vis est. Plures iam in aphorismos commentarii Galeni temporibus exsistere, qui ab eo memorantur. Antiquissimi omnium aliorum aphorismorum interpretem sunt *Herophilus, Bacchius, Heraclides Tarentinus, Zeuxis,* quos Galenus omnes *ἐμπειρικούς* vocat, quique ab eo expresse dicuntur *οἱ πρῶτοι τῶν ἐξηγησαμένων τῆς ἀφορισμῶν.* in comment. ad VII. aph. 70. p. 333. oper. tom. IX. Chart. *Herophilii* commentarius in bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi exstare dicitur a Montfaucon. I. pag. 498.

Aphorismos porro explicuerunt:

*Sabinus,* quem memorat Galenus aduers. Iulianum, cap. 3. p. 379. Oper. tom. IX. Chart.

*Lycus,* Quinti praeceptor, empiricus, a Galeno aterrimo carbone ob insulsam explicationem suam notatus in comm. ad I. aph. 14. p. 28. in praef. ad III. aph. p. 92. tom. IX. Chart. τὸν δευτερον τῶ συγγράμματος ἐξηγητικῶ *Lyci Neapolitani,* quem tamen Macedonem Galenus expresse vocat, citat *Erotianus* in exposit. vocum Hippocr. edit. Franz. p. 214. Peculiaretm etiam contra Lycum libellum scripsit, quem mox dicemus.

*Quintus* a Galeno, ob aphorismos male expositos, non laudatus, reliquos quoque Hippocrateos libros explicuit.

*Marini* in aph. enarrationes memorat Galen. in VII. aph. 34. p. 303. et in VII. aph. 54. pag. 324. tom. IX. Chart.

*Rufi* in aphorismos enarrationem Galenus laudat et *Oribasius* in praefat. ad comm. in aph. Hipp. edit. Basil. 1535. pag. 7.

*Soranum*



*Soranum* in tres sectiones aphorismos diuississe, narrat Oribasius.

*Pelopem*, interpretem aphorismorum, laudat Galen. de ordine libror. suor. p. 51. tom. I. Chart. et inprimis Oribasius in praef. pag. 7. qui, cautissime verbum aphorismorum e verbo transferens, imitatus sit Hippocratis breuitatem.

*Domnum* et *Attalionem*, interpretes Hippocratis, Oribasius citat in praef. ad aphorism. pag. 8.

*Numesiani* interpretatio aphorismorum memoratur a Galeno in V. aph. 44. p. 221. et in IV. aph. 69. pag. 179. nec non comm. I. in libr. Hippocr. de humorib. text. 24. pag. 535. tom. VIII.

*Dionysii* enarrationum in aph. mentio fit ad IV. aph. 69. pag. 179. Scripsisse *Numesianum* et *Dionysium* in IV. aph. 69. loco vocum ἔρα ὑπομνήδεια, βορβορώδεια refert Galenus.

Hos omnes commentatores Galenus generatim non laudat, nimis quippe verbosos, et qui Hippocratis mentem raro adsequuti sint. (vid. locus classicus in praefat. ad comment. in sect. VII. aph. p. 292.) *Lycum*, quem sua spectra, non Hippocratis placita, scripsisse adserit, peculiari libro refutauit, qui in operum tomo IX. Chart. legitur.

Contra aphorismos antiquiore iam tempore *Thessalus Trallianus*, methodicae sectae instaurator, librum scripserat, quem Galenus memorat cap. 1. aduers. Iulianum pag. 377. tom. IX. Chart. Caelius vero Aurelianus, quod miror, non citat.

In eisdem aphorismos *Iulianus* Alexandrinus, Galeno coaeuus, libros XL. scripsit. Secundum vidit Galenus (aduers. Iulianum cap. 1. p. 377. tom. IX.) eumque libro peculiari, qui tom. IX. oper. Char. legitur, acerrime confutauit. Codex *Galeni* libri adu. *Lycum* et *Iulianum* exstat in biblioth. Medicea. Bandini III. pag. 48.

*Galeni* in aphorismos commentarii eorum, qui nobis supersunt, antiquissimi sunt. Exstant, et quidem integri, in VII. sectiones aphorismorum. Codices sunt Graeci in biblioth. D. Marci Venet. Montfauc. I. p. 472. in bibl. Reg. Paris. nr. MDCCCLXXXIV. MMCLXI. MMCLXVIII. MMCLXVI. MMCLXXXVIII. MMMCXLI. Montfauc. I. p. 739. In Medicea plut. 74. manu Caesaris Strategii. Montfauc. I. p. 385. et Bandini III. p. 93. 102. et quidem tam integer, quam in sect. I. et partem sect. II. auctore tamen in hoc non nominato. Integer in biblioth. Vindob. vid. Lambec. VI. p. 86. 87. de Nessel part. III. p. 45. nr. XXXIV. In biblioth. Paulina Lipsiensis. vid. Feller Orat. de biblioth. Paulin. Lips. 1676. 4.

Latini Codd. MSS. exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXIX. MMMMMMDCCCLXXI. MMMMMMMXXX. MMMMMMDCCCLX. Anonymi versio in bibl. Reg. Paris. nr. DCCCXLVI. In biblioth. Reg. Sueciae Vatican. interprete *Constantino Africano*, nr. CCCXCVI. *Montfaucon*. tom. I. p. 23. In domo S. Petri Cantabrig. Cod. Brit. nr. CLXXXVI. In colleg. Mertonienf. nr. DCLXXXIX. In colleg. nou. Oxonienf. nr. MCXXXIV. Vertente Gerardo Carmonenf. in biblioth. eccles. cathedr. Metenf. *Montfaucon*. Vertente ignoto homine in biblioth. Taurinenf. Montfaucon II. p. 1398. Exstant quoque lat. in biblioth. Laudunensi nr. LXIII. Montfauc. II. p. 1294. et cum aliis opusc. in biblioth. S. Gatiani Turonensi, nr. CCCXCV. Montfauc. II. p. 1277. *Galeni* in Hipp. aphorism.



rism. per Constantinum Africanum e graeco in lat. translati et glossis illustrati exst. in biblioth. Scorial. Büsching. Magaz. tom. V. pag. 129.

*Arabice*, vertente Honaino, Isaaci fil. in biblioth. Scorialenf. Casiri, nr. DCCLXXXV. DCCLXXXVI. Büsching. Et in biblioth. Reg. Paris. nr. DCCCLXVI. l. m. n. o. Montfauc. II. pag. 719.

Pars commentarii in bibl. Scorial. Casiri nr. DCCCXIV. DCCLXXXVI. DCCLXXXVII. [Casiri p. 235. laudati, ait, aphorismi secundum exemplaria arabica sunt omnino CCCCXXII. de quorum veritate Arabs haecenus nemo dubitavit, vel illos impugnare ausus est, ut Thesallum Trallianum, Iulianum Alexandrinum, Mich. Aloyf. Sinapi et Laurent. fecisse legimus.]

*Hebraice*, cum commentario in biblioth. Vindob. Lambec. I. 2. p. 185. Ex Arab. versi in bibl. Reg. Paris. nr. CCCXCVI. et Arabice nr. CCCXCV. nr. C. CI. CII. CIII. Montfauc. II. p. 711. nec non CCLII. CCLIII. p. 712. E graeca lingua in Syriacam ab Honaino, ben Isaac, et e Syriaca in Arabicam conuersi a Castha, filio Lucae exst. in bibl. Palat. Medicea nr. CCLX. *Aßmann.* pag. 375.

*Editiones*: Galeni comm. in aph. Hippocratis ex versione *Constantini Africani* ex Arabico. Venet. 1493. *Maittaire.* — Vertente *Laurentio Laurentiano.* Venet. 1494. *Maittaire.* — Vertente Theod. Gaza. Venet. 1495. fol. — Particulae septem apho. *Hippo.* cum duplici translatione antiqua et cum exposit. magni Gal. nec non Iac. Forliuensis et addit. Marfilii. — Industria et labore *D. Hieronymi Bompili de oleariis de Verona.* Venet. 1508. fol. \* — Vertente *Nicolao Leonicensi.* Paris. 1526. 8. Housset. Recogniti a *Daviano.* Paris. 1542. 8. † Lugd. 1547. 12. \* cum *Io. Signoroti* excerpt. aphoristicis et symbolis. Lugd. 1668. 12. † cum Thaddaei exposit. Venet. 1527. fol. — Vertente Constantino, Laurentiano, Leonicensi et Theod. Gaza, cum comment. Galeni in articella. Lugd. 1527. 4. † gr. et lat. ex vers. Nic. Leonicensi, cura *Io. Davioni.* cum comm. Galeni. Paris. 1542. 8. † Lugd. 1668. 12. [Aph. cum comm. Galeni, lat. int. Nic. Leonicensi, Par. 1526. 8. \* *Beck.*] — *Hippocr. aphorismorum* genuina lectio gr. lat. cum *Galen* censura in eos omnes, qui minus erant absoluti. — Per *Io. Morisotum.* Basil. 1547. 8. *Gunz.* — Interprete Guil. Plantio, cum eiusd. notis. Lugd. 1552. 8. \* 1573. 12. \* Geneu. 1580. 16. *Burm.* cum *Io. Marinelli* comment. in aph. Venet. 1582. 12. \* Paris. 1621. 12. — Aliae edit. sunt Lugd. 1554. 16. *Rast.* 1581. 12. *Hausen.* — cum *Galen* comment. in epitomen redactis per *Io. Butinum.* Lugd. 1555. 12. \* et Lugd. 1580. 12. \* Geneu. 1625. 12. \* Cum aph. in ordinem digest. Geneu. 1628. 12. *Gunz.* — *Galenus* in aph. Hipp. Lugd. Bat. 1613. 4. Cat. bibl. Lugd. Bat. — gr. et lat. Vertente aph. *Fosfo*, comm. Galeni *G. Plantio*, curante *Adr. Toll.* — Lugd. Bat. 1633. 12. \*

Primus liber comment. vertente *Io. Breche.* Lugd. 1585. 16. *Rast.* Rouen. 1646. 12. *Burm.* — *Galen* comment. in aphorismos in compendium redegit *Symphorianus Campegius.* Lugd. 1516. 8.

*Oribasio*, qui adscribuntur, commentarii nunc dicendi sunt. Hos pro spuris habent *Leon. Fuchs* in epist. nuncupat. ad comm. in aph. Hippocratis, *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 48. et *Grunerus* censur. libr. Hipp. p. 47. et quidem minus germanarum originum tot notae illis insunt, ut mirer plane, *Guintherium Andernacum* in epist. dedicatoria editioni suae commentarior. *Oribasii* praefixa, atque doctissimum *Bosquillon* in praef. ad Hipp. aphorism.



rism. pag. 9 sq. genuinas huius libri origines agnouisse et acriter defendisse. Ipse enim hic *Oribasius*, Iuliani medicus, Ptolemaei Euergetis iussu se hos commentarios confecisse, atque post septuaginta perfectissimorum medicorum examinationem congestisse memorat, et, quod *Oribasius*, Iuliani medicus, non fuit, christianus fuit: in II. aph. 39. pag. 80. 81. edit. Basil. 1535. haec habet, quae auctorem fuisse christianum manifeste probant: *Si aegrotans est religiosus, apponere debet illi medicus sacram scripturam, si tamen ante hanc amauerit, cet.* Et in VI. aph. 35. *antiquis temporibus nullum ad altare processisse dicit, nisi qui ex Levitico genere, aut regio fuerit.* Laudat ceterum nullos Graecos, Latinos vero Terentium, Virgilium et Ovidium, et latine enarrationem suam scripsisse videtur: codice enim latino *Guintherius* vsus esse videtur, non Graeco, quod *Bosquillonius* l. c. pag. 9. vult, neque codex aphorismorum, cum commentariis Oribasii saec. XIII. scriptus, qui nr. MDCCCCLXXI. in bibliotheca Regia Parisina seruatur, Graecus, sed latinus est. Codex etiam bibliothecae Regiae Parisinae nr. MMMMMMMCII. non *Oribasii* prologum in aphorismos, sed alius, et incerti quidem, interpretis latini continet. — Codex Vibrasii (Oribasii) super aphorismos Hippocratis exstat in biblioth. monaster. S. Trinitatis de Vindocino. Montfauc. II. p. 1204.

*Editiones* horum commentariorum sunt, et omnes quidem editore (non interprete) *Ioanne Guintherio*, Andernaco, Paris. 1533. 8. *Bosquill.* Venet. 1533. 8.\* Basil. 1535. 8.\* Patau. 1658. 12.\* vid. quoque de his editionibus et generatim de commentariis Oribasii Cl. *Goulin*, in diario medico Gallico (*Journal de médecine*) tom. LXIV. p. 145. et tom. LXXVII. pag. 343. Aphorismorum ceterum ordo in his editionibus turbatus est, septimaque sectio Oribasii dicta partem aphorismorum, qui in sexta continentur, comprehendit. Ordo etiam priorum sectionum turbatus est.

*Meletii*, philosophi, commentarii exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMDCLXXXV. et apud Montfauc. tom. II. p. 735. et in biblioth. S. Remigii Rhemenfi, teste eodem.

*Theophili* Protospatharii, siue, vti vocatur in commentario suo edito, *Philothei* commentarii graece exstant scripti in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLIX. vid. Montfauc. II. p. 739. in biblioth. Vindobonensi Lambec. VI. p. 165. vid. *de Nessel* in catal. MS. Graec. bibl. Vindob. part. IV. nr. LXXIV. pag. 44. Exstant iidem commentarii in bibl. Vindob. nr. XXXIV. vid. Lambec. VI. 2. p. 88. Memorat quoque hunc commentarium Labbeus pag. 212. bibl. nou. MStor. in bibl. Medicea plut. 86. Montfauc. I. p. 407. Bandini III. p. 98. 102. in bibl. Ambrosian. Mediol. Montfauc. I. p. 529. [in bibl. Naniana, vt supra memoratum est,] in bibl. vniuers. Altorfin. graecus, chartaceus, saeculo XIV. vix superior, in quo vero enarrationes aphorismorum sect. I. ultimo tamen excepto, desiderantur, quem descripsit, exemplo etiam textus addito *Io. Andr. Nagelius*, in progr. quo donat. Trewianae memoriam renouat. Altorf. 1788. 4. Codicem etiam Graecum habuit, quem in comm. in aph. Hippocratis memorat et ex quo plurima loca in commentarios suos transcripsit, *Antonius Musa Brassa-volus*.

*Philothem* dixere *Anton. Musa Brassa-volus*, *Leon. Fuchsius* (in epist. nuncupator. comm. in aph.), *Conr. Gesnerus*, atque editores commentariorum, quos scripsit. Graecae editiones plane desiderantur. Latinae duae sunt nempe *Philothei* commentaria in aphorismos Hippocratis e graeco in lat. conuersa interprete Ludou. Corado. Venet. 1549. 8.\* et Spiraë, 1581. 8.\*



*Stephani σχόλια ἐκ τῆ Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν κατὰ σύνολον* exstant in biblioth. Caesar. Vindob. de Neissel cat. MS. graec. in biblioth. Vindob. part. III. nr. XVI. pag. 27. Alius codex, principio mutilus, exstat in biblioth. Vindob. de Neissel. part. III. nr. XLIV. pag. 50. Commentarii ex *Stephano* et *Philotheo* in biblioth. Vissenbach. 1. 4. *Aëtuarii* comm. in aphorism. exstabant apud Felicem Paciorum, teste Gesnero in biblioth. — Anonymi comm. graeci in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCCLVII. MMCCCLX. In priorem sectionem et partem Ildae in biblioth. Medicea plut. 74. Ignoti hominis commentarii graeci in aphorism. exstant in biblioth. Laurent. Medic. graec. plut. 74. Montfauc. I. p. 385. Enarrationes singulis aphorism. subiectae graec. in biblioth. Reg. Paris. nr. DCCCLXXXIII.

Commentar. *Arabicus* auctore *Allaidin Ebn Elnafis* saeculi XIV. est in biblioth. Reg. Paris. nr. MXLII. Honaini, filii Isaac, Syri, comm. in libr. I. aph. Hippocratis exstat in bibl. Palat. Medicea nr. CCLIII. Assemann. pag. 371. Haseni Gilaei commentarii Arabici in aph. Hipp. exstant in biblioth. Lugd. Bat. pag. 308. Notae *Abdelrahman ben Ali ben Abisadik* in biblioth. Reg. Paris. nr. MXCVI. MXLI. et in biblioth. Scorial. nr. DCCCLXXII. vid. de eo Herbelot. p. 36. Alius commentar. *Casiri* nr. [DCCCLII.] DCCLXXXVIII. [p. 235. vbi dicitur *Alaeldinus Ali Ben Abilharom Alcarschita*, et Casiri p. 234 sq. agit de interpretibus arabicis et in quot libros seu sectiones aphorismos Hipp. distribuerint veteres. De comm. *Razis* ad mentem Galeni vid. *Casiri* p. 263. — nr. DCCCLXXXIII. p. 298. est *Alhmanalii* comm. in Aphorismos. vid. *Casiri*.] Commentarii *Haly in aph.* exstant in biblioth. collegii omnium animarum Oxon. Cod. Brit. nr. MCCCCXXX. Abraham Patrich explanat. in aph. apud Plantoucium. Mosis Abdalla, Cordubensis, et Mosis f. Eved-Elohim. Woff. *Hebraici* commentarii in biblioth. Vindob. Lambec. I. p. 184. Aphorismata Hipp. cum comm. R. *Iudae Ben Samuelis* ex Arabico in Hebraicum conuersa exst. in biblioth. Laur. Medic. plut. 88. nr. LIV. Montfauc. I. pag. 412. *Hipp. aphorismi* cum comment. *Mosis f. Eved Haelohim* Israelitae ad mentem Galeni, paucis exceptis, in bibl. Lugd. Bat. p. 285. [conf. *Bartolocius* in Biblioth. Rabbinica, tom. I. pag. 423.]

Commentarii *latini* in biblioth. coll. nou. Oxon. nr. MCXXX. et in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCXLV. nr. MMMMMMDCCCXLVII. nr. MMMMMMDCCCLV. nr. MMMMMMDCCCLVI. nr. MMMMMMDCCCCLVI. nr. MMMMMMMXXI. MMMMMMMXXVII. Quaestiones in aphorism. ibid. nr. MMMMMMDXXXVII. MMMMMMDXLIX. Magistri Benedicti glossae super libros aphorism. in coll. Cai. Gonvill. Cantabr. nr. DCCCCLX. Anonymi *glossae* et scholia in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXX. et apud Cashley. *Balth. Lemechen* in aliquot aph. Montfauc. II. pag. 761. Anonymi comm. in aph. in bibl. S. Gatiani Turonens. nr. CCCCV. Montfauc. II. pag. 1277. Exstant quoque anonymi glossae in biblioth. Basil. et anonymi annot. in aph. in bibl. Coislinaiana San-Germanensi. nr. MXVII. Bis cum exposit. aphorismi exstant in bibl. Scorialensi Montfauc. I. p. 620. Constantinus Africanus in aph. Hipp. exstat in bibl. Ranchini. Montfauc. II. pag. 1283.

*Barthol. de Burgis* in aph. comment. citat Simph. Campegius. *Iacobi Foroliviensis* in Hippocratis aphorism. et Galeni super eisdem commentarios exposit. et quaestiones per *Cph. de Castanea*. Papiae. 1488. fol. *Maittair*. Venet. 1490. Papiae. 1501. fol.\* 1512. fol. Venet. 1495. fol. *Maittair*. 1501. fol.\* 1520. fol. Cat. Mus. Brit. cum *Marfilii de Sancta Sophia* interpret. in eos aph. qui a Iacobo expositi non fuerant. Venet. 1508. fol.\* [cum vers. duplici antiqua



qua et Th. Gazae, exposit. Galeni, *Iacobi Forliu.* et Marfil. *Ficini*, et quaestionibus eorundem, per Hier. Pompilum de Oleariis, Ven. 1508. fol. In 8. et in fol. Catal. Mus. Brit. *Beck.*] 1547. fol.\* 1556. 4.\* — Versionem Constantini, Theod. Gazae et N. Leoniceni, comment. Galeni et fusillimam expositionem Iacobi continet. Cod. MS. est in bibl. Taurinens. Codex exposit. *Iacobi de Forliuio* exstat in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMDCCCLXI. Montfauc. II. pag. 753.

*Laurentii Laurentiani* comment. Florent. 1494. fol.\* *Io. Sernoneta* comment. super libros aphorismorum. Venet. 1498. fol. *Lind.* [Adiectus est Vgonis expositioni. v. Catal. Mus. Brit. T. J. *Beck.*] — *Antonii Beniuenii* comm. in aph. Florent. 1507. 4. Hotton. — *Nicoli* commentum super aph. Hipp. curante *Antonio Sacco*. Bonon. 1522. 8.\* [int. Th. Gaza et Nic. Leoniceno, cum Comm. *Nicoli* Florentini per Io. Bapt. Theodosium et Ant. Saccum, Ven. 1522. 8.\* *Beck.*] — *Vgonis* expositio super aphorismos Hypocratis et super commentum Galieni eius interpretis. Venet. s. ann. 1493. fol.\* 1494. fol. *Maittair.* Venet. 1498. fol.\* Papiæ, 1518. fol.\* Venet. 1523. fol. Cod. exstat in bibl. Reg. Paris. Montfauc. II. pag. 753.

*Thaddei* Florentini expositiones in arduum aphorismorum Ipocratis volumen, in diuinum pronosticorum Ipocratis librum, in praeclarum regiminis acutorum Ipocratis opus, in subtilissimum Ioannitii Isagogarum libellum *Io. Bapt. Nicollini Sabodiensis* opera in lucem emisse. Venet. 1527. fol.\* cum versione Theod. Gazae, Nic. Leoniceni, Constantini Africani et Galeni comment. quibus suos addidit Thaddeus.

*Hier. Thriuerii* comm. in aph. Hipp. libr. I. Antwerp. 1538. 4. *Lind.* In omnes aph. Lugd. 1551. 4. *Falc.*

*Anton. Musae Brassauoli* in octo libros aphorismorum Hippocratis et Galeni commentaria et annotationes. Basil. 1541. fol.\* cum comm. in text. Hipp. et commentarium Galeni. Ferrar. 1594. *Lind.* Venet. 1721. 4. cum Musae tantum comm. in aph. Interiectorum aphorismorum octauam sectionem se primum addidisse, quae tamen in antiquis iam et optimae notae codd. legitur, memorat Musa p. 1138. 1139. Ceterum locos plurimos Philothei et quidem graece, et permultos ex commentariis, Oribasio adscriptis, edidit.

*Pauli Grifignani* (medici Salernitani) in aph. Hipp. expositio. Salern. 1544. fol. *Lind.*

*Hippocratis Coi* — aphorism. sect. VII. e graeco in lat. sermonem conuersae et comm. illustratae — per *Leonhartum Fuchsum*. Basil. 1544. 4.\* Paris. 1545. 8.\* Lugd. 1554. 8. Lugd. 1558. 8.\* Lugd. 1559. 8.\* *Philothei* comm. et Oribasii fere primus post *Ant. Musam Brassauolum* memorat, minus germanas comment. Oribasii origines demonstrat, Galenum vtpurimum sequutus, quem simul explicat.

*Hipp.* aphorismorum genuina lectio et fidelis interpretatio, studio *I. Morisoti*. Basil. 1547. 8. *Gunz.*

*Bassiani Landi* in aph. Hipp. dictata ann. 1551. exstant in bibl. Vindob. Lambec. II. cap. 8. pag. 837.

*Hippocr. Coi* aphorismi comm. *Forefsi* illustrati. Francof. 1551. 8. 1554. 8.\* — *Io. Brecheus* in aph. Hipp. Paris. 1552.

*Hipp. aph.* gr. lat. cum Guil. Plantii interpretat. et Io. Lygaei paraphrasi. Paris. 1551. 16. *Lind.* Lugd. 1555. 12.\* 1573. 12.\* Geneu. 1580. 16. *Burm. Falc.* et cum comm. Io. Marinelli.



Venet. 1582. 12.\* Lugd. 1582. 16. *Lind.* Geneu. 1590. 8. *Lind.* sine loco 1595. 12.\* Aph. simul in appendice in ordinem secundum materias digesti.

*Io. Bapt. Montanus* in aph. Venet. 1553. 8.\*

*Io. Myrica* paraphr. in Hipp. aph. Basil. 1556. 8. *Lind.* — *Benedicti Victorii* comm. ad Hippocr. aph. Venet. 1556. 4.\* — *Fr. Valleſii* in aph. Hipp. Complut. 1561. 8. Colon. 1589. fol.\* — *Nic. Hautpas* aph. Hippocr. enarrat. illustrati Duaci 1563. 4. — *Cph. a Vega* comm. in libr. aph. Hipp. Antiguerae, 1563. 8.† Lugd. 1568. 8. Lugd. 1570. 8.\* In Operib. Lugd. 1576. fol. 1586. fol. 1626. fol.

*Hier. Cardani* comm. in VII. libr. aph. Basil. 1564. fol.\* Patau. 1653. 4.† Et in Operib. tom. VIII. Galenum, Leoniceum, valde taxat.

*Iuuenalis Leueronii* in Hipp. aph. lucubrat. Montis regii 1565. 4. *Lind.*

*Hippocratis aphorismi* ex noua *Claudii Campensii* interpretatione. Lugd. 1579. 8.\*

*Jacob. Hollerii* in Hipp. aphorism. cum schol. ex Dureto sumtis auxit Io. Liebaut. Paris. 1579. 8. 1582. 8.\* Geneu. 1583. 8.† 1596. 8.\* 1597. 8.\* Lips. 1597. 8.\* Francof. 1597. 8.\* 1644. 8. *Gunz.* 1646. *Falc.* 1652. 8. *Raſt.* Geneu. 1675. 8.\* Codex exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMCCCXXXVIII. Montfauc. II. pag. 761.

*Saluii Selani* comm. in aph. Hipp. Venet. 1579. 4. 1583. 4. *Lind.* Eiusd. apologia ad Io. Altimarum, quod ea, quae dixit in Altimarum in comm. aphorismor. sint verissima. Venet. 1584. 4. *Gunz.*

*Hipp.* aph. *Nic. Leoniceo* interpr. *Io. Marinelli* in eosdem comm. Venet. 1583. 12.\* 1593. 12.\* Idem sunt, quos sub Guil. Plantio mox memorauimus, qui et seorsim prodie-  
re. — *Io. Zecchi* in aph. Hipp. Bonon. 1586. 4. *Hotton.* *Gunz.*

*Dan. Laphangini* in Hipp. aph. dialogus. Venet. 1586. 4. *Lind.* — *Io. Viſcher* aph. Hipp. breuis enarratio. Tubing. 1591. 4.\* — Eiusd. aphorismi ex Hipp. Tubing. 1569. — *Rod. a Fonseca* in VII. libr. aph. Hipp. comment. in singulos aph. adnotat. Venet. 1595. 4.\* 1608. 4. 1621. 4. *Rich.* 1628. 4. *Hotton.* Patau. 1708. 4. — *Annib. Bufali* aphorismor. ero-  
metaphrasis. Messan. 1605. 8. *Mongitor.* — *Pauli Offredi* comm. in aph. Hipp. Geneu. 1606. 12.\* — *Constantini Lucae* exposit. in Hipp. aph. Ticin. 1607. 4. *bibl. Bodl.* 1608. 4. *Gunz.*

*Hippocratis Coi* aphorismi gr. et lat. breui enarrat. fidaque interpretat. illustrati cum hi-  
stor. obseruat. et remed. select. a *Io. Heurnio.* L. B. 1601. 12.\* 1607. 12. 1609. 12.\* 1609. 4.\*  
(in operib.) Lugd. 1615. 8.\* L. B. 1623. 12.\* Londin. 1623. 12. Ienae, 1677. 12. 1690. 12.\*  
Rudolstadt. 1656. 12.\* Amst. 1688. 12.† L. B. 1690. 12.\*

*P. A. Canonherii* in VII. aph. Hippocratis libros commentarii. Antwerp. 1607. 4. 1618.  
4.\* III. vol. — *Petr. Andr. Canonherii* in VII. sect. aphorism. interpretationes. Antwerp.  
1617. 4. *Lind.* 1618. 4.\* — *Iac. Fontani* comm. in omnes aphorism. Hipp. Paris. 1608. 12.\*  
(Geneu.) 1613. 4.\*

*Eman. Stupani* comm. in aph. Hipp. Basil. 1615. 8.\*

Aphorismor. Hipp. explanatio auctore *Matthia Naldio.* Rom. 1617. 4. *Falc.* 1657. 4.\*

*Hier. Mercurialis* in omnes Hipp. aph. praelect. Patauinae a Maximiliano Mercuriali,  
H. F.



H. F. publicatae c. Pancratii Marcelli notis marginalib. Bonon. 1619. fol. *Lind.* Lugd. 1621. 4. *Gunz.* Foroliu. 1625. fol. *Lind.* Lugd. 1631. 4. *Hotton.*

*Hipp. aph. Nic. Leonicensi* interpr. c. not. *Io. Manelphi.* Rom. 1623. 16. *Burm.* Venet. 1647. 12. \* — *Hippocratis aphorismi Nic. Fontani,* acc. tractatus de extractione foetus mortui. Amst. 1633. 12. \* — *Hipp. aph. gr. et lat. breuiter et neruose enodati a Tobia Knobloch.* Norimb. 1641. 8. \* Aphorismos alio, quam solito, ordine digessit.

*Petr. Castellus* in aph. Hipp. Macerat. 1648. 4. *Hotton.*

*Georg. Morales* comm. in Hipp. aph. Venet. 1648. 4. † Eiusd. ars parua, s. aph. Hipp. resoluti. Venet. 1653. 12. *Gunz.*

*Guidi Antonii Albanesi* aph. Hippocr. expositio peripatetica. Patau. 1649. 4. \* In sect. aphor. I. et II. tantum.

*Paul. Cigalini* lect. in Hipp. aphorism. Nouicomî, 1653. fol. *Smith.* — *Hipp. aphorism. illustrati opera I. Cunr. Dieterici.* Giess. 1655. 4. 1656. 4. bis \* Vlm. 1661. 4. \* 1665. 4. *Lind.* Slesuic. 1661. 4. \* Paraphrasis fufissima, ab auctore, linguae graecae professore.

*Leu. Fischer* genuina aph. resolutio. Halberst. 1656. fol. 1680. 8. *Lind.* — *Car. Valesii* de Bourgdieu in aph. Hipp. Rom. 1659. fol. *Hotton.* — *Mich. Rucker* comm. in Hipp. aph. edit. G. H. Welsch. Vlm. 1676. 4. cum hoc editus est.

*Petr. Guichard* comm. in Hipp. aph. Vlm. 1676. 4. — *Paul de Sorbait* comm. et controuersiae in omnes libr. aph. Hipp. Vienn. 1680. 4. \* Opus spissum 1039. pagg. mere practicum.

[In Hippocratis Aphorismos omnes perbreues Commentarii — *Anselmo Latioso* Medico Viterb. auctore. Viterbii, 1667. 8. — In Hippocratis Aphorismos ad Chirurgiam spectantes commentaria a *Bernardino Genga de Mandulpho* — denuo impressa. Bonon. 1727. 8. Memorat *Paitoni. Beck.*]

*Fr. Dominici Barisani* magnus Hipp. medico-moralis ad vtramque corporum atque animarum salutem per genuinam eorum expositionem accommodatus. *Aug. Taurin.* 1682. 4. *Gunz.* — *Luc. Tozzi* in Hipp. aph. commentaria in duas partes distributa. Neap. 1693. 4. *Gunz.* et in Operibus. Neap. 1704. 4. IV. voll. — *Fr. Schraderi* theses medicae ex illius praelect. publicis in aph. Hipp. sectiones VII. annotatae. Helmstad. 1693. 1694. 1695. 4. *Gunz.*

*Hipp. aphorismi* cum commentariolo auct. *Mart. Lister.* Lond. 1702. 8. 1703. 12. † Tubing. 1730. 12. \* 1744. 12. \* Edit. Tubing. *Io. Planchetii* synopsis aph. Hipp. per locos communes digestorum addita est. Commentarius Listeri plane ad medicinam facit.

Noua et vetus aphorism. Hipp. interpretatio a *Io. Fr. Leone ab Erlsfeldt.* Francof. et Lips. 1711. 4. \* Spissum opus et mere medicum 1180. paginatum.

*Hipp. aph.* ad mentem ipsius artis vsum et corporis mechanismi rationem expositi. tom. I. et II. Paris. 1724. 8. \* Recus. sub veri auctoris, *Io. Hecquet,* nomine, Neap. 1731. 4. \*

*Io. Ier. Fick* aph. Hipp. notis illustrati. Ien. 1729. \* argumenti mere medici. — *M. de Pinedo* comm. in aph. Hippocr. Amst. 1735. 8. \*

Medicina Hippocratica exponens aph. Hippocratis auctore *Io. de Gorter.* Lib. I—VII. Amst. 1739 — 1742. 4. \* Sect. I—III. explicationes discipuli auctoris in disputationibus publicis



cis defenderunt. Reliquarum sectionum enarrationem Gorterus addidit. Commentarii sunt argumenti mere medici.

*Hipp. aphor. et prasagia* ex recognit. et cum not. *Andr. Pafas.* Bergomi, 1750. 1762. 12. \*

*Hippocr. aph.* notationibus variorum illustrati. Digessit et indices addidit *I. Ch. Rieger.* Hagae Com. 1767. \*8. II. voll. Eadem plane editio, fronte duntaxat libri mutata, prodiit. Lugd. Bat. 1778. 8. II. voll. vid. biblioth. Pinelli. tom. I. p. 288. Vix ipse iudicare potens et Graecorum parum gnarus ex commentariis aliorum collegit, quae optima ipsi videbantur. Vtilis editio ob loca Hippocr. parallela diligenter notata et Celsi.

*Io. Vigier* aphorismes d'Hippocrate rangés et disposés, avec des notes. Lion. 1605. 16. *Rast.* 1620. 12. 1666. 12. *Burm.*

*A. Cabotin* commentaire en vers sur les aphorismes d'Hippocrate. Paris. 1665. 12. *Burm.*

*Lazare Meyssonnier* aphorismes d'Hippocrate traduits en françois, avec un mélange de paraphrase et d'eclaircissement des lieux obscurs et la clef de cette doctrine par le moyen de la circulation du sang. Lyon. 1668. 12. *Burm.*

Aphorismes d'*Hippocrate*, avec des éclaircissements. Lion, 1684. 12. *Houffon.* — Aphorismes d'Hippocrate trad. en François avec des explications physiques et des annotations curieuses. à Paris, 1685. 12. II. voll.

Les aphorismes d'*Hippocrate* avec de nouvelles explications et plusieurs observations de pratique sur les maladies. Paris. 1703. *Burm.*

*Hecqueti* exposit. aph. gallice prodiit Paris. 1727. 12. II. voll.

The aphorismi of *Hippocrates* with explanations and references and the sentences of Celsus, by *Conr. Sprengell.* Lond. 1735. 8.

*Hippocratis* aphorismi cum commentario perpetuo, oder Hippocratis Lehrsätze, — durchgehends mit Anmerkungen über jeden Aphor. erläutert, herausgegeben durch *Ioh. Timm.* Bremen und Leipzig, 1744. 8. \*

*Apologis* des Hippokrates und seiner Grundsätze von *Kurt Sprengel.* Leipzig, 1789. 8. \* Praemissa longa introductione, V. aph. priores sect. medice explicantur.

Excerpta eorum, quae super aphorismos Hipp. scripta sunt. *Burdigalae*, 1524. fol. \*

Cod. quoque exstare dicitur *M. Vincentii Mich. Gil.* Alius codex exstat *Hispanicus Pascalii Franc. Virrey y Mennol.*

Partem tantum aphorismorum interpretati multi sunt. Exstat in biblioth. Reg. Paris. anonymi in XXV. Hipp. priores aph. interpretatio nr. MMMMMMDCCCLVIII. in I. aphor. anonymi expositio nr. MMMMMMMCII. in nonnullos aph. nr. MMCCCXVI. *Matth. Curtii* in II. particulam aph. in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLII. *Arnaldus de Villanova* in aph. I. sect. I. et aph. XXXIV. sect. II. in Operib. saepius editis.

In aph. XXII. sect. I. *Mich. Serveti* comm. c. I. de syrup. Paris. 1537. 8. † Venet. 1545. 8. Paris. 1573. 8.

*Sebast. Austrii* Hipp. aph. pueror. morbos enarrantes. Basil. 1540. 8. †

*Anton. Ludouici* exposit. aliquot in aph. Hippocr. Olyssiponae. 1540. fol. 1543. fol. *Lind.* Quarti



Quarti aph. I. vera lectio et in eumd. Gal. enarratio. *Iusto Velfo* interpr. Basil. 1540. 4.† 1543. 4.†

*Donati a Mutius* in interpretationem Galeni super 14. aphorismos Hipp. dialogus f. l. 1547. 4.\*

*Io. Bapt. Montani* in aph. lib. I. lectiones. Venet. 1553. 8.\* In libr. II. Venet. 1554. 8.\*

*Iani Cornarii* orat. in dictum Hipp. vita brevis, ars longa. Ien. 1557. 12. *Gunz.*

*Oddi de Oddis* interpret. in aphor. primam sect. Patau. 1564. 8. *Lind.* In I. et II. sect. Venet. 1572. 8. Patau. 1589. 4. *Lind.*

*Theophr. Paracelsi* Erklärung über etliche Aphorismen. Cöllen. 1567. 4. Eiusd. explicatio sect. I. aph. quatuor primorum secundae et nouem posteriorum quintae. In Operib. omn. Francof. 1583. 4.

Hippocratis Cui de naturae, temporum anni et aeris irregularium constitutionum propriis hominisque omnium aetatum morbis theoria per *Iac. Curionem*. Francof. 1569. 8.\* Est comm. in III. sectionem aphor. — *Theod. Belleii* in aph. Hipp. comm. I. Panorm. 1571. 4. *Lind.* Patr. Crispi comm. in libr. I. aphor. Rom. 1575. 4. *Lind.*

*Ant. Perez* suma breve de algunas sentencias de Hippocrate. Complut. 1575. Saragoss. 1613. — *Io. Zecchii* in I. sect. aph. acc. Scip. Mercurii scholia. Bonon. 1586. 4.\*

*Marfil. Cagnati* exposit. in aph. Hipp. 24. sect. II. Rom. 1591. 4. Eiusd. in aphor. 22. sect. I. Rom. 1619. 8. *Falc.*

*Fabritii* praelectio de catena aphorismorum I. sectionis. Venet. 4. *Lind.* — *Alphonf. Baroccii* in I. aph. sect. dilucidissimae lectiones. Ferrar. 1593. 4.\* — *Ambrosf. Nonnii* comm. in tres libr. aph. Hipp. Conimbricæ, 1600. fol. *Lind.*

*Hier. Capiuaccii* comm. in sect. I. aph. cum tr. *Capiuaccii* de foetus formatione. Venet. 1601. fol.\* et in opp. omn. Francof. 1603. fol. Venet. 1617. fol.\* etc. — *Iulii Argenterii* in lib. I. et II. aph. comm. in Operib. Francof. 1610. fol.\*

*Cph. Cacheti* controu. in I. aph. sectionem pars I. Tulli, 1612. 8.\*

*Prosp. Martiani* exposit. in Hipp. aph. 22. sect. I. Rom. 1617. 4. *Io. Manelphi* respons. brevis ad annotat. *Prosp. Martiani* in commentat. *Marf. Cagnati*. Rom. 1621. 8. *Gunz.* *Aetii Cleti* defens. interpret. *Marf. Cagnati*. Rom. 1621. 8. *Gunz.* [*Marfilius Cagnatus*, Veronensis in libro: Variarum obseruationum libr. IV. quorum duo posteriores nunc primum accessere — Romae, 1587. 8. passim multa Hippocr. loca emendat, aut explicat, aut vindicat.]

*Antonii Coelii* comm. in lib. I. aph. Hipp. Messan. 1618. 4. *Lind.* — *Hippolyti Obicii* comment. in duos primos aphorismos. Vicent. 1618. 4. *Lind.* — *Sanctorii Sanctorii* Comm. in I. sect. aph. Hipp. Venet. 1629. 4.\*

*Cl. Salmafii* interpretatio Hippocratei aphorismi 79. sect. IV. de calculo. Additae sunt epistolae duae *Io. Beuerouicci*, quibus respondetur. Lugd. Bat. 1640. 8.\* — *Io. Beueruicci* exerc. in Hipp. aph. de calculo. acc. eiusd. argumenti Doctorum epistolae. L. B. 1641. 12.\* — *G. Fr. Laurentii* exerc. in nonnullos minus absolute veros Hipp. aph. Hamb. 1647. 4.\* 1653. 8.\*

Vol. II.

A a a a

Petri



*Petri Castelli* in Hipp. aph. primi libri critica doctrina per puncta et quaestiones. Maccratae, 1648. 4.\* — *Pauli Cigalini* in aph. Hipp. lib. I. et III. lectiones. Nouicomis, 1653. fol.\* — *Gabr. Fontani* aph. Hipp. VII, 15. apologeticon, quo Galenistarum doctrina circa pleuritidem defenditur contra Helmontium. Lugd. 1657. 4. *Lind.*

*Geronimo Pardo* tr. del vino aguado i agua envinada selu el aphorismo 56. de la Section VII. Valladolid. 1661. 4.

*Barthol. Genga* in aphor. Hipp. ad chirurg. spectantes comm. Rom. 1694. 4. [Aliam edit. Rom. 1646. habet Catalogus bibl. Saliceti, Rom. 1789.] Ital. Bonon. 1695. 8.† Hispanice: cirugia de Hippocrates y commentarios sobre sus aphorismos pertenecientes a la cirugia traduce en Castellano A. G. Vazquez. Madrit, 1744. 4.\*

Recherches sur la nature et la guerison des cancrs. Paris. 1700. 12. Explicationem aphor. 38. sect. VI. continent.

Medicinam neque adeo breuem esse, quemadmodum aiebat Thessalus, neque adeo longam, quemadmodum ex Hippocrate fert vulgaris opinio, praelect. *Caroli Fr. Cogrossii*. In Raccolt. di opusc. scientifici e filologici. tom. XIII. Venet. 1736. pag. 67.

*Ios. Sigism. Hierstelii* et *Franc. Passini* viginti septem aphorism. Hippocratis. Oenipont. 1739. 4.\*

[Opus medicum dogmatico-critico-practicum, seu Hippocrates in Aphorismorum libris rediuius. Auct. *Ignatio Nicoloso*, Phil. et Med. Doct. Neap. 1788. 8. Continet dogmaticam expositionem 25. priorum aphorismorum. Vid. Ephem. liter. Gotting. an. 1789. pag. 1688.]

Dissertationes academicae permultas, in Hippocratis aphorismos scriptas, collegit *Hesterus* in museo disputationum. Multarum titulos *Hallerus* dedit in biblioth. med. pract. tom. I. pag. 57 sq. Addam quasdam, quas *Hallerus* non habet, inprimis viri valde Hippocratici, *Iac. Panerat. Brunonis*.

*Scherbii* diss. ad aph. Hipp. sect. I. Altorf. 1588.\*

*L. Feake* diss. in sect. II. aph. Lugd. Bat. 1670.\*

*Lud. Pettenkoneri* aph. XXX. sect. V. resolutio. Arg. 1671. 4.\*

*Iac. Panerat. Bruno* ad II. aph. 52. Altorf. 1686. ad sect. III. aph. 3. ibid. 1687. ad III. aph. 5. ibid. 1698. ad lib. III. aph. V. ibid. 1688. Eiusd. ad lib. III. aph. V. diss. posterior. ibid. 1688. Eiusd. ad sect. III. aph. 6. ibid. 1689. Eiusd. ad sect. III. aph. 12. ibid. 1691. Eiusd. ad sect. III. aph. 13. ibid. 1692. Eiusd. ad sect. III. aph. 14. ibid. 1692. ad aph. eiusd. sect. 15. 16. ibid. 1692. ad aph. 17. ibid. 1693. ad aph. 19. 20. ibid. 1693. 21. ibid. 1694. 22. ibid. 1694. 24. ibid. 1696. 25. ibid. 1696. 27. 28. ibid. 1697. 29. 30. ibid. 1697. In sect. IV. aph. 37. 38. ibid. 1706. 41. 42. ibid. 1707. 46. ibid. 1708. 48. 49. ibid. 1709.

*L. Wagardi* diss. super aph. III. sect. II. Lugd. Bat. 1712. — *I. G. Brendel* de pareisi atrabilaria Hippocr. ad aphor. 40. sect. VII. Gotting. 1752. 4. et in Opusc. part. I. pag. 184.

[Descriptio rheumatismi acuti et dilucidatio ducentorum et quinquaginta aphorismorum Hippocratis, ad rheumatismum tum acutum, tum chronicum; item ad phrenitidem, ad pleuritidem,



pleuritidem, peripneumoniam, pleuropneumoniam et Anginam pertinentium, data a *Ferd. Saalmann, M. D. Münster.* 1789. 4.]

Aphorismis ordo, quum vix multus sit, iis ordinem quendam indere, permulti scriptores sategerunt, non raro quoque ipsum suum systema ipsis aphorismis ingredientes.

Methodus aphorismorum cum Gesneri adnotat. erat apud Casp. Wolph. *Gesner. et Simleri biblioth.*

In *Rustici Placentini* collect. Venet. 1507. 8. aphorismi ad suas aegritudines dispositi sunt.

Compendium eorum, quae super aph. Hippocr. scripta sunt. Bourdeaux, 1524. fol. — Hippocratis aphorismorum et sententiarum libri VII. in eum ordinem, in quem antehac nunquam disposuit quispiam, digesti. Ductu et auspiciis Io. *Agricolae Ammonii* s. loc. 1537. 4.\* — *Bassiani Landi* praef. in aph. Hipp. Patau. 1552. 8.† Cod. est in biblioth. Vindob. Lambec. II. pag. 838.

*Bened. Rustamante Paz* methodus in VII. Hipp. aph. ab Hippocrate observata, qua et meliorem librorum ordinem, et argumēta declarat. Venet. 1550. 4.\* Paris. 1550. 16. *Lind.*

*Barthol. et Petr. Rossini* sententiae omnes et verba in Hipp. aph. ordine alphabetico digesti. Venet. 1555. 8.\*

Aphorismi digesti secundum locos congruentium seriem materiarum cum expositione cuiusque aphorismi ex Galeno supposita et insignioribus sententiis Celsi. Lugd. 1555. 12.\*

Io. *Placotomi* Hipp. aph. in locos communes digesti. Antwerp. 1564. 12. *Lind.* — *Olivarii Popardi* Hipp. aph. ordine meliori latini facti. Rochell. 1580. 16. *Lind.*

*Archilei Carcani* in aph. Hipp. lucubrat. Ticin. 1581. 8.\* ordine methodico. — *Achill. Pirminii Gassari* aphorismorum methodus noua. Tigur. 1584. 8. *Lind.* (Sangalli, 1584. 8.) — *Erkardi Heidenecii* mnemoneutica in aphor. Hipp. tabulis comprehensa. Basil. 1585. 4. *Gunz.* — *Fr. Fogerolaci* methodus in VII. aph. libros Hippocratis. Paris. 1612. 4. Cat. bibl. Lugd. Bat. — *Rudolph. Magister* aph. Hipp. 22. interpretatione ac methodo exornati. Paris. 1613. 12. *Lind.* Idem forte liber est: *Hipp. doctrina, aphorismi, leges, iudicia, cet. auctore Rud. Magistro.* Paris. 1613. 8. *Rast.*

Io. *Lanaei* Hipp. aphor. gr. lat. cum argum. I. I. Lanaei. Paris. 1628. 8. Io. *Gorraei* animaduu. in Io. Lanaei libellum, quo aphorismos Hipp. in nouum ordinem digestit. in Io. Gorraei opusc. quatuor. Paris. 1660. 4.\*

*Honorati Bicaiffii* manuale medicorum, seu συναξίς aphorismorum Hippocratis, praenotionum Coacarum, cet. Aquis Sextiis, 1635. 12.\* Paris. 1639. 12. Lond. 1659. 12.\* Geneu. 1660. 12.\* Ienae, sec. exemplar Londinense. 1712. 8.\*

*Nic. Fontani* aphor. Hipp. methodice dispositi. Amst. 1637. 12. *Riu.*

*S. Al. Marin* aphor. Hippocr. dispositiua methodus segmentis IV. comprehensa. Paris. 1639. 12.

*C. de S. Germain* Hippocr. aphorismor. methodica praxis in IV. partes diuisa. Paris. 1650. 12.



Aphorismi Hippocratis facili methodo digesti cum ipso textu aliisque therapeuticiis — auctore Io. Tillemann. Marpurgi, 1650. 12.\* (sed antiquior quoque exstat editio) Giesæ, 1660. 12.\* Giesæ, 1670. 12.\*

*Marini Curæi de la Chambre* nouae methodi pro explanandis Hippocrate et Galeno specimen. Authoris ratio explanandi aphorisin. Hippocratis. Paris. 1655. 4. *Lind.*

*Bernardin. Langwadel* thesaur. Hippocr. s. aphorismi, in classes et certos titulos dispositi. Hamburg. 1679. 12. — *Coronati* medicina aphoristica, s. aphorismi Hippocratis iuxta institutiones et praxim medicam dispositi. Hamburg. 1681. 8.\* — *Io. Dan. Globitz* aph. omnium in III. sectiones noua digestio. Norimb. 1681. 12.\*

*G. W. Wedel* aphorismi aphorismorum, s. aphorismi, in porismata resoluti. Ienae, 1695. 12.\*

Les aphorismes d'Hippocrate rangés selon l'ordre des parties du corps humain. Paris. 1703. 12. *Burm.*

*Martenai* arrangement des principaux aphorismes d'Hippocrate pour gouverner les malades. Paris. 1719. 8. *Falc.*

*M. Guyot* manuel des médecins, ou recueil d'aphorismes choisis tirés des ouvrages d'Hippocrate et de Celse. à Paris, 1754. 8.\*

Contra aphorismos scripsere *Thessalus*, *Trallianus*, *Lycus*, *Julianus*, quos iam dixi: — *Corn. Agrippa* de Nettersheim de vanit. et incertit. scientiar. — *Leonardus a Capoa*, in Raggionamento. 4. Neap. 1681. 8. — *Aloysius Sinapius* de vanitate, falsitate et incertitudine aphorismorum. Hipp. Geneu. 1697. 8. et in paradoxorum medic. part. III.

*Almeloveenius* in inuentis nou-antiquis Amst. 1684. 8. ostendit Hippocrati plura nota fuisse, quae pro nouis inuentis hodie iactantur.

## XXII. Περί διαίτης ὀξέων.

Hunc librum omnes antiqui pro genuino habuere, *Erotianus* (expos. voc. Hipp. p. 22.), *Galenus* (comm. in hunc libr. passim, inpr. in prooem. Comm. IV. p. 116. tom. XI. Chart. et libr. III. de respirat. diffic. p. 268. tom. VII. comm. I. in prognost. text. 4. p. 388. tom. VIII. Chart.), *Palladius* (comm. in Hipp. de fractur. Foef. sect. VI. pag. 147.) Memorant illum *Plinius* (lib. XVIII. cap. 7.), *Athenaeus* (deipnosoph. II, 7. p. 45. edit. Casaub.) qui multa suspecta in eo et dimidium libri nothum et illegitimum esse scribit. Multa ex eo excerpit *Caelius Aurelianus* (acutor. lib. I. cap. 12. p. 39. et lib. II. cap. 19. p. 123.) quo ultimo loco vniuersam pleuriticorum curam, quam Hippocrates praeceperat, recensuit. Pro genuino etiam habuere hunc librum, vltima parte excepta, de qua mox dicam, *Hier. Mercurialis* (cens. oper. Hipp. p. 16. 17.), *Ludou. Lemsius* (iudic. oper. Hipp. cap. 5. fol. 24.), *Fossius* (in not. ad hunc libr. Oper. sect. IV.), *Hallerus* (art. med. princip. tom. I. p. 258.), *Grunerus* (censur. p. 65.) et *Grimmius* (Hippokr. Werke II. Band p. 518.)

Inscriptio libri apud veteres non vna fuit. *Περὶ τὰς Κνιδίας γνάμιας* titulus libro fuit, quoniam in ipsis libri initiis Hippocrates contra Cnidias sententias scripsit, quo nomine liber hic ab ipso *Galeno* multis locis citatur, v. g. in libro de ratione victus in morbis acutis ex Hippocratis



Hippocratis sententia cap. 4. p. 188. cap. 8. p. 194. tom. XI. Chart. et a *Caelio Aureliano* III. acut. cap. 4. p. 189. III. acut. cap. 8. p. 212. III. chron. cap. 8. p. 485. et IV. cap. 3. p. 521. Idem nomen huic libro dedit *Pollux* in Onomast. f. v. Ὀξύβαφον [X. sect. 87. vbi vid. interpretes,] et *Rufus Ephesus* in libro de partibus corporis humani. Περὶ πτισσάνης titulum ei dederunt *Erotianus*, l. cit. *Plinius*, l. c. *Galenus* in libr. de Hipp. et Platonis decret. IX. 6. p. 261. tom. V. Chart. libr. III. de difficult. respirat. cap. 6. vt alios locos omittam, quos studiose collegit *Lemosius*. Haec nomina libro data esse ob ipsum libri argumentum nomenque datum esse illi περὶ πτισσάνης ob ptisanam, (a §. IV. edit. Lind. tom. II. p. 271.) in eo descriptam, iam *Galenus* notauit in comm. I. in libr. Hipp. de diaet. in acut. text. 17. p. 14. tom. XI. Chart. Alia nomina minus vulgaria, περὶ διαίτης, περὶ ὀξέων νοσημάτων, *Foesius*, l. c. et *Grunerus* l. c. adferunt. Vulgata iam antiquis inscriptio fuit περὶ διαίτης ὀξέων, quam et *Galenus* in commentariis suis retinuit.

Nullum fere veterum fuisse, qui de genuinis huius libri originibus dubitauerit, iam monui: sunt tamen et Galeni de iis variae sententiae. Aliis enim permultis in locis, quorum partem iam citavi, priorem huius libri partem, quam tribus commentariis inruxit, pro maxime germana habet, alio vero loco, quoque satis notabili, quum quaedam absque plurimo ordine in libro dicta inueniret, librum Hippocratis quidem, sed non ab eo editum esse dixit. πολλάκις ἐνενόησα, inquit in comment. II. text. 55. in lib. de diaet. acut. p. 76. tom. XI. Chart. τὸ το βιβλίον (περὶ διαίτης ὀξέων) ἐν τύποις εὑρεθὲν, ἐκδιδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων ἐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ ἔως γεγονέναι. προσγεγραμμένων μὲν ὑπ' αὐτῆς τῆς Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν εὗρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τῆς καθόλου πίσις ἐνίων μὲν ἐπὶ τῆς μετώπης, ἐνίων κατὰ τῆς νώτης· μὴ δυνθέντος δὲ τῆς ἐγγεγραμμένης τὴν οἰκίαν ἐκάστω τάξιν ἀποδέναι. Notat etiam iis, quae ab iis inde locis scripta sunt, vbi balnea Hippocrates describit atque laudat, (a §. 31. tom. II. pag. 294. Lind.) multa esse interiecta, quae forsan ipsi Hippocratis temporibus ne nota quidem adhuc fuerint. Vid. *Galen.* comm. III. ad text. 40. Hipp. de diaet. acut. p. 106. tom. XI. Chart. et sq. Indequē quidam *Lud. Lemosii* forsan exemplo (iudic. oper. Hipp. cap. 5. fol. 24.) inducī sunt, vt partem libri de morbis acutis ad balnea vsque, adeoque ad §. vsque 31. Lind. pro genuina, reliquum vero librum pro spurio haberent.

Sed *Galenus* non omnem hanc partem pro spuria habuit. Et si non negat libro a §. 31. vsque ad §. 34. Linden. interspersa esse quaedam, quae ab Hippocratis temporibus recedant, hanc tamen libri particulam inter genuinas adhuc refert et commentario III. illustrat.

Hanc vero partem a §. 34. Linden. quae etiam in Lindenii editione et in aliis plerisque libris editis inscripta est ἀρχὴ τῶν νόσων, quamque *Galenus* commentario proprio, eoque quarto, illustrauit, ab Hippocrate profectam non esse, *Galenus* probauit, cuius sententiam post eum omnes sequuti sunt. Καὶ γὰρ τῇ τῆς ἐρμηνείας δυνάμει καὶ τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ λείπεται πολὺ τῶν ἐμπροσθεν. *Gal.* in prooem. ad comm. IV. in Hipp. de diaet. acut. p. 116. tom. XI. Chart. Hanc spuriam partem atque Hippocrate indignam ab Hippocrate, forsan non ad publicationem, sed εἰς ἀνάμνησιν scriptam esse, et post Hippocratis mortem demum libro additam, *Galenus* vno loco notat, nempe in comm. II. in Hipp. de diaet. acut. text. 38. p. 63. tom. XI. quod sane facile fieri potuit, veriores vero huius partis spuriae



origines tetigit quidem, non vero penitus persequutus est. Promiserat nempe Hippocrates in ipso de diaeta acutorum libro, et quidem in locis pluribus, se de curatione aliorum etiam morborum acutorum, imo, ut Galenus vult, comm. II. in libr. de diaet. acut. text. 38. p. 63. et comm. III. in libr. de diaet. acut. text. 14. p. 90. et comm. III. text. 38. p. 105. omnium librum peculiarem scripturum, et hic liber quoniam non publice editus est, (Galenus sane temporibus non exstabat) sed in aduersariis Hippocratis mansit ineditus, a discipulo forsan Hippocratis ad congerenda ea, quae in hac spuria parte leguntur, adhibitus est. Indeque optime explicuit Galenus, bona ista non pauca atque Hippocrate digna, quae ipse in hac libri parte se notaturum pollicitus est atque satis probe notauit. Vid. comm. III. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 14. pag. 90.

Sed verior de hac spuria huius libri de diaeta acutorum parte sententia haec est. Exstabat, quod ex Caelio Auraliano II. acutor. cap. 29. p. 142. qui huius rei solus mentionem fecit, *Hippocratis liber regularis*, quem *diaeteticum* vocauit, huncque librum, quum non exstet in libris Hippocratis, qui supersunt, et sane sub hoc titulo non exstat, plane periisse arbitratus est *Almeloueeus* in not. ad hunc loc. Sed non periit: est enim hic liber regularis, siue diaeteticus, notha pars libri de diaeta acutorum, quod manifeste intelligitur ex ipso eo loco, quem Caelius citat. Dicit enim Caelius l. c. *Hippocrates vero libro regulari, quem diaeteticum vocauit peripneumonicae, inquit, remedium aptandum ex cocco atque galbano atque Attico melle, vel abrotono, ex aceto mulso atque pipere admixto et helleboro nigro. Summum, inquit, est etiam panacem in mulso ex aceto confecto decoquere et liquatum dare bibendum.* Locus ipse Hippocratis, quem coram habuit Caelius et satis male latinum fecit, ex hac spuria parte desumptus est: *περὶ πνευμονίης ἐκλεῖκτον, χαλβάνη καὶ κάρκαλος ἐν μέλιτι αἴττικῳ. ἀβρότον. ἐν ὀξύμελιτι, πέπερι, ἑλλέβορος μέλας, ἀποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ περιωδύνῳ ἔοντι δίδε· ἀγάθον δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξύμελιτι ἀναζέσαντα καὶ διηδέοντα δίδοναι πίνειν.* de diaet. in acut. §. 53. p. 312. tom. II. Linden. Ex quibus sane manifeste liquet, hanc spuriam libri de diaeta acutorum partem temporibus forsan ipso Galeno superioribus, (Caelius enim, ut notum est, Soranum latinum fecit,) etiam peculiaris libri titulo exstitisse huncque peculiarem librum atque spurium Hippocratis genuino libro esse adsumum.

Sed si etiam haec vltima huius libri pars minus genuina est, satis tamen antiqua est. *Erasistrati* adeo iam temporibus hanc partem libro de diaeta acutorum additam fuisse, Galenus dicit quidem, sed non probat, in commentar. IV. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 5. p. 120. tom. XI. Non enim contra minus germanam libri huius Hippocratei partem scripsisse videtur Erasistratus librum, quem contra genuinam partem, et Hippocratem ipsum intelligens, contra discipulos Hippocratis, Apollonium et Dexippum vero nominans de febribus primum scripsit, in quo Hippocratem fame atque siti aegros suos febribus acutis decumbentes necuisse scripserat, cum e contrario Thessalus eundem Hippocratem aegros nimia copia alimenti repleuisse scripserit. Vid. Galen. comm. I. in text. 24. libr. Hipp. de diaet. acutor. pag. 22. tom. XI. conf. Comment. III. in eund. libr. pag. 106.

Ceterum hic liber, qui antiquissima eaque nobilissima antiphlogisticae methodi febribus curandis idoneae monumenta continet, non multos habuit inter antiquos, qui in illum commentarentur. Praeter Erasistrati et Themisonis contra eum libros exstabat adhuc Galeni temporibus



poribus τὸ περὶ τῆς κατ' Ἱπποκράτην διαίτης opus, quod medicus quidam Βικτωρ, τῷ ὁμήρῳ ὑπαέχων tradiderat. Textum Hippocratis in hoc libro admodum mutatum fuisse atque mutilatum, Galenus per quaedam exempla probavit in comment. III. in Hippocr. libr. de diaeta acutor. text. 55. pag. 113.

*Codices* MSS. huius libri exstant non pauci. *Græce* in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMCCLIV. cum titulo de prifana MMDXLV. In bibl. D. Marci Veneta hic liber exstat graece, vt in Medicea, plut. LXXIII. et apud Bandini III. p. 144. In bibl. Vindobonens. lib. III. Lambecius VI. pag. 85.

*Latini* forsan codices sunt, qui exstant in bibl. Reg. Sûeciae Vatican. nr. CCCXCVI. et CCCXCVII. Montfauc. I. p. 23. et in bibl. Laurent. Medicea plut. 73. nr. XXIV. Montfauc. I. p. 383. in bibl. Cai. Gonvill. Cantabrig. nr. DCCCCLIX. DCCCCLXII. in bibl. colleg. nou. Oxon. nr. MCXXX. et MCXXXIV. in bibl. C. Merton. nr. DCLXXXIX. in Coll. S. Trinit. Dublin. nr. DII. in bibl. A. Pembrok. nr. MMLV. Latine exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMDCCCLXIX. nr. MMMMMMDCCCLXX. nr. MMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMMXXIX. nr. MMMMMMMXXX. A. MMMMMMMXXXVI. MMMMMMDCCCXLVI. In biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. nr. VII. Montfauc. I. pag. 382.

*Hebraicus* codex versionis factae ex Arab. exstat, teste *Wolf.* in bibl. Hebraic. *Arabicus*: ketab alemradh alharat le Bocrath. Herbelot. pag. 480. Libros tres priores vertit Honain. *Casiri* nr. DCCCLII. nr. IV. pag. 291.

Antiquissimus, quem scimus in hunc librum commentarius *Galen*i est, in quatuor partes diuisus, quarum tribus prioribus enarrantur, quae Galenus pro genuinis in hoc libro; quarto vero, quae pro spuris habuerat.

*Græcus* libri primi commentariorum Galeni in hunc librum codex est in bibl. Vindobonens. Lambec. et de Nessel. part. III. et in Medicea plut. 75. nr. V. Bandin. III. p. 144. Vid. Montfauc. I. p. 387. *Græcus* quoque forte est *Galen*i in Hippocratem de diaeta in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMCXLVII. Montfauc. II. p. 739. at 600. circiter annorum, cum commento Galieni in biblioth. cathed. Metensi nr. CCXXVI. Montfauc. II. pag. 1380.

*Codex latinus* est in bibl. colleg. nou. Oxon. nr. MCXXXIV. et nr. MCXXX. in bibl. Coll. Merton. nr. DCLXXXVII. DCLXXXIX. et in bibl. aul. Pembrok. nr. MMLV. in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXX. — Epitomen commentariorum Galeni dedit Symph. Campegius. Lugd. Latine prodierunt studio *Nicolai Lauachii.* Florent. 1533. 4.\* Paulo Iuliano interprete. Veron. 1542. 8.\* *Io. Vassæo* interprete, cum annotationibus *Io. Molini.* Lugd. 1565. 12.\* — Liber de diaeta acutorum prodiit graece. Paris. 1530. fol. *Haller.*

*Editiones latinae.* In articella, et quidem, quod ex collatione vtriusque libri intelleximus, Thaddeo Florentino vertente. Est potius epitome libri, a *Thaddeo Florentino*, graecarum litterarum summe ignaro Arabista, quam versio.

Ex *Andr. Brentii* versione. Lugd. 1506. 8. cum nonnullis Champerii. — *Guil. Copo* interprete. Paris. 1525. 12.\* et quidem cum libro de natura humana, qui solus in titulo memoratur. Liber de victus ratione in acutis pag. 13. incipit. — Ex recognit. *Fr. Rabelaei,* *Guil.*



*Guil. Copo* interprete. Lugd. 1532. 12.\* cum aliis, quos vid. sub prognostico. — Ex edit. *Pauli Iuliarii*. Veron. 1548. 8. *Gunz.* — In epitomen redegit hunc librum *Symph. Campgius*. Lugd. 1516. 8. Spach. pag. 147.

*Germanice: Hippocrates von der Lebensordnung in hitzigen Krankheiten.* Aus dem Griechischen. Altenburg, 1772. 8.\* Opus, studiosissime elaboratum, cum notis doctiss. in quibus praesertim medicamenta antiqua Hippocratis illustrantur, auctore *Io. Fr. Carol. Grimmio*, Archiatro Gothano, versionis operum Hippocratis Germanicae, postea editae, auctore.

*Commentarii* sunt, praeter Galeni enarrationes, quas iam dixi:

*Commentarii* scriptoris anonymi sunt in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCXLVI. MMMMMMDCCCLXIX. MMMMMMDCCCLXX. MMMMMMDCCCLXXI. *Palladii* in hunc librum scholia Venetiis exstitisse, *Jac. Santalbinus* refert in praef. ad *Palladii* schol. in Hipp. de fract. Foef. sect. VI. pag. 196. Exstitisse apud *Diegum Hurtadum*. Venet. Spach elench. pag. 147.

*Marfilii (de Sancta Sophia)* comm. in Hipp. de regimine acutor. exstat in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMDCCCLX. Montfauc. II. pag. 753.

Excerpta ex Galeni comm. in hunc libr. dedit *Symph. Campgius*, c. al. Lugd. 1508. 8.

*Thaddei Florentini* expositiones in praeclarum regiminis acutorum *Ipoeratis* opus. Prodiit cum aliis, quae supra (in aph.) indicaui. Venet. 1527. fol.\* *Bartholomaeus* Veronensis ad hoc opus auxilium collatum suum praeficit. Continet autem Galeni comment. latine factos cum vberima *Thaddei* expositione. Versionem *Thaddei* in artigella exsare, at quarto libro decurtatam, iam monui.

Gr. et lat. *Io. Vassaeo* interprete. Paris. 1531. fol. *Maittair.* lat. cum Galeni commentariis et Galeni de semine libr. II. Basil. 1533. fol. Cat. bibl. Buñau. tom. I. p. 93. Basil. 1542. 8.\* 1543. 8. *Raft.* 1551. fol. *Houffet.* Lugd. 1565. 12. cum *Io. Martini* adnotat.

*Ant. Musae Brassauoli* in libros de ratione victus in morbis acutis Hippocratis et Galeni commentaria et annotationes. Venet. 1546. fol.\* Post textum, ab *Ant. Musa Brassauolo* latinitate donatum, leguntur *Musae* commentarii. Deinde Galeni commentarius sequitur *Io. Vassaeo* interprete, et denique in hunc commentarium *Ant. Musae Brassauoli* copiosissima enarratio.

*Hieronimi Thriuerii Brachelii* comm. Lugd. apud Beringos. 1552. 8. *Gunz.* et Lugd. apud hered. Iac. Iuntae. 1552. 8. *Gunz.*

*Fr. Vallesii* comm. Aug. Taurin. 1590. 8.\*

*Hier. Mercurialis* comm. in Hippocr. prognost. prorrheth. de victus rat. in acut. et epid. histor. Francof. 1602. fol.\* — *Io. Heurnii* comm. in Hippocr. de victus ratione in morb. acutis libros IV. Edidit post mortem auctoris eius filius *Otto Heurnius*. Lugd. B. 1609. 4.\*

*Lud. Dureti* comm. editi sunt cum libr. de humorib. et comm. in eumd. Paris. 1631. 8.† cura *Petr. Girardet.* Ed. noua est, et accuratissima *I. G. Günzii*: Hippocratis *Coi* de humoribus purgandis liber et de diaeta acutorum libri III. cum comm. integr. *Lud. Dureti.*

Acc.



Acc. constitutio prima libri II. epid. cum eiusd. auctoris interpretat. Petr. Girardetus primum in lucem protulit, recepsit, emendavit, notas — adiecit Iust. Godofr. Günz. Lips. 1744. 8.\*

*Hier. Cardani* comm. exstant in operib. omn. tom. X. Lugd. 1663. fol.\*

### XXIII. Περὶ αἰέρων, ὑδάτων, τόπων.

Hunc librum *Erotianus* titulo *περὶ τόπων καὶ ὡρῶν* in exposit. vocum Hipp. pag. 22. et *περὶ ὡρῶν καὶ τόπων* ibid. f. v. ὁμολίη p. 272. edit. Franz. Galenus vero variis in locis memoravit et in omnibus ad germanos Hippocratis libros ab eoque editos retulit. Diserte vero refert hunc librum ad eos, qui ἐκ ἀλόγως Ἱπποκράτης αὐτῷ πεπίστευται γράμματα εἶναι libr. III. de diff. respirat. cap. 1. p. 268. tom. VII. Chart. Citavit vero hunc librum partim sub vulgato titulo, partim sub aliis, v. g. *περὶ τόπων καὶ αἰέρων καὶ ὑδάτων* (de libr. propr. cap. 6. tom. I. p. 44. Chart.) putarique potius librum inscribendum fuisse *περὶ αἰέρων, ὑδάτων, τόπων εἰκήσεων, ὡρῶν καὶ χωρῶν*. ibid. p. 44. Meminit quoque huius libri *Palladius* titulo: *περὶ αἰέρων, τόπων, ὑδάτων* (Foef. edit. Hipp. sect. VI. pag. 147.) atque *Athenaeus* (deipnosoph. II, 7. p. 46. edit. Casaubon.) omnesque recentiores eum, auctoribus inprimis *Erotiano* atque *Galeno*, pro genuino habent. Nec ipsa dictionis Ionicae et antiquae Atticae gravitas puritasque, qua hic liber prae ceteris eminet, aduersatur, quo minus eum pro vere Hippocrateo, et quidem, quod iam *Hieronymus Mercurialis* autumauerat, (cens. Hippocr. oper. pag. 16.) conscripto atque edito ab Hippocrate, postquam longa peregrinatione perfunctus, certissima experientia insignique iudicio omnia didicerat, habeamus. Vnicum, quod dubitationem quandam movere possit, id est, quod, notante iam Galeno, libr. III. de diff. respirat. cap. 9. p. 284. tom. VI. in aphorismis quaedam occurrant, quae cum dictis in hoc libro plane conveniunt: sed inde ad spurias neque horum locorum, neque ipsius libri totius origines concludere licet.

*Commentarios* in hunc librum scripsit *Galenus*, quod ipse testatur cap. 6. de libr. propriis tom. I. p. 44. sed qui supersunt, exigui sunt, latini tantum et compendium libri, non explicationem, quam magis postulasset, quam alii, continent, ut adeo non plane certum sit, hos commentarios ad ipsum Galenum pertinere. Editi sunt cum ipso *Hippocratis* libro a *Charterio*, in operum Hippocratis et Galeni tom. VI. pag. 187 sq.

*Codices* existunt vix multi. Graeci exstant in bibl. D. Marci Veneta. Montfauc. In biblioth. Reg. Paris. nr. MMXXVI. MMCCCLIV. [Inter codices graecos Nanianos cod. CCXLVIII. qui alia opuscula Hippocratis continet, pag. 441.]

*Latini* in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXVII.

*Arabici* in bibl. Reg. Paris. et ex versione Honain in bibl. Scorial. nr. DCCCLII. [cat. Casiri p. 290.] Vid. *Herbelot*. in biblioth. orient. pag. 480.

*Hippocr.* liber de aere, aquis et loc. graec. Paris. 1536.

Ἱπποκράτης Κῶς περὶ αἰέρων, ὑδάτων, τόπων. περὶ φουσῶν. gr. et lat. Iano Cornario interprete. Basil. 1529. 4.\* Paris. 1542. 4.



*Latine:* Hippocr. de aere, aqua et regionibus, in collect. operum Rhafis. Venet. 1497. fol.\*

*Hippocr.* Coi de aere, aquis, locis liber (latine). Rosloch. 1591. 8.\* — Latine, ex *Ian. Cornarii* vers. cum not. Foessii. Lugd. Bat. 1658. 12.\* — Cum comm. *Adr. Alemanni*. Paris. 1557. 8. *Rast. Askrw.* 1575. 8. *Falc.* — Cum comm. *Hier. Cardani*. Basil. 1570. fol. Et in Oper. tom. VIII. p. 1. — Cum Antonii Pasiendi interpretatione. Brix. 1574. 4. — *Bacii Baldinii* comment. Flor. 1586. 4.\* — *Lazari a Scoto* animadu. et comm. Madrit. 1589. fol. — *Lud. Septalii* in lib. Hippocr. de aere, aquis, locis comm. V. Appositus est Graecus Hippocr. textus, ope antiquorum exemplarium restitutus et emendatus, cum noua eiusdem in latinum versione. Colon. 1590. fol. Cat. bibl. Bunau. I. p. 94. — Francof. 1590. fol. — 1645. fol. — Leid. 1658. fol. — In *Hippocr.* lib. de aere, aquis et locis paraphrasis *Camilii Flavii*. Venet. 1596. 4.\*

Cum comment. Io. Martini. Paris. 1646. 4.\* 1660. 4. *Günz.* — *Baldus Baldus* in Hippocr. text. 23. de aere, aquis et loc. Rom. 1637. 4.\* — *Io. Costaeus* in miscell. II. in locum huius libri commentatus est.

*Gallice* par *I. B. Damascene*. Paris. 1662. 4. et in les oeuvres d'Hippocrate traduites en François (par Mr. *Dacier*). Paris. 1697. 8.\* tom. II. p. 407. — [par *M. Magnan*, Medecin ordinaire du Roi, Docteur. Paris. 1787. 8. Versio facta esse dicitur ad verbum, ideoque saepe sine sensu verborum.]

*Italice* in tom. II. itinerum *Ramusii*.

*Anglice*, cum comment. *Franc. Clifton*. Lond. 1734. 8. cum not. et Thucydidis pestis historia.

#### XXIV. Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων.

Hunc librum vere Hippocrateis accensent *Erotianus*, in exposit. voc. Hippocr. pag. 22. atque *Galenus* comm. in Hipp. de diaet. acut. IV. prooem. p. 117. tom. XI. Chart. Libr. VI. methód. medendi cap. 6. p. 150. tom. X. Chart. et permultis aliis in locis, omnesque, qui iudicium suum de hoc opere post hos viros tulerant, summe germanas origines huic libro adserunt, in quo etiam brevis atque neruosa, non raro obscura, dictio et Ionica dialectus atque theoria vix vlla nos mouent, vt hunc librum pro vero atque authentico habeamus. Spurius tamen quid in vltima eius parte adiectum esse, *Galenus* monet in comm. IV. in Hipp. libr. de diaet. in acut. prooem. p. 117. tom. XI. et in glossar. Vocat vero *Galenus* haec τὰ προσκείμενα τοῖς περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τραυμάτων, in glossario s. v. ἐκλείσθω, σφάνερος.

Libri huius, omnium, quos chirurgia veterum tulit, celeberrimi, pauci codices exstant. Exstat talis in collect. *Nicetae*, in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCCLIV.

*Commentarii* in hunc librum, quos *Galenus*, absoluto de medendi methodo opere, scribere promiserat, libr. VI. de meth. medendi cap. 6. pag. 150. tom. X. Chart. quorumque a scriptorum mentionem facit in comm. II. in III. Epidem. Hipp. pag. 230. tom. IX. Chart. ad nos non peruenerunt. Exstant vero in hunc librum plurimi commentarii, et quidam *Vidii*, in collect. Paris. 1545. fol.† Codex huius versionis exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXI.

Idem



Idem *Vidi* comment. cum Hippocratico opere prodiit gallice a *Franc. le Fevre* versus. Paris. 1555. 8. cum titulo: les trois premiers livres de chirurgie. *Rost.*

*Gabr. Fallopii* posthumus comment. a *Petr. Angelo Agatho* editus. Venet. 1566. 4.\* et in *Fallopii* opusc. tribus. Venet. 1569. 4.\*

*Hippocr.* de capitis vulneribus gr. et lat. ex interpret. et cum commentario *Francisci Ver-tuniani* et cum castigationib. *Scaligeri*. Lutet. in offic. R. Stephani. 1578. 8.\* — *Nic. Vincentii* epist. ad Stephanum Naudinum ad dictata Io. Martini in libr. Hippocr. de vulneribus capitis. Colon. 1578.\* — *Poenalium* in Hippocr. libr. de capit. vulnerib. Lugd. 1579. 8. nominat biblioth. Königsdörferi. Lips. 1790. pag. 13.

*Cl. Porralii* comment. in Hippocr. de vulnerib. capit. ex lect. *Iul. Caes. Arantii*. Lugd. 1579. 8.\* Brevis comment. cum adnotat. marginalib. *Cl. Porral.* Lugd. 1580. 8.

*Andr. Doerer* diss. ἀμφισβήτησις ἰατρικὴ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων ἱπποκράτους. Basil. 1589. 4. *Rin.*

*Hippolyti Parmae* praxis chirurgica, in qua et *Hippocratis* libellus de vulneribus capitis commentariis illustratur. Venet. 1608. 8.\*

Est etiam in *Hippocratis* Coi chirurgia Stephano Manialdo gr. et lat. Paris. 1619. 8. cum emendat. in text. Hippocr.

*Petri Pauii* succenturiatus anatomicus, f. comm. in Hippocr. de vulneribus capitis. Lugd. Bat. 1616. 4.†

*Io. Bapt. Cortesii* tr. de vulneribus capitis. Messan. 1632. 4. cum graeco textu, sed maculoso. — *Iul. Caes. Arantii* in Hippocr. de vulneribus capitis cum *Claudii Porralii* annotationibus. Lugd. Bat. 1639. 12.\*

*Hippocrates* van de wonden in t' hoofd, door *P. Hazardus*. Antwerp. 1595. 8. Amst. 1634. 8.†

Le livre du grand et divin Hippocrate des playes de teste. — traduit du Grec, corrigé et commenté par *M. François Duffaudeau*. a Rouen. 1658. 12.\*

*Hippokrates* von den Kopfwunden. Aus dem Griechischen von *Ch. Gfr. Carl Braune*. Leipzig, 1785. 8.\*

*Bernardini Falcinelli* commentario al libro delle ferite del capo. Fiorenz. 1693. 8.†

## XXV. LIBRI SPVRIL.

### 1. Ἐπιδημιῶν liber II. IV. V. VI. VII.

Septem de morbis popularibus libros omnes memorat inter genuina Hippocratis opera *Erotianus* p. 23. Ipsi quoque Galeno septem morborum popularium libri probe noti erant, sed praeter primum atque tertium omnes pro minus germanis habuit, et alios quidem ex Hippocratis pugillaribus πρὸς ὑπόμνημα et πρὸς μνήμην, non πρὸς ἔκδοσιν, scriptos, ab aliis excerptos atque editos, alios vero manifeste spurios. Quosdam Thessalum pro omnium ho-



rum librorum auctore habuisse Galenus refert, ipse vero quintum et septimum epidemiorum librum Hippocratis, et Thessali adeo doctrina dignos non censet. (vid. loc. principem in II. libr. de diffic. respirat. cap. 8. p. 255. tom. VII. Chart. libr. III. de diffic. respirat. cap. 1. pag. 268.) Sed per singulos transeamus.

In II. epid. libro obscura, breuia, varia, diuersa, a se seiuncta reperiri, quae non ab vno Hippocrate, aut Thessalo, filio eius, profecta sint, iam *Galenus* (comm. II. in II. epid. text. 1. p. 124. tom. IX.) notauit, cui hic liber collectus esse videtur ex aduersariis Hippocratis, in quae diuus senex, quae in eo occurrunt, recordationis causa coniecerat. Collegisse haec ex aduersariis hisce Thessalum, *Galenus* putat in praef. ad comm. I. in VI. epid. p. 354. tom. IX. putasse autem quosdam, Thessalum quaedam quoque ex propriis addidisse, et alios quoque libro quaedam adiecisse, idem *Galenus* l. c. refert.

VI. liber ἐπιδημιῶν, huic secundo valde similis, eodemque modo, quam hic scriptus, eaque continens, quae Hippocrates in commentarios suos coniecerat, uti res viderat, aut per meditationem eruerat, ab alib deinde, quem Thessalum fuisse *Galenus* ex antiquioribus refert (vid. praef. ad Gal. comm. I. in VI. epid. p. 354. et 355. tom. IX.) ex his Hippocratis aduersariis editus, in quo Galeno eodem testante, τὸ τῆς ἐξηγητικῆς εἰδος multum differt ab eo in I. et III. epidemiorum, (Gal. loc. mox citat.) Hippocratem auctorem certe non habet: omnia enim absque ordine dicta sunt, disiectis sententiis, ad semioticen, diaeteticen et physiologiam pertinentibus, iisque fragmentis morborum interspersis, quos Hippocrates forsan ipse obseruauerat. Eaque scribendi modo obscuro, breuissimo, fere peculiari conscripta sunt, ut recte *Galenus* monuit: ἐν τέτῳ τῷ βιβλίῳ μυρίας εἶναι γραφάς. vid. comm. II. in VI. epid. text. 49. pag. 431. tom. IX.

Tandem sententiam de minus genuinis horum librorum originibus inter recentiores tuentur *Foësius*, (in praef. ad Epid. II. sect. VII. pag. 70.) *Hallerus*, in bibl. med. pract. tom. I. pag. 74. *Grunerus*, in cens. libr. Hipp. p. 144 sq. et *Grimmius*, in annot. ad Hipp. libros in libro: Hippokrates Werke Band II. p. 542. Pro genuinis tandem habuit non II. et VI. tantum, sed omnes VI. epidemiorum libros *Sponius* (in praef. ad aph. nouos.) Secundi originis authenticas *Trillerus* in epist. ad *Io. Freind* in opusc. vol. II. pag. 209. tuetur.

Quartus etiam epidemiorum liber non Hippocratis est, saltim ab eo non πρὸς ἔκδοσιν conscriptus; sed, *Foësius* in praef. ad Epid. IV. sect. VII. p. 207. putante, observationes continet, quas factas in peregrinationibus suis, auctor in aduersaria sua coniecerat. *Galenus* eum nec ab Hippocrate, neque adeo a Thessalo compositum, sed recentiorem esse adfirmat libr. III. de diffic. respirat. cap. 1. pag. 268. tom. VII. Chart. subinde tamen in comment. ad VI. Epid. eandem hunc librum cum II. et VI. origines habere, et a Thessalo ex aduersariis Hippocratis excerptum editumque contendit. Sed recentiorem esse Hippocratis temporibus, et his temporibus conscriptum, quibus cynici philosophi florebant, *Hallerus* in bibl. med. pract. tom. I. pag. 77. ex loco ipso huius libri, quo auctor de aegrotante verba fecit πρὸς ὃν Κυνικὸς εἰσήγαγε ipsum, pag. 764. tom. I. Lind. praeclare probat. Oratio libro fere eadem est, quae II. et VI. Omnia absque ordine dicta sunt: multa incerta, non satis elaborata et ex aliis libris Hippocratis repetita.

Quintum



Quintum et VII. morborum popularium librum manifeste et ex omnium paene opinione notum esse, Galenus dicit in praef. ad comm. I. in VI. Epid. p. 354. tom. IX. Quintum tamen *Corn. Celsus*, lib. VIII. de re medic. cap. 4. pag. 432. edit. Targ. *Quintilianus*, III. instit. orator. p. 45. et *Plutarchus* (de profect. in virtutib. p. 82.) pro genuino habent, *Autonomi* in Omilo (p. 778. tom. I. Lind.) historiam, non sine Hippocratis laude maxima, narrantes. *Galenus* eum Hippocrati, Hippocratis Coi nepoti, tribuit. (libr. III. de diff. respirat. cap. 1. pag. 268. tom. VII.) *Hallerus* eum ipso Coe Hippocrate non indignum esse censet in bibl. med. pract. tom. I. pag. 74. Si vero hunc librum cum I. et III. de morbis popularibus conferimus, ex ordine turbato atque neglecto, ex repetitis crebro, quae antehac fuerant dicta, ipsoque vario dicendi genere facile perspicitur, hunc librum ad genuinos, saltem ad elaboratiores Hippocratis non pertinere. Ultimam libri partem ex VII. Epid. conflatam libro huic esse additam, Galenus notat. Vid. Grimm. in not. ad Hippocr. edit. germanic. Band II. pag. 550.

Septimus liber, fere eodem modo, quam quintus, elaboratus, et vnum forsitan cum hoc auctorem habens, quem Galenus spurium esse expresse dixit loco supra cit. et II. de diff. respirat. cap. 7. libr. III. cap. 1. ex *Grimmii* (Band II. pag. 560.) mente medicum ex Cnidia schola auctorem habet, quum quintus ex Coa schola processerit.

Codices libror. de morb. popularibus Graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCLIII. MMCLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. Duo libri in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLIII.

Libros hos de morbis popularibus omnes, cum ipsis genuinis explicuisse videntur interpretes antiqui, quos supra in epid. I. et III. memoravi. Liber epidemicorum erat Narcissi, vid. cod. Brit. nr. DII. In librum II. saltem Galenus Dioscoridis et Heraclidis Tarentini, et in VI. eorumdem enarrationes memorat, quas iam in epid. I. et III. memoravimus. Super sunt nobis adhuc Galeni commentarii in librum II. et VI. et in vtrumque quidem non integri.

Quatuor priores commentarii et sextus in lib. II. Arabice versi exstant in biblioth. Scorialensi *Casiri* nr. DCCC. et DCCCI.

Partem II. in comm. II. epid. nuperrime, cura *I. Sozomeni* prodierit, ex Albertino Hallerus refert, tom. I. pag. 76.

Lib. II. epidemicorum Hippocratis gr. et lat. cum comm. *Anst. Foessi*. Basil. 1560. 8.\* Textum emendatiorem et pulcherrime illustratum exhibuit, quem deinde secundis laboribus edidit cum reliquis Hippocratis operibus.

Sect. I. libr. II. epid. cum interpret. *Lud. Dureti* edidit *Petr. Girardet*, cum libr. de humorib. et de diaet. in acut. Edit. vid. supra sub libr. de diaet. in acut. et infra libr. de humoribus.

*Petr. Iac. Estense* comment. in II. epid. Valent. 1551. fol. — *Hieron. Cardani* comm. in Oper. tom. X. — *Hier. Mercurialis* praelect. Bononienses in hunc libr. Forolin. 1626. fol.

Chr. Gfr. Stenzel Hippocrates fuci non male accusatus, ad loc. in Epid. II. Witteb. 1745. 4.† — *Sigism. Schmiederi* observatio de equo fictili, locum Hipp. libr. IV. epid. corruptum



ruptum pristinae sanitati restituens. in misc. Lips. tom. IV. p. 107. — C. Guil. Frid. Struuii locus Hippocr. epid. V. ἐσπνοον καὶ ἐκπνοον ὅλον τὸ σῶμα. Nordhus. 1760. 8.\*

Librum VI. epid. graece edidit Leon. Fuchsius, titulo: Hippocratis epidemiorum liber sextus iam recens latinitate donatus Leonardo Fuchso interprete. Addita est luculenta eius libri expositio. — Haganoae, 1532. 4.\* Basil. 1537. fol.\* quae editio est auctior. Textus est Asulani. Versio Fuchsi, cum commentario studiosissime elaborato. Graece prodiit liber VI. cum aphorism. Francof. 1545. 12.

Latine, ex interpretat. Leonh. Fuchsi, et ex alia veteri translatione, studio Io. Agricolae Ammonii cum aphorism. 1537. 4.\* Ex interpr. Leon. Fuchsi, in Hippocr. libr. I. et III. epid. cum comm. Galeni, Herm. Cruserio interprete. Venet. 1538. 12.\*

Multos antiquorum, et fere omnes, quos in Epid. I. et III. enarraui, in hunc librum fecisse commentarios, iam monui.

Exstant adhuc Galeni commentarii sex in hunc librum, sed non in integrum; pars enim earum periit. Exstant graece scripti in biblioth. D. Marci Veneta.

Arabice in biblioth. Scorial. Casiri nr. DCCCI. Decem sunt commentarii.

Galenii in VI. epid. comm. cum eiusdem comm. in I. et III. epid. Io. Vassaeo interprete prodiit Lugd. 1550. 12.\* Prodiierunt etiam Galeni in hunc libr. VI. comm. sex, itemque VII. et VIII. cum commentariis III. in libr. de humoribus interprete Io. Bapt. Rasario. Venet. 1562. 8.\*

Palladii commentariorum in hunc librum cod. MS. prostat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCXCV. sed nuperus. vid. Montfauc. II. p. 739. Alius exstat in bibl. Medicea, plut. 75. nr. XXI. XXII. quorum prior fragmenta tantum continet, alter plenior Montfaucono I. p. 389. dicitur. Bandini III. p. 174. Venetiis in bibl. Laphilei haec scholia graece exstitisse, docet Iac. Santalbinus in praefat. ad Pallad. schol. in Hipp. de artic. libr. Foef. sect. VI. pag. 196. Palladii scholia Hippocratis sextae epidemiae exstant in bibl. Scorial. Montfauc. I. pag. 622. Edita sunt a P. Iunio Crasso. Basil. 1581. 4.\* latine. Particulam huius commentarii edidit gr. et lat. Charterius in Hippocr. et Galeni operibus.

Io. Alexandrini comm. in VI. epid. cum ipso textu lat. Lugd. 1527. 4.\* Corruptos vocat Leon. Fuchsius in comm. ad hunc librum, quos iam dixi.

Explication d'un passage des epidemies d'Hippocrate par Mr. Goulin. Paris. 1783. 8. Locum explicat, quem quoque Trillerus explicuit de scortatione, dysenteriae remedio, Epid. libr. VII. [Explication d'un passage des Epidemies d'Hippocrate, lequel donne occasion d'en corriger un d'Artemidore mal interpreté par Suidas; dans le notes on retablit un endroit alteré de Galien. par M. Jean Goulin, agrégé au college royal des Medecins de Nancy etc. Paris chez Hardouin. 1783. 8. conf. Journal encyclopédique à Bouillon. 1783. tom. VI. part. II.]

Io. Wilh. Albrecht progr. de loco Hippocr. male explicato epid. VI. 5. Gott. 1735. 4.\*

[Chr. Gottfr. Stenzel Defensio Hippocratis (Morb. Epid. Lib. VI. Sect. 5. Aph. 12.) fuci non mali male accusati. Viteb. 1745. 4. Bibl. Platn. Beck.]

In omnes libros epidemion commentarios scripsit Fr. Vallesius, quos supra, in epid. I. et III. enarraui, quos vide.



II. *Κῶδικαι προγνώσεις.*

Defunt huic libro testimonia tam antiqua, quam recentiora. *Erotianus* eius non meminit. *Galenus* eum inter spurios reposuit comm. II. in epid. II. text. 3. p. 126. et comm. III. text. 7. pag. 158. 160. nec non comm. I. in III. epid. text. 4. pag. 201. tom. IX. Chart. omnesque, qui de Hippocratis libris iudicarunt, eum pro spurio habuerunt, solo Dureto excepto, qui hunc librum pro summe germano Hippocratis habuit et saltim ab vno ex Hippocratis discipulis scriptum esse putavit in comment. in Coacar. prognos. nr. I. Et sane ipsum huius libri argumentum germanis eius originibus repugnat. Propositiones continet de morborum signis et euentibus 649. Multa in eo leguntur incerta, non plane vera, minus probata, et quidem dicendi genere obscuro, obsoleto, minus, aut anxie coherente. Et in his omnibus hic liber aphorismis admodum dissimilis est. Ante Hippocratis tempora hunc librum iam exstitisse, cum prorrheticorum primo libro in Aesculapii templo adseruatum, quam propriis libris Hippocrates emendauerit, *Grimmius* Band II. pag. 568. suspicatur.

*Codices Graeci* sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCLIV. MMDXLV. et in biblioth. D. Marci Venet. In Medicea. Bandini III. pag. 45.

*Graeca* editio non exstat. Latine vertente M. Fabio Caluo. 1527. 12.

Gr. et lat. Paris. apud Morelium. 1557. 12.\* cum aliis, quos vid. sub prognostico. — gr. et lat. cura Io. Obfopoei, cum aliis. Francof. 1587. 12.\* — gr. et lat. cum vers. *Forssii* et notis Io. Ionsloni. Amst. apud Elzeu. 1660. 12.\* — gr. et lat. in Hippocr. opusc. aphoristicis. Basil. 1748. 8.\* — gr. et lat. ex interpretatione *Iacobi Hollerii*, nunc primum editi a *Desiderio Iacotio*, et huius commentariorum libri XIII. Lugd. 1576. fol.\* Notae fusissimae in vsum praesertim medicum sunt Iacotii, qui a Dureto, quem Monspeli ann. 1570. audiuerat, omnia habuit, quod Droetus in propria epistola testatur.

*Hippocratis Magni Coacae* praenotiones interprete et enarratore *Ludouico Dureto*. Paris. 1588. fol.\* 1616. fol. 1621. fol.\* 1658. fol.\* Arg. 1633. 8. *Lind.* Geneu. 1665. fol.\* Curante Adr. Peleryn Chrouet. Lugd. Bat. 1737. fol. vid. biblioth. Maph. Pinelli tom. I. p. 288. et Lugd. 1784. fol.\* Textus subinde ex codd. MSS. emendatus. Versio paraphrasica. Commentarii practici.

*Iulii Milli* naturae motus decernentis arcanum opus. Venet. 1654. 4.† De crisiibus, ad Coac. libr. I. et II.

*Magni Hippocratis Coaca praefugia* breui enarratione illustrata, decerpta a Galeno, Hollerio, Dureto, Foefio, Iacotio, et aliis non inferioris notae viris. In formam encheiridii ad vsum faciliorem composita auctore *Lud. Ferrant.* Lutet. Paris. 1657. 12.\*

*Honorati Bitaisse* promptuarium Hippocr. aphorismorum, praedict. et Coacarum secundum morborum nomenclaturam sub aphorismis dixi.

*Io. Gfr. Brendel* commentarioli practici in Coacas Hippocratis praenotiones pensum I. II. III. Gott. 1752. 4.\* Et in opusc. part. I. pag. 171.



## III. Περὶ χυμῶν.

Inter vere Hippocrateos hunc librum referunt *Erotianus* (p. 22. et 378. edit. Franz.), *Paladius* (in comm. in libr. Hippocr. de fractur. sect. VI. pag. 147. Foef.) atque *Galenus*, comm. III. in VI. epid. text. 44. p. 472. et comm. IV. pag. 475. tom. IX. Chart. qui etiam in hunc librum commentatus est; qui tamen commentarius tantum latinus prostat, et quidem ex *Hier. Mercurialis* (censur. Hipp. Oper. p. 25. 26.) mente spurcius, ut adeo pro magis genuino is habendus sit, quem cum ipso libro *Io. Vigoreus* edidit, quemque mox nominabimus. Sed priscorum interpretum de hoc libro maxima fuit dissensio. *Zeuxis* et *Heraclides* eum a veris Hippocratis libris omnino reiiciendum putarunt. *Glaucias* et alii antiqui ad Hippocratem quidem retulerunt, sed non ad Comm. Alii Democritum auctorem fuisse putarunt. vid. *Mezagium* ad *Diog. Laert.* IX. 46. Quae in hoc libro leguntur, ad summam breuitatem redacta, *Dioscorides* et *Artemidorus Capito* Hippocrati Coo adscripserunt, quae magis explicita oratione dicta sunt, ab alio esse interiecta putarunt. Alii *Thessalo*, Hippocratis filio, alii *Polybo*, genero eiusdem, hunc librum adscribunt. Esse hunc librum ex iis, quos quidem Hippocrates confecerit, quibus vero plurima ab aliis, et quidem antiquissimis temporibus adiecta fuerint, Galeni vera mens est, qui etiam plurimas has interpolationes in commentariis suis diligenter notauit. Habent quidem et hunc librum pro genuino *Foësius* atque *Hallerus*, qui sane bonitatis notas non paucas habet, et vtilissima multa continet; sed dicendi genere, quod coactam breuitatem redolet, obscuroque prolata, ut facile conicias, hunc librum ab alio quodam ad exemplum Hippocrateorum esse compositum, et quidem ex aliis genuinis Hippocratis libris, ex libris genuinis epidemion, prognostico, aphorismis atque de aere, aquis et locis libro excerptum: plurima enim, quae in his libris leguntur, in hoc, et quidem fere absque ullo ordine, repetuntur.

Codices exstant graeci in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCLIII. MMCLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci Venet. In bibl. S. Antonii Venet. In Medicea, Bandini III. pag. 72. Arabice, *ketab alakhlat le Bocrath*. *Herbelot*. pag. 478. — Γαλήνης εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτης exstat gr. in biblioth. C. de Montchal in Reg. Paris. cod. CXX. Montfaucon. II. pag. 902. Alius, sed recens et anno 1560. scriptus, exstat in biblioth. Coisliniana, nr. CLXIII. Montfaucon in biblioth. Coislin. part. I. pag. 222.

Prodiit graece. Paris. 1555. 4.†

Ἱπποκράτης περὶ χυμῶν. *Hippocratis* Coi liber de humoribus. Galeni in eundem librum commentarius graecus nunc primum in lucem editus idque cum latina *N. Vigorei*, Melodunensis, D. medici interpretatione. Lutet. 1555. 4.\* Graecus Galeni commentarius brevissimus, qui hic legitur, non respondet commentario latino fustissimo in hunc librum, qui Galeno adscribitur. Et videtur hic quidem commentarius is esse, de quo Galenus saepius, imprimis in comment. II. in III. epid. text. 1. pag. 230. tom. IX. quemque διὰ ταχέων ἐν ἡμέραις ὀλίγαις scripsisse dicit. — Galeni in Hippocr. libr. de humoribus commentarii III. eiusd. sex reliqui commentarii in sextum de morbis vulgaribus librum itemque VII. et VIII. lat. donatus *Io. Bapt. Rasario* interprete. Venet. 1562. 8.\* — *Alexandri Piccolomini* comm. in hunc libr. prodiit Paris. 1556. 4.

*Galenus*



*Galenus* in Hippocr. librum de humoribus commentarii III. Eiusdem reliquum sexti commentarii in Vitum de vulgaribus morbis itemque VII. et VIII. *Io. Bapt. Rasorio* interprete. Venet. 1562. 8. *Günz.*

*Hippocratis de humoribus liber, de diaeta acutorum libri III.* cum comment. *Lud. Dureti* emendavit et in ordinem distribuit *Petr. Girardetus*. Paris. 1631. 8.\* — Iterum recensuit, emendavit, paraphrasin, notas, praefationem et indicem novum adiecit *Iustus Godofr. Günz.* Lips. 1745. 8.\*

*Latine*, vertente *Fab. Caluo.* 1527. 12.

*Latine*, vertente *Io. B. Razario*, cum comment. *Galenus*. Venet. 1562. 8. *bibl. Tigurin.* et *Caesar.* August. 1567. 4.

iv. Περὶ κριολων.

Hic liber, ad Hippocratei styli imitationem conscriptus, excerpta continet ex genuinis Hippocratis operibus ad semioticea spectantibus, eiusque quum inter genuina Hippocratis opera non meminerint *Erotianus* atque *Galenus*, facile liquet, eum ex aliis Hippocratis operibus, et quidem absque ullo ordinis studio, esse confarcinatum. Mutilum opus in plerisque locis videri *Grimmii* (Band II. pag. 578.) sententia est. Codex exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCCLIV.

Prodiit gr. et lat. cum aliis semioticeis Hippocr. studio *Zwingeri*. Basil. 1748. 8. — [Adversus Hieronymum Fracastorium Hippocrates et Galenus defenduntur ab *Andrea Thurino* de causis dierum criticorum. Bonon. 1543. 4. *Fabric.*]

v. Περὶ κρισμῶν.

Non memoratus ab *Erotiano* atque *Galesio*, aphoristico dicendi genere excerpta ex tertio libro de morbis et ex libro de internis adfectionibus continet, adeoque spurius est.

Codices exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCCLIV. MMDXLV. In bibl. Medicea Bandini III. p. 44. [et inter Codices gr. MSS. Nanianos, cod. CCXLVIII. pag. 441.]

Exstat gr. et lat. in opusc. semiot. *Zwingeri*. Basil. 1748. 8.

vi. Κατ' ἰντροειον.

Libros nunc chirurgicos reliquos Hippocrateos recensere, in quibus non pauci sunt, qui post veterum tempora pro spuris demum haberi coeperunt.

Ad hos pertinet hic *de officina medici* liber. Exstiterunt eius exemplaria vetustissima, et quod innuere videtur *Galenus* (in praef. ad comm. I. in hunc lib. p. 2. tom. XII.) omnia sub Hippocratis Coi nomine. Ipse quoque *Galenus* hunc librum inter genuinos habuisse videtur, etsi vno loco non neget, dubitasse quosdam, num Hippocratis, aut Thessali sit, (comm. I. in lib. de offic. medici text. V. p. 14. tom. XII.) alioque loco (comm. I. in lib. de fracturis text. I. p. 153. tom. XII.) quosdam eum Hippocrati Gnosidici filio tribuisse referat. Quid?

Vol. II.

C c c c

quod



quod ipse *Galenus* hunc librum neque ab Hippocrate, neque a filiis eius *πρὸς ἔκδοσιν* scriptum, (comm. II. in hunc libr. text. 26. p. 64.) sed post mortem demum Hippocratis esse editum (comm. III. in hunc libr. text. 28. p. 96.) adserit. Eaque causa est, quae *Grimmum*, V. Cl. movit, ut ad spurios hunc librum referret. Band III. pag. 555. Quidam *Palladio*, (comm. in libr. Hipp. de fracturis sect. VI. p. 147. Foef.) auctore eum cum libro de fracturis coniunctum proinde statuerunt. Non autem movere haec reliquos de libris Hippocratis scriptores, ut Hippocratis ingenio, dicendi modo atque dignitate indignum putarent. Solo enim fere Galeno excepto, omnes hunc librum ab ipso Hippocrate, et quidem *πρὸς ἔκδοσιν* compositum esse statuunt. Meminit huius libri inter Hippocrateos *Erotianus*, et iam ante eius tempora *Diocles*, *Philotimus*, *Mantias*, *Heracrides Tarentinus* atque *Asclepiades* enarrationes in hunc librum scripserant, de quibus vid. *Galen.* in comm. I. in hunc libr. text. 5. p. 15. text. 22. p. 33. et comm. II. text. 29. p. 68. ubi exemplum enarrationis ab *Asclepiade* compositae quoque dedit.

*Codices* MSS. exstant in bibl. Reg. Paris. graeci nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCCCLXXXVII. MMDXLV. et in codice Mediceo, de quo *Cocchius* egit, a *Niceta* collecto. Vid. *Bandini* III. pag. 44.

*Arabice*, ketab algenak le Bokrath. *Herbelot.* pag. 482.

*Gallice* prodiit titulo: le médecin chirurgien d'Hippocrate le grand. Paris. 1560. 16.

*Galenus* in hunc librum exstant commentarii III. quos iam citavi. Conuertit eos *Io. Bernardus Felicianus* et *Vidus Vidius*, in chirurg. scriptorib. antiquis. Paris. 1544. fol. \*

#### VII. Περὶ ἀγμῶν.

Retulerunt et hunc librum veterum fere omnes inter genuinos. *Erotianus* inter vere Hippocrateos nominat. *Palladius*, quod ad genuinas origines adinet, prognostico, aphorismis atque aliis summe genuinis Hippocratis libris non cedere contendit (comm. in hunc libr. prooem. sect. VI. p. 147. Foef.). *Galenus* generatim hunc librum Hippocratis esse non dubitat, imo maxime genuinum dicit in comm. II. in III. epid. p. 246. tom. IX. eosque stupidos vocat, qui doctrinam absolutissimam Hippocratis in eo non respiciant; libr. VI. de meth. medendi cap. 5. pag. 144. tom. X. attamen de originibus eius varie sentit. Non separatim hunc librum praeiis temporibus ex quorundam sententia a libro de articulis fuisse refert; sed librum de articulis libro de fracturis adhaesisse, communemque habuisse titulum: κατ' ἑρπεῖον, librum hinc qui hoc titulo inter Hippocratis opera prostat, non Hippocratis Coi, sed Hippocratis, Gnosidici filii, esse. Hinc etiam in libro de fracturis, de luxationibus, et in libro de articulis, de fracturis sermonem esse (vid. comm. I. in hunc libr. text. 1. p. 153. et 154. tom. XII. conf. libr. IX. de Hippocr. et Platonis decretis cap. 5. p. 258. tom. V.) *Hippocratem*, Gnosidici filium, huius libri auctorem habitum fuisse a quibusdam, *Galenus* in comm. I. in libr. de diet. acut. text. 17. p. 15. tom. XI. diferte refert. Recentiorum omnes hunc librum pro genuino habent, solo *Grimmio*, V. Cl. excepto, qui eum mox post Hippocratis tempora, adeoque non ab auo Hippocratis, Gnosidici filio, conscriptum esse autumat. Bonus ceterum ordo, grauitas breuitasque in dicendo et Ionica dialectus, quibus hic liber et liber de officina medici conscriptus est, hunc librum Hippocrate Coi saltem non indignum reddunt.

*Codex*



*Codex* libri exstat in collect. Nicetae, æt in bibl. Reg. Paris. nr. MMDXLV.

Antiquos huius libri interpretes exstitisse, ex Galeno perspicitur. Superfunt nobis in hunc librum Galeni commentarii, et quidem copiosissimi, tres, cuius codices graeci exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MDCCCXLIX. et MMMMMMDCCCLXVI. nec non in bibliotheca Medicea. vid. Bandini III. p. 44. Vertit hos commentarios in latinam linguam Io. Bernardus Felicianus et Vidus Vidius in chirurgia, e graeco in latinum versa. Paris. 1544. fol.\*

Exstant quoque in hunc librum de fracturis Palladii, qui post Galeni tempora vixit, scholia. Ea graece et latine edidit cum notis Anutius Foesius (lect. VI. p. 196.) Repetiit hanc editionem Ren. Charterius in Hippocr. et Galeni operib. tom. XII. Versionem latinam confecit Iacobus Santalbinus.

Prodiit hic liber latine cum comm. Andr. Maximini. Rom. 1776. 4. mai.

### VIII. Περὶ ἀρθρώσεων.

In Cod. MS. Vaticano occurrit post librum de natura pueri, sub titulo: περὶ ἀρθρώσεων ἐκβολῆς. Eadem fere, quae de libro de fracturis, veterum de hoc libro sententia est. Memorant eum Celsus libr. VIII. cap. 8. Erotianus, Galenus atque Palladius, omnesque praeter Grunerum (cens. p. 179.) et Grimmium (Band III. p. 565.) ad Hippocratem Comm. referunt. Sed Galenus, etsi saepius hunc librum, seu vere Hippocrateum citat v. g. ad aph. VI. 46. p. 279. et ad aph. VII. 29. p. 305. tom. IX. comm. I. in libr. Hipp. de officin. medici text. I. p. 3. tom. XII. cet. tamen non raro in aestimandis eius originibus ambiguus haeret, quosdamque hunc librum, qui cum libro περὶ ἀγμάτων cohaeserat, Hippocrati, Gnosidici filio, tribuisse, refert. Palladii adeo temporibus libri scripti exstitisse videntur, quibus hi duo libri cohaerebant; is enim in scholiis in libr. de fracturis, expresse dicit, eum a Galeno in septem partes esse diuisum. (sect. VI. p. 198. Foef.) Et sane Galenus librum de fracturis in tres, de articulis vero in quatuor partes, tot in utrumque hunc librum commentarios scribens, diuiserat. Vtrumque hunc librum vnum habuisse auctorem, vix credibile est: vnum idemque argumentum non raro in utroque tractatur, et quidem iisdem paene verbis. Conscriptus esse videtur Grimmio (Band III. pag. 565.) non longe post Hippocratis tempora a viro, in chirurgia plurimum versato.

Codd. libri de fracturis et articulis sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MCCCCXLIV. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCCLIV. MMDXLV. Cum IV. Galeni comment. graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MDCCCXLIX. et nr. MMCCXLVIII. In biblioth. Medicea. Sine comment. in biblioth. Card. Radulphi in Reg. Paris. nr. XVI. Montfauc. II. p. 767. In Medicea. Bandini III. pag. 42.

Prodiit Lugd. Bat. vertente A. Foesio. 1628. 4.

### IX. Μοχλίκος.

Meminit inter Hippocrateos huius libri Erotianus p. 22. 152. et Galenus comm. I. in I. prorrh. text. 4. p. 699. tom. VIII. qui vero eum, quod mutilus sit difficilisque, et ex libro de articulis et de fracturis excerptus (comm. I. in libr. de fract. text. I. pag. 154. tom. XII.) adeoque non ab Hippocrate profectus, illustratione per commentarium indignum indicauit.

C c c c 2

Referunt



Referunt eum etiam ad spurios libros *Hieronymus Mercurialis*, *Eud. Lemosius*, *Hallerus*, *Grunerus*, *Grimmii*. Foësius vero sect. VI. p. 116. in hoc libro, quae Hippocrates fuisse in aliis dixerat, in angustiores fines ab ipso Hippocrate contracta esse adserit. Ordo sane mutilus libri, ex aliis chirurgicis excerpti, cuius adeo prima pars ad librum de ossium natura pertinere videtur, obscura dictio atque ambigua vix permittunt, ut eum pro genuino habeamus. — *Codex* est in collectione Nicetae. — Scorsim edidit graece *F. Morellus*. Paris. 1579. 4. *Maittaire*.

x. Περὶ ἐλακῶν.

Antiqua huic libro Erotiani atque Galeni testimonia non desunt, quem etiam *Hier. Mercurialis*, cens. pag. 18. *Lemosius*, fol. 29. et *Foësius* sect. VI. p. 146. pro genuino habuerunt. Sed ordo valde turbatus medicamentaque plura absurda, acria, varie inter se mixta atque composita, quae in eo occurrunt, huncque librum ultimae parti libri de diaeta in acutis similem reddunt, effecere, ut ab *Hallero* biblioth. chirurg. tom. I. p. 11. *Grunero* cens. p. 177. et *Grimmio* Band III. pag. 583. pro spurio haberetur. *Grunerus* eum medico Cnidio cuidam adscribit. Galenus eum commentariis illustrauerat, qui vero hodie desiderantur.

Codices exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. Nuperus est nr. MMCXLVIII. Alius exstat nr. MMCCCLIV. In Cai. Gonvill. biblioth. Cantabrig. nr. DCCCCXLIX. graecus exstat in biblioth. Vindob. de Nessel, nr. XLVII. part. III. pag. 53. et in Medicea. Bandini III. pag. 42.

*Arabice* versus, titulo: *Ketab albothar*. Herbelot. biblioth. orient. pag. 965.

Exstat gr. et lat. cum comm. in Hippocr. Coi chirurgia a Stephano Manialdo edita. Paris. 1619. 8.\*

Latine in *Vidi Vidi* chirurgia. Paris. 1544. fol.\*

[Gall. cum Comm. Vidi. Lyon, 1555. 8. Par. 1638. 8. item vertente Disfaudeau, Saum. 1612. 12. Mus. Brit.]

Les trois premiers livres de chirurgie pr. *Fr. le Fevre*. Paris. 1555. 8. hunc librum continent.

*Italice*: Libro d' Ipocrate dell' ulcere, con le note pratiche chirurgiche di Gieuseppe Cignolozzi. In Firenze. 1690. 8.

xi. Περὶ συρίγγων.

*Erotianus* pag. 22. hunc librum ad *Σεραπευτικά* Hippocratis refert, et pertinere aut ad ipsum Hippocratem aut ad virum, qui eum ex Hippocratis pingillaribus conflauerit, curatio fistulae ani per linum probat, quae in hoc libro proponitur, quamque, Foësius iam notante, isagoges auctor et Paulus Aegineta Hippocrati acceptam referunt. Sed non ad Hippocratem pertinere, verum potius ad virum alium, Hippocratis doctrina imbutum, turbatum dicendi genus probat; probant quoque medicamenta, valde et mire composita, in eo laudata, inprimis vero theoria, ex libro de morbis repetita, de pituita et bile, morbis origines praebente. De fistulis ani inscripisse hunc librum quosdam, Foësius notat. Continuari eum libello de haemorrhoidibus, manifeste spurio, adeoque ipsum esse spurium, *Galenus* iam notabat in glossar.



far. f. v. *πῆρνα* et *σευβλῆν*, et *Hallerus* notat in biblioth. chirurg. tom. I. pag. II. citatur enim in glossario liber *περὶ συρίγγων καὶ αἰμορροΐδων*, ut *Hallerus* ibid. notat. — Cod. exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCLIV. In Medicea Bandini III. pag. 45.

Exstat in collect. Vidi Vidii et gr. et lat. in collect. *Maniardi*. Paris. 1619. 8.\*

XII. *Περὶ αἰμορροΐδων.*

Omnia in hoc libro cum iam dicto de fistulis conveniunt, ut adeo hic liber pars libri de haemorrhoidibus fuisse utique videatur. Erotianus, Galenus, in glossar. f. v. *πῆρνα*, quos *Foësius* sequitur p. 168. sect. VI. eum pro vere Hippocrateo habent. *Mercurialis*, *Gruner* pag. 166. *Hallerus* l. c. eum pro spurio habent. A Cnidio quodam medico compositum esse, Grunerus atque Grimmus Band III. pag. 595. autumant.

Codicem habet Bandini III. pag. 45.

Exstat gr. et lat. cum comment. in collect. *Maniardi*. Paris. 1619. 8.\* et seorsim graece. Basil. 1540. 8. — Ad libr. chirurgicos omnes pertinet *Matth. Narvatii* sylua sententiarum ad chirurgiam pertinentium ex libr. Hippocr. desumpta. 1632. 8.\*

XIII. *Περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου.*

Nullam mentionem fecere huius libri Erotianus atque Galenus, falsoque putat *Foësius* sect. VI. pag. 194. eum his viris esse subnotatum. Hinc, quum etiam dicendi genere a reliquis libris Hippocratis magnopere recedat, pro spurio habendus est.

Codex exstat gr. in bibl. Vindobonensi, et quidem ex bibliotheca Medicea Florentina, (vid. Bandini III. pag. 44. ubi duo codices memorantur,) descriptus, curante *Io. Sambuco*. vid. de Nessel. Cat. MS. biblioth. Vindobon. part. III. nr. XIV. p. 26. In biblioth. Reg. Paris. exstant nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCLVII. MMDXLV.

XIV. *Περὶ ἀνατομῆς.*

Erotianus atque Galenus de hoc libro silent, quem omnes reliqui, ne *Foësius* quidem excepto, pro spurio habent. Hippocratis esse saltem non negat *Trillerus* (de noua Hippocratis editione adornanda p. 12 sq.) Eodem modo scriptus est, quam IV. sectio libri II. epidem. cum eaque aliquo modo nexus, adeoque et ob hanc causam spurius.

Codices MSS. exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLVI. et MMCLIV.

Graece et latine edidit hunc libr. cum commentario vberissimo *D. W. Trillerus* in commentatione de noua Hippocratis editione adornanda; qua speciminis loco libellum de anatome recensuit, emendavit et commentario medico-critico perpetuo illustravit. Lugd. Batav. 1728. 4.\* et in opusc. vol. II. pag. 238 sq.

*Iust. Godofr. Gunz* progr. quo in libr. Hippocr. de anatome aliqua commentatur. Lips. 1738. 4.\* Non pauca contra *Trillerum* movet, de quibus vide ipsum *Trillerum* Opusc. vol. II. pag. 270.



*Latine*, ex interpretat. *Io. Reuchlini*. Tub. 1512. 4. *Gunz.* — *Latine* edidit hunc librum cum libro de ossibus, cum quo commixtum eum reperit et de glandulis titulo de anatome, *Io. Caius*.

Hippocrate de la composition du corps humain et description de toutes ses parties, c. comm. a *Io. de la Fargue*. a Lyon. 1580. 16. *Du Verdier*. Est forte liber de anatome gallice versus.

xv. *Περὶ παθῶν.*

Erotiano non noti huius libri meminit *Galenus*; sed eum ad eos retulit, qui Hippocratis *δυναμικῶς* non digni sint, eumque ad Polybum retulit in II. comm. in libr. de diaet. acutor. text. 38. p. 63. tom. XI. conf. gloss. f. v. *τελεῖν* tom. II. p. 104. Omnesque qui iudicia de Hippocratis operibus tulerunt, eum sequuti sunt, ita, ut etiam *Albanus Torinus* sub Polybi nomine hunc librum in lucem daret. Sed dignus utique est Hippocrate, siue dictionem, siue argumenti gravitatem respicias, nisi ideo dubites, quod antiquam et scholae Hippocrateae propriam doctrinam de quatuor humoribus iam efformatam exhibeat. *Caelio Aureliano* non notum fuisse, *Halleri* mens est, biblioth. med. pract. tom. I. pag. 73.

*Codices* Graeci exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCCLIV. In biblioth. Vindobonensi Lambec. VI. pag. 85. et de Nessel. part. III. p. 19. nr. IV. — *Latinus* codex interprete *Francisco Philaltheo*. in bibl. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXIII. — Edidit eum sub Polybi nomine *Albanus Torinus*. Basil. 1544. 4. — *Io. Varandaei* commentarii in hunc librum. Lugd. 1658. fol.

xvi. *Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.*

Erotiano non memoratus hic liber a Galeno variis sub titulis, et quidem sub Hippocratis nomine, citatur. Modo enim τὸν μέζονα περὶ παθῶν, (in libr. VI. aph. 27. pag. 263. tom. IX.) modo τὸν δεύτερον περὶ νόσων τὸν μέζονα, modo περὶ ἐμπύων vocat. Consecisse hunc librum medicum ex Cnidia schola, iam Foessii (sect. V. p. 282.) mens fuit, quem deinde sequuti sunt *Io. Henr. Schulze*, in hist. med. per. I. t. III. cap. 4. §. 28. *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 74. *Grunerus*, cens. p. 160. atque *Grimmii* Band III. pag. 607. Et a medico ex hac schola esse compositum, adeoque, quoniam, quid senserint Cnidii, per exempla docet, valde memorabilem, probant multiplicata vehementer morborum genera, atque curandi methodus per fortiora purgantia, lac atque lactis serum, quae Cnidiorum fuit, ut Hippocrates iam notauerat lib. de diaet. acut. §. 1. 2. Methodus quoque, in morborum descriptione ab Hippocrate observari solita, in hoc libro non observata est. *Euryphontem* eius auctorem fuisse, Foessius, sed parum firma coniectura, autumat.

*Codices graeci* sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCXLV. MMCCCLIV. In Medicea. Bandini III. p. 43. Mutilus, a Busbeckio Constantinopoli comparatus in biblioth. Vindob. gr. exstat. de Nessel. Cat. part. III. pag. 19.

Praelect. in hunc libr. *Francisc. de S. André*. Cadom. 1687. 12. et *Io. Martini*. Paris. 1637. 4.

xvii. *Περὶ*



## xvii. Περὶ ὀφθαλμοῦ

Sponio (in praef. ad aph. nou.) atque Hallero bibl. med. pract. tom. I. pag. 73. principium libri *περὶ παθῶν* esse videtur, sed dicendi genus in utroque hoc libro non conuenit. Liber hinc de oculorum affectionibus, quem auctor libri *περὶ παθῶν* se scripturum promiserat, hic de visu liber non est, quem quoque Galenus non nouit, neque Erotianus. Fragmentum alius libri esse videtur, et absque plurimo ordine scriptum.

• *Codices graeci* sunt in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV. In Medicea Bandini III. pag. 44.

*Hippocratis* de morbis et remediis oculi liber *arabice* exstat in libris Narcissi, archiepiscopi Dublinensis. Cod. Brit. nr. MCCXII. Ketab alain men albeden le bokrath. Herbelot. pag. 488.

Oculorum scarificatio, quae in hoc libro primum proponitur, his libris ansam dedit:

10. *H. Hampe* diss. de scarificatione oculari Hippocratica. Duisburg. ad Rhen. 1721. 4.\* — *B. Dau. Mauchard* ὀφθαλμολογίας nou. antiqua, seu Woolhusiano Hippocratica operatio, e textu graeco eruta. Tubing. 1726. 4.\* — 10. *Zach. Platner* diss. de scarificatione oculorum. Lips. 1728. 4.\* et in Opusc. tom. I. p. 39. — Eiusd. progr. de chirurgia ocularia. Lips. 1735. 4.\* et in Opusc. tom. II. p. 49. — *D. W. Triller* exercit. de scarificatione et visione oculorum, ab Hippocrate descripta. in Opusc. vol. I. pag. 463.

## xviii. Περὶ νῆσων Liber I — IV.

Exstabant apud veteres libri *περὶ νῆσων* sub *Hippocratis* nomine, sed non iidem, qui hodie sub hoc nomine prostant: quae enim veteres ex his libris citant, in iis non leguntur. *Galenus* duos libros Hippocratis de morbis magnos duosque paruos habet, ipsique adeo *Foessio* sect. V. p. 258. non constat, quinam de morbis minor primus Galeno dicatur. *Caelius Aurelianus* etiam consilia citat ex libro Hippocratis de morbis, quae saltem in his, quos nunc enarro, libris non leguntur. Galenus quoque, *Foessio* monente, l. c. *τυφάνην* memorat ex libro de morbis, quae in his non reperitur. Hinc alios libros veteribus exstitisse Hippocratis de morbis, aut hos, qui nobis supersunt, valde esse mutilatos, certum est. Alterum de morbis librum *Galenus* comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. p. 387. 388. tom. IX. citat, et τὸν περὶ νῆσων Ἱπποκράτης γεγραμμένον vocat, alios autem de morbis et de passionibus libros Hippocratis suis temporibus exstitisse, inde patet, quod libri de passionibus internis initium (in VI. aph. 27. p. 263. tom. IX.) atque loco modo citato et huius libri prima verba adduxerit, atque locum *περὶ πελινῆς νῆσος*, qui in hoc libro de morbis altero §. 66. p. 90. tom. II. Lind. occurrit, citauerit et magna ex parte in commentarios suos transcripserit. Alter itaque, qui in Hippocratis operibus prostat, de morbis liber Galeno simpliciter *περὶ νῆσων* dictus est. Hunc vero alterum nostrum librum priscis temporibus *primum de morbis* fuisse, ex *Caelii Aureliani* citatione alterius libri de morbis perspicitur, qui loca quoque quaedam ex eo dedit, quae in tertio, qui de morbis in Hippocratis operibus est, libro, reperiuntur, quod collatis locis *Caelii*, libr. III. chron. cap. 4. p. 191. cum libr. III. de morbis §. 11. p. 112. Lind. tom. II. et loc. libr. III. acutor. morbor. cap. 17. p. 240. cum libr. III. de morb. §. 15. p. 105. tom. II. Lind. manifeste intelligitur. Et hic secundus et tertius de morbis liber sine dubio

*περὶ*



*περὶ νόσων* α' et β' est, quem Erotianus p. 22. seu Hippocrateum citat. Sed primus liber et quartus de morbis quosnam titulos habuerint, difficulter penitus eruitur. Libri enim *περὶ παθῶν* et *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* cum titulis libri I. et IV. de morbis confusi a veteribus sunt. Liber *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* Galeno in VI. aph. 27. ὁ μέγας *περὶ παθῶν* dicitur. Duos vero de morbis magnos, et duos paruos aliquoties memorauit Galenus in exegeſi vocum Hippocratis, adeoque liber primus et quartus de morbis et liber de affectionibus tres sunt, quos Galenus, et quidem *duos paruos de affectionibus* vocauit, vnus vero ex maioribus de affectionibus fuit.

Antiquos iam de vero horum librorum auctore incertos fuiſſe, Dioſcoridemque librum de morbis ineditis libris II. Hippocrati, Theſſali filio adſcripſiſſe, Galenus comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. pag. 387. tom. IX. memorat. Alios *Polybo* libros *de morbis* tribuiſſe, ex Galeno liquet ad VI. aph. 1. p. 248. tom. IX. Galenum ſaltim *de morbis* libros, quos nouerat, Hippocrate dignos non cenſuiſſe, ſed ſpurios, intelligitur ex II. comment. in libr. Hipp. de diaeta acutor. text. 38. p. 63. tom. XI. Et ſane, ſi etiam ordo, qui concinnus in iis vtiſſime eſt, non deſideratur, deſideratur tamen Hippocratis doctrina, ingenium, exacta morborum enarratio et medelae ſimplicitas. Multa Cnidiorum ingenium redolent, indeque non eſt, quod diſſentiamus a Fœſio, qui hos libros ei tribuit, qui librum *περὶ γυναικῶν* ſcripſerit, et quidem medico ex ſchola Cnidia. Eandem ſententiam *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 71. et *Grunerus* p. 155. habent. Alterius tamen lib. IV. ſcriptoris videri, *Hallerus* putat, qui poſt Ariſtotelem vixerit. vid. biblioth. botan. tom. II. p. 620. et Hier. Cardan. de ſanit. tuend. lib. III. [Hippocrati abiudicat *Reineſ.* epiſt. 49. ad Hofmannum pag. 451.]

*Quatuor de morbis librorum* codd. graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Medicea Bandini III. p. 42. — Libri III. priores exſt. in bibl. Vindobonenſ. Lambec. VI. pag. 85. et de Neſſel. part. III. pag. 20. nr. IV.

Gr. et lat. prodierunt ex verſ. *Georg. Pylandri*. Pariſ. 1549. 4. *Falc. Raſſ.* [Gr. lat. cum praelection. Io. Martini, ed. a M. Renato Morello, Par. 1637. 4. Muſ. Brit.] — *Petri Salii* Diuerſi comm. in quatuor Hipp. libr. de morbis. Francof. 1602. fol.\* 1612. fol. *Lind.* 1646. fol.\* — *G. D. Coſchwitz* de ſpadone Hippocratico lib. I. de morbis. Hal. 1721. 4.\* — *G. E. Stahl* de febre lethifera Hipp. ad lib. de morb. II, 4. Hal. 1711. 4. — *Andr. O. Goedicke* de morbo ruſtuſo Hipp. de morb. lib. II. Francof. ad Viadr. 1734. 4. — *I. Gfr. Brendel* pr. de morbo craſſo Hipp. Gott. 1747. in Opuſc. part. I. pag. 166.

#### XIX. Περὶ γυναικῶν. α'. β'.

*Erotiano*, *Galeno* probe notus hic liber, ab illo inter Hippocratis ſcripta relatus, ab hoc vero non plane dignus Hippocrate habitus comm. III. in II. epid. Hipp. t. 95. pag. 179. tom. IX. et in permultis ſpuriiſ Hippocrateis libris citatus, v. g. *περὶ ἐλλαβοριſμῶς*, pag. 612. tom. I. *Lind.* *περὶ γυνῆς*, *περὶ ἀφῶρων*, *περὶ νόσων*, ab omnibus pro ſpurio habitus eſt, Lemſio, qui eius ne quidem meminit, Mercuriali, Hallero, Grunero. Profeſtus eſſe videtur ab eo, qui librum IV. *de morbis*, librum *de genitura*, *de virginum morbis* et *de helleboriſmo* confeſcit, notante quoque *Fœſio* ſect. V. pag. 306. Ad librōs, ex Cnidiorum mente ſcriptos, *Grunerus* p. 172. reſert. Et ſane morborum deſcriptiones plurimas fugitiuo



gitiuo calamo exaratas et medicamentorum satragineim inconditam, quam vix ab Hippocratis aetate expectaueris, continent. Notha, seu adiecta, quae a p. 520. tom. II. Lind. leguntur, Foefius ex membranis Vaticanis adposuit. vid. not. ad hunc libr. *Foef.* sect. V. p. 331. Secundus liber continuatio prioris est et, quod voces eadem testantur, in utroque libro repetitae, ab eodem auctore compositus.

*Codices graeci* exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. duo MMCXLI. duo MMCXLII. duo MMCXLIII. duo MMCXLIV. duo MMCXLVI. duo MMCCXLII. duo MMDXLVIII. In bibl. Vaticana. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag. 45. In Vindobonensi Lambec. V. pag. 85. de Nessel. part. III. pag. 20. nr. IV. — *Arabice* Herbelot.

Liber I. prodiit interprete *Maur. Cordaco*. Paris. 1585. fol. Basil. 1586. 4.† Et in Gynaecorum tom. III. Et in Gynaecis Ifr. Spach. Arg. 1597. fol.\*

xx. *Περὶ παρθενίων.*

Veteribus ignotus liber, qui eiusdem auctoris esse videtur, qui libros *περὶ γυναικείων* scripsit. Prooemium librorum de muliebribus *Foefio* sect. V. p. 291. esse videtur. *Grunerus* p. 170. auctori libri *περὶ τῆς γένεως* cum tribuit, cum quo in causis pertractandis aliquo modo conuenit.

*Codices graeci* exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMDXLV. In Medicea Bandini III. pag. 45.

*Maurit. Cordaci* edit. gr. et lat. cum adnotat. prodiit Paris. 1574. 8.\* — *Io. B. Donati* comment. Luccae. 1582. 4. *Falc. Francof.* 1591. 8. — *Claudii Tardy* paraphrasis in libr. de virginum morbis. Paris. 1648. 8. *Burm.* — *Io. Stephani* comment. Venet. 1635. fol.

xxi. *Περὶ γυναικείης φύσεως.*

Excerpta plurima continet ex libris *περὶ γυναικείων*, notantibus *Foefio* sect. V. pag. 292. et *Hallero* bibl. med. pract. tom. I. p. 71. et insuper morbos et medicamenta infinite multiplicata, multa quoque contra Hippocrateae scholae mentem dicta, medicamenta foetum corumpentia, abortum concitantia.

*Codd. Graeci* sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCCXLIV. MMDXLV. In Medicea Bandini III. p. 45. [De feminea natura et de feminarum morbis, Fab. Caluo interpr. Par. 1526. 12. Mus. Brit.]

xxii. *Περὶ ἀφῶρων.*

Librorum *περὶ γυναικείων* veluti adpendix, quam *Erotianus* citat pag. 22. et *Galenus* in glossar. et in comm. III. in II. epid. Hipp. text. 35. p. 179. tom. IX. verum non ceu talem, qui ab Hippocrate profectus sit.

*Codices Graeci* exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLV. MMCXLVI. MMCCXLIV. MMDXLV. In Medicea III. pag. 45.



XXIII. Περὶ ἐπικυήσεως.

Sive, ut Hier. Mercurialis scribit, *περὶ κυήσεως καὶ ἐπικυήσεως*, cens. p. 36. a veteribus non memoratus.

Codd. exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV.

XXIV. Περὶ ἱερῆς νόσου.

Memorat hunc librum inter Hippocrateos *Erotianus* p. 22. et *Galenus*, etsi alio loco (comm. in VI. epid. VI. text. 7. pag. 550. tom. IX.) auctorem non dicat; alio tamen loco (comm. I. in Hipp. prognost. text. 4. p. 588. tom. VIII.) Hippocratis esse diserte adferit. *Caelius* quoque *Aurelianus* l. diut. cap. 4. p. 219. eum ad Hippocratem refert, nec non ex recentioribus *Foesius* sect. III. p. 145. *Iul. C. es. Scaliger*, in comm. in Hipp. de insomniis atque *Trillerus* in epist. med. crit. super I. et III. epid. p. 196. 197. in Opusc. vol. II. *Democrito* hunc librum adscribere non dubitarunt *Andr. Caesalpinus* lib. V. art. med. cap. 1. et *Antonius Ponce de Sancta Cruce* in praelect. Vallisoletanis l. comm. ad hunc librum. Vid. *Menag.* ad *Laert.* p. 414. *Philotimo* cuidam tribui, *Trillerus* refert l. c. [De titulis atque argumento libri vid. *Petrum Petitum* ad Aretaeum pag. 77.]

Memorabilis ceterum liber, qui supernaturales morborum causas plane reiicit atque elegans, totus dogmaticam scholam iam efformatam redolet, adeoque ipso Hippocrate recentior est. Neque oratio Hippocrateae brevitati respondet. Indequ hunc librum pro spurio quoque habuere *Lemosius*, qui eum ad Hippocratem, Draconis filium, refert. cap. 7. p. 33. *Hier. Mercurialis*, p. 33. qui simul memorat, in codicibus graecis ante hunc librum censuram oppositam legi, in qua scriptor testatur, eum minime germanum esse Hippocratis, *Hallerus*, biblioth. med. pract. tom. I. pag. 69. atque *Grunerus* pag. 162.

Codd. graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Vindobon. Lambec. VI. p. 85. et de Nessel. part. III. p. 19. nr. IV. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandin. III. p. 43.

*Pontil de Santa Cruce* praelectiones Vallisoletanae in hunc libr. Madrit. 1631. fol. [quas valde laudat *Casaubon.* lib. de enthusiasmo, cap. 2. p. 21. et cap. 3. p. 67. *Heumann.*]

XXV. Περὶ μανίης.

Citat auctor libri, veteribus non memorati, *de morbo sacro* librum et epidem. V. Ipse vero hic liber citatur in Hippocratis ad Damagetum p. 916. tom. II. Lind. epistola.

*Codex graecus* est nr. MMCXL. bibl. Reg. Paris. imperfectus.

Seorsim prodit cum nonnullis aliis Hippocr. interprete *Iano Cornario.* Colon. 1542. 8. *Gunz.* Basil. 1582. 8.

XXVI. Περὶ φαρμάκων.

Sive *περὶ καθαιρόντων φαρμάκων*, multa ex aphorismis habet et a veteribus non memoratur. Liber *φαρμακίδος*, hodie deperditus, quem auctor libri *de morbis* aliquoties



quoties citat, non est, quum de alui purgatione, secundum quatuor humores instituenda, tantum agat.

An sit liber *de solutiis*, cuius cod. exst. in bibl. Mertonienf. nr. DCCXXIX. Cod. Brit. dubium est. Exstat et codex graecus, ni fallor, in MS. If. Vossii, Montfauc. in biblioth. Anglican. nr. MMCCXCVII. I. pag. 677.

Edidit gr. Io. Caius, cum quibusdam scriptis Galeni. Basil. 1544. 4. — Graece ad calcem breuiarii *Nicephori Constantinopolitani* ex Cuiaciano codice descriptum edidit *Dionys. Petanius*. Paris. 1616. 8. gr. et lat. ex proprio cod. et cum notis edidit *F. Morellus*. Paris. 1617. 12. 1621. 12.

Gr. et lat. cum interpret. et comm. Io. Heurnii, in libro: *Hippocratis Cei prolegomena et prognosticorum libri III.* Lugd. Bat. 1703. 4.\* p. 108. et saepius. vid. supr. sub prognost.

Ad calcem postremae edit. *Foesii*. Geneu. 1675. fol. cum *Heurnii* interpretatione et notis.

Latine cum *Rhasi* opusc. et aliis, titulo Hipp. de farmaciis. Venet. 1497. fol.\* cum *Guinterii* anat. institut. et *Theophili* de corporis humani fabrica libr. V. prodiit *Guinterio* interpr. Basil. 1539. 4.\* cum *Apicio* et aliis de medicamentorum vsu. Paris. 1541. 8. Inter medicos antiquos graecos, ex vers. Iunii Pauli Crassi. Basil. 1581. 4. pag. 147.

xxvii. Περὶ ἐλλεβορισμῶ.

Initium libri *περὶ ἐλλεβορισμῶ* esse librum *περὶ φαρμάκων* *Heurnius* p. 108. putat; sed num hunc intellexerit, dubium est. Excerptus hic est ex aphorismis, praenotionibus, praedictionibus et libro de diaeta acutorum, quos libros omnes se scripsisse auctor adfirmat. Librum quoque *de morbis mulierum*, ceu suum, memorat.

xxviii. Περὶ ὑγρῶν χεήσεως.

Confarcinatus liber ex aphorismis aliisque, *Foesio* monente sect. IV. p. 33. membranis, neque ab *Erotiano* et *Galeno* memoratus, adeoque spurius, etsi Io. *Nardius* ideo legitimus videatur, quod veteres eius passim meminerint.

Codices sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCLIII. MMCCLIV.

Commentatus est in hunc libr. Io. *Nardius* in nocte geniali prima. Bonon. 1656. 4. †

xxix. Περὶ φουσῶν.

Referunt hunc librum ad Hippocratem *Erotianus* p. 22. atque *Galenus*, nec non *Gregorius Nazianzenus*, Io. *Stobaeus*, alii. *Mercurialis* secundae classi accenset, et iure quidem: mere enim ad *θεωρίαν* spectat, neque conscriptus esse potest, nisi post Hippocratis tempora, efformata penitus dogmaticorum secta. Ad pneumaticorum tamen quod *Clericus* quidem credidit, hist. de medic. part. I. lib. III. 4. p. 137. sectam non pertinet, quod probavit Cl. *Osterhausen* in diss. exh. historiam sectae pneumaticorum. Altorfii, 1791. 8.

Codices Graeci exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMDXLV. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 44.

Dddd 2

Graecus



Graecus est forsan codex, qui exstat in bibliotheca Io. Mori, episc. Noruicenf. nr. MMMMMMMMCCXXXIX. Montfauc. I. pag. 687. Graecum huius libri codicem in bibl. Vaticana nr. CCXVI. memorat Foessius, in not. in libr. de ossium natura. Latini in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXXIII. MMMMMMMMLXIII.

Prodiit gr. et lat. Iano Cornario interprete. Basil. 1529. 4. Gunz.

Vertente Adriano Alemanno cum commentar. Paris. 1557. 8.\*

Io. Morisoti commentarium graec. citat Spachius p. 86.

Interprete Franc. Philelpho, aut Constantino Lascari. Paris. 1525. 12. Houff. — Latine vertente Fabio Caluo. 1527. 12.

### xxx. Περὶ αἰθέρων.

Scripturum se auctor libri περὶ αἰθέρων §. 12. p. 768. tom. II. Lind. librum περὶ αἰθέρων ἁλομελῆς promiserat, qui hic περὶ αἰθέρων non est, notante iam Galeno in comm. I. in libr. Hippocr. de artic. text. 46. p. 314. tom. XII. sed a iuniore medico scriptus, qui et dicendi genere et ingenio multum ab Hippocrate Coo superetur. Commemorari hunc librum a nullo veterum medicorum, nec ab iis, qui indices scripserunt. Galenus I. cit. refert. Nec Erotianus hunc librum memorat. — Codex exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCLIV. — [conf. Saxe diss. Obseruat. medicae. Vtrecht. 1782. pag. 3.]

### xxxI. Περὶ ὀδοντοφυΐης.

Non memoratus ab Erotiano atque Galeno, fere practici argumenti est, et ad imitationem dictionis Hippocrateae conscriptus. — Codices Graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCLVI. MMCLIV.

### xxxII. Περὶ διαίτης. α. β. γ.

Ab Erotiano non memoratus hic liber modo περὶ διαίτης a Galeno inscribitur in I. libr. de alimentor. facult. cap. 6. p. 314. et cap. 28. p. 329. tom. VI. modo περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, in comm. I. in Hippocr. de diaet. acutor. text. 17. p. 15. tom. XI. modo ὑγιενὸν διαιτητικόν. Περὶ φύσεως κνέρωπης καὶ διαίτης inscribi librum, in tres partes diuisum, idem Galenus I. de alim. facult. cap. 1. pag. 306. tom. VI. refert. Totum vero hunc librum antiquissimum esse, Galenus testatur; verum non Hippocratis, et aut referri ad Euryphontem, aut Phaontem, aut Philistionem Locrum (de quo vid. quae viri docti ad Gellium XVII. II. et ad Diog. Laert.) aut ad Arisonem, aut ad Pherecydem, aut ad Philetan, vel ad alium quendam veterum: multis enim hunc librum esse adscriptum. Monet vero simul, hos viros omnes priscos esse, nonnullos quidem Hippocrate vetustiores, alios ei coaeuos fuisse. Verba eius haec sunt: αἱ γὰρ καὶ μὴ Ἱπποκράτης ἐστὶν ἐκείνο τὸ βιβλίον, ἀλλ' Εὐρυφώντος, ἢ Φαώντος, ἢ Φιλισίωνος, ἢ Ἀρίωνος ἢ τίνος ἄλλου τῶν παλαιῶν, εἰς πολλὰς γὰρ ἀναφέρειν αὐτὸ, πάντες ἐκείνοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν εἰσιν, ἔνιοι μὲν Ἱπποκράτης πρεσβύτεροι, τινὲς δὲ συνεκμακότες αὐτῷ. Comm. I. in libr. de diaet. in acut. text. 17. p. 14. 15. tom. XI. conf. locum fere penitus eundem, nisi quod auctorem Hippocratem huius libri a quibusdam haberi referat, in libr. I. de alim. facult. cap. 1. pag. 306.

Et



Et haec quidem *Galenus* sententia de toto hoc libro fuit, non de primo tantum, ut quidam haec *Galenus* loca intellexerunt. τὸ πρῶτον ἀφέστηκε πάμπολλα τῆς Ἱπποκράτους γνώμης iudicium *Galenus* de primo est l. c. de alim. facult. et maximam partem ex *Heracliti* philosophia petita continet. (vid. *Gruner*. cens. pag. 96.)

Alterum librum Hippocrate satis dignum *Galenus* l. c. ex lib. I. de alim. cap. 1. censet; eius vero duplex initium fuisse refert, quod ex libri principiis ipsis, quae exhibuit, intelligitur. Aliis scilicet in exemplaribus initium libri a §. 7. edit. Lind. tom. I. p. 214. fuit: σιτίων δὲ καὶ πομάτων δύναμιν ἐκάσων, κ. τ. λ. in aliis vero a §. 1. p. 210. χωρῶν δὲ θέσιν, κ. τ. λ. Multa ex hoc libro *Celsus* mutuasse, *Foefius* sect. IV. p. 106. refert. Multa praeterea, praesertim, quae ad anatomicen pertinent, adiecta esse huic libro, *Galenus* suspicatur libr. VI. de Hippocr. et *Platonis* decretis cap. 3. pag. 186. 187. tom. V.

De tertio libro *Galenus* iudicium suum non tulit, nisi quod generatim dicat, omnes tres libros ad Hippocratem referri a quibusdam. Ad *Herodicum Selybrantem*, medicinae gymnasticae auctorem, refertur hic liber a Clerico hist. de med. part. I. lib. III. 13. pag. 177. quoniam in eo gymnasiorum exercitia ad bonam valetudinem vehementer commendantur. Diuersorum auctorum hos tres libros opus esse, ipsa eorum lectio probat.

*Codices Graeci* librorum III. sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCLIV. MMDXLV. In bibl. Vindob. de Nessel. part. III. p. 20. nr. IV. In bibl. D. Marci Venet. In Medicea Bandini III. p. 42. In biblioth. Bodleiana codex latinus est nr. MMMDXLI. — Liber I. solus exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXXVII.

*Des Maizeux* explication d'une passage d'Hippocrate dans le livre de la diete in histoire critique de la republique des dettres tom. XI. pag. 52 sq. et ibid. pag. 290.

Io. Matth. *Gesner* ψυχῇ Ἱπποκράτης. Gott. 1737. 4. \* vid. Suppl. ad nou. act. erud. tom. III. sect. X. p. 449. et in Comm. loc. Reg. Gott. tom. III. — Dissertation sur l'origine des êtres animés suivant le système d'Hippocrate, par Mr. *Heinius*, in: Memoir. de l'Acad. Royale des sciences de Berlin. 1745. pag. 101.

### xxxiii. Περὶ ἐνυπνίων.

Ob initium libri huius: περὶ δὲ τῶν τεκμηρίων τῶν ἐν τοῖσιν ὑπνοῖσιν *Foefius* sect. IV. p. 113. hunc librum pro continuatione libri III. de diæta habet, et *Hollerus* eiusdem sententiae est in bibl. med. pract. tom. I. p. 80. Similia enim praecepta de alimentis addendis, detrahendis, de medicina gymnastica in eo proponuntur.

*Codices Graeci* exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCLIV. MMDXLV. In bibliotheca Vindobonensi de Nessel. cat. MS. graec. bibl. Vindob. part. IV. nr. CXCH. pag. 109. In Medicea Bandini III. pag. 44. [inter codices gr. MSS. Nanianos pag. 442.]

*Græce* editus est apud *Morelium*. Paris. 1557. 12. \* vid. sub prognostico titulum.

Gr. et lat. cura *Iussi Velfi*. Basil. 1543. 4. †

Gr. et lat. cum aliis apud *Morellum*. Paris. 1557. *Maittair*.

Dd dd 3

Latine.



*Latine.* Editionem ab anno 1479. citat *Spachius*, in elench. medic. pag. 82.

*Andrea Brentio* interprete. 4. f. loc. et anno.\* 15. foliorum, sine titulo, custodibus, signatura et paginarum numeris. Praemissa est *Andr. Brentii* epist. ad Zachariam Barbarum, Venetorum oratorem, deinde Brentii epistola ad Sixtum, (Xystum vocat) Pontificem, posteaque fol. 5. liber *de insomniis* sequitur. Post hunc librum Brentii epistola ad Ni. Gupalatinum legitur. Descripsit hunc librum probavitque eum anno 1471. et quidem Romae typis esse excusum *M. Denis* in den Merkwürdigkeiten der K. K. Garellischen Bibliothek. nr. 114. pag. 207. 208.

Apud *Symphorianum Campegiu*, saec. XV. ut videtur, vergente. — In Rhazis et alior. opusc. collect. Veneta, et quidem ex A. Brentii versione, nox descripta, cum epist. Brentii ibi dictis omnibus 1497. fol. Et in articella. — Vertente *Fabio Caluo*, cum aliis. 1527. 12.

*Iusto Velfo* interprete. Antwerp. 1541. 8.† *Aug. Ferrerii* liber de somniis, Hippocratis de insomniis, Galeni de insomniis, Synesii de somniis. Lugd. 1549. 12.\* — cum *Iul. Caes. Scaligeri* versione et commentario atque *Aristotelis* libellis de somno, vigilia, insomniis et diuinatione. Lugd. 1538. 4. 1539. 4. *Raf.* [Lugd. 1549. 12. Mus. Brit.] Geneu. 1561. fol. ad calcem eiusdem librorum VII. poetices. Geneu. 1561. fol. Catal. bibl. Bunau. I. p. 95. Giesl. 1610. 8. Amst. 1658. 12. — Auctus et recognitus idem l. fol. f. loc. et ann. *Gunz.* — *I. Colle* de cognitu difficilibus in praxi ex libro Hippocr. de insomniis. Venet. 1628. 4.

#### xxxiv. Περὶ φύσιος ἀνδρώπας.

Si, quod quidem Galenus credidit in comm. I. in hunc libr. text. 1. p. 94. 95. tom. III. et text. 42. p. 126. Plato hunc librum coram oculis habuit, quum animi naturam secundum Hippocratis methodum se inuestigaturum diceret in Phaedro pag. 371. vol. X. edit. Bipont. hic liber ex Hippocratis omnibus is foret, cuius genuinae origines ab antiquissimo viro essent probatae. Sed Platonem ad hunc in hoc loco librum respexisse dubium est, et, licet huius libri mentionem faciant *Erotianus* pag. 22. *Galenus*, *Palladius* comm. in libr. Hippocr. de fract. sect. VI. p. 247. Foef. et *Macrobius* in VI. saturn. cap. 5. omnesque hi illum pro genuino habeant; tamen *Galenus* iam temporibus quidam fuere, qui eum pro spurio haberent, et quidem alii Galeno antiquiores, alii vero ipsi coaevi, et studio contradicendi Galeno, ut ipse narrat, in comm. I. ad hunc libr. prooem. p. 94. 95. tom. III. permoti. Quosdam Polybo hunc librum tribuisse comm. I. in hunc libr. text. 42. pag. 126. et text. 1. pag. 95. et comm. II. pag. 149. alios vero Thessalo comm. II. in hunc libr. text. 1. pag. 129. tom. III. ipse Galenus refert.

Sed Galenus, qui ad hunc librum illustrandum non solum commentarios duos in eum scripsit, verum etiam peculiarem librum: *περὶ τῶν κατ' Ἱπποκράτην στοιχείων*, qui in tomo III. edit. Chart. legitur, in defendendis genuinis originibus prioris partis huius libri acerrimus est, quae suo tempore 240. σελῆς continebat, humorumque naturam et constitutionem corporum ex calido, frigido, sicco et humido docebat. Hanc partem eam esse, quae Hippocrateae doctrinae prima fundamenta contineat, et quam Plato iam legerit, adeoque summe germanam, non sine acerbitate plurima in aliter sentientes locis iam citatis, inprimis in prooem.



prooem. ad comm. I. in hunc librum notat. Eaque pars vsque ad §. 17. partem plurimam edit. Lind. tom. I. pag. 273. progreditur.

Quae in vltima parte §. 17. p. 273. edit. Lind. et in sequentibus continentur, adiectitia putat, quae plurima, absque vilo ordine enarrata, ad pathologiam, therapeuticen atque diætā pertinentia contineant. Haec Dioscorides in editione sua asterisco iam, ceu notha, notauerat, *Theffali*, Hippocratis filii, esse suspicatus. vid. Galen. comm. II. in hunc libr. text. 1. p. 129. tom. III. Alii *Polybo* hanc partem adscripserant. (Galen. comm. II. in hunc libr. p. 149.) Et verius quidem: *Aristoteles* enim libr. III. de histor. animal. cap. 3. multa ex hoc libro ad verbum fere excerptit, quae §. 20. p. 275. tom. I. Lind. leguntur, eaque *Polybo* expressisse tribuit, ita, ut hic pro huius saltem huius libri partis vero auctore habendus sit, si, quod ego fere crediderim, non totius libri auctor existit. Ex multis aliis libris hanc partem esse compositam, et lectio illius probat, et ipsius Galeni testimonium, in prooem. ad comm. I. in hunc libr. p. 95. tom. III. Eiusdem cum *Galeno* sententiae et recentiores sunt, nisi quod vix certe dici posse, quae in hoc libro Hippocratis sint, statuunt. conf. *Heller*. bibl. anat. tom. I. p. 17. et art. med. princip. tom. I. p. 33. *Gruner*. p. 99 sq. Antiquos hunc librum libris de diæta adiunxisse, notat *Foef.* in not. ad hunc libr. sect. III. pag. 95.

Codices MSS. exstant graeci in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCLIII. MMCLIV. MMDXLV. et latinus nr. MMMMMMDCCCLXV. In bibl. Cai. Gonvill. Cantabrig. nr. DCCCCLIX. In biblioth. S. Remigii Rhemenf. nr. DXLVIII. Montfauc. II. pag. 1289.

Ketab al thabiut, de homine, opera *Honain* arabice versus, forsan hic liber est. vid. *Herbelot*. Exstat cum expositione Galeni arabice versus ab *Honaino*, filio Isaac, Syro Iacobita in bibl. Palat. Medicea. vid. *Assmanni* Codd. orientales bibl. Palatinae Mediceae. Florent. 1742. fol. nr. CCXXVI. pag. 354. Eiusd. *Honaini* commentarius, siue potius paraphrasis in hunc Hipp. libr. et Galeni comm. exstat in bibl. Palat. Medicea nr. CCXXVI. *Assmann*, ibid.

Prodiit graece cura *Albani Torini*, cum prognostico et iureiurando. Basil. 1536. 8.\* [1543. 8. Mus. Brit.] Paris. 1548. 4.\* [Lugd. 1548. 1558. 12. Mus. Brit.] Bremae. 1584. 4. Lugd. Batau. 1627. 8. [Gr. lat. Lugd. 1570. 12. Mus. Brit.]

*Latine.* *Andr. Brentio* vertente, in collect. Symphoriani Champerii in 8. sine loco et anno edita.\* Eadem versio exstat in operum quorundam Rhafis coll. Venet. 1497. fol. In articella. *Andr. Brentio* vertente. Lugd. 1506. 8. Paris. 1516. 4. Cum Galeni de sectis libro et Alexandro Aphrodiseo, *Brentio* interprete. Paris. apud H. Steph. 1518. 4. Cum Hippocr. de victus rat. in acutis liber de natura humana prodiit *Brentio* interprete. Paris. ex offic. Colinaei. 1524. 12.\* — *Guil. Copo* vertente. Lugd. 1525. 8. Ex recens. *Rabelaei*, et quidem *Andr. Brentio* interprete, Lugd. 1532. 12.\* vid. titulum sub prognostico. [cum Pauli Sismi Commentario Roterod. 1689. 12. laud. in Cat. Mus. Brit.]

Iam ante Galenum plures in hunc librum erant commentati. *Sabini* in eum commentarium *Galenus* citat in comm. II. in hunc libr. text. 22. p. 148. tom. III. Anonymi comm. lat. exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMMXXVI. Galeni in hunc librum comm. exstant lat. in bibl. Medicea plut. 59. Montfauc. I. pag. 356. et in bibl. D. Marci Venet.

Galen



Galenii commentarii II. in hunc librum prodierunt latine, cum libro ipso, *Hermanno Cruserio* interprete. Paris. 1531. 4.\* Iterum cum ipso libro et Hippocr. de victus ratione salubri libro cum Galeni commentario *Herm. Cruserio* interprete. Paris. 1534. 12.\* Venet. 1538. 12. [Paris. 1539. 12. Cat. Mus. Brit.]

*Andrea Brentio* interprete. Lugd. 1549. 16.

*Io. Rochon* comm. in hunc libr. exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMXXV. *Io. Gostlini* praelect. MS. in eund. in coll. Cai. Gonvill. Cantabrig. Cod. Brit. nr. MCXXVII. *Symphorianus Campegius* hos commentari. in collectionem opusculorum recepit. — Praeter *Io. Guintherii* et *Io. Stephani Bellunenensis* enarrationes in hunc librum exstant *Iac. Syluii* scholia. Lugd. 1549. 16.† — *Eustachii Quercetani*, cum schol. in Galeni libr. III. de temperament. Basil. 1549. 8.\* — *Stephani Paparellae* commentarii II. Venet. 1551. 4.\* — *Io. Bapt. Montani* perioche. Venet. 1560. 8.

*Blasii Hollerii* cum textu gr. et lat. etc. Galeni comment. latine factis. Basil. 1536. 8.\* 1562. 8.\* et in Opp. Maceratae. 1582. fol.\*

Lat. versus cum textu graeco, et paraphrasi explicatus ab *Hier. Massario*. Argent. 1558. *Gunz.* 1564. 4.\* — lat. cum paraphrasi et explicat. *Iacobi Scutellarii*. Parm. 1568. 8.\* et *Io. Fr. Schroeter.* Ien. 1585. 8.\* qui Scutellarii paraphrasin fere repetiit. — *Iacobi Segeratae*, Valent. 1596. *Bodlei.* — *Io. Heurnii*. Lugd. Bat. 1609. 4.\* et in Operib.\* — *Barth. Perdulcis* in *Iac. Syluii* anatomen et in libr. Hippocr. de natura humana commentarii. Paris. 1643. 4.\*

Gallice vertit et commentarium addidit *Io. de Bourges*. Paris. 1548. 16.

### xxxv. Περὶ τροφῆς.

A Galeno, qui et IV. commentarios in hunc librum scripsit, qui valde mutili ad nos peruenerunt, et in libr. de Optima constitut. cap. 3. pag. 4. tom. VI. pro genuino habitus, a nonnullis vero, *Hieronymo Mercuriali* p. 24. teste, *Philistioni*, vel *Pherecydi*, vel *Theffalo*, vel *Herophilo* tributus, *Erotiano*, p. 22. *Gellio*, III. noct. Attic. 16. *Palladio*, comm. in libr. Hippocr. de fractur. apud *Foes.* sect. VI. p. 147. *Stephano Atheniensi*, in lib. I. Galeni ad Glaucon. p. 64. memoratus, ab *Hier. Mercuriali*, p. 24. *Io. Costaeo*, Miscell. I. *Foesio*, sect. IV. pag. 115. *Dan. Clerico* hist. de med. part. I. lib. III. p. 207. atque *Trillero*, Opusc. vol. II. pag. 218. pro genuino habitus, tamen, vt videtur, Aristotele, qui arteriarum nomine ad venas salientes vsus non est, quod tamen huius libri auctor fecit, recentior, et prouectioris anatomici studii soboles.

Codices exstant *Graeci* in biblioth. Medicea Bandin. III. 42. in biblioth. D. Marci. in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCCLIII. MMCCCLIV. MMDXLV. In Coll. Cai. Gonvill. Cantabrig. lat. interprete Nicolao de Calabria, in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXV. cum comm. Io. le Conte, in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMLXXIX. *Arabice*: Ketab Algheda. Herbelot. pag. 489.

Sabini



*Sabini* commentarium in hunc librum laudat *Gellius* lib. III. noct. Att. cap. 16. — *Galeni* commentarios iam memoravi. Accesserunt quintae luntarum editioni, a *Io. Bapt. Rafario* communicati. Edidit eos seorsim *Io. Bapt. Rafarius* lat. Caesar. August. 1567. 4.

*Antonii Fracantiani* commentarius prodit Venet. 1566. 4.

Graece prodit Parif. 1569. 4. *Afkew.*

*Hippocr.* de alimento liber gr. et lat. cum comment. *Stephani Gourmelini*. Parif. 1572. 8.† — cum *Hier. Cardani* comm. Venet. 1566. 4. Rom. 1574. 8. Basil. 1582. 8. Et in Operib. tom. VII. p. 356. — cum *Franc. Valefii* comment. Colon. 1561. 8. Complut. 1589. fol. Colon. 1589. fol. *Gunz.* — cum *Stephani Roderici* Castrensis comm. Florent. 1635. fol.\* Sectionem IV. comm. filius *Franciscus* edidit Flor. 1679. fol.\* [In Cat. Mus. Brit. laudatur editio interpr. Lud. Dureto a Pet. Girardeto. Par. 1631. 8.]

xxxvi. Περὶ διαίτης ὑγιαίνης.

Liber hic, quem *Erotianus* non memorat, et qui, *Galeno* notante, in antiquissimis codicibus medius inter librum *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* et *περὶ διαίτης* fuit, a *Galeno* in prooem. comm. ad hunc libr. p. 220. tom. VI. *Polybo* penitus tribuitur, ita, ut vix vnquam de *Hippocrate* eius auctore, sed fere semper de *Polybo* verba faciat, librumque ipsum sub *Polybi* nomine citet. vid. *Gal.* comm. II. in *Hippocr.* de nat. human. prooem. p. 128. tom. III. et comm. I. in *Hippocr.* de diaet. acut. text. 17. p. 15. tom. XI. cet. *Polybo* reliqui quoque fere omnes hunc librum tribuunt, qui et librum III. de diaeta confecit, cum quo in dicendi genere argumentoque similitudinem habet plurimam.

*Codex Graecus* est in biblioth. Reg. Parif. nr. MMCXLIV.

Editus est, et vtplurimum quidem sub *Polybi* nomine, lat. *Andr. Brentio* interprete, in collect. *Symphoriani Champerii*, quae sine loco et anno in 8. prodit et Lugd. 1506. 8. *Guil. Copo* interprete. Parif. 1528. fol. et 1529. 8. 1533. 8. *Herm. Cruserio* interpr. 1534. 12. [Par. 1539. 12. Mus. Brit.] *Guinterio* interpr. cum *Scribonio* et *Benjuenio*. Basil. 1529. fol. Basil. cura *Albani Torini*. 1544. 4.\* Basil. 1559. 8. Antwerp. cura *Io. Placotomi*. 1561. 12. Parif. 1577. 12. Cum *Io. Curionis* schola *Salernitana* saepissime prodit latine. Has editiones vide in regimine sanitatis *Salerni* ex edit. *Ackermanni*, pag. 118 sq.

Commentarii *Galeni* codex est Graecus in biblioth. Reg. Parif. nr. MMCCLXXVI. In biblioth. Vindob. Lambec. VI. pag. 86. conf. de *Nessel*. cat. MS. graec. biblioth. Vindob. part. III. nr. XXXIV. p. 45. Lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 59. Montfauc. I. p. 356.

Editus est *Galeni* commentarius cum ipso textu vertente *Io. Vassaeo* et *Io. Guintherio* Basil. 1533. fol. nec non *Hermanno Cruserio* interprete cum comm. *Galeni* in *Hippocr.* de natura humana. Parif. 1534. 12. — *Polybi* de salubri victus ratione, cum comm. *Hieron. Thriverii Brachelii*. Lugd. 1548. 8.\* *Polybi* — ex interpret. et cum comm. *Gilb. Philareti*. Antwerp. 1543. 8. — *Polybi* lib. utilissimi di conservare la sanita overo modo di vivere sani e de le malattie del corpo umano. lib. III. vertente *Petro Lauro*. Venet. 1545. 4. *Trew.*

xxxvii. Περὶ τρόπων τῶν κατ' ἀνθρώπον.

*Erotiano* inter *Hippocrateos* libros dictus p. 22. et a *Caëlio Aureliano* V. chron. cap. 1. *Ruso Ephesio* de corp. hum. part. appellat. lib. I. cap. 1. p. 111. coll. *Henr. Steph. Athenaeo* Vol. II. E e e e in



in deipnos. — nostra vero aetate a *Dan. Clariss* hist. de med. part. I. lib. III. 3. p. 120. *Hal- lero*, art. med. princip. tom. I. p. 51. et *Trillero* in opusc. vol. II. p. 218. pro vere Hippocra- teo habitus, a Galeno non, nisi fugiente quasi calamo, (in glossar. Hippocr. f. v. *Συγλον*, *πρημυοί*) memoratur. Minus quoque probatur ab *Hier. Mercuriali* p. 22. *Lud. Lemosio* cap. 21. fol. 36. et *Dureto*. *Thomas Reinesius* eum post Aristotelis tempora demum esse scriptum existimat in var. lect. pag. 75. Similem esse in dicendi genere et ratiocinii subtilitate libro de glandulis *Lemosius* iam notavit.

Codices: exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLII. MMCLIII. et MMCLIV.

Prodiit graece, cura *Albani Torini*. Basil. 1536. 8.

Latine, vertente *Andr. Brentio*. Paris. 1524. 12.\* Ex edit. *Rabelaei*. Lugd. 1543. 8.\* — Cum comm. *H. Cruserio* interprete. Paris. 1531. 4.\* Cum explic. *Hier. Massariae*. Arg. 1564. 8.\* — Exstant in hunc libr. commentarii *Adr. Alemanni*. *Leonhardi Bauschii*. *Madrit*. 1594. fol. *Lind*.

Hippocratis liber de locis in homine commentariis illustratus a *Franc. Perla*, *Caluienti*. Rom. 1638. 4.\*

### XXXVIII. Περὶ ὀστέων φύσεως.

Cum mochlico coniunctus hic liber in permultis membranis, a *Iano Cornario* sub mochlici quoque titulo editus est, sed hunc librum per mochlicum Galenus non significavit, optime quoque probante *Foessio*, in not. ad mochlicum, Galeno tamen et *Erotiano* notus fuit, qui permultas voces in eo explicuerunt. *Erotianus* tamen librum ipsum non memorat, *Galenus* vero titulo τῶν προσκειμένων τῷ μοχλικῷ, in glossar. f. v. *κοτυλίδα*. Quae de venis in eodem libro leguntur, Galenus citavit sub voce *παρασάτας* in eod. glossario. Ex iisque de venis peculiarem librum fecit, duce potissimum *Hieronymo Mercuriali*, *Lindénius*. vid. *Graver*. cens. p. 107. et 109. qui editionum diuersitates diligenter notavit. — Post *Aristotelem* et *Herophilum* demum scriptum esse, cum inuenta anatomica contineat, *Aristotelis* tempo- ribus ignota, *Hallerus* autumat in biblioth. anat. tom. I. pag. 21.

Codices MSS. exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCLIV. MMDXLV. In Vaticana nr. CCXVI. In Medi- cea *Bandini* III. pag. 44.

### XXXIX. Περὶ φλεβῶν.

Citatur a Galeno in lexic. Hippocr. vti iam dixi, neque singularis liber est, sed, quod et *Foessius* optime sciuit, pars libri *περὶ ὀστέων φύσεως*, ex qua singularem librum fecerunt, of- fium descriptioni, quae in mochlico legitur, titulum de ossium natura, descriptioni vero venarum, quae in libro de venis legitur, singularem de venis titulum dantes.

### XL. Περὶ σαρκῶν.

*Περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν* in multis libris scriptis editisque inscriptus, ab *Erotiano* non me- moratus, a Galeno modo pro vero, modo pro supposito habetur in comm. III. in II. *Epid.* text. 29.



text. 39. pag. 175. et text. 33. pag. 178. tom. IX. Democrito *Conringius* introd. in med. cap. 3. §. 9. tribuit, sed et si Heracliti doctrinam de calido immortali exponat, simul dogmata continet, quae Erasistrati demum temporibus inualuerunt.

*Codices* Graeci exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXLVI. MMCCLIV.

Prodiit in opusculorum Rhafis coll. Venet. 1497. fol. *Galenus* de elementis libri II. interprete Vict. Trincauelio, acc. Hippocr. liber de elementis cum comm. Iac. Syluii. Lugd. 1550. 12.\* Solus *Syluii* commentarius prodiit Venet. 1543. 8.\* Paris. 1561. 8. — cum comm. Io. Heurnii. Lugd. Bat. 1603. 4. Et in operibus omn.

#### XLII. Περὶ καρδίας.

Pars Foefio sect. III. p. 119. videtur libri *περὶ σαρκῶν*, cum eaque plurimum anatomicae scientiae inter omnes libros Hippocratis continet. Erotianus atque Galenus eum non memorauerunt, nec alii Hippocrati eum tribuunt. Tribui Aristotelico philosopho cuidam, *Conringius* monet cap. 13. de calido innato. Erasistrati placita continet, adeoque ante huius viri tempora non scriptus est. Legitimas huius libri origines defendit *Georg. Seger* in diss. de libri Hippocr. *περὶ καρδίας* ortu legitimo. Basil. 1661. 4. et in Baldingeri selectis doctorum virorum opusc. quibus Hippocrates explicatur. Gott. 1782. 8. p. 316. — *Codex* exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCLIV. — *Arabice*, Ketab alcalb el Bocrat. *Herbelot*. p. 490. — cum comm. Iac. *Horslii*. Francof. ad Viadr. 1563. 4. — Commentatus est in eundem Io. *Nardius* in noct. genial. X.

#### XLIII. Περὶ αἰῶνος.

Hunc libellum cum libro de carnibus iam coniunctum videmus in edit. Frobenii et in edit. Foefii, qui in not. ad hunc libr. p. 109. sect. III. in omnibus exemplaribus hanc particulam huic de carnibus libro adscribi adferit. Repetuntur in eo multa ex libro de natura pueri et aliis libris qui frequenter citantur.

Locus eiusdem argumenti, a Philone, libro de mundi opificio, ex Hippocrate laudatus, quem Lindenius libello de aetate subiecit et Charterius ad calcem tom. V. exhibuit, fortasse petitus est ex libris Hippocratis *περὶ ἐβδομάδων*, quos laudat *Chalcidius* part. III. et *Flaminius Eulogius* ad somn. Scipionis pag. 441. edit. Graevii.

Exstant in hunc libr. gr. et lat. editum a Io. *Lalamantio*, eius comm. qui cum comm. in libr. de septimestri et octimestri partu prodierunt Lugd. 1571. 8. 1588. 8. — Exstant quoque Hippocr. de hominis aetate et extremo fine libri Io. *Lalamantio* interpr. Geneu. 1571. 8. vid. biblioth. Thomaf. tom. II. pag. 98.

#### XLIII. Περὶ γυνῆς.

Ab Erotiano non memoratur, nisi sub libro *περὶ φύσεως παιδῆς*, cum quo similitudinem plurimam habere Foefius notauit, in not. ad hunc libr. p. 100. sect. III., comprehendit. A quibusdam (vt liber de natura pueri) ad Polybum refertur, notante eodem, l. c. Ad Hippocratem sane non referendus, ob ratiocinii subtilitatem et contemplationis copiam.

Εεεε 2

Codices



Codices MSS. exstant in biblioth. Coisliniana nr. CCCXXXV. Montfaucon. in biblioth. Coislinian. part. II. pag. 448. in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. In Patauina Canonorum Lateranensium bibliotheca. In biblioth. Card. Radulphi in Reg. Paris. nr. XIV. Montfaucon. II. pag. 767. In Medicea Bandini III. pag. 42. [inter codd. gr. MSS. Nanianos pag. 442.]

*Iod. Willichii* obseru. in libellum Lactantii Firmiani qui de opificio Dei inscribitur. it. Hippocratis libellus de genitura interpr. *Iod. Willichio*. Argent. 1542. 8.\* Francof. ad Viadr. 1542. 8. — Sub *Polybi* nomine, vertente *Albano Torino*. Basil. 1544. 4. — Gr. et lat. cum libro de natura pueri ex vers. et cum not. *Io. Gorraei*. Paris. 1545. 4.\* et 1622. fol. — *Didaci de Sylua* (forte Syluii) commentarius citatur. Basil. 1556. 4. — *Io. Schegkii* in hunc libr. Argent. 1580. 8.

*Gallice*, per Guillaume Chretien. Paris. 1556. 8. 1559. 8. *Maittaire*. — *Italice*, sub *Polybi* nomine. Venet. 1545. 4.\*

XLIV. Περὶ φύσεως παιδῶν.

Libri huius ab *Erotiano* p. 22. inter Hippocrateos memorati, inscriptiones varias dedit *Galenus*, περὶ παίδων φύσεως, in exegesi. voc. Hippocr. Περὶ φύσεως παιδῶν τῇ ἐν τόκῳ in libro περὶ γυναικείων bis vocatur, et semel γένεσις τῇ παιδῶν ἢ ἐν τόκῳ. Galeni temporibus dubitatum est, num hic liber Hippocratis, vel Polybi sit, quod probat *Galenus* in cap. 1. de foetuum formatione pag. 286. tom. V. qui tamen etiam crebro eum ceu Hippocrateum citat. Memorauerunt quoque eundem hunc librum *Palladius* c. in libr. de fract. *Foes.* sect. VI. pag. 147. *Censorinus* et *Macrobius* in somn. Scipion. I. 6. Pars esse videtur libri, *Foesio* p. 101. sect. III. iam monente, de genitura, quod libri huius extremum probare videtur, et exemplaria scripta, in quibus hic liber cum libro de genitura continuatur. Spurious quoque esse putauit *Io. Pincierius* p. 234. otii Marburgensis. Partus quoque tempora, notante *Meibomio* in comm. in iusiurand. Hippocr. p. 144. in hoc libro secundum solares menses computari videntur, cum in libro de septimestri secundum lunares enarrari videantur. Reiciunt quoque *H. Mercurialis*, *Clericus*, *Grunerus* pag. 91. *Hallerus* biblioth. anat. tom. I. pag. 23. hunc librum, qui cum Herophileis temporibus prodisse putat.

Codices MSS. exstant in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCXLVII. MMCCLIV. MMDXLV. Scholia in hunc librum ab ore Ioannis excepta exstant lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 79. Montfaucon. I. p. 356. vid. Bandini III. pag. 42.

Abulabbas Achmet ben Mohammed al Sarakfi circa ann. hegirae 380 arabice hunc libr. vertit, titulo Ketab alagennat. vid. *Herbelot*. biblioth. oriental. pag. 478.

Prodiit graece cura *Albani Torini*. Basil. 1538. 8. — Cum *Io. Gorraei* interpret. eiusque schol. cum libr. de genitura. Paris. 1545. 4.\* 1564. 4. 1622. fol. *Bodlei*. — A *Iod. Willich* conuersus, cum not. Basil. 1542. 8.† — *Latine* in Articella. — *Gallice* vertit *Guillaume Chretien*, titulo: histoire de la nature de l'enfant. a Reims, 1553. 8. *du Verdier*. 1554. 8. *Rast*. — *Dini de Garbo* recollectiones in Hippocratem de natura foetus. Venet. 1502. fol. 1518. fol.

XLV. Περὶ



## XLV. Περὶ ἑπταμήνης.

Liber hic post ea tempora, quibus ius Romanum coli coepit, pro genuino habitus, ab Erotiano non memoratur. Galenus se commentarium in eum scripturum quidem promisit, comm. VII. ad VI. epid. Hippocr. text. 27. sed a promisso non stetit, nisi ipsum *Galen*i librum *περὶ ἑπταμήνης*, qui in Operum editione Charterii tom. V. legitur, talem commentarium dixeris. Galenus libri huius genuinas origines in dubium vocare non videtur; vid. libr. eius de septimestri partu tom. V. Oper. p. 348 sq. ubi eum saepissime citat, primamque partem in eo dictorum optime illustrat. *Hier. Mercurialis* ad alteram classem hunc librum refert, cens. pag. 22. *Foefius* vero pro summe genuino habet, et vere Hippocrateo sect. III. pag. 110. Antiquissimum esse hunc librum cum sequenti de octimestri partu, non negandum est. Eique libro, in quo quaedam illustravit *Samuel Battierius*, in specim. philolog. continente varias emendationes et observationes in *Diogenem Laertium*, *Euripidem*, *Hippocratem*, *Philostatum*, *Basil.* 1696. 4. iungendus est.

## XLVI. Περὶ ὀκταμήνης,

seu de octimestri partu, qui prioris de septimestri continuatio est. Spurius quoque exstat de septimestri partu libellus, quem *Lindenius* edidit, ex antiquiore et *Galen*i laciniis confectus. — Vterque liber in *Codd.* MSS. vtplurimum iungitur. Sic exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLVI. MMDXLVI. MMCCCLIV. In *Medicea* *Bandini* III. pag. 45.

*Io. Caius* seorsim edidit. *περὶ ἑπταμήνων.* 1562. 8. 1569. 8. — Prodierunt cum commentariis *Hier. Cardani.* *Basil.* 1568. fol. et in Oper. tom. IX. pag. 1. — cum comm. *Io. Lallamant* adiuncto libro de aetate, gr. lat. *Geneu.* 1571. 8.\* 1588. 8.

Textus primum graecus legitur; deinde sequitur versio *Lalamantii*, *Fabii Calui*, *Iani Cornarii*. Tandem scholia leguntur *Lalamantii* doctissima, in quibus textus pluribus in locis ad fidem codicis graeci corrigitur.

## XLVII. Ὅρκος.

De hoc libello doctorum virorum sententiae diuersissimae sunt. Memorauerunt eum et Hippocrati Coo adscripserunt *Scribonius Largus*, in epist. ad Caium Iulium Callistum, p. 2. 3. edit. *Io. Rhod.* *Erotianus*, pag. 22. auctor vitae Hippocratis secundum *Soranum* §. 2. p. 953. tom. II. *Lind. S. Hieronymus* ad *Nepotian.* de vita clericor. Ep. II. et epist. ad *Heliodorum* III. *Gregorius Nazianzenus* in orat. funebr. in *Caesarium* fratrem XII. pag. 166. edit. *Colon.* 1690. *Theodorus Priscianus* lib. IV. gynaece. cap. 6. *Suidas* in lexic. sub voc. Ἰπποκράτης, tom. II. pag. 145. et *Auenzoar* II. libr. thesaur. tr. I. cap. 5. *Aristophanem* adeo in thesmophoriazulis ad hunc librum respexisse quidam adserunt, inprimis *Trillerus* in libello de Hippocrate atheismi falso accusato p. 106. conf. *Boerner.* noct. Guelph. pag. 147. Auctor quoque commentarii in librum aphorismorum, qui *Oribasio* adscribitur, hunc librum ad Hippocrateos retulit, exstatque adeo in eum commentarius, *Galeno* adscriptus, quem *Iohannitius* siue *Honain* arabice vertisse dicitur.



Ex recentioribus genuinas origines defendunt *Foesius* sect. I. p. 31. *Opfopoeus* in praef. ad Hippocr. opusc. *Io. Henr. Meibomius* in comm. in hunc libr. p. 13. *Io. Sponius* in praef. ad aph. nou. *Conringius* in antiqq. Academi. p. 263. et 107. *Heidenus* in apolog. p. 55. *Trillerus* in Opusc. vol. II. p. 165. *Frid. Boerner* in noct. Guelph. p. 135 19. vt permultos alios omittam. Opiniones doctorum virorum de huius libri originibus tradidit *Turnebus* libr. XIX. aduers. cap. 21. [adde *Stollum* in histor. medic. pag. 810.]

Sed quoque non pauca testimonia prostant, contrarium probantia. Galenus huius libri non meminit, quod sine dubio fecisset, si ad Hippocratem eum retulisset. Putat quidem *Io. Henr. Meibomius*, Galenum iusiurandum Hippocratis coram oculis habuisse libr. X. de simpl. medic. facult. summum scelus esse putantem, medicamenta ἀγώγυμα, παθοποιὰ, et θανατοποιὰ exhibere, seu docere; sed haec nimis coniecturalia sunt. Pro spurio quoque habent *Iacobus Segarra* comm. in libr. II. de natur. facult. cap. 3. *Io. Bapt. Siluaticus*, controuers. med. 82. *Garfias Carrerus* comm. in Gal. de loc. affect. disp. 76. *Hier. Mercurialis* in Praelect. Patavin. et cens. pag. 37. *Gundlingius* in otior. part. II. cap. 3. et *Io. Henr. Schulsius* in hist. med. per. I. sect. III. 4. §. 85. p. 287. *Hallerus* quoque biblioth. med. pract. tom. I. p. 65. non pro plane genuino habet, quoniam auctor calculi sectionem iis iubet relinquere, qui peculiariter ei administrationi se dederint; sed hoc argumentum vix multum valet, quoniam Hippocrates hoc medicis, qui scholam suam reliquerant, adeoque parum exercitatis tantum praeceperat, vt adeo, num genuinus sit hic liber, numue spurius, sub iudice lis sit.

Codices multi exstant. In biblioth. Reg. Paris. nr. MMXLVII. MMCXL. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCXLVIII. MMCCLIV. MMDXLV. In biblioth. Vindobonensi de Nessel. part. IV. nr. CCXIX. p. 118. In biblioth. D. Marci. In Medicea plut. 74. nr. XIII. c. aphorism. Montfauc. I. p. 385. Bandini III. pag. 42. 102.

Latine, interpr. *Nic. Perotto* in biblioth. Laurent. Medic. plut. 73. nr. XXXVIII. Montfauc. I. pag. 354.

Arabice, Ketab alaiman cum commentario Galeni, quem Iohannitius siue Honain e Graeco transtulisse dicitur. vid. Herbelot. pag. 480. 488. Eius fragmentum dedit *Io. Elichmannus*, in respons. de vitae termino, ad orientalium doctorum mentem.

Graece prodiit cum Aesopi fabulis et aliis gr. Basil. 1518. 4.\* et Basil. 1533. 8. Cura *Albani Torini*, cum prognost. et libr. de nat. humana. Basil. 1536. 8.\* iterum cum libro de natura hominis graece. Paris. apud Wechel. 1548. 4.\* Gr. et lat. c. Galen. de temperam. et de inaequali temperie, interpr. *Th. Limacro*. Basil. 1538. 8. *Ris.* cum libr. de arte, de antiqua medicina, de medico, interprete *Io. Gorraeo*, adiectis vnicuique libello breuib. scholiis. Paris. apud Ch. Wechesum. 1544. 4. — cum aliis, quos vid. sub prognost. apud Morellum. Paris. 1557. 12. 1622. bibl. Bodl. — Cura *Io. Opfopoei* cum aliis. Francof. 1587. 12.\* — Gr. et lat. interpr. *Nic. Perotto*, cum Aesopi fabul. Venet. 1709. 8. p. 259. Cat. bibl. Bunau. tom. I. pag. 92.

Latine ex *Andr. Breutii* vers. in collect. Symph. Champerii in 8. f. loc. et ann. \* et Lugd. 1506. 8. — Ex antiqua versione cum aliis. Venet. 1507. 8. — *Nic. Perotto* interprete. Paris. 1514. 4. Basil. 1533. *Maittair.* — Cum *Alexandri Benedicti* anatomice. Argent. 1528. 8.\* — Ex recensione *Rabelaei*. Lugd. 1543. 8. — Ex *Iani Cornarii* vers. in eiusd. libr.

Hippocr.



Hippocr. ad artem medic. praeparatoriis. Basil. 1543. 4.\* — Curante *Petr. Blondello* Calezio cum ecphrasi. Paris. 1575. 4. *Maittair.* et in thes. antiq. et historiar. Italiae *Burm.* tom. IX, 4. — Rudolphopolii prodiit iusiurandum lat. c. aph. 1672. 64.\* — In *Ph. Jac. Schenfelder* synops. super pharmacop. August. Ingolst. 1677. 8.\*

*Gallice* a *Io. Canapaeo*, cum diuersis opusc. chirurgicis. Lugd. 1552. 8. Versibus Gallicis redditus a *Mich. le Long.* Paris. 1637. 8. Dacierii versionem infra dicam.

*Anglice*, the protestation which Hippocrates caused his schollers to make, by *Peter Low.* Lond. 1597. 8.\* Cum prognost. Anglice, sub quibus vide titulum. Est paraphrasis magis, quam versio.

Cum commentariis *Blasii Hollerii.* Basil. 1558. 8. *Petri Memmii.* Rostoch. 1577. 8. *Burm.* — *Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1597. 4. 1603. 4.\* et in Oper. Lugd. Bat. 1609. 4.\* — *Jacobi Fabricii.* Rostoch. 1614. 4.† — *Francisci de Franciscis.* Geneu. 1618. 8.

Gr. et lat. cum Franc. Ranchini commentario et *Is. Casauboni* notis. Monsp. 1618. 8.

*Hippocratis Magni ōenos*, siue iusiurandum, recensitum et libero commentario illustratum a *Io. Henr. Meibomio.* Lugd. Bat. 1643. 4.\* Doctissimum opus et plenissimum eruditionis, plurima ad Hippocratis historiam continens.

[*Hippocratis Iusiurandum*, latino carmine redditum a *Staeu. Sammarthano*, exstat inter eius Poemata et quidem inter Siluas, pag. 140. 141. 142.]

*Jac. Fabricii* diss. iuramentum Hippocratis, seu medici practicam aggredientis institutio. Rostoch. 1614. 4.\* — *Fr. Boerner* super locum Hippocratis in iure iurando maxime vexatum meditationes. Lips. 1751. 4.\* Et in noct. Guelphic. Lips. 1755. 8. p. 135. — *Henr. Mo-vantholii*, medici Parisini, commentarius circa ann. 1606. scriptus, quem G. Patinus edendum receperat, nunquam prodiit.

#### XLVIII. Νόμος.

Dictus hic liber ab Erotiano pag. 22. a Mercuriali, Grunero, Hallero, reiectus, praescribenda iis continet, qui medicinam facere instituunt, ne ignari atque imperiti sub medicorum persona irrepetentes nomen artis turpiter prostituunt.

*Codices* exstant in bibl. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42. — *Latine* in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCLXV.

Saepissime cum aphorismis prodiit, v. g. *Latine* ex vers. *Andr. Brentii.* in collect. Symph. Champerii in 8. sine loc. et ann. et Lugd. 1506. 8. — In Hippocratis libellis ad artem medicam praeparatoriis, per *Ian. Cornarium.* Basil. 1543. 4.\*

Gr. et lat. cum scholiis in *Matth. Garbicii* orat. de vita Hippocratis. Tubing. 1564. 8.\* Exstat etiam gr. et lat. cum Hippocr. aphorism. ex recens. *A. Vossii.* Lugd. Bat. 1628. 12.\* pag. 222 sq. — Cum comm. *Stephani Roderici* a Fonseca. Rom. 1586. 4. — *Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1597. 4. 1603. 4. et in Operib. Lugd. Bat. 1609. 4. — *Io. Stephani* Bellunensis. Venet. 1651. fol. [Lex, Determinationes, Dissectio, Epistola ad Theusalum, gr. lat. a Paulo Magnolo. Venet. 1542. 8. Cat. Mus. Brit.]

#### XLIX. Περί



XLIX. *Περὶ ἰητρῆς.*

De chirurgi praefertim officiis tractat adeoque ad institutionem iunioris chirurgi pertinet hic libellus, quem Erotianus non memoravit. Alio, quam Hippocratis, tempore, *Halero* optime monente, biblioth. chirurg. tom. I. p. 12. scriptus est, scilicet quo rara in Graecia bella erant. Exstat gr. et lat. interprete *Gorraeo*. Paris. 1544. vid. sub iureiurando. Editus est lat. interpr. Ian. Cornar. in Hippocr. libell. ad art. medic. praeparator. Basil. 1543. 4.\* Exstat cum comm. *Heurnii*, in edit. quas sub νόμος citavi. Cum comm. *Francisci Fabri*.

Est inter libellos chirurgicos Hippocr. a *Stephano Manialdo* editos. Paris. 1619. 8.\*

L. *Περὶ εὐσχημοσύνης.*

A nullo veterum memoratus et ab Hippocratis mente valde alienus. *Foefius* sect. I. p. 40. pro genuino habet. Reliqui omnes reiiciunt. [*Bernard.* in Epist. ad *Reiskium*, (vid. eius vitam, ab illius coniuge editam p. 263 sq.) multis argumentis probatum it, huius libri auctorem esse philosophum Stoicum, aut medicum, Stoicorum dogmatibus probe imbutum. coll. eiusdem Bern. epistola, ibid. pag. 267. *Hartl.*]

Codices sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMDXLV. MMCCCLIV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag. 42.

Est in libell. Hippocr. praeparatoriis *Iani Cornarii*. Basil. 1543. 4.

Exstat cum comm. *Io. Heurnii* in edit. cit.

Tractatus de philosophia medici, siue Ἰπποκράτης Κῶς περὶ εὐσχημοσύνης. *Hippocratis Coi liber de honestate*, quem recensuit, interpretatione latina notisque perpetuis et commentario illustravit, itemque prolegomena de statu antiquae philosophiae et medicinae Graecanae praemisit et ex communicatione *Henrici Chr. Crügeri* adhuc inedita scholia graeca et gnomas MS. bibliothecae Regiae Paris. huiusque et edit. Aldin. Venet. 1526. varietatem lectionis atque ipsius laudati viri animadversiones in eundem librum adiunxit *Georg. Matthiae*. Gott. 1740. 4.\* Laboris plurimi quidem opus; at taedium ob prolixitatem mouens legenti.

Idem *Georg. Matthias* ann. 1739. edidit epist. ad G. Ph. Gesnerum de habitu medicinae ad religionem sec. Hippocr. περὶ εὐσχημοσύνης. Gott. in 4. — Excursionones in hunc libr. edidit *Andr. Mongaglia*, in libr. de aquae vsu in febribus. Florent. 1700. 4.

LI. *Παραγγελίας.*

Veteres eas non memorant. Empiricae sectae medicum auctorem habuerunt, adeoque recentiorem Hippocrate. *Forsius* sect. I. p. 43. et *Schellhamerus* in libr. de natura pro genuinis habent; dubitat vero ipse adeo *Trillerus* vol. II. opusc. p. 149.

Codices exstant Graeci in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCCLIV. MMDXLV.

Latine edidit *Ianus Cornar.* in libr. praeparatoriis, quos nominaui. Gr. et lat. I. *Heurnius*, in libris quos modo dixi.

LII. *Περὶ*



LII. Περὶ ἀρχαῖς ἰητρικῆς.

Liber ab Erotiano in gloss. f. v. ἀρχαῖς, ἀρχαῖος, φύσαν, memoratus, a Galeno silentio praeterniissus, et ab omnibus, Io. Henr. Schulzio forsan excepto, (comp. hist. med. p. 123.) pro spurio habitus, qui hoc tempore scriptus est, quo iam multi de medicina scripserant. Post Aristotelem scriptum esse Hallerus biblioth. med. pract. tom. I. pag. 66. probat. Conringius empirico tribuit. conf. Gruneri cens. pag. 79.

Codices Graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag. 42.

Gr. et lat. prodiit cum iureiurando, quod vide, Paris. interpr. Io. Gorræo. 1544 4.\* 1622. 4. 1642. 4. — Latine, per Ian. Cornar. in libr. praeparator. Basil. 1543. 4.\* — gr. et lat. cum comm. Io. Heurnii, in editt. supra sub νόμος citatis. — Gallice, per Massard. in libr. de panaceis. Amst. 1676. 12.

Luc. Ant. Portii in hunc libr. paraphrasis. Rom. 1681. 12. Rom. 1691. 12.\* Vltrai. 1703. 8. Et in Operib. Neap. 1736. 4. tom. I. pag. 343.

Io. Antonii Sizzi de optimo medico cap. 1. libri de medicina antiqua. Venet. 1551. 4.

Florent. Schyyl pro veteri medicina l. Leid. 1670. 12.\* — Wilhelmi ten Rhyne meditationes in textum 24. lib. de veteri medicina. Lugd. Bat. 1672. 12.\* Ad sectam Syliuanam tuendam.

Epitomen huius libri dedit Angelus Blondus. Rom. 1681. 12.

Pertinent huc Euseb. Schenk diss. de iis, quae Hippocr. tradit in prooem. de veteri medicina. Ien. 1619. 4. Io. Henr. Schulze de medico vehementer laudari digno, ad Hippocr. de veteri medic. Hal. 1735. 4.

LIII. Περὶ τέχνης.

Meminit huius libri Erotianus p. 22. Suidas Hippocrati, Gnosidici filio, tribuit. Omnes fere reliqui eum reiiciunt.

Codices Graeci sunt in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCIII. MMCCIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42. — Prodiit gr. et lat. cum iure iurando, quod vide, et aliis interprete Io. Gorræo. Paris. 1542. 4.\* 1622. 4. — Latine vertente Andr. Bientio. Lugd. 1506. — cum aliis in Hippocr. opusc. ad artem praeparator. Iani Cornarii. Basil. 1543. 4.\* — cum comm. Io. Heurnii gr. et lat. Lugd. Bat. 1597. 4. cum comm. Iac. Fontani.

Langguth progr. de paradoxo Hippocr. in libr. de arte V. 20. Witteb. 1754. 4.\*

LIV. Ἐπιστολαί.

Hae iam dictae sunt in biblioth. nostrae libr. II. cap. 10. §. 18. p. 683. [codd. in Iriarti cat. codd. gr. Matrit. p. 75 sq. Epistola, in qua referre dicitur Hippocrates, ut ab Abderitanis publice arcessitus ad Democritum venerit ab infania eum curaturus etc. addita est Epicteto cura Hadr. Relandi. Traiecti Bat. 1711. 4. locus emendatur a censore in Actis erudit. mens. Aug. 1711. pag. 374. Harl.]

Vol. II.

F f f

XXVI. Opera



XXVI. *Opera manifeste spuria.*

## Ἱππιατρικά.

Quaedam in hippiatricis Graecis sub Hippocratis nomine occurrentia, Hippocrate manifesto recentiora, a veterum nullo memorata et ad Neo-Graecum quendam referenda. Vide, quae infra, libro VI. vbi veterinariae medicinae scriptores recensco.

## Ἐπιβώμιος.

Sermo brevis ad Thessalos dictus ante aram Minervae, post vastatam patriam suam ab Atheniensibus, quos poenas huius rei daturus ominatur, manifeste spurius et gloriosum hominem redolens.

## Ἱγίεινόν πρὸς Δημήτριον βασιλέα.

A Lindenio ad diaeteticos libros refertur. Foësius rectius ad epistolas retulit, de quibus iam dictum.

*De sanitate tuenda ad Antiochum Regem et de sanitate tuenda ad Maecenatem* ex versione, ut in *Marcelli* Empirici de medicamentis libro pag. 245. (coll. Henr. Stephan.) docetur, *Scribonii Largi*. Sed mentiuntur nomen Hippocratis et Scribonii, quod docuit *Io. Rhodius* ad Scribon. p. II. Codex latinus est in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCXXXVII. MMMMMMMXXVII. MMMMMMDCCCLXII. in biblioth. Taurin. II. p. 102. Hippocratis siue Alexandri epistola de diaeta, in biblioth. Reg. Paris. nr. MMCCXL. Prodiit cum *Mizaldi* hortensibus, apud Morellum. Paris. 1572. 8.

*Hippocratis de structura hominis ad Perdiccam* Macedonum Regem libellus graece exstat in biblioth. Coisliniana nr. CCCXXV. Montfauç. in biblioth. Coislinianae part. II. p. 448. latine, titulo: de hominis fabrica in biblioth. Ambros. Mediol. Montfauç. I. p. 516. et in tom. I. p. 284. edit. Lind. et tom. IV. edit. Charter. Summe alienus ab Hippocrate est, quod et iam olim ex nominibus Romanis mensum, ni illi sint ab interprete, collegit *Georg. Hier. W. L. schius*, quem vid. in curat. medicinal. p. 269. 270. Exstat in eum *Io. Stephani* commentarius. Venet. 1653. fol. *Hippocr. de praeparatione hominis ad regem Ptolemaeum a Io. Reuthlino* lat. versus. Tubing. 1512. 4.\* Codex est in biblioth. Reg. Paris. nr. MMXLVII. et recentior nr. MMCCCI.

Liber *de significatione vitae et mortis* in editis Hippocr. non nisi latine exstat, in biblioth. Vindobonensi tamen graece. Est opus absurdum, astrologicum et a Neo-Graeco profectum. Exstant eius codices forsitan, verum sub aliis titulis, in biblioth. Bodlei. nr. MMLXIII. alio sub titulo apud Montfaucon, alio in Mertonensi bibliotheca, nr. DCCXXIX. — Prodiit *latine*, titulo: Hippocr. libellus de significatione mortis et vitae secundum cursum lunae et aspectus planetarum, Gulideolo interprete in lucem eductus a *Blondo* medico. — apud Blondum, 1548. 8.\*

*Hippocratis liber de medicorum astrologia*, interprete *Petro de Albano*. Venet. impr. Erhardo Ratdolt de Augusta. 1485. 4.\* Lips. 1505. 4. *Rin. Petri de Albano* secreta quaedam astrologiae extracta ex Hippocrate exstant MS. in bibliotheca Trewiana. Directorium de coeli figura et astronomia Hippocratis prodiit in *Io. Ganiueti* amico medicorum. Francof. 1614. 12.\*

*Hippocratis*



*Hippocratis epistola ad Ptolemaeum de sanitate tuenda* est gr. in biblioth. Coislina nr. CCCXXI. Montfauc. in biblioth. Coislina. part. II. p. 444. item gr. in biblioth. Vindob. Lambec. VI. pagg. 94. 124. 125. et in biblioth. Bodlei. nr. CL. et in biblioth. Reg. Paris. nr. MDCCCLXXXIV. MMCCXXIX. in Taurinensi cum altera ad eundem epistola *de differentia alimentorum*. Latine versa a Io. Reuchlin. Tubing. 1512. 4. *Hippocratis vel Alexandri medici* epist. de diaeta exstat in biblioth. Reg. Paris. nr. MMDCXCIX. Montfauc. II. p. 735.

Hippocratis secreta lat. exstant scripta in biblioth. fratrum minorum Cesenae Montfauc. I. p. 435. *Hippocr.* liber secretorum editus est in *Rhaphs* opusc. et alior. collect. Venet. 1497. fol.\*

Hippocratis liber de pusulis ex Arabico conuersus a *Gosio*, quem Bartholinus exhibet. vid. Triller. de nou. Hippocr. edit. pag. 5.

*Hippocr.* liber ex capsula eburnea. Est arabistae opus, et latine tantum exstat in opusculor. Rhaphs coll. Venet. 1497. fol.\* Et in articella. Ad Cod. fidem in Wittwer Archiv für die Gesch. der Heilkunde Part. I. cura Achermann. Codex is exstat in biblioth. Ebneriana Norimberg. Alius exstat in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 382.

*Parua Hippocratis tabula*, per Petrum Burckhard quibusdam scholiis aucta et illustrata. Vittenberge, 1529. 4.\* Encheiridion fuisse dicitur Burckhardo, quod Hippocrates, cum aegros visitaret, secum tulerit. Alius *Hippocratis* liber in sepulchro eius qui repertus dicitur, exstat titulo: *liber mysteriorum de praesignificatione vitae et mortis humanae* graece in biblioth. Vindob. de Nessel. part. III. p. 22. nr. VIII. — Antidota *Hippocratis* ex Actuario et Nicolao Alexandrino edidit van der Linden in Oper. Hippocr. tom. I. p. 512. et 514.

Fragmentum *Hippocratis* de aetate ex Philone edidit van der Linden in Oper. Hippocr. tom. I. pag. 314.

### *Libri spurii non editi.*

Τὸ Ἰπποκράτης εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα, καὶ ἐξηγᾶται αὐτὰ ὁ Γαλῆνος. Exstant hoc titulo in biblioth. Caesar. Vindobonensi et Arabice versa, teste Herbelot. vid. Lambecii libr. I. comm. de biblioth. Caesar. pag. 273. edit. Kollar.

Τὴν Φαρμακίτιδα a se scriptam memorat auctor libri περὶ παθῶν p. 77. sect. V. Foef. et passim alibi.

Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν inter Hippocratis opera genuina citat Erotianus pag. 22. edit. Franz.

Παρακαταθήκην Hippocratis memorat Pollux IX, 6. [sect. 57. sed ibi recte nunc repositum est nomen Σωσιγόρατος Comici. Beck.]

Περὶ τῶν ὁλοθρίων τραυμάτων, qui forte idem fuit cum eo, quem Erotianus memorat, citat Galenus, et quidem ceu suspectum ad libr. VI. aph. 18. pag. 258. tom. IX.

Περὶ καιρῶν πρόγνωσης. in biblioth. Vindob. de Nessel. part. IV. nr. CLXXIX. p. 104.

Τὸ περὶ ἑβδομάδων Ἰπποκράτης citat Galenus in comm. I. ad I. epid. text. 10. pag. 7. tom. IX. conf. Chalcidius p. 111. et Fauonius Eulogius ad somn. Scipion. p. 441. edit. Graec. Exstat eius codex latinus in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMXXVII.

Περὶ ἐμπύων Galenus quoque dixit.

Ffff 2

*Hippocr.*



*Hippocr.* liber *διαθήκης* Arabibus notus erat. vid. Gregor. Bar-Hebraei chron. Arab. part. V. in *Affemanni* Cod. MS. oriental. biblioth. Florent. nr. CCXXVI. pag. 355.

*Hippocratis de regimine medicorum* in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 383. quis sit nescio.

*Hippocr. librum regularem*, quem diaeteticum vocauit, citat *Caelius Aurelianus* II. acut. cap. 29. pag. 142.

*Hippocr. de febribus* in biblioth. Reg. Paris. nr. MDCCCLXXXV. et MDCLXVII. 12.

*Hippocr. liber de signis infirmitatum* exstat in biblioth. Laurent. Medicea plut. 29. Montfauc. I. pag. 299.

*Hippocr. de iudiciis aegrotorum* exstat lat. in biblioth. Ambros. Mediol. Montfauc. I. pag. 516.

*Hippocr. de phlebotomia*. biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCCXXXVII. lat.

*Hippocrates de diuersis herbarum generibus* exst. in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 381.

*Hippocr. therapeuticus* in biblioth. Vindob. Lambec. VI. pag. 145.

*Hippocr. antidotarium* in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 382.

*Methodus curandi Hippocratica* erat in biblioth. Narcissi, archiep. Dublin. nr. MDCCIX.

*Hippocr. liber chirurgiae* gr. in biblioth. Reg. Paris. nr. CCCV.

*Περὶ φλεβοτομίας Ἱπποκράτης* exstat gr. in bibl. Vindob. de Nessel. cat. MS. biblioth. Vindob. part. III. pag. 26. nr. XVI.

*Hippocr. de venae sectione et ventosis* liber Arabice exstat. *Herbelot.* biblioth. p. 489. Et in coll. *Alhmaliana Hippocr. de phlebotomia.* nr. MMMMMMDCCCIII.

*Hippocr. de medicamentis secundum temperamenta.* *Herbelot.* pag. 975. — *Librum Hippocr. de oculis* Arabes citant.

*Hippocratis liber de temperamentis.* Arabice.

*Hippocr. de morborum causis et aegrorum decubitu, diagnosi, prognosi et curat.* Gallice, vertente *I. B. Damasceno.* Lib. I. Paris. 1660. 4. *Burm.*

*Hippocr. epist.* ad Galenum discipulum de corpore humano. in biblioth. Taurin. I. pag. 385.

*Hippocr. de virtutib. herbar.* gallice in biblioth. Taurin. tom. II.

*Hippocr. liber de urinis* ab Arabistis citatur. Exstat gallice in biblioth. Britann. Taylori. Inter *Iysoni* Codd. nr. MMMMCLV. In *vrinalia Hippocratis* exstabat *Magni Eumefeni* medici explicatio scripta in biblioth. Mich. Cantacuseni c. fig. Spach. elench. pag. 92.

*Hippocratis remedia ad varios morbos* exstabant scripta in bibliotheca Gunziana pag. 470.

*Excerpta aliqua ex Hippocrate et Galeno et Mose Maimonide* in *Casiri* biblioth. Scorial. nr. DCCCLXIII. Alia in biblioth. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XII. Montfauc. I. p. 385.

*διαθήκη*



Διαθήκη, τῶν τριῶν ἰατρῶν, Γαλήνης, Ἱπποκράτους καὶ Μελετίου τῶ σοφῷ περὶ τῆς ἀνδρωπυ κατασκευῆς exstat in biblioth. Vindobonensi, de Nessel. part. III. nr. LIII. pag. 56.

*Eclogae ex Hippocrate* et aliis medicis graecae, in 220. capita diuisae, exstant in biblioth. Vindobonensi. De Nessel. nr. LIII. pag. 56. part. III.

Excerpta ex *Hippocr. de morbis variarum partium* et earum curatione, in biblioth. Reg. Paris. graece nr. MMCLXXVIII. In Vindobonensi. Lambec. VI. pag. 101.

Excerpta de morbis ex *Hippocrate, Galeno et Meletio* exstant gr. in biblioth. Consiliani. Montfaucon. in biblioth. Coislin. part. II. pag. 448.

*Eclogae ex Hippocrate et Galeno* gr. Lambec. VI. part. II. p. 100. vid. de Nessel. part. III. nr. VIII. pag. 25.

Aliae *eclogae* exstant gr. in biblioth. Vindob. de Nessel. part. III. nr. XV. pag. 26.

Excerpta ex *Hippocrate* et aliis gr. in biblioth. Vindobon. de Nessel. part. III. nr. XLI. pag. 48.

Alia excerpta ex *Hippocrate* lat. in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMMCI. et graece nr. MMCLXIX.

Fragmenta ex *libr. chirurgicis Hippocr.* gr. sunt in bibl. Reg. Paris. nr. MMCCXLVII.

*Translationes ex Hippocrate* in biblioth. Narcissi Dublin. Cod. Brit. nr. MCCXV.

*Nathan f. Joel f. Palken* sententiae ex *Hippocr. et Galeno* excerptae de morbis et medicamentis, in biblioth. Taurin. I. pag. 19.

Sub fido *Hippocratis* nomine hi recentiores libri prodierunt:

*Traſſatulus hypocratis* medicorum optimi de aspectibus planetarum versus lunam. In fine: *Hypocratis libellus de medicorum astrologia* finit a Petro de abbano in latinum traductus. f. loc. et ann. in 4.\* Praefationem dedit Anthonius Friburgensis anno 1505.

*Hypocratis astrologia* prodiit cum Io. Ganiueti amico medicorum. Lugd. 1550. 12. Francof. 1614. 12.

*Hippocrates de natura lactis et de eius in curationibus morborum usu.* Aranson. 1567. 8. Lugd. 1571. 8.

*Hippocrates de inuſtionibus* siue foniculis opus historiis medicis refertum et in praxi utilissimum. Autore R. R. (estaurant). Lugd. 1681. 8.\* De inuſtionibus Hippocratis et omnis aevi obseruata enarrat.

*Hippocrate de la circulation du sang et des humeurs.* Par M<sup>r</sup> Pierre Barra. A Paris. 1683. 12.\* Loca continet Hippocr. quae ad circulationem referri patiuntur.

Pertinent quoque ad *Hippocratem*

*Mich. Angeli Blondi* ex libris Hippocr. de noua et prisca arte medendi epitomae. Rom. 1545. 8.\*



*Ex Hippocrate et Galeno*, omnium medicorum *νοσηρίων* excerpta quaedam, vniuersis ferme hominibus omnique pene tempore ad sanitatem tuendam vtilia per *Io. Kaczschium* f. loc. 1549. 4.\*

*Theodori Angelutii* ars medica ex Hippocratis Galenique thesauris. Venet. 1588. 4.\*

*Thomae Mouffeti* nosomantica Hippocratea, seu Hippocratis prognostica cuncta ex omnibus ipsius scriptis methodice digesta. Francof. 1588. 8.\*

*Io. Antonid. van der Linden* meletemata medicinae Hippocrat. Lugd. Bat. 1660. 4.\* Compendium est medicinae Hippocr.

*Th. Burnet* Hippocrates contractus, in quo Hippocr. opera omnia in breuem epitomen redacta habentur. Edinb. 1685. 12. Vienn. 1737. 8.\* Lond. 1743. 12. Arg. 1765. 8.

Aphorismi noui ex Hippocratis operibus nunc primum collecti, in suas classes digesti notisque illustrati studio *Iacobi Sponii*. Lugd. 1684. 12.\* 1689. 12. Praefatio censuram librorum Hippocr. doctissimam exhibet, quam supra memorauimus. Aphorismi ex omnibus libris collecti et commentario medico illustrati sunt.

[*M. Io. Christ. Rabe* diss. Hippocratem barbaris operam negantem, Lipsiae, 1722. A crimine, eum fuisse *ἄθεον*, defendit quidem Hippocratem, sed adculat eum, barbaris opem denegantem, inurbanitatis, vanitatis, iniustitiae etc. *Harl.*]

*Speculum Hippocraticum Zwingeri* cum eiusd. Hippocr. operib. semiot. prodit Basil. 1748. 8.

[*Io. Henr. Fischeri*, (in praesenti Professoris Göttingensis,) disp. moderante *Io. Ch. Briegleb*io, Professore Coburg. de Hippocrate, eius scriptis, eorumque editionibus. Coburgi, 1777. 4. *Harl.*]

## XXVII. *Opera Hippocratis omnia.*

Operum Hippocratis Galeni temporibus editiones non paucae exstabant. Exemplaria tamen operum, qualia ante Ptolemaeorum et Attallicorum regum tempora fuerant, Galeni temporibus non amplius exstitisse videntur, saltem non librorum omnium, quod ipse *Galenus* innuit comm. in III. epid. II. pag. 239. tom. IX. et comm. I. in Hippocr. libr. de nat. human. text. 42. p. 127. tom. III. Exemplar, quod Galenus memorat, et de quo supra loquuti sumus sub libr. I. et III. epid. quod Mnemon Sidites Alexandriam attulerat τὸ ἐκ πολλῶν κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην Galenus non vidit, qui potius suo tempore exemplaria tribus saeculis antiquiora non exstitisse expresse dicit in comm. III. ad libr. definit. et de exemplaribus tribus saeculis antiquioribus non sine dubitatione quadam differit in prooem. comm. in Hippocr. libr. de officina med. p. 2. tom. XII. Memorat Galenus atque laudat exemplar scriptorum Hippocratis Alexandrinum.

Adriani temporibus nouam recensionem scriptorum Hippocratis dederunt *Artemidorus Capito* atque *Dioscorides*. *Artemidori* labores Adcianum adeo probasse Galenus refert eoque suo adhuc tempore summo studio esse quaesitos. conf. *Gal.* comm. I. in libr. Hippocr. de natura humana text. I. p. 97. tom. III. *Dioscoridis* editio, iisdem temporibus elaborata, at minus aestimata, quam Capitonis; attamen laude sua a Galeno non defraudata, textum fere eundem



eiusdem exhibuit, quem Capitonis editio, quod ex concordantibus vtrorumque editorum lectionibus, quas Galenus saepissime adducit in commentariis suis, perspicitur. Vtrosque antiquam lectionem temere immutasse, nouis sine causa excogitatis, magis tamen in hoc temerarium fuisse Artemidorum, Dioscoride, Galenus l. c. et in locis aliis compluribus, v. g. in comm. I. ad VI. epid. prooem. p. 354. tom. IX. et retulit, et per exempla probauit, quae in omnibus fere commentariis suis in Hippocratis libros leguntur, et textui ipsi corrigendo multum inferuiunt. Aliam operum Hippocratis, saltim plurimorum, antiquam editionem Suidas memorat in lexic. tom. II. pag. 145. edit. Küster. his verbis: τετάρτην τάξιν (primam habebat apud Suidam iusiurandum, alteram praenotiones, tertiam aphorismi,) ἔχέτω πολυ-  
θρύλλητος καὶ πολυθαύματος Ἐξηκοντάβιβλος, ἢ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπισήμην τε καὶ σοφίαν ἐμπεριέχουσα.

Interpretum quoque numerus inter antiquos non paruus est, quorum nomina Erotianus atque Galenus dederunt, qui sane maior euasisset, si hi viri omnes nominassent: Galenus enim saepissime de interpretibus Hippocratis, et de his, qui πίνακας scripserunt Hippocratis, v. g. in comm. I. in libr. Hippocr. de articulis text. 48. p. 314. tom. XII. loquitur, nullo nominato. Enarrabo nunc interpretes Hippocratis, quos Erotianus atque Galenus citant, et quidem literarum ordine.

*Antigonus*, Alexandrinus, grammaticus. Erot. pag. 13.

*Apollonius Citticus* XVIII. libros ad III. Heraclidis Tarentini libros ad Bacchium scripsit. Erot. p. 10. *Apollonius Empiricus*, Galeno ὁ βιβλαῖς dictus, contra Zenonem de characteribus in epid. scripsit, et Zenone contradicente rescripsit. Gal. comm. II. in III. epid. text. 5. pag. 244. tom. IX.

*Apollonius Ophesus* Bacchii λέξεις in epitomen redegit. Erot. pag. 9.

*Aristarchus* grammaticus. Erot. pag. 12.

*Aristocles* et *Aristopeas*, grammatici Rhodii. Erot. pag. 13.

*Asclepiades* obscuriores libros Hippocratis explicuit. Gal. in pronem. comm. in Hippocr. de officin. medic. p. 2. tom. XII. Locum ex commentario Asclepiadis in Hippocr. de officina medici dat Galenus in comm. in hunc libr. II. text. 29. pag. 68. tom. XII.

*Attalis* citatur ab Oribasio in aphorism. Hippocr.

*Bacchius Tanagraeus*, Herophileus medicus, scripsit συντάξεις τρεῖς λέξεων Ἱπποκράτους et commentarios in libros epidem. Hippocratis. Primum librum Erotianus, alterum Galenus saepissime citant. Obscuriores Hippocr. libros tantum explicuit Gal. in prooem. comm. in Hippocr. de officina med. p. 2. tom. XII. Eiusd. comm. in aphorism. laudat Gal. ad VII. aph. 70.

*Callimachus*, ὁ ἀπὸ τῆς Ἡεροφίλου οἰκίας. Erot. pag. 8. et saepius.

*Didymus Alexandrinus*, grammaticus. Erot. pag. 13.

*Dioscles*. Gal. in comm. in Hippocr. de officin. med. I. text. 5. pag. 14. tom. XII.

*Diomysius* in aphorismos scripsit. Gal. ad IV. aph. 69.

*Dioscorides*



*Dioscorides Alexandrinus*, iunior multis libris scriptis ne quartam quidem partem omnium verborum exposuit. Gal. in prooem. exegeteos gloss. Hippocr. pag. 402. edit. Franz. *ὀνομασίας τῶν φαρμάκων* scripsit p. 484. *γλωττογράφος* Galeno dicitur p. 486. Est idem ille, qui Hippocratem edidit, de quo vid. loca Galeni supra citata.

*Dioscorides Phacas*, Herophileus, qui tempore Antonii et Cleopatrae vixit, contradixit expositioni vocum Hippocr. Philini empirici, Epicleusti Cretensis et Apollonii. vid. Erot. pag. 8. 332.

*Domnus* citatur ab *Oribasio* in aphorism. Hippocr.

*Ephicienus*. Gal. de ordine legendor. libror.

*Epicles Bacchii* dictiones in epitomen redegit et literarum ordine de vocibus Hippocr. scripsit, ob brevitatem Erotiano vehementer taxatus pag. 16.

*Epicleustus* Cretensis Bacchii dictiones secundum ordinem disposuit. Erot. pag. 8.

*Erasistratus* in libro de febribus contra librum Hippocr. de diaeta in acutis scripsit. Gal. in comm. I. in Hippocr. de diaet. acut. text. 24. pag. 22. tom. XI.

*Euphorion* omnes voces Hippocratis sex libris explicare studuit. Erot. pag. 12.

*Glaucias*, Empiricus, magno libro, secundum literarum ordinem voces Hippocratis explicuit. Erot. p. 10. 16. Ex primis fuisse Glauciam qui commentarios in Hippocratis libros scripserint. Gal. in comm. in Hippocr. de humoribus text. 24. pag. 535. tom. VIII.

*Heraclides Erythraeus* literarum characteres in III. epid. explicuit. vid. Gal. comm. II. in III. epid. text. 4. pag. 240. tom. IX.

*Heraclides Tarentinus* cum Xenocrito Coo primus coepit voces Hippocratis exponere. Erot. p. 7. Commentar. *Heraclidis* in libros VI. epid. citat Galenus in comm. ad VI. epid. In omnes Hippocratis libros commentatum esse Gal. in prooem. comm. in libr. Hippocr. de offic. medic. p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humorib. p. 508. tom. VIII. Comm. in aph. citat Gal. ad VII. aph. Hippocr. 70.

*Herophilus* solas glossas explicuit. Gal. explanat. vocum Hippocr. p. 404. Ad primos refertur interpretes aphorismorum Hippocratis a Gal. ad aph. VII. 70.

*Iulianus Alexandrinus* contra aph. scripsit, quem Gal. peculiari libro refutavit.

*Lycus*, Neapolitanus, comm. in Hippocr. aphorism. scripsit, de quo vid. supr. et de locis in homine. Ex hoc locum adducit Erot. p. 214. In libr. epidem. Gal. comm. II. in VI. epid. 31. pag. 414. tom. IX. vid. quoque supra sub epidem. Sed Macedonem hunc Lycum expresse vocat Galenus in comm. I. in III. epid. text. 4. pag. 201. tom. IX.

*Lyfsmachus Cous* libros vocum Hippocr. III. ad Cydium Herophileum, tres ad Demetrium, et praeter hos vnum adhuc confecit. Erot. p. 11. 12.

*Mantias*. Gal. in comm. I. in Hippocr. de officin. med. text. 5. p. 14. tom. VIII.

*Marinus* in aph. scripsit. Gal. ad VII. aph. 24. et ad VII. aph. 54.

*Metrodorus*, Sabini discipulus, in epid. Hippocr. commentatus est. Vid. supra sub epidem.

*Macmon,*



*Mnemon, Sidites.* De eius in libr. epid. laboribus vid. Gal. in comm. I. in III. epid. text. 4. p. 238. 239. tom. IX. et nos supra sub epidemiorum libris.

*Numesianus* aphorismos explicuit. vid. supr. sub aphorism. et Gal. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. pag. 535. tom. VIII.

*Pamphilus* voces Hippocr. exposuit. Vid. Gal. in explanat. voc. Hippocr. pag. 402.

*Pelops* scr. comm. Hippocraticarum introductionum. Secundum citat Gal. lib. VI. de Hippocr. et Platon. decret. cap. 5. pag. 191. tom. V.

*Phicianus.* Eius comm. in epid. supra enarraui sub epidem.

*Philinus Empiricus,* Bacchio coaeuus, sex libris contra Bacchium scripsit. Erot. pag. 9.

*Philotimus.* Gal. in comm. I. in Hippocr. de officin. med. text. 5. pag. 14. tom. VIII.

*Quintus* comm. in epid. scripsit, de quibus vid. supra sub epidem.

*Rufus Ephesus.* Eius in epid. libros enarrationes laudat Galenus in comm. II. in VI. epid. text. 31. pag. 414. tom. IX.

*Sabinus* scripsit comm. in libr. epidem. textu Hippocratis saepe mutato. Gal. comm. II. in VI. epid. 31. pag. 414. tom. IX.

*Satyrus.* Comm. in epid. scripsit et in prorrh. de quibus vid. sub epid.

*Thessalus* contra libr. de diaeta in acut. Hippocr. scripsit. Gal. comm. I. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 24. pag. 22. tom. XI. Et contra aphorismos. Gal. aduers. Iulian. cap. 2. pag. 377. tom. IX.

*Xenocritus, Cous,* grammaticus, primus voces Hippocratis interpretatus est. Erot. pag. 6.

*Zeno Herophileus* interpretatus est libros epid. Librum de characteribus literarum in epidem. III. scripsit, et alium eiusdem argumenti contra Apollonium Empiricum. Vid. supra sub epidem.

*Zeuxis* scr. commentarios in omnes Hippocr. libros, teste Galeno in prooem. comm. in Hippocr. libr. de offic. medici p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humorib. p. 508. tom. VIII. Ad primos atque antiquissimos commentatores eum refert Gal. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. p. 535. tom. VIII. et ad VII. aph. 70. Locum ex eius comment. in libr. de natur. hominis citat Erot. pag. 214.

*Codices* operum omnium Hippocratis, aut saltem plerorumque, manuscripti exstant in bibliotheca Ducis Mutinensis, Montfauc. I. p. 531. Vaticana, Bauarica, nr. CXXXIII. Montfauc. I. pag. 589. in Medicea, quos iam Cordaeus atque Foësius laudauerat, ex vno adeo lectionum varietas apud Foësium legitur. Codice Mediceo, qui in Laurentiana bibliotheca Florentiae adseruatur, Stephanus Mackius vsus est. Exstat in plut. 74. Montfauc. I. pag. 384. in Ambrosiana Mediolanensi, et quidem voluminibus XVI. cum scholiis, Montfauc. I. p. 498. et alius saec. XIII. Montfauc. I. pag. 529. in Greshamensi Lond. nr. MMMCCCCXLIV. in biblioth. Reg. Paris. nr. MDCCCLXI. XIV. saeculi, Montfauc. palaeol. graec. libr. I. p. 75. et biblioth. MS. II. p. 726. nr. MMCXXXII. MMCXXXIII. Montfauc. II. pag. 729. MMCXL.



MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCCLIV. MMDXLV. MMDCLXX.  
MMDCLXXI. MMDCLXXII. MMDCLXXIII. Montfaucon II. pag. 735. nec non nr.  
MMMCXXXVIII. MMMCXXXIX. Montfaucon II. p. 739. Hippocrates et interpretes eius in  
biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMCCCCVII. Montfaucon II. pag. 756. in biblioth. D. Marci  
Veneta. Montfaucon I. p. 472. in biblioth. Mutinensi. Montfaucon p. 531. in biblioth. Ambro-  
siana Mediolanensi Montfaucon p. 493. Codices Vindobonenses enarrat Lambecius et Stephan.  
Mackius in praefat. ad suam oper. Hippocr. edit. Vienn. 1743. fol.

Hippocratis opera omnia cum expositione Galeni tomis IV. exstant in biblioth. Vossia-  
na Montfaucon I. pag. 675. Operum Hippocr. codex erat apud Antonium Cantacuzenum.  
*Hippocr.* opera plurima exstant in bibl. Alexandr. Petavii in Vaticana graece nr. CCCXCVI.  
CCCXCVII. MLVIII. MLXI. Montfaucon I. p. 96. Hippocratis opuscula exstant gr. in bibl.  
Pr. de Mesme. Montfaucon II. p. 1327. Hippocratis tractatus, in eadem biblioth. Montfaucon.  
pag. 1328. Hippocratis opuscula in biblioth. Scorial. Montfaucon I. pag. 620.

Hippocratis opera saepe apud Guil. Pelissier. Montfaucon II. pag. 1199.

Exstant in biblioth. Vindobonensi *anonymi cuiusdam antiqui auctoris Graeci varias lectio-  
nes, emendationes et notae in Hippocratis opera, et in vitam eiusdem, a Sorano conscriptam.*  
de Nessel. Cat. MS. graec. Vindob. part. III. nr. XLIII. p. 49. Et in eadem biblioth. Vindob-  
nensi Hippocr. opera ex edit. Aldina adseruantur, quibus Io. Sambucus varietatem lectionis  
ex codice Tarentino et ex alio quodam codice MS. Fontemblensi adscripserat. Lambec. lib.  
VI. p. 154. *Ianus* quoque *Cornarius* editioni suae graecae operum Hippocratis plurimas lectio-  
nes variantes ex Codd. MSS. adscripsit, idque exemplar adseruatur in biblioth. Vindobonensi.  
Vid. de Nessel. l. mox citat. et Mackii praefat. ad Hippocr. Castigationes in Hippocratem  
exstant graece in biblioth. Lugd. Bataua. vid. catal. libror. biblioth. Lugd. Batau. pag. 398.  
*Codex* operum Hippocratis latinus exstat in monaster. S. S. Trinit. Tironiensi nr. XXXVIII.  
Montfaucon II. pag. 1249. Quaedam Hippocratis exstant lat. in biblioth. San-Germanensi nr.  
DXCVI. Montfaucon II. pag. 1133. Constantini Africani libri quidam Hippocratis et Galeni in  
latinam linguam traducti exstant in biblioth. Diuio-Benigniana. Montfaucon II. pag. 1285.

Magnum volumen Arabicum, praeter alia etiam conuersa ex Hippocrate continens,  
exstat in biblioth. Lugd. Batau. ex legato Scaligeriano. vid. catal. biblioth. Lugd. Bat. p. 276.

De codicibus MSS. operum Hippocratis quaedam habet *Trillerus* in epist. ad Hahnium  
de variolis et anthracibus veterum p. 4. 5. opusc. vol. II. et in epist. med. crit. ad Io. Freind in  
opusc. vol. II. pag. 183. et in libello de noua Hippocr. editione adornanda passim. Codices  
MSS. qui in biblioth. Reg. Paris. adseruantur, recensuit *Bosquillon* in praefat. ad nouam  
aphorismorum et prognostici edit. supra citatam.

### XXVIII. Editiones Graecae.

Ἀπαντα τὰ τῷ Ἱπποκράτει. Omnia opera Hippocratis. Venet. apud Aldum, 1526.  
fol.\* Haec princeps est editio et ex Cod. MS. impressa; sed non bonis et non valde, ut vi-  
detur, vetustis, quae, iussu monente *Trillero* in epist. ad Io. Freind p. 180. in opusc. vol. II.  
praeter antiquitatis honorem chartaeque nitorem, nil habet, quod ipsam commendet.

Ἱπποκράτης



Ἱπποκράτης Κῶς ἰατρῆ παλαιστάτης, πάντων ἄλλων κορυφαίης, βιβλία ἅπαντα. *Hippocratis Coi medici vetustissimi et omnium aliorum principis, libri omnes ad vetustos codices summo studio collati et restaurati.* Basil. apud Froben. 1538. fol.\*

*Ianus Cornarius* editor est, qui tribus Codd. MSS. vetustis vsus est, quorum alterum ab Adolpho Occo, alterum ex Io. Dalburgii bibliotheca, postremum ab Hier. Gemusaeo acceperat. Galeno ad corrigendum Hippocratis textum etiam vsus est, pluribus quater mille, quod ipse Cornarius in epistola dedicatoria narrat, locis redintegratis, qui in Aldina editione aut defuerunt ex toto, aut vitiosi habebantur. Atque hoc ea religione factum, ut nihil temere sit mutatum, ita, ut in ambiguis lectionibus eas potissimum sequutus sit, quas Galenum recepisse deprehendit. Praefert hanc Aldinae *Trillivius* in opusc. vol. II. p. 181. multa tamen in ea omissa esse ait. Typi acutiores sunt et accuratiores. Vid. quoque de his Aldi et Iani Cornarii editionibus iudicium *Iusti Iosephi Scaligeri* in Scaligerian. p. 162. et *Io. Freind* in praef. ad epidemion I. et III. supra memorat.

### XXIX. Editiones latinae.

Versio latina antiqua Hippocratis et Galeni, quam commendat Cassiodorus cap. 31. diuinar. lect. intercidit; ceterum exstant Hippocratis editiones latinae post scripta nonnulla eiusdem sparsim edita et ex Arabico fere translata Venet. 1493. et 1497. Vid. Beughemii incunabula typogr. pag. 74. In articella quoque multi Hippocr. libri leguntur, iique saltem non omnes ex Arabico versi.

Prima latina operum Hippocratis editio haec est:

*Hippocratis Coi*, medicorum omnium longe principis, octoginta volumina, quibus maxima ex parte, annorum circiter duomillia, Latina caruit lingua, Graeci vero, Arabes et prisca nostri medici, pluribus tamen vtilibus praetermissis, scripta sua illustrarunt, nunc tandem per *M. Fabium Caluum Rhauennatem* — latinitate donata, Clementi VII. Pont. M. dicata ac nunc primum in lucem edita. In fine legitur: *M. Fabius Caluus Rhauennas* cum ceteris Hippocratis octoginta voluminibus Romae vertebat XIX. Cal. Septemb. 1515. Cum gratia et priuilegio Sanctissimi Clementis VII. Pont. M. ac Serenissimi Francisci, Regis Francorum ad decem annos. Romae, ex aedibus Francisci Minitii Calui Nouocomensis anno a partu virginis 1525. fol.\*

Iussu Clementis VII. haec versio facta est, cuius primam hanc, quam coram habeo, editionem ignorarunt plurimi. Codicibus MSS. Vaticanis ad hanc versionem vsus est *Caluus*. Repetita est haec Calui versio Romae, 1549. fol. 1619. fol. 1610. fol.

[Antea tamen lucem viderat: *Hippocratis de natura hominis, de victu, de tuenda valetudine, Medicinae lex, Hippocratis iusiurandum, Hipp. demonstratio, quod artes sunt, Hipp. inuestura* (sic) *in obtrectatores medicinae. Quae quidem opera ut latine et emendare* (sic) *legerent, curauit Andreas Brentius Patavinus.* f. a. 4. Romae, caractere eleganti Steph. Planck. vid. *Audiffredi* catal. edit. rom. saec. XV. pag. 379. *Harl.*]

*Hippocratis Coi opera* — nunc tandem per *M. Fabium Caluum Rhauennatem, Guil. Copum Basiliensem, Nicolaum Leonicum et Andream Brentium* — latinitate donata. Basil. in offic. Andr. Cratandri. 1526. fol.\*



*Hippocratis Coi opera ex Iani Cornarii versione.* Venet. 1545. 8.\* Paris. 1546. 8. Basil. 1546. fol.\* 1553. fol. edente Io. Culmanno Geppingensi. 1558. fol.\* Lugd. 1554. 8. II. voll. 1562. 8. 1564. fol. 1564. 8. 1582. 8.

*Calui* versioni nimiam fidem tribuisse et codices MSS. non adhibuisse, *G. H. Wilschius*, dec. IV. cur. V. p. 184. notat. Multis codd. MSS. vsum esse et Aldina Hippocratis editione et Galeno, *Hallerus* biblioth. med. pract. tom. 1. p. 93. monet. Sed minus bonam, imo pessimam hanc versionem esse, recte monuerunt *Trillerus* in epist. med. crit. pag. 151. in Opusc. vol. II. et saepius atque *Grunerus* in censur. libr. Hippocr. p. 38. Argumenta studiose elaborata *Io. Culmannus* singulis libris praemisit.

Eadem *Iani Cornarii* versio saepissime excusa est et quidem cum argumentis *Io. Culmanni* et commentariis *Io. Marinelli*, Venet. 1575. fol.\* 1619. fol. et edente *Ioanne Baptista Paitono* tomis tribus, quorum primus Venet. 1737. in fol. editus, Hippocr. opera ex *Iani Cornarii* versione, alter Venet. 1739. fol. editus, *Io. Marinelli* commentarios, tertius, eodem anno emissus, *Matthari Pini* indicem continet.\* Vtilis est haec editio, inprimis ob indicem. Titulus est: *Hippocratis Coi opera omnia ex Iani Cornarii versione una cum Io. Marinelli commentariis ac Petri Matth. Pini indice.* — Eandem *Cornarii* versionem in suam editionem graeco-latinae recepit *Liudenus*, de quo mox dicam.

Eandem recusam dedit *Hallerus*, non sine *Trilleri* et *Gruneri* indignatione plurima, in principibus artis medicae tom. I — IV. Lausann. 1769 — 1771. 8.\* noua tamen simul operum Hippocratis censura data et dispositione facta.

*Anutii Foesii* versio cum edit. graeco-latinis *Foesii* prodijt. Seorsum excusa est Francof. 1596. 8.\* Optima est et omnibus reliquis praeferenda.

Multa Hippocratis, sed non omnia, prodierunt in collect. aliquot scriptorum Hippocratis et Galeni. Venet. 1487. 12. Multa quoque, ut iam dixi, in articella leguntur, saepius impressa. Hippocratis opera parua, scilicet de natura hominis, de tuenda valetudine, medicinae lex, iusiurandum, demonstratio quot artes sint, inuectiua in obtretractores medicinae lat. prodierunt ex versione et emendatione *Andr. Brentii* cum *Symphoriani Campegi* opusculo de claris medicinae scriptoribus et alijs. Lugd. 1508. 8.\* vid. quoque Catal. biblioth. Bunau. tom. I. p. 92. Alij libri prodierunt 1506. 8. *Rabelaei* collectionem iam indicaui.

Exstat quoque *Hippocr. de praedictionibus* lib. II. de *Coacis*, de *somniis*, de *flatibus*, de *carnibus*, interprete *Fabio Caluo*. 1527. 12.

*Hippocr.* opera aliqua, vertente *Rafario*. Saragoss. 1567. 4.

### XXX. Editiones graeco-latinae.

*Hippocratis Coi opera*, quae exstant graece et latine veterum codicum collatione restituta, nouo ordine in quatuor classes digesta, interpretationis latinae emendatione et scholijs illustrata ab *Hieron. Mercuriali*, Foroliuensi. Venet. industria ac sumptibus Iuntarum, 1588. fol.\* Addita est quartae classi Hippocratis vocum explanatio graeco-latina *Erotiani*, *Galeni* et *Herodoti*. Praemissa est operibus *Mercurialis* censura operum Hippocr. de qua iam dixi. Nimiam fidem tribuisse *Mercurialem* codicibus MSS. praesertim Vaticanis, et vel ipsa vitia exscripsisse, *Trillerus* notat in epist. med. crit. p. 180. in Opusc. vol. II. Varietatem lectionis, sed



sed non omnem, ex vetere codice, quem non descripsit, in margine dedit, notasque singulis libris addidit doctissimas.

Τῆ μεγάλῃ Ἱπποκράτης πάντων τῶν ἱατρῶν κορυφαία τὰ εὗρισκομένα. *Magni Hippocratis opera omnia*, quae exstant in VIII. sectiones ex Erotiani mente distributa nunc recens latina interpretatione et annotationibus illustrata *Amatio Foesto* Mediomatrici medico auctore. Francof. apud Wechelii haered. 1595. fol.\* 1621. fol.\* 1624. fol. 1645. fol. et Geneu. 1675. fol. Vltimae huic editioni accesserunt liber *περὶ Φαρμάκων* cum comm. *Io. Heurnii*, liber de structura hominis latine, Erotiani, Galeni atque Herodoti glossaria, nec non eorum, qui Hippocratem commentariis illustrarunt, enumeratio.

Ordinem et in sectiones distributionem ab Erotiano repetiit vir de Hippocrate omnium longe meritissimus. Vfus est ad suam editionem Codd. MSS. ex bibliotheca Vaticana, quibus M. Fabius Caluus vsus fuerat, tribusque aliis ex bibliotheca Regis Franciae Fontanobellae. Vfus est quoque duobus exemplaribus operum Hippocratis Aldino et Frobeniano, cui vir quidam doctus plurimam partem lectionum variantium ex Codd. Parisinis adscripserat, nec non codice M. Cordaei. Nouam dedit, eamque optimam omnium, textus recensionem. Versionem ipse elaborauit, eamque accuratissimam, luculentissimam, cuius ope *Trillerus* corruptum Hippocratis textum saepissime emendare potuerit. vid. eiusd. epist. med. crit. pag. 181. in Opusc. vol. II. Singulis libris addidit enarrationes doctissimas, ad easque Ioannis Martini, et Aemilii Porti observationibus vsus est. Additae sunt cuique sectioni variae lectiones ex Codd. Regiis, quos diximus, et ex Codice Mediceo. Sextae sectioni accesserunt *Paladii* scholia in Hippocratis librum *περὶ αἵματός*, vltimae editioni praefatio addita est, in qua praecipui Hippocratis interpretes enumerantur. Vid. de hac editione, operum Hippocratis omnium optima, *Trilleri* iudicium in epist. medic. crit. p. 181. in Opusc. vol. II.

*Magni Hippocratis Cui opera omnia gr. et lat. edita et ad omnes editiones accommodata industria et diligentia Io. Antonidae van der Linden.* Lugd. Bat. 1665. 8. II. voll. Neapol. 1754. 4. II. voll. Venet. 1757. 4. II. voll.

Adhibuisse Lindenium vetustissima exemplaria MS. et textum aliquot millenis locis restituisse, eius filius Henricus Antonides van der Linden memoriae prodidit, qui hanc editionem, a patre typis commissam, sed non ad finem perductam, sua demum, patre mortuo, cura edidit. Textum in capita diuisit, eaque in membra textumque suum editionibus Frobenii, Iani Cornarii, Zwingeri et Foesti textui studiosissime accommodauit, ita, ut quae secundum has editiones citantur, in ea non difficulter quaerantur atque inueniantur. Ceterum etiam ex *Guidonis Patini* tom. III. epist. pag. 177 sq. iudicio, et *Trilleri* epist. med. crit. pag. 181. in Opusc. vol. II. haec editio vix magni aestimanda est. Textum ipse Lindenius, pro more suo, fecit et temere mutauit. Versione Cornarii editionem suam turpiter foedauit. Notas et emendationes non adiecit. Editio tamen ob commodam formam commendabilis et ad usum aptissima est.

*Hippocratis Cui et Claudii Galeni Pergameni ἀρχαίων opera.* *Renatus Charterius* Vindobonensis plurima interpretatus, uniuersa emendauit, insinuant, notauit, auxit, secundum distinctas medicinae partes in XIII. tomos digessit et coniunctim graece et latine prius edidit. Lutetiae Parisior. apud Iacobum Villery. 1679. fol. XIII. voll.\*



Edere incepit Charterius Hippocratem iam anno 1639. editione demum post mortem eius absoluta. Editiones primae partis duae hinc existunt, altera ann. 1639. altera ann. 1679. quae aliquo modo inter se differunt. 50000. imperiales Charterium Hippocrati impendisse, refert Goulin in memoires, et seorsim in lettre de Mr. Villiers sur l'edition grecque et latine des oeuvres d'Hippocrate et de Galene. Paris. 1776. 4. mai.

Plurimis Codd. MSS. praesertim his, qui in Galliis adseruantur, Charterius usus est, textumque in locis permultis ad eorum ductum mutauit: sed critices virgam hanc non adhibuit, ut bonis tantum codicibus vteretur, et bonas lectiones in textum reciperet. Multorum quoque aliorum doctorum virorum auxilio usus est. Sed vastum est opus et ad usum minus aptum, ob Hippocratis libros communiter cum Galeni libris in classes dispositos. Vitiis quoque typographicis quam plurimis laborat. Varietas lectionis ex codicibus singulis classibus addita est, quae vero utilis non est, quoniam codices non describuntur. Est opus, recte monente *Trillero* in epist. med. crit. p. 182. in Opusc. vol. II. somnolenter compositum et clausis paene oculis correctum, adeo, ut praeter splendorem, quem bibliothecis adferre potest, parum habeat laudis, sed multum pretii.

*Τὰ τῶ Ἱπποκράτους ἅπαντα.* Hippocratis opera omnia cum variis lectionibus non modo huc usque vulgatis, verum ineditis potissimum, partim depromptis ex *Cornarii* et *Sambuci* Codd. in *Caesarea Vindobonensi* bibliotheca haftenus adseruatis et ineditis, partim ex aliis eiusdem bibliothecae MS. libris ac denique ex *Mediceis Laurentianis* MS. libris collectis. — Accessit index *Pini* cum tractatu de mensuris et ponderibus studio et opera *Stephani Mackii*. tom. I. Vienn. Austr. 1743. fol. tom. II. ibid. 1749. fol.\*

Nitidissima omnium haec editio est, sed non ad finem perducta: libros enim tantum continet Hippocratis, qui in I. II. III. IV. et V. sectione *Foesii*, quem in classibus editor sequutus est, leguntur et reliqui tomi desiderantur. Usus est editor Codd. MSS. *Vindobonensibus*, quorum supra mentionem feci et *Mediceo*. *Mercurialem*, *Foesium* adeo, saepissime correxit, hunc non raro parum feliciter. Lectionis varietatem ex Codd. suis textui ipsi subdidit. Internam dignitatem et praestantiam huius editionis externo nitore non respondere, *Trillerus* in epist. med. crit. p. 182. recte monet. Programma, quo hanc editionem indicauit *Mackius*, exstat in nou. act. eruditor. 1741. mens. Mai. pag. 286. Loca plura in hac edit. notata atque emendata leguntur in nou. act. eruditor. 1749. mens. Iul. pag. 399 sq.

*Editiones gr. lat. non omnium librorum Hippocratis.*

*Hippocratis* *Coi*, *Aesclepiadeae* gentis sacrae coryphaei viginti duo commentarii tabulis illustrati. Graecus contextus ex doctiss. v. v. codicibus emendatus. Latina versio *Iani Cornarii* innumeris locis correcta. Sententiae insignes per locos communes methodice digestae *Theod. Zwingeri* *Basil.* studio et conatu. *Basil.* 1579. fol.\*

Textum dedit *Zwingerus* admodum correctum et versionem *Cornarii* longe emendationem, a *Conr. Gesnero*, summo viro, ad hunc laborem incitatus. Observationes in Hippocratem, quae in commentariis continentur, subtilissimae, doctissimae atque elegantissimae sunt, iudicante *Trillero* de nou. Hipp. ed. adornanda §. 7. p. 9. Analysis per tabellas legenti plurimum difficultatis parit. Continentur ceterum in hoc opere libri *Hippocr.* de arte, de veteri medicina, lex, iusiurandum, de medico, de elegantiâ, praeceptiones, de carnibus, de



de genitura, de natura pueri, de septimestri, de octimestri, de aetate, de natura humana, de aere, aquis et locis, de flatibus, de alimento, de locis in homine, de glandulis, de diaceta, de infomniis, de humidorum usu.

*Editiones graeco-latinas libellorum Hippocr. Io. Opsopoei, Morelli et Io. Rudolphi Zwingeri iam indicavi. Io. Heurnius duas collectiones edidit, utraque cum commentariis paraphrasticis. Prima titulum habet: Hippocratis prolegomena et prognosticum gr. c. paraphrastica versione et breuibus comment. Io. Heurnii. Lugd. Bat. 1597. 4. et in Operibus. Prolegomena continent iusiurandum, de medico, legem, de arte, de veteri medicina, de elegantia, praecceptiones, de carnibus, de purgantibus. Altera est: Hippocr. aphorismi una cum prognosticis, prorrheticis, Coacis et aliis decem eiusdem opusculis, aphoristica breuitate conscriptis. gr. lat. in Operib. et Lugd. Bat. 1627. 12.*

### XXXI. Editiones promissae.

De Georgii Segeri editione Hippocratis graeco-latina, cuius specimen tantum lucem vidit, confules Io. Molleri hypomnemata ad Albertum Bartholinum de scriptis Danorum pag. 225. Editionem etiam Hippocr. G. H. Welschus promisit. — Iam anno 1728. parata erat Danielis Wilhelmi Trilleri editio, cuius specimen dedit hoc libello: *De noua Hippocratis editione adornanda commentatio, qua animum aperit atque simul ad-symbolas conferendas eruditos inuitat Dan. Wilh. Trillerus, qui et speciminis loco libellum de anatome recensuit, emendauit, et commentario medico-critico perpetuo illustrauit. Lugd. Bat. 1728. 4. mai.\** Laborem postea fere continuum Hippocrati impendit, sed ipsa editio non prodiiit. Eius annotationes in Hippocratem manuscriptae, quibus adiunctae Samuelis Battierii, in catalogo librorum viri optimi anno 1783. auctione publica distrahendorum prostabant, et adhuc venum prostant apud heredes eius.

Non prodiiit quoque Francisci Cliftoni editio, qui Hippocratica opera noua et ordinata methodo edere volebat, teste historia literar. Angliae, vol. III. nr. XV. et commentario literar. Norimb. 1732. hebd. 50. vbi simul exempla quaedam textus Foefiani ab eo emendati leguntur. *Krameri iudicium coniecturale de hac edit. vid. in comm. lit. Norimb. 1733. hebd. 23. p. 177.* Neque prodiiit nouum omnium Hippocratis operum compendium, quod Radolphus Schomberg in lucem emittere volebat, cuiusque specimen edidit hoc titulo: Τῆ μεγάλης ἱπποκράτους σύνψις, siue noui omnium Hippocratis operum compendii specimen, studio et cura Radulphi Schomberg, M. D. Lugd. Bat. 1746. 4.\* Non prodiiit tandem versio latina ista pura, quam, quoniam Lindenii versionem impuram esse et Foesium graeca verba omisisse deprehendit, edere voluit Thomas Oke, et cuius specimen etiam edidit in libro: two dissertations I. the Knowledge of Anatomy is not principally necessary to the practice of physik. II. the deformity of the foetus do not arise from the imagination of the mother. Cambridge, 1771. 8.

### XXXII. Hippocratis opera in alias linguas translata.

*Gallicam collectionem operum quorundam Hippocratis memorat Hallerus: Les anciens auteurs de la médecine et chirurgie, Hippocrate, Galien, Oribase, le tout traduit du Grec. Lion, 1555. 8.*

Les



*Les oeuvres d'Hippocrate par Claude Tardy, ou toutes les causes de la vie, de la naissance, de la conservation de la santé, les signes et les symptomes de toutes les maladies sont expliquées. à Paris. 1667. 4. II. voll.*

Paraphrasin esse pessimam, in qua auctor omnia corruperit, quae ignorabat, et ex qua Hippocrates ne cognosci quidem possit, notat *Andr. Dacier* in fine praefat. ad opus iam memorandum.

*Les oeuvres d'Hippocrate traduites en François, avec des remarques et conferées sur les manuscrits de la bibliothèque du Roi. à Paris, 1697. 8. II. voll.*

Praefinit *Andreas Dacerius*, qui verus auctor huius versionis est, breuem medicinæ historiam ad Hippocratis vsque tempora, a Daniele Clerico in hoc labore, vt quidam ferunt, adiutus. Textum cum bonae notae Codd. MSS. in bibliotheca Regia Parisina contulit, partem varietatis lectionis in notis enarravit, Zwingeri ceterum textu non sine vtilitate vsus est. Versio studiosissime elaborata est, et plane secundum mentem et ingenium Hippocratis. Notae copiosae atque melioris notae sunt. Vita Hippocratis addita est, ex antiquis biographiis, quos enarrauimus; sed errorum non expers. Ad finem legitur *Theophrasti Renaudoti* epistola de exiguo operae pretio, quod ex versionibus Syriacis et Arabicis ferri potest ad emendandum et illustrandum Hippocratem, aliosque scriptores graecos, praesertim medicos. Continentur ceterum in primo volumine liber de arte, de veteri medicina, lex, iusiurandum, de medico, de decenti ornatu, praecepta, de natura humana, de principiis siue carnibus, de flatibus, de humidorum vsu; in altero vero de diaeta libri III. nec non libri de diaeta salubri et de aere, aquis et locis.

*Germanice* epitomen operum quorundam Hippocratis dedit *Grunerus*, in libro: *Bibliothek der alten Aerzte*, in Uebersetzungen und Auszügen. Volumen I. opera genuina continet contracta ex parte. Leipzig, 1780. — Vol. II.

Exstat tandem etiam versio in Germanorum linguam *operum Hippocratis*, eaque notae optimae, sed, proh dolor! nondum ad finem perducta *Grimmii*, quam saepissime citauimus, titulo: *Hippokrates Werke. Aus dem Griechischen übersetzt und mit Erläuterungen von D. Johann Friedrich Karl Grimm*. Vol. I. Altenburgi, 1781. quod opera genuina continet. Vol. II. Altenburgi, 1784. et Vol. III. ibid. 1785. 8.\* Et spes est, fore, vt vltimae quoque partes huius elaboratissimi operis lucem videant. Mackii textum, vbi fieri poterat, sequutus est et Foessii, collata tamen simul editique graeca Iani Cornarii, Lindenii et R. Charterii. Vitam Hippocratis praemisit purgatam a fabularum sordibus. Iudicium de singulis libris Hippocratis tulit accuratissimum, eosque nouo ordine, quem fere penitus sequutus sum, disposuit. In notis multa loca difficilia explicuit, medicamenta in primis antiqua diligentissime illustrauit, et fere omnibus nomina, nostris temporibus vsitata, addidit.

Commentariorum omnium, quos Galenus in Hippocratem scripsit, epitomen dedit *Andreas Lacuna*. Lugd. 1554. 8.\* *Γαλῆνε τὰ χαρακτηρίζοντα τὰ τῷ Ἱπποκράτει* graece prodierunt cum Galeni libro de septimestri partu, de ptisana, de ossibus, per Io. Caium. Basil. 1557. 8.\*

In omnes Hippocratis libros exstat anonymi commentarius in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMMMMDCCLXII. latine. Stephani Atheniensis in Hippocratem in biblioth. Ambros.



brof. Mediol. Montfauc. I. pag. 504. Abdolrahham ben Abisadec comm. in Hippocr. exstat arab. in biblioth. Reg. Paris. nr. DCCCCXLVII. DCCCCXLVIII. Montfauc. II. pag. 719.

*Magnus Hippocrates Cous Prosperi Martiani notationibus explicatus.* Rom. 1619. fol. — 1626. fol. — Venet. 1652. fol.\* [Patau. 1719. auct. Blumenbach. Introd. in hist. Med. p. 34.]

Non omnes libros, sed potius loca quaedam fufe explicuit, errores etiam, qui in Hippocrateis libris leguntur, ad Hippocratem referens et excusans.

*Marinelli* commentarium in Hippocratem iam commemoravi.

### XXXIII. *Lexica Hippocratica.*

*Lexicon Hippocr.* exstat gr. in biblioth. Reg. Paris. nr. MMMCLXXVI. Montfauc. II. p. 740. Erat tale lat. in biblioth. Guil. Pelliferii Montfauc. II. pag. 1199. — *Erotiani τῶν παρ' Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγή* suo loco indicabitur. Enarrabuntur quoque suo loco *Galenii* libri de Hippocratis et Platonis decretis, de elementis secundum Hippocratem, in quibus plurima loca Hippocratis explicuit, nec non ἡ τῶν τῶ Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις atque eidem Galeno adscriptae definitiones medicae. Indicabitur quoque suo loco *Herodoti Lycii* dictionarium vocum Hippocratis.

Voces, quae in Hippocrate occurrunt *Heur. Stephanus* explicuit, editis simul *Erotiani* et *Galenii* libris huc spectantibus. Parisiis, 1564. 8.\*

Huc porro pertinent *Io. Gorrari* definitionum medicarum libri XXIV. Paris. 1564. fol. Francof. 1578. fol.\* Paris. 1622. fol.\*

*Oeconomia Hippocratis alphabeti serie distincta, in qua dictionum apud Hippocratem omnium, praesertim obscuriorum, usus explicatur — ita ut lexicon Hippocrateum merito dici possit.* *Anulio Foesio, Mediomatrico medico authore.* Francof. 1588. fol. min.\* et Genev. 1662. fol. mai.\* *Lexicon Hippocrateum* est summo studio elaboratum, et summae ad Hippocratem recte intelligendum utilitatis.

*Guil. Ballonii* definitionum medicarum liber, in quo Hippocr. et *Galenii* obscura loca explicantur. Paris. 1640. 4.\* Et in Operib. Venet. 1734. 4.\*

*Iatreum Hippocraticum iuxta ductum aphorismorum continnatum a Ioh. Cunrado Dietrichio.* Giessae Hassorum, 1655. 4.\* Prodiit etiam hoc titulo: *Iatreum Hippocraticum*, continens narthecium medicinae veteris et nouae. — *Vluae Sueuor.* 1661. 4.\* *Spissum* opus, 1554. paginarum, quod non solum ad aphorismos pertinet.

### *I n d e x.*

*Indicem* in Hippocratem scripsit *Petrus Matthias Pinus*, titulo: compendium instar indicis in Hippocratis *Coi* opera omnia. Venet. 1597.\* Prodiit quoque cum edit. lat. Venetiis, 1737. fol. a *Io. B. Paitono.* III. voll. edita, quae editio inprimis ob hunc indicem commendatur. Locos, quos citat, non satis definiuisse Pinum, sunt, qui querantur.

Indices operum Hippocratis atque editionum singulorum librorum, nec non veterum et recentiorum scriptorum in Hippocratem dederunt *Casp. Wolphius* in catalogo veterum et recentiorum



centiorum scriptorum in Hippocratis opera. Sangalli, 1584. 8. \* Foesii editioni Genevensi 1675. catalogus commentatorum in opera Hippocratis additus est. Praeclaros, ut solebat, labores Hippocrati impendit *Hallerus* in tom. I. biblioth. medic. pract. p. 29. nec non in bibliotheca anatomica tom. I. p. 15. chirurgica tom. I. p. 7. botanica tom. I. p. 16.

*Emendationes et varia notata* in Hippocratem reperire licet in *Hier. Mercurialis*, *Marsil. Cagnati*, *Scaligeri*, *Casauboni*, *Reinesii*, *Casp. Hofmanni*, *Io. Talentii*, *Bocharti*, *Mercerii*, *Meursii*, *Rosii*, *Leopardi*, *Canteri*, *Wesselingii*, *Valkenaerii*, *Piersenii*, *Lindemii*, *Vonckii*, *Palmerii* operibus, quibus antiquos auctores illustrarunt. Multas in Hippocr. emendationes habet *Adr. Heringa* in observat. criticar. libro singulari. Leouard. 1749. 8. Multa eaque egregia in Hippocratem leguntur in *D. W. Trilleri*, viri de Hippocrate longe meritissimi, opusculis medicis et philologicis, quorum volumina III. in 4. Francof. 1766 — 1772. prodierunt. Plurima quoque bona ad medendi methodum Hippocraticam illustrandam repertiuntur in *J. Ern. Hebenstrait palaeologia therapias studio Gruneri*, Halae in 8. edita. Hippocratem aliquot locis illustravit *Krause*, senex venerandus, in notis ad Corn. Celsum. *Selecta doctorum virorum opuscula, in quibus Hippocrates explicatur*, edidit *Ern. Godofred. Baldinger*. Gott. 1782. 8. qui etiam aliquot libellis academicis editis Hippocratis studium medicis magnopere commendavit. vid. *Gruner. delect. diss. Ienens.* vol. I. p. 36. 78. et *Baldingeri* opusc. medica. Gott. 1787. 8. p. 63. 114. 138.

Reliquorum librorum, qui ad Hippocratem aliquo modo spectant, sed huc non pertinent, titulos dedit *Hallerus* in biblioth. med. pract. tom. I. p. 94 sqq.

XXXIV. *Polybus*, gener ac discipulus Hippocratis, et teste *Galeno* in libr. Hippocr. de natura humana comm. I. prooem. p. 94. tom. III. Chart. διαδεξάμενος τὴν τῶν νέων διδασκαλίαν, ὃς ἔδὲν ὅλως φάινεται μετακινήσας τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων, citatur iam ab *Aristotele* III. 3. historiae animalium, qui librum Hippocratis de natura humana, ut iam supra monuimus, nr. XXXIV. §. 25. illi expresse tribuit. Multi etiam alii libri eidem Polybo adscribuntur, quos suo loco notauimus.

XXXV. Etiam ad Hippocratem *Gnosdici*, et ad *Hippocratem*, *Thessali* filium, scripta nonnulla relata sunt, quae inter libros Hippocratis nostri, *Heraclidæ filii*, leguntur, ut iam suo loco observatum est. Verum de his aliisque medicis, Hippocratis vel filiis, ut *Thessalo* et *Dracone*, vel discipulis, *Prodicto*, *Dexippo*, *Apollonio*, tum *Ctesia* et *Theomedonte*, vel aequalibus, aut etiam antiquioribus, *Phacone* siue *Phaone*, *Philistione*, *Eudoxi Cnidii* praeceptore, *Aristone*, *Pherecyde*, *Pythocle*, *Phileta*, *Acumeno*, *Pittalo*, *Archidamo*, *Metone*, *Eryximacho*, tum de *Acrone*, auctore sectae empiricae, de *Apollonide*, *Antigene*, *Aegimio*, *Euryphonte Cnidio*, et de philosophis, medicinae peritis, *Thalete*, *Pherecyde*, *Epimenide*, *Toxari*, *Pythagora*, *Zamolxi*, *Empedocle*, *Pausania*, *Alcmaeone*, *Epicharmo*, *Eudoxo*, *Timaeo*, *Heraclito*, *Democrito* et *Diagora*, denique de *Machaone*, *Podalirio*, *Melampo*, *Chirone* et aliis antiquioribus *Aesculapio*que et schola *Aesclepiadarum* consulenda *Danielis Clerici* historia medica, parte prima, cuius libro tertio diligenter inprimis ad examen revocat scripta Hippocratis ipsius et de inuentis eius atque observatis disputat, et quo usque ille salutarem scientiam prouexerit, ostendit. [Ex Clerici libro in compendium fere redactae sunt vitae veterum medicorum a *Wohlfahrt* in libello: *Biographien Griechischer Aerzte*



te zusammengetragen aus der Geschichte der Medicin des Le Clerc von I. A. Wohlfahrt. Ha-  
lae. 1770. mai. 8.] Multa quoque de eodem argumento praeclare exposuit Io. Henr. Schul-  
zius in hist. medicinae period. I. sect. II. cap. I — V. nec non cap. VII. et VIII. Tertia  
sectio primae periodi Hippocratem et coaeuos illi medicos pertractat. Historiam et vitas  
medicorum veterum scripserant Thomas Reinesius, Aegidius Menagius, Io. Henr. Meibo-  
mius, sed non editas.

## C A P V T XXIV

DE PHILOSOPHIS PLERISQUE ANTE SOCRATEM, TVM DE  
SOCRATE, CEBETE, ET ALIIS QVIBVSDAM SOCRATICIS.

I. H. Stephani *Poesis Philosophica*. - Et Scipionis Aquiliani de placitis Philosophorum ante Aristote-  
lem. II. Aetas et scripta Xenophanis Colophonii. III. Parmenidis. IV. Heracliti. V. De-  
mocriti. VI. Anaxarsidis. VII. Anaxagorae. VIII. Anaximandri. IX. Anaximenis. X.  
Archelai. XI. Biantis. XII. Bionis. XIII. Botonis. XIV. Chilonis. XV. Cleobuli. XVI.  
Diagorae Melii, ubi obiter recensentur Philosophi, quibus obiectatus fuit Atheismus. XVII.  
Diogenis Apolloniatae. XVIII. Diemenis Smyrnaci. XIX. Hippiae. XX. Hipponis. XXI.  
Leucippi. XXII. Melissi. XXIII. Mysonis. XXIV. Nessae Chii. XXV. Periandri. XXVI.  
Pherecydis. XXVII. Pittaci. XXVIII. Protagorae. XXIX. Zenonis Eleatae. XXX. Socra-  
tis. XXXI. Aeschini Socratici. XXXII. Antisthenis. XXXIII. Aristippi. XXXIV. CEBE-  
TIS. XXXV. Critanis. XXXVI. Euclidis Megarensis. XXXVII. Glauconis. XXXVIII. Me-  
nedemi. XXXIX. Phaedonis. XL. Phaedri. XLI. Prodici Chii. XLII. Simmiae et Simonis  
coriarii. XLIII. Stilponis. XLIV. Nomina aliorum quorundam Socraticorum.

[Cum auctario G. C. Harles.]

### I.

**H**ENRICVS STEPHANVS an. 1574. 8. edidit librum, qui inscribitur *Poesis Philo-  
sophica*, in quo continentur reliquiae quaedam poeseos philosophicae antiquissimae  
Graecorum, siue fragmenta nonnulla, utcumque e scriptis veterum collecta et graece descri-  
pta: *Empedoclis* p. 1 — 31. *Xenophanis* p. 35 — 39. *Parmenidis* p. 41 — 46. *Cleanthis* p.  
49 — 52. et p. 124 — 127. *Epicharmi* p. 54 — 58. *Timonis Phliasii* p. 60 — 74. *Critiae* p. 75.  
et 76. *Orphei* p. 78 — 107. *Musaeci* p. 109. 110. *Lini* p. 112. 113. *Pythagorae* aurea carmina  
et alii quidam versus Pythagorae vel Pythagoreorum p. 114 — 123. *Heracliti* Ephesii fragmen-  
ta p. 129 — 140. et [P] Epistolae p. 142 — 155. tum *Democriti* fragmenta p. 156 — 179. et  
Epistolae pag. 181 sq. Ad calcem libri subiiciuntur breues *Iosephi Scaligeri* in pleraque haec  
fragmenta notulae et castigationes.

SCIPIO quoque AQUILIANVS Pisanus, eques D. Stephani, scripsit librum de  
placitis Physicis Philosophorum, qui ante Aristotelis tempora floruerunt, editam a discipulo  
eius Georgio Morales, Medico ac Philosopho, Venet. 1620. 4. Hic *Anaximandri* opinio-  
nes exponit cap. 2. *Anaxagorae* cap. 3 — 7. *Democriti* et *Leucippi* cap. 8 — 17. *Pherecydis*  
cap. 18. *Thaletis* cap. 19. *Pythagorae* et *Alcmaeonis* cap. 20. *Anaximenis* et *Diogenis Apollo-  
niatae* cap. 21. *Hippasii* et *Empedoclis* cap. 22. 23. et 24. *Archelai* denique et *Heracliti* cap. 25.

De *Empedoclis* scriptis iam dictum est a me supra cap. 13. vti de *Critiae* cap. 19. de *Py-  
thagorae* cap. 12. et de *Orphei*, *Musaeci* ac *Lini*, libro superiore. De *Epicharmo* dicendi lo-

Hh h h 2

cus



cus fuit capite XXII. vti de Cleanthe ac Timone dicam libro III. cap. 15. et 33. In praesenti igitur de *Xenophane*, *Parmenide*, *Heraclito* ac *Democrito* paucis agere iuuat, eximioque huic virorum sapientum quaternioni alios celeberrimos, qui ante Socratem vel Socratis aetate floruerunt, et alibi a me dicti <sup>a)</sup> non sunt, Philosophos adiungere, hinc denique ad Socratem ipsum ac Socraticos progredi.

[Vitas philosophorum plures antiquiores persequuti sunt. vid. *Ionsum* de script. hist. philos. I. capp. 3. 4. 10. etc. Multos laudat Diogenes Laertius: haud paucos ego in vol. I. de Pythagora agens, memoravi. Sic *Antiochus* quidam, cuius aetas incerta est, historiam virorum doctorum a Pythagorae aetate vsque ad Epicuri mortem scripsit, teste *Clemente Alexandrino* Strom. lib. I. p. 309. edit. Sylburgii, vbi quoque, quam male quidam de origine philosophiae sint philosophati aut nugati, explicatur. *Antisthenes ἐν διαδοχαῖς*, (in successionebus,) cum *Demetrio ἐν ὁμωνύμοις* citatur a *Diogene Laert.* IX. 35. et ita alii vett. de philosophis eorumque sectis, aut opinionibus scripserunt, e. gr. *Aristocles* teste Suida sub h. v. tom. I. p. 326 confecit opus, X. libris constans, *περὶ φιλοσοφίας*, in quo omnes philosophos eorumque opiniones recenset. Vixit sub imperatoribus M. Aurelio et Seuerio. Vid. *Plessing* Versuch etc. tom. II. part. I. p. 8. not. Liber eius octauus citatur ab *Eusebio*, praepar. evang. XIV. 17. p. 756. *Sotion*, Alexandrinus, tempore Ptolemaei Epiphanis, scripsit libros de successione philosophorum, quod opus saepe citatur a *Diogene Laertio*, et in epitomen redegit *Heraclides Lembus* etc.]

Quod reliquum est, lectorem monebimus, nos, in recensendis philosophorum vitis, neque plenam singulorum vitam aut placitorum historiam, neque singulorum opiniones de rebus diuinis humanisque veras falsasque esse persequuturos; quippe quod a nostro instituto alienum conditoribus historiae philosophiae sit relinquendum. Atque multi viri docti in illis explicandis varia fortuna diuersaeque via sunt versati. Vt mittamus compendia eiusmodi generis, et Pseudo-Plutarchi de placitis philos. Diogenis Laertii, Hesychie Illustris, s. viri illustris, scripta; et opera Stanleii, Baylii, Bruckeri, Cudworthi eiusque doctioris interpretis, Moshemii, Adelungii, Agatopissi Cromaziani, s. potius Appiani Buonafede, Abbatis generalis Caelestinorum, maiora, ad quae in superiore volumine in capitibus de Thalete, Empedocle, Pythagora aliisque saepius iam prouocauimus: hic quorundam scripta excitabimus, qui, quantum fieri potuit, placita quoque philosophorum, de quibus hic sermo est, partim collegerunt, partim in ordinem redegerunt, aut examinarunt. Sunt autem

*Historia philosophica, continens veterum phil. qui quidem praecipui fuerunt, studia ac dogmata, modernorum quaestionibus imprimis exagitata, tradita ab Abrahamo Grauiio, in Frifis prof. publ. Franeckeræ Frisiorum, 1674. 8.*

*Ab-égé de l'histoire des sçavans anciens et modernes*, à Paris, tom. I. 1708. 12. Fuerunt, qui adfirmarent, esse tantum compilationem quarundam notitiarum ex Bailiano Lexico: at art. de Xenophane plane discrepat. vid. Mein. Trev. 1708. pag. 1143.

### Cogitationes

a) Nonnullos enim iam adtigi, vt Epimenidem lib. I. cap. 6. Thaletem lib. I. cap. 35. [adde Brucker. in Otio Vindelico. Augustae Vindel. 1719. 8.

p. 129 sqq.] Solonem lib. II. cap. 11. et 14. Hippasum aliosque Pythagoreos cap. 13.



*Cogitationes de deo et providentia divina aduersus Atheos et Epicureos auctore reu. in Christo Patre Samuele Parkero, S. T. P. Episcopo Oxoniensi. Oxonii e theatro Sheldoniano. 1704. 4.*

*Historia philosophiae gentilis etc. gallice edita Hagae Comitum 1724. in quem librum Observationes criticas, easque doctas scripsit Io. Iac. Brucker in Otio Vindelico, siue meletematum historico-philosophicorum triga. Augustae Vindel. 1729. 8. p. 127 sqq.*

*Von Fenelon Lebensbeschreibungen und Lehrsätze der alten Weltweisen, (e lingua gallica in germanicam versae, animaduersionibusque et additamentis locupletatae a Loën.) Francofurti, 1748. 8.*

*Christophori Meinersii historia doctrinarum etc. Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom. vol. I. Lemgo. 1781. 8. vol. II. 1782.*

*Eiusdem Historia doctrinae de vero deo, omnium rerum auctore atque rectore. part. I. II. Lemgo. 1780. 8. nuper germanice versa.*

*Memnonium oder Versuche zur Enthüllung der Geheimnisse des Alterthums, von Frieder. Victor Leberecht Pfessing, (in praef. Prof. philos. in academia Duisburgensi,) Lipsiae, 1787. m. 8. part. I. II. Dissentit potissimum a cl. Meiners.*

Idem continuauit laborem in:

*Versuche zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums. vol. I. Lips. 1788. 8. vol. II. part. I. II. 1790. atque in parte I. voluminis II. p. 1—64. philosophiam scholae Eleaticae explicat.*

*Geist der speculativen Philosophie von Thales bis Socrates durch Dieterich Tiedemann, Hofrath und Professor der Philosophie zu Marburg. Marburg. 1791. 8.*

*Des Abbt Batteux Geschichte der Meynungen der Philosophen von den ersten Grundursachen der Dinge. Aus dem Französischen übersetzt. Lipsiae, 1773. 8. [Leguntur Batteuxii dissertatt. in Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXVII. XXIX. XXXII.] Quae Barthelemy in itinere Anacharsidos iunior. tom. III. p. 123 sqq. vers. german. de Xenophane et reliquis philosophis scholae eleaticae collegit et adnotauit, ea pauca sunt. Harl.]*

II. XENOPHANES natus Colophone, Olympiade quadragesima, vt testatur Apollodorus apud Clementem I. Strom. pag. 301. edit. Colon. quod confirmat Sextus Empiricus I. contra Mathematic. cap. 12. p. 51. [sect. 257. p. 270. edit. nostri Fabricii, cuius notam consul.:] nec obstat Eusebius in Chron. qui quinquagesima sexta, vel Laertius IX. 20. qui sexagesima Olympiade claruisse scribit. Vixit enim Xenophanes annos non XCI. tantum, vt Lucianus in Macrobiis: [cap. 20. tom. III. pag. 222. edit. Reitzii, cuius notam conferes:] sed centum amplius, vt Censorinus cap. 15. Certe versiculos, anno aetatis XCV. ab eo scriptos, profert Laertius IX. 19. Ex patria exsul, concessit Eleam potissimum, s. Veliam, (de qua vrbe vid. Strabon. VI. p. 387. Almel. ibique not.) in Sicilia, teste eodem Laertio, qui ait, audiri ab eo fuisse Botonem Atheniensem, et ex quorundam sententia etiam Archelaum Physicum, quod, licet a Luciano quoque confirmetur, parum tamen congruere cum ratione temporum videtur, neque alium Archelaum celebrem, physici nomine, in veterum scriptis obseruare licet, quam qui Anaxagorae successit. Fabric.



## EPIMETRON.

De *Xenophane* eiusque dogmatibus praeter scriptores paullo ante memoratos, de quibusdam eius opinionibus *Corfin.* ad Plutarch. de placitis philos. II. 20. p. 61. et in subiuncta diff. II. p. XLVIII. atque alibi, speciatim vero egerunt

*Iac. Guil. Feuerlin*, (tum Prof. Altdorfinus, postea Göttingensis,) cum respond. *Tobia Roschmanno*, Vlmensi, in *diff. historico-philosophica de Xenophane*, Altdorf. 1729. 4. *Groscurd* in Bibl. Bremensi et Verdenſi, vol. I. part. I. p. 1 sqq. *Hieron. Ragusa* in Elogiis Siculorum p. 71 sqq. tom. XIV. Thes. Sicil. et cl. *Tiedemannus* in comment. *Xenophanis decreta*, in bibl. philologicae volumine III. Lipsiae, 1781. 8. pag. 150 sqq. [etiam Cl. *Buhle* in Comm. de ortu et progressu Pantheismi inde a Xenophane Colophonio, Gött. 1791. 4. p. 7 sq.] *Xenophanes* quidem dicitur natus fuisse Olymp. XXXX. *Corfinus* in F. A. tom. III. p. 59. tamen primum suspicatus erat, *Xenophanem* natum videri Olymp. XXXVII. 1. quia Olymp. LX. dicatur floruisse, iisque carminibus, quibus res a se gestas describit, prodat, vicesimo quarto aetatis anno se patriam reliquisse, annisque 67. per varias Graeciae vrbes errasse; ideo, si Olymp. LX. carmen illud ediderit, ipsius natiuitatem ad Olymp. XXXVII. spectare: at enim propter auctoritatem *Apollodori* verisimilius esse putat, illum natum esse Olymp. XL. ne poesi nonagenarius edidisse dicatur. Verum enim vero serius adhuc in lucem editum fuisse conuiciunt *Bayle* in Dict. v. *Xenoph.* (A.) tom. IV. pag. 515. *Feuerlin*, in disp. §. 3. ac *Brucker*, in histor. crit. philos. vol. I. p. 1143 sqq. qui tamen *Feuerlini* disput. non citat. *Cassae*, cur dubitarent viri illi docti, inprimis *Feuerlinus*, hae fuerunt: *Xenophanes* ad tempora vsque *Cyri* et *Darii* (h. e. Olymp. LXIV — LXXII.) et tempore *Hieronis*, regis Siciliae (Olymp. LXXVI. et deinceps,) vixisse dicitur ab *Apollodoro* et *Timaeo* apud *Clementem Alex.* Strom. I. p. 301. f. p. 353. l. 22. edit. Oxon. et in fragmentis *Apollodori* p. 1089. edit. cel. *Heynii*, qui putat, *Xenophanem* circa Olymp. LVI. et LX. floruisse. Idem *Xenophan.* apud *Athenaeum* lib. II. p. 54. mentionem facit memorabilis fugae *Medorum* s. *Perſarum*, atque viros eandem, tamquam in infantia ipsorum factam recententes inducit. Si strages *Marathonia* (Olymp. LXXII.) aut *Salaminia*, vel *Plataeensis* (Olymp. LXXV.) intelligatur, et, quae *Casauboni* animadu. ad *Athen.* II. 14. p. 110. edit. Lugd. (vbi de aetate *Xenophanis* differit *Casaubonus*,) fuit opinio, XV. aut XX. interceſſerint ab ea pugna, de qua loquitur poeta, ad id temporis, quo illi versus a poeta componebantur, additis illis annis sequeretur, *Xenophanem*, si natus esset Olymp. XXXX. attigisse vltimam, a nullo memoratam, senectutem, et vixisse annos CLX. vel minimum CXLVIII. Quod quam videretur incredibile, *Feuerlinus* adſtipulatur *Baelio*, ſtatuenti, *Xenophanis* natiuitatem ad inferiorem aliquam Olympiadem referri debere. Atque, „forte, ait, LV. natus fuit *Xenophanes*; idque inde colligo, quod LX. „Olymp. claruisse *Laertius* IX. 20. perhibet, ipse vero *Xenoph.* in versibus, a *Laertio* IX. 19. „prolatis, de se refert, XXV. habuisse annos, quum Graecia ipsum adſiſſet. Forsitan in co- „dice *Apollodori* pro NE, quibus characteribus Olympias LV. pro natiuitatis tempore *Xenophanis* notabatur, librarii M. perperam legerunt atque transcripserunt. Ponamus nunc, „*Xenophanem* natum fuisse ab initio Olympiadis LV. atque in versibus, ab *Athenaeo* citatis, „respicere pugnam *Marathoniam*, quae anno secundo Olymp. LXXII. contigit; scripsisse „autem versus hos XX. annis post ipsum hoc praelium, et habebimus XCII. annos, quorum „aetatem sibi adtribuit in versibus, a *Laertio* fortassis ex eodem libro, e quo *Athenaeus* suos „sumſerat, excerpsit.“ Hactenus *Feuerlinus*, cuius acutam suspicionem eo lubentius adtuli,

quo



quo difficilior illa disputatio, ab exteris praecipue, reperiri poterit. Sed iam ante Feuerlinum *Dodwell.* de veteribus Graecorum et Romanor. cyclis diss. III. p. 134 sqq. iisdem motus argumentis, quibus Baelius et Feuerlinus vsi sunt, et quae *Dodwellus* magis firmat latiusque explicat, dubitavit, Xenophanis natalem diem ad Olymp. XL. posse referri. Immo vero, ante Olymp. L. illum ne potuisse quidem nasci, docet, et, rationibus sagaciter subductis, efficit, Xenophanem natum fuisse anno, postquam decesserat Epimenides, octavo, n. Olymp. LVI. 4. paullo autem ante coniecerat, Epimenidem exstinctum esse Olymp. LIV. 4. Nam, quando Xenophanes apud Laertium testatur in carminibus, quae viuis scripsit Olymp. LXXIX. 4. se adtigisse annum vitae XCII. perperam inde colligunt eruditi, annum illi Xenophani fuisse fatalem. Atqui centenarius maior diem obiit supremum, probabilius notante *Censorino* de die natali cap. 15. sed vel centenarius ad annum peruenit Olymp. LXXXI. 4. Sic vixit eodem tempore, quo *Anaximander*, vt voluit *Sotion* apud *Laert.* IX. sect. 18. et *Archelaum*, senior tamen, audire potuit, quod a nonnullis traditum adfirmat Laertius. *Dodwello* tamen pag. 136. vii Fabricio nostro et Bruckero, suspectum est nomen Archelai, aut de alio aliquo antiquiore Archelao intelligendum videtur, quum e successoribus atque discipulis Xenophanis plerique fuissent huic Atheniensi Archelao saltem aetate pares, Pythagorae fuit aequalis, sed post eius mortem adhuc in viuis: cuius quidem placita neque sectari potuit, neque relinquere; multo minus ab eo venditus est, quod quidam ex dubia falsaque lectione apud *Diog. Laert.* IX. 20. πεπεῖσθαι (pro quo *Feuerlin.* p. 18. not. b. πεπεῖσθαι, a πεῖσθαι, transeo, dubito, num fauente critica, coniecit,) perperam effecisse sibi visi sunt. Quidquid est, viros illos doctos, existimo, clare euicisse, Xenophanem multo post Olymp. XXXX. in lucem fuisse editum, atque vel Apollodorum errasse vel textum esse corruptum. adde *Bruckeri* hist. critic. philos. vol. I. pag. 1144. qui diem Xenophanis natalem Olymp. LVI. adserit. Exsul coepit peregrinari per Graeciam anno aetatis suae XXV. vt nos ipse docuit apud Laertium. Hic erat, ait *Dodwellus* p. 137. annus ab Epimenidis obitu XXXIII. Olymp. LXIII. 1. Solum vero patrium is num coactus, an vltro mutauerit, incertum esse videtur *Feuerlino* l. c. pag. 14. qui etiam de longa eius in Italia et Graecia commoratione, eius ingenio, virtutibus reque familiari latius disserit. In novam coloniam, a Phocaeensibus Eleam s. Veliam Olymp. LXI. 1. ante C. N. 536. deductam, vti in patriam suam Colophonem, complures versus composuit. vid. *Diog. Laert.* IX. 20. et 28. ibique Menagium. Philosophemata sua, quae suo ingenio, non alienae disciplinae debuisse, probabile videtur, non in publica schola, sed amicis tradidit, et scriptis potissimum propagauit. Carminum vero suorum multitudine effecisse videtur *Feuerlino* p. 21. vt se ipsum exscripserit, atque ex suis carminibus consuerit centones: quod ex verbis *Diogenis Laertii* IX. 18. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐξῆλψεν τὰ ἐαυτοῦ colligit *Feuerlin.* reiecta versione Meibomiana, sua publice cantabat poemata. *Rossius* tamen l. c. verba illa *Diogenis* vertere malit, verum ipse quoque sua ipsius placita versibus tradidit. Quam diu in viuis fuerit, non omnino est exploratum. In *Luciani* quidem *Macrobiis*, cap. 20. vbi Xenophani anni tantum XCI. adscribuntur, librarii errasse videntur; quos putat *Fabricius* ad Sextum *Empir.* *Pyrrhon.* hypotyp. lib. I. sect. 224. p. 58. not. B. perperam γὰρ (κόπια et α) pro γὰρ scripsisse. *Hart.*

Scripta Xenophanis, (a quo secta Eleatica<sup>b)</sup>) originem ducit, teste *Clemente* I. Strom. pag. 300.) haec memorantur apud veteres:

Καλοφῶνος

<sup>b)</sup> Conf. *Cicer.* *Academ.* libr. II. cap. 42. ibique *Dauis.* *Hart.*



Κολοφῶνος κτίσις ὃ καὶ ὁ εἰς Ἑλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸς ἔπη δισχίλια. Laert. IX. 20. [P]

Ελεγῶνα. Laert. IX. 18. et 19. VIII. 36. Athen. lib. VIII. p. 368. Suid. in Ξενοφ. Fabric. Fragmentum, quo Xenophanes luxum Colophoniorum perstringit, seruatum est ab Athen. XII. pag. 526. A. Harl.

Ἰαμβοὶ καὶ Ἡσιόδου καὶ Ὀμήρου, in quibus perstrinxit, quae de diis illi scripserant, vnde dictus Ὀμηροπάτης calcans *Homerum*, vt recte illam vocem exponit *Teachimus Kühnius* ad Laert. IX. 18. vbi forte legendum καὶ Ἰάμβους καὶ καὶ Ἡσιόδου καὶ Ὀμήρου, nam versiculi, quos aduersus Homerum et Hesiodum a Xenophane scriptos profert *Sextus* ὃ, (relati a me supra cap. VIII.) [nr. 14. p. 548. vol. I.] Heroici sunt, non Iambici. Potuit tamen alio etiam opere Homerum et Hesiodum perstringere Xenophanes, v. g. in Sillis, de quibus mox. *Fabris. Ignatius Rossus* in *Commentatione*. Laert. Romae, 1788. pag. 175 sqq. primum reiecit verborum ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ Ἰάμβους καὶ Ἡσιόδου καὶ Ὀμήρου interpretationem *Meibom. scripsit versus* etc. adnotans, ἔπος h. l. esse *heroicum carmen*, tum *Aldobrandin. elegias et iambos in Hesiodum et Homerum carminibus scripsit*, atque *Vossianam* (institutt. poet. lib. II. cap. 20.) et *Aegidii Menagii* ad *Diog. Laert. IX. sect. III. Xenophanem hexametris, elegiis ac iambis Hesiodum et Homerum infestatum esse*. Dein ita intelligit locum: „heroicos versus, elegias ac iambos ab Xenophane editos; iamborum vero argumentum fuisse reprehensionem Hesiodi atque Homeri.“ Immo vero voc. Ἰάμβους, quorum nullus, qui de Xenophanis carminibus disseruissent, mentionem fecisset, a librario adiectum suspicatur. *Feuerlino* quoque Iambi sunt dubii. Atque a *Diogene Laertio* alius iamborum scriptor, Xenophanes Lesbios memoratur, quem etiam diuersum a Xenophane Colophon. fuisse credidit *Ios. Scaliger*. Denique *Rossius Fabricii* nostri emendationem atque interpretationem, totum quoddam carmen contra Homerum atque Hesiodum fuisse compositum, haud necessariam ratus, opinatur, Xenophanem, dum aliud ageret, data occasione, ista, n. versus, contra Homerum atque Hesiodum, canere potuisse. Harl.

Σιλλοὶ. *Strabo* lib. XIV. p. 643. inter celebres Colophonis viros post *Mimnermum* memorat *Ξενοφάνην τὸν Φυσικὸν τὸν τὰς Σιλλὰς ποιήσαντα διὰ ποιημάτων*. *Eustathius* ad *Iliad. β. p. 154. ὅτι ἔμνον Ξενοφάνης πεποίηκε σιλλὰς ἐν οἷς εὐδοκίμησεν* etc. Fallitur itaque *Stanleius*, qui in *Historia philosophica*, anglice edita p. 746. *Timonis Sillos* a *Strabone* perperam *Xenophani* tributos existimat. Heroico versu scriptos perinde, vt *Timonis* et aliorum fillos, constat ex *Schol. Aristophanis* ad *Equites* v. 406. ὃ vbi versum e *Xenophanis* sillis profert, licet male ibi sit excusum *Ξενοφάντης* pro *Ξενοφάνης*. *Fabric.* *Fabricius* suam sententiam retractauit in nota Z. ad *Sexti Empirici* *Pyrrhon.* hypot. lib. I. 33. p. 58. *Timon* enim, vt *Sextus* ait, *Xenophanem* quidem laudauit, sed fillos etiam sub eius persona scripsit eumque induxit dolentem: atque *Fabricius* l. c. quum

c) Alios κτίσεων scriptores collegit *Ionsius* lib. I. cap. 12. de scriptoribus hist. philos.

d) Aduers. Physicos sect. 193. aduersus grammat. sect. 289. Harl.

e) Scholiastis verba aeque vitiose scripta repetiit *Eudoc.* pag. 87. Harl.



quum ex *Laertii* IX. III. constet, Timonem libro sillorum, quibus philosophis suae et priorum aetatum obtrectauit, secundo et tertio dialogi more induxisse se percontantem et Xenophanem respondentem, non dubitauit a semet ipse discedere, et ubi Xenophanis filli a Strabone, Eustathio et scholiaste Aristophanis citantur, *Timonianos* intelligere. Ad hos probabiliter referendi sunt illi, de quibus scholiastes Marcian. edit. Villoison. ad Homer. Iliad. B. 212. verba facit, quando, ἡδη; ait, *de ὧν Ξενοφάνης, ἀλλ' Ὀμηρῶν πρῶτῳ Σίλλοι πεποιήνται, ἐν οἷς αὐτὸν τε τὸν Θερσίτην σίλλαινες*. Nisi *Παρωδιαίς*, h. e. carminibus ad aliorum similitudinem compositis, maxime ad reprehendendum vel irridendum, eiusmodi conuitia, siue filli, proprie dicti, fuerint immixti, vnde illi excerpti, sillorum nomine ab aliis sint citati veteribus. Constat enim, partes totius operis, tamquam peculiaria opera, peculiari inscriptione nomineue ornata, saepe fuisse excitas. Fabricii sententiam adoptarunt *Rossius* l. c. p. 176 sq. *Brucker*. p. 1145. et *Feuerlin*. p. 22 sq. qui praeterea fillos abiudicat Xenophani ob silentium Diogenis Laertii, et putat, a Strabone elegias Xenophanis contra Homerum et Hesiodum vocatas fuisse *σίλλαις*, h. e. obtrectationes, conuitia. vid. *Hesych.* h. v. et *Aeg. Menag.* not. ad Laert. IX. III. De Timone infra commodior differendi erit locus. *Harl.*

*Παρωδαί* siue, vt Menagius, (qui sillorum fuisse partem suspicatur <sup>f)</sup>) *παρωδιαί*, *Athen.* lib. II. p. 54. ubi versus quinque herōicos profert, quorum postremus meminit fugae Medorum:

*πηλίκος ἦσθ' ὧν ὁ Μῆδος ἀφίκετο; Fabric.* conf. *Rossium* l. c. p. 179 lqq. *Harl.*

Xenophanem *περὶ φύσεως* laudat *Pollux* VI. 9. [sect. 46. ubi quondam male scriptum erat, et in versione latina seruatum est nomen *Xenophontis*,] ex quo non dubito, petita esse physica ipsius dogmata, quae passim celebrantur, vel etiam impugnantur in scriptis Aristotelis, Ciceronis, Plutarchi, Sexti, Clementis Alex., Galeni, Stobaei, Censorini aliorumque, ex quibus recte etiam concludas, versibus herōicis opus illud fuisse compositum, vti *Eustathius* ad Iliad. A. p. 759. sententiam eius de Iride proferens laudat Xenophanem, *ἐν ἡρωϊκοῖς ἔπεισι*. *Fabric.* Sententiam Xenophanis de Iride Schol. Marcian. ad Iliad. A. 27. sic laudat: *Φησι γὰρ Ξενοφάνης, ἦν τ' Ἴριν καλεῖσαι* etc. Sed Schol. in cod. Leidensi ad illum Homeri locum illos duo Xenophanis versus male excitat sub nomine *Xenophontis*, adnotante *Valckenario* in *Diatriba Euripidea* post Eur. Hippolytum p. 195. qui praeter ea obseruat, nomina ista esse alibi permutata, et ex MS. Leidensi in Homeri Iliad. P. 547. scholion de Iride profert, quod nunc vulgatum est ex codice Marciano, l. mem. — Ex Xenophanis libro, *περὶ φύσεως* petitum quoque illud est dogma, quod, si genuinum est, nec repugnat reliquis, a Scholiaste Marciano ad Homeri Iliad. H. 99. repetitum: *καὶ Ξενοφάνης, πάντες γὰρ γαῖης τε καὶ ὕδατος ἐκγενομεθα· ἐκ γῆς γὰρ πάντα καὶ εἰς γῆν τελευτᾷ*, de qua opinione vid. *Tiedemannum* in: *Geist* etc. p. 157. — Ex eodem libro hausta esse videtur opinio Xenophanis ab *Aristoteli* de mirabilibus auscultationibus (cap. 37. p. 80. edit. Io. Beckmanni, cuius not. confères) memorata, ignem feruentem in Lipara annis sexdecim prorsus exstingui, decimo autem septimo rursus redire. *Harl.*

*Tragoedias*

f) Aut potius filli fuerint particulae *Παρωδιῶν*. *Harl.*

Vol. II.

liii



*Tragoedias* quoque scripsisse Xenophanem Physicum, tradit *Eusebius* in Chron. ad annum MCCCCLXXX. quod merito miratur *Scaliger* in notis p. 96. *Menagius* ad Diog. Laert. IX. 18. non Tragoedias, sed Elegias in Eusebio legendas suspicatur. [*Rossi* emendationem et aliorum coniecturas iam supra protuli in Notitia Tragicorum deperditorum v. *Xenophanes*, p. 326 sq. *Menagii* sententiam amplectitur *Feuerlin* in diss. inem. pag. 23. qui cum Menagio inter dubia Xenophanis scripta quoque refert *συγγενικόν*, quem librum Xenophanis *Athenaeus* citat lib. X. p. 424. C. ubi scribitur *Ξηνοφάνης*, et Menagius putat, aliud esse Xenophanis. *Harl.*]

Fuit et alius *Xenophanes*, Lesbius, Iamborum, (teste Laertio,) scriptor: nam *Xenophanem* Heracleopoliten quidem omitto, pro cuius nomine apud Fulgentium 1. 14. Mythol. reponi debet Theophanes, qui Physicus memoratur Stephano in *Ἡρακλέεπολις*. [Omittendi sunt quoque *Xenophanes*, Philippi Macedoniae regis legatus apud *Linium* XXIII. 33. et *Xenophanes* Colophonius, quem Suidas in Nicandro, grammatico, poeta et medico, huius patrem falso fecit: nam ipse Nicander, se Dainnaei esse filium, prodit. vid. infra lib. III. cap. 26. §. 1. *Harl.*]

Xenophanis vero dogmata cognosci possunt ex *Aristotele*, illo praesertim libro, quo [P] Xenophanis, Zenonis Eleatae et Gorgiae placita quaedam ad examen reuocat, Laertio et Hefychio illustri, quibus e recentioribus addendi praeter Laertii interpretes Tho. Stanley in Hist. Philosophica, et in Lexico suo Baylius. Successio sectae Eleaticae haec est apud [*Diogen. Laert.* prooem. sect. 15.] *Clementem* I. Strom. pag. 300. et *Eusebium* XIV. Praeparat. cap. 17. sub fin. p. 758. Xenophani successit Parmenides, huic Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, Leucippo Democritus <sup>g)</sup>: Democritum audiuerunt Protagoras Abderita ac Metrodorus Chius, Metrodoro successit Diogenes Smyrnaeus, Diogeni Anaxarchus, huic Pyrrho, Pyrrhoni Nausiphanes, et Nausiphani Epicurus. *Fabric.*

#### E P I M E T R O N.

De Aristotelis libro: Xenophanis — placita, infra lib. III. cap. 6. nr. XXII. amplius disputabitur. Hic tantum adnotabo, *Fabricium* in nota N. ad Sexti Empirici Pyrrhon. hypot. I. cap. 33. sect. 225. pag. 59. reiecta sua, infra prolata, sententia, omnino probare, quod in cod. MSto Lipsiensi Aristotelis de Zenone, Xenophane et Gorgia, pars prima, quae in vulgatis libris de Xenophane legitur, ibi referatur ad Zenonem, et altera, quae de Zenone, ad Xenophanem. Atque Fabricii posteriorem sententiam vberius firmitusque ornat corroboratque cel. *Tiedemannus* in Biblioth. philolog. Lipsiae, 1781. vol. III. pag. 152. in primis in Geist der spekulativen Philosophie p. 142 sqq. ubi, quae cel. *Meiners* in praefatione ad historiam de ortu etc. doctrinarum in Graecia et Romae, tom. II. pag. 27 sq. contra Tiedemannianam sententiam monuerat, denuo examinat atque discutit. Contra Meinersium disputant quoque cenfor in biblioth. Berolinensi tom. XLVIII. part. II. p. 527. ann. 1782. et doct. *Georg. Gustav. Fülleborn* in disput. moderante *Frid. Aug. Wolfio*, V. C. Halae Saxon. 1789. ventilata: *Liber*

g) Leucippus vero et Democritus multa docuerunt, quae a secta eleatica viderentur aliena. *Harl.* Vnde nonnulli scholam Eleaticam veterem et re-

centiorem distinguunt, vt *Gurlittus* in Hist. philos. german. scripta p. 39. et *Eberhardus* in Hist. phil. p. 84. 171. *Beck.*



*Liber de Xenophane, Zenone, Gorgia, Aristoteli vulgo tributus, passim illustratur, p. 15 sq. qui p. 19. existimat, in libello isto de duobus tantum philosophis agi, eumque idcirco esse inscribendum περὶ Ζενοφάνους, περὶ Γοργίου. — De Xenophanis inuentis placitisque eorumque falsitate aut veritate videantur auctores supra a me laudati. Aristotelem iniquum Xenophanis fuisse censorem, adfirmat Feuerlin. diss. mem. p. 44. not. b. Aristotelis vero effatis et narrationi de illis fauet Meinersius: illo seuerius spreto, Platonem sequitur in examinandis Xenophanis scholaeque eleaticae opinionibus Plessing. in Versuchen etc. tom. II. part. I. p. 19 sqq. et alibi. Inter alia Xenophanes contendit, ἐν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι, secundum Sextum Empir. Pyrrhon. hypot. I. sect. 225. vbi vid. Fabricii notas p. 59. siue, ut Cicero ait in acad. quaestion. lib. IV. cap. 37. Xenophanes unum esse omnia, neque id esse mutabile, et id esse deum, neque natum esse usquam et sempiternum, conglobata figura, alique apud Dauif. in not. ad Ciceronis locum: atque ex τῷ μὴ ὄντι nihil posse gigni, τὸ ἐν igitur non exstitisse, seu originem aliunde duxisse, sed fuisse ab aeterno, (vid. Simplic. comment. in lib. I. cap. 3. Aristot. physic. auscultat. fol. 22. p. 2. adde Cicer. de N. D. I. cap. 11. etc.) Illae opiniones miras excitant tragoedias, virosque doctos, Baylium, Bruckerum, Cudworthum, Moshemium, Meinersium, Tiedemannum, Plessingium aliosque, ut antiquiores mittam, in diuersas traxerunt sententias, quorum lites componere, nec meum est, et repugnat instituti nostri rationi. adde Feuerlini diss. de Xenophane pag. 36 sqq. pag. 44 sqq. eiusdem dissert. de axiomatico, ex nihilo nihil fit, eiusdemque conciliatione cum doctrina theologica et philosophica de creatione materiae mundi, Altdorfii, 1732. 4. p. 7. §. 3. Burneti archaeolog. philos. lib. I. cap. 12. Id tantum hic repetere iuuabit, haud defuisse, qui Xenophanem cum suis adseculis ad classem atheorum referrent, aut eum Spinozæ præcursores quasi designarent, vid. Buddii Thes. de atheismo et superstitione, cap. 1. §. 19. p. 60. eiusdem disp. de Spinozismo ante Spinozam, Halae Sax. 1701. rec. in illius Analectis historiae philosophicae, §. 7. p. 320 sqq. quamquam quaedam Baylii argumenta infirmat; Eiusdem compendium historiae philosophicae ab I. Georg. Walchio editum Halae Saxon. 1731. 8. cap. IV. §. 48. pag. 305 sq. Io. Gottfried Waltheri eröffnete Eleatische Gräber, cap. 3. §. 3—10. p. 14 sqq. Gundlingius in Gundlingianis part. XV. p. 372. Reimannus in historia atheismi, sect. I. cap. 30. §. 3. p. 203 sqq. qui tamen haud pauca adfert argumenta ad Xenophanem ab illo crimine liberandum, Olearius ad Stanleii histor. philos. part. X. Io. Christoph. Wolf in notis ad Origenis philosophumena, cap. XV. pag. 96 sq. et in Manichaeismo ante Manichaeos, Hamburgi, 1707. pag. 123 sq. alique. Moderatus, sobrius, cautiusque sentiunt de Spinozismo Xenophanis Feuerlin. diss. de Xenophane p. 44 sqq. Brucker. in historia critica philos. tom. I. p. 1149 sqq. Tiedemann. in: Geist der spekulativen Philosophie p. 136. et cl. Bardili in libro: Epochen der vorzüglichsten philosophischen Begriffe pag. 32. conf. Platneri philosophische Aphorismen, part. I. p. 314. Rem tamen curatius sollertiusque explanauit cel. Buhle in commentat. de ortu et progressu Pantheismi inde a Xenophane Colophonio, primo eius auctore, usque ad Spinozam, Gottingae, 1791. 4. qui a p. 4—11. placita illa Xenophanis explicat illustratque, et fatetur pag. 5. latiusque demonstrat, se talem consensum placitorum, quae praecipua Spinozismi capita iure habentur, qualem nonnulli cum veterum quorundam philosophorum de vniuerso opinionibus esse voluerunt, inuenire non potuisse. Idem pag. 7. not. b. ex Platonis Soph. p. 252. vol. II. edit. Bipont. τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Ἑλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ζενοφάνους τε καὶ ἑτὶ πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλεσμένων, ἔτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις.*



Ἰσως, efficit, Eleaticorum doctrinam iam ante Xenophanem ab aliis philosophis inuentam esse et traditam. Atqui hominum, de prima omnium rerum origine diligentius cogitantium, nec lumine diuino ad meliorem doctrinam ductorum ratio facile in illam haeresin incidere potuit. Neque vero antiquiorum Colophonio Eleaticorum memoria ad nos translata est. Idem tamen cl. Buhle nolit ex Platonis loco cum cl. *Plessingio*, (*Versuche etc.* tom. II. part. I. p. 25.) colligere, Eleaticorum placita antiquissima aetate, (atque vel in Aegypto,) excogitata et recepta fuisse. *Rossius* denique, (nam neque placita omnia Xenophanis atque reliquorum Eleaticorum repetere, neque litem secundum vllum dirimere, neque controuersias de illis ortas variorumque diuersa iudicia recensere vacat lubetque,) in *Commentatt. Laertian.* p. 185. §. 65. ad sect. XVIII. *Diog. Laert.* lib. VIII. verba *σύμπαντά τε εἶναι νῦν καὶ φρόνησιν* explicat: *Totum mentem ac prudentiam esse*, disceditque ab interpretatione *Baylii* v. Xenophanes not. B. *Bruckeri* l. mem. pag. 1148. *Stanleii* aliorumque, *Deum esse omnia, mentem ac prudentiam*; (sed *Fabricius* ad *Sext. Empir.* *Pyrrhon.* hypot. pag. 59. not. L. iam ita verba *Diogen. Laertii* exposuit, *deum totum, quantus est, esse mentem et rationem, quemadmodum sensus, pollere*;) tum p. 187. contra interpretes *Diogenis*, *Baylium* et *Bruckerum* verba, *τὰ πολλὰ ἦττω νῦν εἶναι* ad antecedentia refert et de anima dici ratus, sensum verborum *πρῶτος δὲ ἀπεφαίνετο* — ἦττω νῦν εἶναι sic interpretatur: *primus, quicquid generatum est, mortale esse, pronuntiavit: animam quoque spiritum dixit; multoque eam, ait, mente inferiorem esse*. Xenophanem igitur, iudicat, in illa sententia, quam *Anaxagoras* tuitus est, *Parmenides* vero et *Democritus* reliquerunt, fuisse, mentem differre ab anima eique praestare. Vulgatam quidem graecorum vocabulorum sectionem non omnino damnat: malit tamen legere, *ἔφη δὲ, ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΟΛΛΑ ἦττω νῦν εἶναι*. Quod num opus sit, videant, qui de opinionibus veterum philosophorum diligentius copiosiusque disputare solent debentque, quam per nostri instituti rationem a nobis fieri potest. De opiniunculis eius astronomicis, vid. *Bailly* historiam astronom. antiq. secundum vers. teuton. tom. I. pag. 276 sqq.

De sectis et successionibus veterum philosophorum in genere v. *Diogen. Laert.* Prooem. segm. 13 sqq. et *Simplicium* in praef. ad praedicamenta *Aristotelis* atque *Ammonium* in Scholiis ad *Aristotelis* *Categorias*, quorum loca iam *Menag.* ad *Diogenis* l. mem. excitauit, et doctam recensionem scholarum, philosophorum et aliorum doctorum virorum, quorum in *Pseudo-Plutarchi* lib. de physicis philosophorum decretis fit mentio, quam ex *Corsini* syllabo philosophorum et indice, eiusdem editioni *Plutarchei* opusculi additis, confecit, digessit melius, et emendauit suaeque *Plutarchei* libri editioni *Lipsiae* 1787. 8. praemisit cel. *Beckius*, in praesenti Rector vniuersitatis *Lipsicae*. Etiam *Megaricae* disciplinae principem facit Xenophanem *Cicero* acad. quaeft. II. 42. (vbi vid. *Dauis*.) „*Megaricorum*, ait, fuit nobilis disciplina: cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi; deinde eum sequuti, *Parmenides* et *Zeno*. Itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur. Post *Euclides*, *Socratis* discipulus, *Megareus*: a quo iidem illi *Megarici* dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset vnum, et simile et idem semper.“ *Euclidem* vero librorum *Parmenidis* inprimis fuisse studiosum, refert *Diogen. Laert.* II. 106. At illi, qui Eleatici dicebantur, a Xenophanis placitis haud raro discesserunt, et, vt est ingenium et mos philosophorum, qui nolint in verba magistri temere iurare, interdum in alia omnia transierunt. Quare *Thom. Burnetius* in *Archaeologia* philos. lib. I. cap. 12. (de quo libro vid. *Heumannii* acta philosoph.



philosoph. tom. III. p. 298 sqq.) existimauit, totam sectam Eleaticam ex philosophis, inter se diuersis gente, moribus et dogmatibus scholam esse commixtam, siue miscellaneam. *Fouerin.* vero l. c. p. 20. obseruauit, philosophiae eleaticae recentiore aetate haud defuisse restauratores; siquidem *Bernardinus Telesius*, philosophus Italus, saeculo XVI. clarus, Parmenidem in principiis physicis sequutus, (vid. *I. Georg. Lotteri* diss. de Bern. Telesii vita et philosophia, Lipsiae, 1726. cap. II. §. 2.) Telesii autem philosophandi rationem *Thomas Campanella*, (vid. *Ern. Sal. Cypriani* vita et philosophia Th. Campanellae, Amsterdam, 1705. 8. rec. ibid. 1722. 12. cap. 1. coll. Act. Erud. 1706. p. 141. et *Heumanni* actis philos. tom. I. p. 549 sq.) amplexus sit. Sed haecenus, ne nimis extrauagari videamur. *Harl.*

III. PARMENIDES Eleates, Xenophanis, vt plerique tradunt, auditor, atque vt alii, Anaximandri quoque, et Aminiae, et Pythagorei Diochaetae <sup>h)</sup>, circa Olymp. LXIX. floruit, ita enim apud *Laertium* IX. 23. legendum ex Palmerii coniectura p. 461. Exerc. 5 Parmenidem in Physicis secutus est Zeno Eleates, teste *Plutarcho* in Pericle pag. 154. Eum audiuit quoque Anaximenes, vt nonnullis apud *Laertium* lib. II. sect. 3. visum. A Socrate iuvene auditum Parmenidem senem, refert Plato in Theaeteto ac Sophista, magnisque afficit encomiis, et dialogum de Ideis, Parmenidis nomine inscripsit. *Παρμενίδου βίον* pro vita optima et honestissima dixit Tebes in tabula <sup>i)</sup>. Scripsit Parmenides

li ii 3

Φυσιολο-

<sup>h)</sup> Vid. *Brucker*. hist. crit. philos. I. p. 1157. *Harl.*

<sup>i)</sup> Parmenidem, in cuius aetatem inquirat *Dodwell*. in Exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 220. fuisse Xenophanis auditorem, adfirmat *Clemens Alexandrinus* lib. I. Strom. p. 301. contra secundum *Theodoretum* lib. II. graec. adfect. pag. 159. illius fuit focus. Dubius est, saltem non certo pronuntiat *Aristot.* Met. I. 5. Neque in omnibus placitis conuenit cum Xenophane. A *Strabone* lib. VI. pag. 252. (s. p. 387. Almel.) Parmenides et Zeno dicuntur Pythagorei. adde *Diogenem Laert.* IX. sect. 21 sqq. vbi de nostro agitur, ibique interpretes. Hoc quidem adfirmari debet, eum inter adscelas Xenophanis eminere, atque ab eo et Zenone nomen scholae eleaticae esse ortum. De eius philosophia et opinionibus v. praeter Cudworthum, Moshemium, Bruckerum reliquosque historiae philosophiae auctores, *Wailtheri* sepulchra eleatica reuerata, (germanice scripta,) cap. III. §. 6. pag. 17 sqq. *Meiners.* in historia doctrinae de deo p. 329 sqq. et in historia doctrinarum apud Graecos pag. 605 sqq. *Plessingii* Versuche etc. part. I. vol. II. p. 7 sqq. *Tieudemanni* Geist der spekulativen Philosophie p. 163 sqq. Num gregi atheorum sit adnumerandus et Spinozae praecursor fuerit, nec ne, dissenserunt viri eruditi. Adi eosdem viros doctos, quos in epimetro ad superiorem paragraphum de Xenophane laudauimus, et *Iac. Bruckeri*

epistolam in biblioth. german. p. 90 sqq. De eo, quod deum vocauit *ardoris lucidi coronam*, vid. *H. Moori* Opp. philos. tom. I. p. 431. et *Fabr.* in not. msta addit: Deum esse, cui esse, quodlibet, quod est, et esse omne id, quod est. *Nic. Cusanus* lib. I. cap. 23. de docta ignorantia. Parmenidem dialecticae rudem non fuisse, arbitrat *Sextus Empir.* lib. VII. aduersus logicos sect. 7. quamquam illius inuentorem Zenonem fecit *Aristoteles*. vid. ad Sexti locum p. 371. not. M. Fabricium, cui dubium non est, illam differendi artem a praeceptore suo, Parmenide, hausisse Zenonem Eleatem. Id laudi ducitur Parmenidi, quod primus docuerit, telluris figuram esse rotundam et haerere in medio mundo, atque terram distingui quinque zonis. vid. *Strabon.* II. pag. 94. (siue pag. 150. edit. Almel.) *Bailly* historiam astronomiae antiq. ex versione germanica, Lipsiae, 1777. part. I. pag. 278. et cl. *Voss.* in *Neuen deutschen Museum* mens. Aug. 1790. nr. 3. de figura terrae secundum veterum mentem, qui veterum philosophorum, Thaletis eiusque adscelarum, tum Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis, Anaxagorae, Pythagorae etc. diuersas de figura terrae opiniones recenset atque explicat. *Harl.*

<sup>k)</sup> Plato in Conuiuio pag. 317. Parmenidis hunc versum adfert: *πρώτιστον μὲν ἔγωγε θεῶν μηδίστα πάντων.*



Φυσιολογίαν δὲ ἐπῶν, ut ait Suidas, [et *Eudocia* p. 361.] siue, (ut traditum Laertio,) ἐφίλο-  
σόφει διὰ ποιημάτων. Confer *Meursium* ad Chalcidium p. 41. Initium operis eius περὶ Φύ-  
σεως, carmine descripti heroico, bene longum, adfert *Sextus* VII. contra Math. p. 157. [f. aduers.  
Logic. sect. II. p. 392. edit. Fabric.] Sed et *Porphyrus* Lib. de antro Nympharum [cap. 23.  
p. 21. edit. Goensii.] laudat Parmenidem ἐν τῷ Τυτικῷ ᾧ. Meminit et *Galenus* tom. V. p. 1.  
edit. Basil. *Laertius* vero IX. 27. cum dixisset, hunc philosophum primum ex Phauorini sen-  
tentia deprehendisse, quod eadem stella iam sit Lucifer, iam Hesperus, subiungit: οἱ δὲ Πυ-  
θαγόραν. Καλλιμαχος δὲ φησι, μὴ εἶναι αὐτῷ τὸ ποίημα. Alii *Pythagorae* hoc tribuunt;  
(quod nempe in poemate quodam sub Pythagorae nomine hoc legebatur,) *Verum Callima-  
chus negat, eius* (Pythagorae<sup>m</sup>) *puta esse istud poema.* adde Suidam in *Ἑσπερος*. *Leges* etiam  
dedit ciuibus suis optimas Parmenides, in quas iurare quotannis adactus a magistratibus ciues,  
narrat *Plutarchus* contra Colotem tom. II. p. 1126. adde eundem p. 1114. vbi de Parmenidis  
dogmate, quo τὸ πᾶν ἐν esse adfirmavit. Quae porro Suidas καταλογάδην siue prosa scri-  
psisse Parmenidem ait, memorataque Platoni, ea si vlla vsquam fuerunt, (merito enim du-  
bites,) dialectici argumenti esse existimauerim. Xenocratis librum περὶ [P] τῶν Παρμενίδε  
memorat *Laertius* IV. 13. De dogmatis Parmenidis consulendi praeter Platonem, *Aristote-  
lem*, *Plutarchum*, *Ciceronem*, *Censorinum*, *Sextum Empir.* *Proclum* in *Timaeum*, *Laer-  
tium* et alios veteres, e recentioribus *Bessario* lib. II. contra calumniatorem Platonis cap. 11.  
vbi opus Parmenidis de veritate et opinione memorat: *Lescaquerius* ad Cic. I. De Natura  
Deor. p. 45 sq. qui ex *Simplicio* obseruat, duos<sup>n</sup>) omnino libros a Parmenide scriptos esse,  
alterum de ente vno intelligibili, obscuriuscule quidem, sed vere atque ut ipse reipsa sentie-  
bat, alterum de Diis, ex vulgi opinione. Et qui placita Parmenidis incrustanda utcumque in  
se suscepit *Bernardinus*,<sup>o</sup>) *Telestus*, in libris IX. de rerum natura, Neapol. 1586. et Lugd.  
1588. fol. [vid. ad §. antecedentem.] Fragmenta Parmenidis ab H. Stephano collectis nullo  
negotio possis plura adiungere tum ex *Galeno*, *Stobaeo* et iis veteribus, quos nominavi, tum  
e *Simplicio* in *Phys.* *Aristotelis* et aliis Philosophi interpretibus graecis, atque e *Coelio Aure-  
liano* qui IV. 9. tardarum passionum sex versus hexametros latine a se redditos adfert e *Par-  
menidis* libris, quos de Natura scripsit. [Atque *Scaliger*. plura iam collegerat; cuius syllo-  
ge seruatur in biblioth. Leidenf. vid. *van Goens* ad *Porphyr.* de antro Nympharum pag. 96.]  
Euclides

d) Hymnos physiologicos f. physicos, h. e. in quibus deorum personae, nomina et facta ad phy-  
sicas rationes reuocantur, a Parmenide et *Empe-  
docle* fuisse cum cura compositos, tradit *Menander*  
rhetor, in comm. de encomiis, cap. V. p. 39. at-  
que cl. *Heeren* addit in nota, in illorum cosmogoni-  
is ex sermonis antiqui vsu omnes naturae vires  
et mundi partes in personas esse mutatas. *Harl.*

m) *Stanleius* pag. 747. *Hist. Philosoph.* hunc lo-  
cum ita intellexit, quasi e *Callimachi* sententia nul-  
lum vnquam poema scripsisset Parmenides. *Fabric.*  
De la Nauze et *Frereti* sententias de auctore illius  
obseruationis, stellam eandem modo esse Lucife-  
rum, modo Hesperum, refert partimque exami-

nat *Meiners.* in historia doctrinarum apud Grae-  
cos etc. part. I. p. 340. et 352 sqq. In margine no-  
tarat *Fabric.* „Quindecim annos ob astronomicas,  
ut credibile est, considerationes in rupe aegyptiaca  
confedisit legitur *Vincent. Bellouac.* lib. I. specul.  
doctr. I. cap. 29.“ *Harl.*

n) Vnum tantummodo scriptum Parmenidi tri-  
buit *Laertius* prooem. sect. 16.

o) *Baco Verulamius* in scriptis de naturali et  
vniuersali Philos. p. 238. *Parmenidis* placita in-  
staurauit nostro saeculo *Telestus*. vir, peripateti-  
cis rationibus, si aliquid illae essent, instructus,  
quas etiam in illos ipsos vertit, sed affirmando  
impeditus, et destruendo melior.



Euclides Megarensis quoque τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο Laertio teste lib. II. sect. 106. et Hermogenes τὰ Παρμενίδει Φιλοσοφῶν. Platonis Magiller. id. III. 6. Fuit et Parmenides Rhetor τεχνουργός eidem Laertio IX. 23. memoratus.

IV. HERACLITVS Blysonis F. Ephesius, Parmenidis aequalis, auditor fuisse \*) Xenophanis traditur, atque ut Suidas addit, Hippasī Pythagorei, licet se ipsum αὐτοδίδακτον gloriatus sit, teste praeter Laertium IX. 5. \*) Tutiano f. 143. et Olympiodoro comment. MS. in Phaedoneim. [vid. vol. I. lib. II. 12, 4 pag. 780.] Ad Darium Hystaspis F. venire rogatus renuit, et magistratus \*) dignitati, quam fratri concessit, praetulit vitam priuatam, quam impendit

p) Miror in Morerii Lexico etiam nouae editionis Heraclitum venditari praeceptorem Hesiodi, Pythagorae, Xenophanis, et Hecataei, quibus omnibus fuit iunior. Sed non est vnus hominis, quantumuis doctissimi et laboriosissimi, vel Lexicon eiusmodi sine erroribus componere, vel errores vniuersos, qui in Moreriano occurrunt, eluere. Errat quoque interpres eruditus Eusebii XV. Praeparat. p. 729. qui Citieum facit auditorem Heracliti, quo centum amplius annis fuit iunior. Nam Eusebius tantum scripserat, Zenonem hunc Heracliti sequutum rationes, τῶν λόγων Ἡρακλεάτων μετισχημέναι. Fabric. Quod graece scribitur Ἡρακλεάτος, Camerarius in Aphthonio suo p. 191. vocat eum Heraclitum. Heumann.

q) Diogenes Laert. IX. 5. ἤκουε τε, ait, εἰδὼς, ἀλλ' αὐτὸν ἐφη διδάσασθαι, καὶ μαθὼν πάντα παρ' αὐτοῦ quae Aldob. vertit: neminem audiuit, sed ipse per se quaeuissse omnia, et a se ipso didicisse ciebat: at enim Casaubon. ad h. l. ratus, verba illa longe aliter accipienda, quam ab interprete, immo fortasse etiam ab ipso Diogene sint accepta: Heraclitum dixisse, se αὐτὸν διδάσασθαι, h. e. se operam dedisse, ut se ipsum nosceret: quo nihil sit difficilius. Atque Casauboni interpretationem probant Menagius ad loc. Diogenis p. 394. et Brucker. in histor. crit. philos. vol. I. pag. 1209. vbi de nostro philosopho eiusque dogmatibus latius disputat. Diogenis quidem narrationem praefert cel. Tiedemannus in Geist der spekulativen Philosophie, (vbi per totum caput octauum scita atque opinioniones Heracliti erudite acuteque explicat,) p. 194. At enim vtraque narratio bene conciliari potest. Vfus est quidem Heraclitus doctoribus; sed, quod plures philosophi sagaces fecerunt, postea, suum ingenium ipsamque naturam sequutus atque explorans, sibi ipse nouam quandam philosophiae condidit formam atque nouum de natura rerum systema, a disciplina doctorum

suorum in multis partibus discedens, aut quaedam magistrorum suorum placita tantum immutans. Quare hac via ad nouum, quod sibi videbatur, philosophiae genus, et nouam de rebus naturalibus philosophandi rationem peruenire potuit, et gloriari, se, in illa quidem naturae cognoscendae arte atque scientia fuisse αὐτοδίδακτον. Inde autem non sequitur, eum nullis plane vsu fuisse doctoribus. Clare etiam Dio Chrysostom. or. LV. pag. 558. (f. tom. II. p. 282 sq. edit. Reiskii.) Ἡρακλεάτος, ait, δὲ ἐτι γενναϊότερον αὐτὸς ἐξευρῶν (scil. Φησί,) τὴν τῷ παντὸς φύσιν, ὅποια τυγχάνει εἶσα, μηδεὶος διδάξαντος, καὶ γενέσθαι παρ' αὐτῷ σοφός. Atque homines, (qualis fuit Heraclitus, vid. in nota sequenti Procli locum,) sua sapientia elati, plura, quam fas sit atque aequum, de se gloriari solent, (vid. Guil. Saldenum de libris lib. II. cap. 30. de eruditorum thrasonismo, atque I. L. E. Pitimanni comm. de Thrasonismo litterario, Halae, 1782. 8.) et variae sunt αὐτοδιδάκτων classes, quarum vnam eamque praecipuam ducunt nouatores atque reformatores: de qua vide Iac. Wilh. Feuerlini disp. de Eruditis sine praeceptore, Altdorfii, 1716. §. 9. p. 18 sqq. adde Ciceronis iudicium de Epicuro, lib. I. de nat. deor. cap. 26. Harl.

r) Laertius IX. 6. ex Antisthene refert, Heraclitum ἐκχωρῆσαι τὰ δειλῶ τῆς βασιλείας. Nempe antequam Pythagoras Ephesius tyrannidem inuaderet, iudices Ephesi vocabantur βασιλεῖς siue βασιλίδες. Vide Suidam in Πυθαγ. Hesych. βασιλεῖς. Etiam Athenis erat magistratus hoc nomine. Plutarch. Pericle pag. 157. διὰ τὸ μὴτ' ἄρχον, μήτε δημοκράτη, μήτε ΒΑΣΙΛΕΥΣ, μήτε Πολέμαρχος λαχέειν rex sacrorum. Sic apud Diod. Sicul. Olymp. LXXX. 3. quum Sicilia libera respublica esset, tamen Διονύσιος tom. II. p. 60. vocatur ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεὺς, qui p. 57. Ἡγεμῶν. Adde Bege- rum I. p. 293. et Stephanium ad Saxon. Grammaticum pag. 101. Apud Sextum II. contra Gramm. sect. 22.



impedit se uero virtutis studio et diligenti naturae inquisitioni. Melancomae persuasit tyrannidem [P] deponere, ut refert *Clemens* I. Strom. p. 302. A quibusdam arrogantiae <sup>1)</sup> arguitur, ab omnibus <sup>2)</sup> obscuritatis, ea, quae vellet, dicere ἔτε λέγων, ἔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων nec clare eloquens, nec penitus occultans, sed innuens, quod ipse de oraculis pronunciauit apud *Iamblichum* de Mysteriis Aegypt. pag. 79. Iconem Heracliti duplicem exhibuit *Iac. Gronovius* tom. II. Antiq. Gr. tabula LVI. quarum neutram genuinam praestare ausit vel ipse, uti nec *Begerus* I. Thesauri Brandenburg. p. 113. ita passim in numis <sup>3)</sup>, in marmoribus ac gemmis veteribus ingenium artificum potius, quam vera eorum, quos referre debent, forma conspicitur. Apud *Fulvium Ursinum* quidem pag. 63. elog. occurrit statua vetus, sed capite trunca, cum inscriptione: Ἡράκλειτος Βλύσωνος, Ἐφέσιος. Peritit Heraclitus ex ventris hydropē, (ἀσκήτην Graeci vocant,) vide *H. Mercurialem* lib. III. Var. lect. cap. 19. [Aristo apud *Diogen. Laert.* IX. 5. tradit, Heraclitum illo morbo fuisse liberatum, alio autem vitam finiuisse. Vtrumque potest verum esse: ad morbum hydropis curandum obiecit se soli puerosque iussit, se boum stercore oblinere: et ita a canibus dilaceratus postmodum obiit. vid. *Rossii* comm. Laert. p. 171. *Hesych.* ill. p. 18 sq. ibique *Meursii* not. p. 155 sq. *Harl.*]

Scriptit Heraclitus vnum opus, prosa Ionica compositum, cuius varios titulos siue elogia potius refert *Suidas* in Δηλὸς κολυμβητῆς e *Laertii* IX. 12. Ἐπιγράφεσι δὲ αὐτὸ οἱ μὲν Μῦσας, οἱ δὲ περὶ φύσεως, (ita vocat et *Galenus* tom. V. p. 1. edit. Basil.) Διόδωτος δὲ ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς εἰς ἀμνην βίβλιν. Ἄλλοι γινώμην ἡθῶν, κόσμον τρέπων ἐνὸς τῶν συμπαντῶν. [Ergo

lect. 22. ad Tisaphernem praetorem, ὁ βασιλεῦ. *Fabric.* Errat igitur *Athenagoras* leg. pro Christ. p. 35. dum scribit, Heraclitum patria esse pulsum. *Harl.*

s) Proclus 3. in Tim. ἀλλ' Ἡράκλειτος μὲν ἑαυτὸν πάντα ἀδύνατον λέγων, πάντας τὰς ἄλλας ἀνεπισήμους ποιεῖ.

t) Quibusdam tantummodo in locis obscurum, in aliis perspicuum satis fuisse testatur *Laertius* IX. 7. Inter causas obscuritatis fuit scribendi genus ambiguum, diuersae interpunctioni patens. Vnde *Aristoteles* III. 5. Rhetor. Τὰ γὰρ Ἡρακλέα διατετακτα ἔργον. Theo progymnasm. p. 36. παρὰ ταῦτα δὲ τὴν ἀμφιβολίαν τὰ Ἡρακλέα τῷ φιλοσόφῳ βιβλία σκοτανὰ γέγονε, κατακόρως αὐτῇ χρησαμένη ἥτοι ἐξοπτιζήδης, ἢ καὶ δι' ἀγνοίαν. *Demetrius* de elocutione §. 196. ἀδύνατος γὰρ ἡ ἐκάστη κῶλα ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥστε τὰ Ἡρακλέα. Καὶ γὰρ ταῦτα σκοτανὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις. Ceterum haec obscuritas in prouerbum abiit, ut apud *Hieronym.* I. in Rufinum. „Denique et ego scripta tua relegens, quamquam interdum non intelligam, quid loquaris, et Heraclitum me legere putem.“ *Fabric.* *Cicer.* II. de Fin. 5. quod, (n. ita loqui, ut non intelligatur,) duobus modis sine reprehensione fit: ut, si aut de

industria facias, ut Heraclitus, cognomen quo qui σκοτανὸς perhibetur, quia de natura nimis obscurae memorauit: aut quum rerum obscuritas, non verborum facit, ut non intelligatur oratio, qualis est in *Timaeo* *Platonis*. Atque rerum obscuritas etiam in Heracliteis causis obscuritatis esse potuit. Accedit ingenii, quod melancholicum fuisse videtur, indoles, qua homines instruendi difficilius, breuius, obscuriusque mentem suam explicare solent: accedit linguae, quae tum fuit, graecae paupertas, praecipue in nouis doctrinae philosophicae placitis exponendis; denique oratio graeca prosaica eo tempore nondum fuit exulta. Hinc oratio eius saepius poetica troporumque plena, aenigmatica et nimis sententiosa, posteris videri debuit obscurior. vid. loca veterum de Heracliti obscuritate collecta a *Menagio* ad *Diogen. Laert.* IX. 6. et *Diogenem* ipsum, qui tradit, quosdam putare, Heraclitum de industria obscurius scripsisse, ut soli eruditi librum suum legerent, ne, si a vulgo passim legeretur, esset contemptibilis. Vid. *Tiedemann.* in: Geist etc. pag. 195. *Bruckeri* hist. crit. phil. pag. 1211. *Harl.*

u) Heraclitus in numo Ephesiorum, *Diadumeni* imperatoris. vid. *Mem. de Trevoux* 1705. August. p. 1460.



[Ergo Heraclitus ipse nullam praemiserat inscriptionem.] Quae sequuntur apud Suidam, petita sunt e *Laertii* II. 22. Porro idem *Laertius* IX. 5. testatur, Heracliti scriptum, quod in templo Dianae Ephesiae auctor reposuerat, *Crates* vero quidam Graecis vulgavit primus, (id. sect. 12.) vniuerse quidem fuisse *περὶ φύσεως*, (quo titulo etiam citatur a *Clemente* V. Strom. p. 571. [*Sexto Empir.* I. aduers. logicos, sect. 132. p. 398. edit. Fabric.] aliisque, vt Heraclitus passim veteribus vocatur Physicus;) ceterum diuisum in tres λόγους, vnum *περὶ τῆ παντός*, alterum *πολιτικόν*, tertium *θεολογικόν*. Diodotus vero existimauit, praecipuum argumentum operis huius fuisse de Republica, cui illa, quae de natura, tantum *ἐν παραδείγματος εἶδες* praemissa essent. Vide *Laertium* IX. 15. vbi obseruat, a multis commenariio illustratum Heracliti scriptum, vt ab *Antisthene*, (non Cynico, sed altero, quem *Ἡρακλείτειον* [P] vocat VI. 19.) *Cleanthe* Pontico quatuor libris, id. VII. 174. *Heraclide* Pontico, quatuor libris. id. V. 88. *Sphaero* Stoico, *Pausania*, qui adpellatus est *Ἡρακλειτιστής*, *Nicomede*, *Dionysio*, et *Diodoto*, quem iam dixi, grammatico: tum a *Scythino* versibus graecis iambicis expressum esse; ita enim potius intelligo verbum *ἐκβαλεῖν* cum M. Meibomio, quam cum Stanleio p. 724. Hist. Philos. et Laertii interpretibus, explosum et oppugnatum; *Aristonem* *ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου* laudat idem IX. 5. et II. <sup>v</sup> et *Alexandrum* *ἐν διαδοχαῖς καὶ Ἡρακλείτου*, III. 5. Heracliti sectatores testatur dictos *Ἡρακλειτέας*, id. IX. 6. *Ἡρακλειτίζοντες* dicuntur ab *Aristot.* XXIII. 30. Problem. Eorum meminit et Plato in Theaeteto, Sextus etc. *Cratylus* *Ἡρακλειτέας*, Platonis familiaris, (Alexand. Aphrod. in I. Metaph. pag. 22.) *Laertius* III. 6. *Antisthenis* Heraclitii VI. 19. Intelliguntur etiam Heraclitii, quando *συντονώτεράν* *Μῆσαι* et *Ἰάδες* apud Platonem in Sophista et Themistium Orat. XVI. memurantur <sup>w</sup>). Nam et Platonem, antequam Socrati se traderet, Heracliti secta fuisse imbutum refert Apuleius de dogmate Platonis, praecipue in naturali Philosophia Heracliteos secutum obsequans, vti in intellectuali Pythagoreos, in rationali ac morali Socratem. Adde *Laert.* III. 8. [*Himerium* orat. XI. §. 2. qui ab illo Platonis ingenium velut alis sublatum ad cognitionem rerum, quae eloquutione superiores sunt, suspexit, vid. ibi pag. 575. notam Wernsdorffii.] *P. Petium* II. 10. Miscell. [*Brucker.* hist. de ideis p. 17. et 123.] Initium operis, ab Heraclito compositi, hoc refert *Aristoteles* III. 5. Rhetor. *τῷ λόγῳ τῷ δ' ἔοντος αἰεὶ αὐτὸν ἀνθρώποι γίνονται*. Ita enim legendum esse, (non *τῷ δέοντος*, vt in *Clementis Alex.* V. Strom. p. 602. excusum est,) praeter *Sextum Empiricum* VII. contra Mathemat. pag. 162. [sect. 132. pag. 398. edit. Fabric. cuius notam consules,] docet *Amelius* apud *Eusebium* XI. 19. Praeparat. *καὶ ἔτος ἄρα ἦν ὁ λόγος καὶ ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡρακλειτος ἀξιώσει*. Patet etiam ex hoc aliisque Heracliti, quae passim occurrunt, fragmentis, eum non scripsisse carmine, sed sermone prosario, vt notauī supra lib. I. cap. 1. nr. 2 sq. Fallitur itidem Nic. Nourritus, qui in apparatu ad Bibliothecam maximam Patrum, de scriptoribus, a *Clemente Alex.* citatis, differens, putat, versus Heracliti iambicos laudari a *Clemente* lib. IV. Strom. p. 494. nam, qui locum inspexerit, videbit dictis Heracliti, prosario sermone conceptis, a *Clemente* subiici versus tragici, perinde vt locum *Plutarchi* lib. de oraculorum defectu

v) Vide *Ionsum* de scriptor. histor. philos. III. 3, 4. p. 152. edit. Dornii. coll. *Menagio* ad Diog. Laert. IX. 5. pag. 394 sq. *Harl.*

w) Vide *Rossi* Commentatt. Laert. pag. 4 sqq. *Harl.*



defectu p. 415. ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτη καὶ τὰ Ὀρφείως ἐπινηνομένην ἔπη, eruditus interpret minus accurate reddit sic: quas ut Heracliti et Orphei versus inuasit: vertendum enim erat, quae ut Heracliti scripta et Orphei versus inuasit. Toto enim coelo aberrat elegantissimus Menagius in notis ad Laetium pag. 395. edit. Westen. nostro Heraclito tribuens libros, quos commemorat Plutarchus in commentario contra Colotem pag. 1115. τὸν ζῳροάστην, τὸ περὶ τῶν ἐν ἁδῶ, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορρυμένων, manifestum enim est, eo in loco Plutarchum agere de Heraclito quodam iunioris Peripatetico. Sed et in eo fugit Menagium ratio, quod subiungit, Heraclitum Ephesium scripsisse etiam libros περὶ πολιτείας, [P] et Diodotum grammaticum negasse, quod volumen περὶ φύσεως esset Heracliti. Nam in illo ipso opere physico Heraclitus περὶ πολιτείας egerat, atque ita quidem, ut Diodotus sibi persuaserit, quaecunque de natura praemisit, considerata esse tamquam partem minus principalem, ut iam e Laertio adnotavi. Multa ex Orpheo hausisse Heraclitum, notavit Clemens Alexandr. VI. Strom. p. 629. Alii Heraclitis nouem vel decem supra p. 3. et 142. [pag. 191. volum. I.] a me nominatis, addes Heraclitum Tyanensem, in veteri inscriptione apud Bernhardum Montfauconium p. 424. Diarii Italici; Heraclitum Cynicum, ad quem scripsit Iulianus Imp. πρὸς τὸν κύνα Ἡρακλείστον, πῶς κυνιστέον, teste Suida in Ἰσχυριανός, etsi in Codicibus Iuliani Ἡρακλείδος vocatur ille Cynicus; Heraclitum \*) scriptorem Christianum, Irenaei aequalem, cuius commentarios in Apostolum (Pauli Epistolas) memorat Eusebius V. 27. Hist.; Heraclitum Cumanum, Heracleae Ponticae praefectum ab Arsinoe, teste Memnone apud Photium cod. CCXXXIV. pag. 270 sq.; Heraclitum, Aristoclis filium, Sphertium, apud Montfaucon p. 149. Palaeogr.; Heraclitum Scotinum, legatum Philippi regis Macedoniae ad Hannibalem, Lit. XXIII. 39. Philosophiam Heracliti Ephesii iam pridem illustrandam in se suscepit ciuis atque amicus noster charissimus, patriaeque Academiae Lipsiensis ornamentum non inficiandum Gotfridus Olearius, cuius rei specimen insigne iam vna \*) alteraque diatriba vulgata dedit, et priorem harum pro suo in me amore mihi inscribere dignatus est.

[Diogenes Laert. IX. 8. vbi vid. interpret. recenset decreta Heracliti, et primum esse ait, πῦρ εἶναι στοιχείον, καὶ πρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα, ignem elementum esse dicit, ignisque vicissitudine tum raritate, tum densitate constare, quae sunt omnia: vbi Kuhnius in suis adnotationibus καὶ κατὰ πρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει etc. emendare suslinuit: sed refutauit eum Rossus in Commentatt. Laert. p. 172 sqq. docet enim verba

x) Lectionem codicum Eusebii confirmant Nicephorus, Honorius, alique, etsi in Hieronymi Catalogo cap. 46. et Sophronii versione graeca editur Ἡρακλῆος.

y) De principio rerum naturalium (n. igne) ex mente Heracliti Physici cognomento σκοταῖς exercitatio, Lips. 1697. De rerum naturalium genesi ex mente Heracliti Physici dissertatio, Lips. 1702. [quas binas diff. in quibus veterum loca de igne, Heracliti principio rerum omnium, diligenter sunt collecta atque explicita, recudi fecit Olearius in sua Stanleianae historiae philof. versione, tom. II. ad part. IX. cap. 6. p. 452—487. Olearii expo-

sitionem, ignem, Heracliteum rerum primordium, esse ignis ἀναθυμίαση, exhalationem, minutissimis constantem ψηγματῶς, quae aetheris, vel aeris nomine aliis venit, adoptauit et locis veterum stabilire studuit Fabricius ad Sext. Empir. lib. IX. f. aduersus Physicos lib. I. sect. 360. p. 620. sed de veritate huius interpretationis dubitat cl. Tiedemann. in: Geist der speculativen Philosophie p. 198. et sq. pag. reuocat sententiam Cudworthi in system. intell. cap. 1. §. 16. tom. I. p. 28. vers. Moshem. (quam etiam admisserat Brucker. in hist. philof. de ideis p. 129.) Heraclitum rerum naturalium origines repetiisse ab atomis. Erudite explicat rem cel. Heyne in Opusc. vol. III. p. 103. Harl.



verba καὶ πυρ. ἀμειβὴν non pertinere ad antecedentia, sed coniungenda esse cum sequentibus καὶ π. ἀμ. τὰ πάντα et cuncta ignis vicissitudine constare: illustrat id e loco *Eusebii* lib. XIV. praepar. euang. cap. 3. secundum Heraclitum ignem esse principium omnium rerum; ex eo omnia fieri, et in illum omnia resolui, ἀμειβὴν γὰρ εἶναι τὰ πάντα, explicatque sensum illius dogmatis: denique in Diogenis loco scribere malit γινόμενα absque articulo τὰ. eumque interpretari, omniaque ignis vicissitudine constare, eo nimirum se desente ac vicissim resurgente genita. Sed omnem Heracliti philosophiam explicare, non vacat, atque praeter Stapleium, Olearium, Bruckerum, Tiedemannum aliosque id egit *Meinersus* in historia doctrinae de deo p. 347 sqq. et in historia doctrinarum apud Graecos etc. tom. I. p. 619 sqq. atque in praef. ad tom. II. p. XXX. Dogma Heracliti, *uniuersa fluminis in morem decurrere*, apud *Platon.* Cratyl. pag. 267. tom. III. edit. Bipont. aliosque multos occurrit. Id praeter *Menagium* ad Diog. Laert. p. 579. *Th. Gatacker.* ad Antonin. II. §: 15. p. 75 sq. edit. Londin. 1707. 4. it. pag. 77. in primis IV. §. 43. pag. 165 sq. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 76 sq. plura loca colligentes, explicuit *Brucker.* in historia philosophica de ideis sect. I. ad §. VIII. pag. 123 sqq. atque in supplemento II. ad illam historiam in Schelhornii *Amoenitat.* liter. tom. VIII. pag. 312 sqq. vltius illustrat, probaturus loco Numenii apud *Eusebium* de praepar. euangel. lib. XV. cap. 20. non corporum modo naturam, quod Platoni quoque placuit, sed et τὰ τῆς ψυχῆς fluminis instar se habere et in perpetua versari mutatione. Sed quid anima Heracliti apud *Aristotel.* lib. I. de anima cap. 2. etiam significet, non conuenit. Ipse Olearius in diss. I. p. 457. intelligit vaporem s. exhalationem ignis, siue id, quod eiusdem cum principio est naturae; sed in diss. II. p. 477. explicat substantiam pertenuem valdeque agilem. Hinc interpretatio illius Heraclitei: αὐτὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, *sicca anima sapientissima et optima*, quod Stoici et Platonicus ad alia traduxerunt, et aliter, ac ex philosophi Ephesii consilio menteque, adcommodarunt, viros doctos valde torisit. Optima vero esse videtur, quam proposuit atque ornauit cel. *Heyne* in singulari prolusione, *Gotttingae*, 1781. rec. in illius *Opuscul.* academicis, vol. III. pag. 104 sq. Heraclitum existimasse, igneam materiam, quo magis ab humido illa liberata sit, tanto plus diuinitatis habere, saltem maiorem mobilitatem, celeritatem, puritatem consequi, etc. adde *P. Wesselingii* comment. super illo dicto Heracliteo in *Miscell. Obss.* vol. V. tom. III. p. 43 sqq. Scepticismi, vniuersalis quidem, Heraclitum, quod contraria vni et eidem inesse contendisset, cum aliis inculat *I. Franc. Buddeus* in *Analectis* historiae philosophicae, *Halae Sax.* 1706. 8. pag. 211. at in *Compendio* histor. philosoph. cap. I. §. 12. pag. 19. ita paulum mutauit sententiam, ut duce *Sexto Empir.* Pyrrhon. hypot. I. cap. 29. pag. 53. (vbi conf. notas *Fabricii*.) moneret, scepticam disciplinam ab Heracliti philosophia differre. — De Heracliti physiologia conferenda etiam est V. D. diatribe, inserta actis eruditorum germanicis LVII. et LVIII. tom. V. p. 652 sqq. 710 sqq. — Num atheorum numero eximendus sit, nec ne? disputat *I. Franc. Buddeus* in *Thesibus* de atheismo cap. I. §. 20. pag. 80 sqq. add. *Brucker.* hist. crit. phil. I. pag. 1215 sqq. *Harl.* Ad omnem Heracliti philosophiam pertinet *Io. Matth. Gesneri* Disp. de animabus Heracliti et Hippocratis in *Commentar. Soc. Gott.* T. I. p. 67 sq. *Beck.*]

De sex Epistolis, quae sub Heracliti nomine hodie exstant, et in *Stanleii* Historia Philosophica anglice translatae occurrunt, dixi supra cap. X. §. 19. Apud *Laertium* lib. I. sect. 88. ὁ δυσάρετος Ἡράκλειτος non est reddendum *insuauis Heraclitus*, sed *morosus*, siue is, cui vix quisquam placebat *Heraclitus*. Sic apud *Diodorum* Sic. lib. XIX. tom. II. pag. 720.



Τὸ γὰρ πλῆθος αἰεὶ δυσάρεστον. Ceterum in loco Marciani Capellae pag. 21. *Vulcanus licet crederetur lunonius, totius Mundi ab Heraclito diffusus est democritor.* Ita lego pro *democrator*, vel, quod malebat Grotius, tum admodum adolescens, *deuorator*. Nam et Cleanthes apud Ciceronem IV. 41. Academ. quaest. solem dixit *dominari, et rerum potiri*.

V. DEMOCRITVS, ex nobili genere, Abderites, opibus honoribusque longe praetulit seriam inquisitionem naturae, ita, ut professus sit, se malle vnam causam in rebus naturalibus inuestigatam reperire, quam regnum Persarum consequi, teste Dionysio Alex. apud *Eusebium* XIV. 27. Praeparat. pag. 781. Itaque et in Graecia Leucippum, atque, ut nonnulli volunt, Pythagoreos quoque et Anaxagoram, quo annis XL. iunior fuit, auscultauit, et apud alias gentes <sup>2)</sup>, Aegyptios, Persas, Indos, Aethiopes <sup>aa)</sup>, quicquid vsquam fuit sapientum, ad octogesimum vsque aetatis annum peregrinatus, adiit.

[De Democrito multa narrantur, quae fidem superant, et procul dubio plures libri sub falso eius nomine circumferebantur. *Diogenes* vero *Laertius* IX. cap. 7. sect. 34 sqq. et *Eutocia* in Violario p. 134 sq. quae multa ex Diogene hausisse videtur, multos laudant, qui vel separatim, vel in aliis operibus historicis varia diuersaque de nostro prodiderunt memoriae. Hinc quae de eius anno natali atque vita et aetate traduntur, secum pugnare videntur. Apud *Diogenem Laertium* IX. 34. ille secundum quosdam conuenit Anaxagoram, quum annis XL. iunior, quam ille esset; et apud eundem eodem libro sect. 41. et *Eudociam* l. m. ipse Democritus in paruo Diacosmo retulisse dicitur, se iuuenem fuisse eo tempore, quo iam senior vivebat Anaxagoras, illo autem minorem natu annis quadraginta; librum vero istum, paruum Diacosmum a se compositum esse anno post Troiae excidium septingentesimo tricesimo, h. e. subducto ex Eratosthenis opinione calculo, Olymp. LXXXIV. 1. siue circa Olymp. LXXX. quod aegre intelligi potest, si id verum sit, quod apud eundem Laertium *Apollodorus* in Chronicis tradit, Democritum fuisse natum Olympiade octogesima. Thrasyllus autem, (quem *Insus* putat vixisse tempore Tiberii imperatoris,) in libro inscripto, τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων memorat, illum primum vidisse lucem Olymp. LXXVII. 3. et anno maiorem natu, Socrate, aetate nimirum Archelai, Anaxagorae discipuli, atque Oenopidae. *A. Gellius* N. A. XVI. 21. auctor est, Hippocratem medicum et Democritum philosophum iisdem temporibus floruisse, iis vero Socratem natu quidem posteriorem fuisse, sed illos tres quibusdam temporibus iisdem vixisse. Secundum *Suidam* voc. Δημοκρίτος, eodem tempore vixit, quo Socrates, Olymp. LXXVII. vel secundum alios LXXX. *Eusebius* in Chronico, ex versione Hieronymi pag. 509. edit. Vallarsii Democritum cum Empedocle, Zenone, Parmenide aliisque refert ad Olymp. LXXXVI. init. (ad Olymp. LXX. 1. scripserat *Eusebius*, apud *Boyle* voc. Democr. (D.) et cl. Meinerf. pag. 726. ad illum vero annum notarat Hieronymus: *Heraclitus cognomento tenebrosus et Anaxagoras Physicus clari habentur*;) et pag. 517. (ubi Vallarsf. nec Scaligeri nec Simsonii censuras atque opiniones probat.) *Democritus moritur* Olymp. LXXXIV. exeunte. Haec omnia per temporis rationem vitamque Anaxagorae, Olymp. LXX. 1. nati constare simul non posse viderunt viri sagaciores. Pauca adtulit; nec vero

2) Vid. Diog. Laert. IX. 35. ibique Menagium. Harl.

aa) Ab eo ultimas terras esse peragratas, tradit

quidem *Cicero* de Fin. V. 19. at cum ad Indos Aethiopasque litterarum causa peruenisse, parum probabile esse videtur. Harl.



vero expediuit *Brucker*. vol. I. pag. 1177. Curatius inquit *Bayle* in *Diction. v. Democrite* vol. II. p. 270. (D.) nec tamen absoluit rem. Nec, quamdiu in viuis fuerit, omnino certum habemus atque exploratum, auctoribus veteribus dissentientibus. *Diodor. Sic.* XIV. 11. tradit, Democritum obiisse Olymp. LXXXIII. 1. vita ad annos XC. protracta. Ergo neque Olymp. LXXX. quae est Apollodori sententia, neque Olymp. LXXVII. 3. quae est Thrasylli opinio, natus demum esse potuit, vt *Wessling.* ad *Diod. Sic.* locum p. 647. etiam obseruauit. Secundum Hipparchum apud *Diogen. Laert.* IX. 43. viuere desit centesimo nono vitae anno. Apud *Lucian.* *Macrob.* cap. 18. tom. III. p. 221. edit. Reitz. (vbi vid. not. Maii et M. du Soul,) dicitur anno aetat. CIII. vitam finisse a cibo abstinentem. Hinc *Meursius* de Archont. lib. III. 13. in Diogene putat vitium esse in numeris, et ςδ' pro ςθ' legendum, et ipsum Diodorum errasse, id quidem cum rationibus Apollodori, secundum vulgatam lectionem, melius conueniret. Sed quid tunc censendum erit de ipsius testimonio in libro suo, nempe paruo diacosmo? Suidas nisi illum genuinis Democriti libris omnino adscripsisset, duce probabiliter quodam antiquiore scriptore, Diogenis testimonium ipseque liber dubitatione atque suspicionem falsitatis haud vacarent. Quare potius existimandum est, textum Diogenis in mendo cubare, primum in annis Epochae Troianae, de quibus *Ionsius* de script. phil. hist. cap. IV. lib. I. p. 26 sq. copiose disseruit, tum quod vulgo exaratum est, Anaxagoram fuisse XL. annis iuniorem, denique Democritum esse Olymp. LXXX. natum. Contra melius erit, sequi Diodori Siculi narrationem de anno mortis; et ego cum *Corfin.* in *Fast. attic.* III. p. 138 sqq. qui iustas rationes adfert, in Diogene Laert. pro τεσσαράκοντα, quibus iuniorem Anaxagora fuisse semel iterumque testatur, puto corrigendum, τέσσαρσι. Probabile igitur videtur, Democritum natum esse Olymp. LXXI. 1. quod bene docuit Corfinus, et etiam in Apollodori fragmento, apud Diogenem numerum vitiosum esse et mutandum. Ita Protagoras, qui Olymp. XCIII. 2. annos LXX. aetatis natus e viuis excessit, Democriti auditor esse potuit, (*Diogen. Laert.* IX. 65.) et Democritus paullo iunior Anaxagora et aliquanto senior Socrate, idemque magister Hippocratis, nisi voce, saltem ope suorum librorum dici poterit. Praeter *Menegium* ad *Diogenem* p. 409. vbi quoque de mortis genere, aliis, eum placida morte defunctum esse, aliis, eum inedia, aut φθέραιος periisse adfirmantibus, agit, et varia, quae omisit Laertius, vere falsoque narrata de fati, vitae ratione atque opinionibus Democriti recenset, et praeter Baylium etiam consules cl. *Mainers.* histor. doctrinarum apud Graecos etc. pag. 725 sqq. *Cel. Saxius* in *Onomast.* I. p. 36. vitae illius annos ab Olymp. LXXVII. 3. — C IV. 4. florem autem in A. M. 3557. Olymp. LXXXIII. 1. ante C. N. 446. V. C. 306. posuit. *Hamberger.* in *zuverlässigen Nachrichten* etc. tom. I. pag. 190. eos sequitur, qui arbitrentur, Democritum fuisse XL. annis iuniorem Anaxagora, et XX. ann. post expeditionem regis Persarum, Xerxis et bellum Graeciae illatum A. M. 3504. natum. Hinc, subductis XX. annis, putat, natalem Democriti incidere in Olymp. LXXIX. vel LXXX. A. M. 3524. ante C. N. 460. mortem vero, quod alii scripserunt, eum vixisse annos CIV. alii autem CIX. assignat A. M. 3627. a. Chr. 347. Adde *Simson.* Chron. ad A. M. 3535. et 3601. *Mentulae* histor. mathes. tom. I. part. I. lib. III. p. 141 sqq. De eius itineribus, artibus, disciplina, magia, et magicis artificijs aliisque rebus multa fabulosa falsaque admixta sunt veris: de quibus a viris doctis, partim citatis, partim mox commemorandis abunde est disputatum. *Diogenes Laert.* IX. 35. ex Demetrio et Antisthene refert, Democritum in Aegyptum contendisse ad sacerdotes, geometriam percepturum, καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα, et in Persidem ad Chaldaeos



*daos* atque ad rubrum mare: Suidas vero in *Δημόκριτος* tradit, eum fuisse quoque, ut alii scribunt, discipulum Magorum et *Χαλδαίων Περσῶν*, adiisse etiam et Persas et Indos. et Aegyptios, et singulorum sapientiam addidicisse. Vtrumque locum, quia Chaldaei non fuissent in Perside, sed in Babylonia, *Perizonius* in notis ad *Aeliani* H. V. libr. IV. cap. 20. p. 375 sq. edit. Abrah. Gronou. vitii inculcat, atque, inserto καὶ, in Diogene Laertio emendare sustinet καὶ πρὸς Χαλδαίους, ΚΑΙ εἰς Πέρσιν, et pariter in Suida, καὶ Χαλδαίων ΚΑΙ Περσῶν. At enim ista emendatione non opus esse, docte ostendit *Ern. Frid. Neubauerus*, Prof. quondam in vniuersitate Gissenfi, in diss. Defensio lectionis vulgaris in Diogene Laertio et Suida de Chaldaeis in Persia a Democrito auditis, aduersus clar. criticorum correctionem, qua occasione de Chaldaeorum nomine philosophis tributo nonnihil agitur etc. Gissae, 1745. 4. Docet enim late, in profanorum monumentis *Chaldaeos*, uti Magos, saepe generatim notare astronomiae et astrologiae diuinandique artis peritos, aliarumque doctrinarum magistros, et sapientes, siue sint Chaldaei, in ipsaque Chaldaea agant, siue alibi locorum Chaldaeorum dogmata profiteantur. Ita quoque in Perside, Syria et alibi Chaldaei reperiuntur, et Democritus dici potuit, in Persia tum magos, tum chaldaeos Persas audiuisse, h. e. Persas, siue Persarum philosophiam magicam, siue chaldaicam professos. *Neubauer*. denique a p. 32 — 37. diluit ea, quae pro emendatione Perizoniana possint adduci, et sensum loci Aeliani paraphrasi reddit clariorem. Idem *Neubauerus* in progr. Quaestio, an nullae inter Chaldaeorum philosophos fuerint sectae, ex Strabone praecipue decisa et ab obiectionibus, ex Diodoro Siculo petendis, vindicata, viroque cuidam cel. (Laur. Reinhardo,) modeste opposita, Gissae 1745. demonstrat, plures inter Chaldaeos philosophos fuisse sectas. *Harl.*]

Cum quam plurima obseruasset et in literas misisset, ita, ut *Philosophiae* [P] nomine adpelleretur, teste *Aeliano* IV. 20. Var. <sup>bb)</sup> extinctus est Olymp. XCIV. centenariio maior. Ab Heraclito diuersus non modo in eo, quod res humanas risu <sup>cc)</sup> potius excipiendas esse duceret, quam lacrymis; sed etiam quod *Cicerone* obseruante 2. de diuinat. 64. *Valde Heraclitus fuit obscurus, minime Democritus*, etsi peculiaribus quibusdam vocabulis hic uti non dubitauit, (vide Suidam in Ἀεσῶν, Πυρμός, etc.) quas praeter *Callimachum* illustrauerat olim *Hegesfanax*, teste Stephano in *Ἑστιάς*. Fuere, qui Democriti perinde ut Platonis sermonem poetici aliquid habere putarent, quod incitatus ferretur, et clarissimis verborum vteretur luminibus, ut ait idem *Cicero* in Oratore cap. 20. [adde *Cicer.* acad. quaest. IV. 23. de orat. I. 11. *Sext. Empir.* adu. mathem. VII. 265. vbi dicitur Iouis voci adsimilari, quod intelligunt alii de suauitate eius et perspicuitate; alii, ut *Fabric.* ad illum locum et *Vales.* ad *Ammian.* XXII. cap. 16. pag. 346. de eo, quod dicta illius essent certa. Scientiam illius summis laudibus effert *Aristotel.* de gen. et corr. lib. I. cap. 2. Eleaticis vero philosophis minus recte potest adscribi.] Nusquam eius meminit Plato, quod mirum iam olim multis visum, teste *Laertio* III. 25. Insultauit ei Colotes Epicureus, licet, Epicurum ipsum Democrito quam plurima

<sup>bb)</sup> Vbi dicitur Democritus venisse ad Chaldaeos, Babylona, ad Magos et Sophistas s. Gymnosophistas Indorum. *Perizonius* in notis quaedam contra codd. mutaturus, refellitur a *Neubauero* in diss. mem. in primis §. 32. *Harl.*

<sup>cc)</sup> *Iuuenal.* X. 33 — 53. *Naz.* orat. 32. p. 525.

[*Aelian.* H. V. loco citato, vbi plura de nostro narrantur; sed eum vicissim ridet *Lucian.* in Vit. auet. cap. 13. et risus iste non inepta ipsaque ridicula ratione est intelligendus.] Democr. per anagramma: docet risum, vel ducit mores.



plurima debuisse <sup>ad</sup>), professi sint Leonteus et Metrodorus Epicurei apud Plutarchum libro contra Colotem p. 1108. Inimicus fuit Democritus Sophistarum, quos ipse apud *Clementem* I. Strom. p. 279. suis verbis vocat *λεξειδιών θηράτορας, ζηλωτάς τεχνυδρίων, ἐριδαντίας καὶ ἱμάντελιχτέας*. Intest *Heraclicis* Pontici scripta fuisse *πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις*, *α. Laert.* V. 88. De vita Democriti vereque ac falso de eodem iactatis, tum de eius dogmatis consulenda sunt, quae viri docti ad Laertium et Hesychium illustrem, *Stanleius* et *Abr. Graevius* in Hist. Philosoph. *Gassendus* in Philos. Epicuri, *Dan. Clericus* in Hist. Medicinae, *Cudworthus* in Systemate *νοητῶ* vero vniuersi, *Naudaeus* in Apologia pro viris doctis Magiae accusatis, *Baelius* in Lexico, *Nicolaus Hill.* in Philosophia Epicurea Democritea et Theophrastica, Geneu. 1619. 8. *Scipio Aquilianus* de placitis Philosophorum, qui ante Aristotelis tempora floruerunt cap. 8 — 17. *Ioh. Christoph. Magnenus*, Prof. Patauinus in Democrito reuiviscente, Lugd. Bat. 1648. 12. et Hagae, 1658. 12. *Petri* vero *Borelli* opus quod tres in folio impleturum tomos molitus est de Vita et Philosophia Democriti, cum auctore intercidit. *Seraphinus Piccinardus* in philosophia dogmatica. vid. *Giornale di Roma*, 1674. p. 102 sqq. *Fabric.*

## E P I M E T R O N.

*Cicero* multa de Democrito et eius opinionibus in libris suis habet: quae maximam partem collegit cl. *Frid. Gedicke* in M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae, Berolin., 1782. 8. p. 67 sqq. In Democritum commentatus est *Stephanus Atheniensis*. vid. *Fabric.* infra VI. cap. 7. tom. 12. p. 694 sq. tum *Synefius* philosophus in Democriti physica. vid. *Lamberti* comment. de biblioth. Caes. tom. VI. p. 392 sq. edit. Kollarii, et *Fabric.* infra lib. VI. cap. 5. p. 769. vol. XII. E recentioribus, qui de eius vita et placitis aut fabulis, de eo propagatis scripserunt, memorari debent *Andr. Goedingii* diss. de Democrito, Vpsal. 1703. — Progr. Democritus πένταθλος. Lipsiae 1720. (*Eudocia*, Democritus, p. 134. ait, ex *Diogen. Laert.* IX. 37. ἦν, ὡς ἀληθῶς, ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος· τὰ γὰρ φυσικὰ, καὶ τὰ ἠθικὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ, καὶ τὰς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν ἔχεν ἐμπειρίαν. adde *Suidam* in voc. Πένταθλος.) *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. pag. 1177 sqq. et in appendice siue vol. VI. pag. 320 sqq. qui alios laudat plures. Democritum fuisse atheum, nec tamen ideo Spinozae praecursorem, contendit *I. Franc. Buddeus* in diss. de Spinozismo ante Spinozam, rec. in Analéctis histor. philosoph. p. 325 sqq. Idem *Buddeus* Democritum facit atheismi reum, in Thesibus de atheismo, p. 55. 64 sq. Eandem notam illi inusserant *Sam. Parker.* in disp. I. de deo §. 10. p. 26. alique apud *Reimannum* in historia atheismi pag. 210 sqq. qui tamen cautius versatur in hac lite dirimenda, ipsoque Democrito excusando. Clarius acuteque defendit illum ab atro isto crimine *Vincentius Grauius*, lib. II. de ratione artis poeticae p. 127. eumque laudat, quod primus scientiam naturae a theologia distincte separavit. Artis transmutandi metalli eum fuisse peritum, quidam coniecerunt; inprimis id sibi aliisque persuadere studuit *Olaus Borrichius*, qui in Conspectu scriptor. chemie. illustr. §. V. pag. 5. Democriti βιβλίον προσφωγηθεῖσαν Λευκήν πω, tum eius φυσικὰ καὶ μουσικὰ, saltem quae restant, genuina esse putauit. Secus vero sensit *Herm. Conring.* de Hermetica medicina lib. I.

*ad*) Cicero de N. D. lib. I. 43. Democritus, vir magnus inprimis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit. *Harl.*



lib. I. cap. 3. pag. 29. neque tamen conuicit *Borrichium*, qui causam suam iterum egit, Democritum omnino artis illius arcanæ, saltem chemicæ, scientem fuisse demonstraturus in Hermetis, Aegyptiorum et chemicorum sapientia vindicata, lib. III. cap. XV. pag. 67 sqq. adde paullo infra in catalogo scriptorum Democr. physicorum. *Magiae* labem ei haud pauci adspargere conati sunt. Vide memorabilem locum *Plinii* in H. N. lib. XXX. cap. 1. et XXIV. cap. 17. in cuius sententiam abiit *Salmf.* Exerc. Plinian. cap. 3. fin. p. 69. edit. Ultraieci. Sed omnis controuersia versatur in potestate voc. *Magus* et *magia* definienda, et liberarunt eum ab isto crimine *Naudaeus* in Apolog. pour les grands hommes soupconnez de Magie, cap. 12. p. 187 sqq. *Buddeus* in Thesibus de atheismo p. 66. p. 700 sq. in primis cl. *Tiedemannus* in disput. de quaestione, quae fuerit artium magicarum origo etc. Marburgi, 1787. 4. pag. 37. reiectis et spuris pronuntiatis iis libris, qui Democrito adtributi fuerunt, et fontes illius accusationis habiti. adde *Bayle* Dict. II. pag. 273. not. K. Fabulam sapit, quod de eius coecitate voluntaria ope speculi caustici, uti traditum est a *Laberio* apud *Gellium* X. 17. (plura vid. apud *Bayle* l. c. not. L.) dicitur: prae senio visum s. lumina amisisse videtur. *Cicero* quidem *Tuscul.* V. 39. Democritus, ait, *luminibus amissis*, alba scilicet discernere et atra non poterat; et lib. V. Fin. 29. Democritus, inquit, (*vero falsone non quaeremus*,) dicitur oculis se priuasse. adde *Plutarchum* tom. II. p. 246. *Gundling.* Otior. part. III. cap. 1. p. 51 sqq. *Menagii* Origines italic. voc. *Abbacinare.* *Heumannii* acta philos. vol. I. p. 671. *Brucker.* l. c. p. 1180. qui plures laudat. Inter fabulas Milesias referenda quoque est illa de Hippocrate, Democrito insaniae medicinam adhibere ab Abderitis iusso, quam merito explosit, et ex historia veterum philosophorum eliminavit *Heumannus* in Actis Erudit. 1713. p. 458 sqq. quam disquisitionem auctiorem recudi fecit in actis philos. vol. I. p. 670 sqq. Fabula ducta est ex Hippocratis epistolis a *Stanleio* quidem part. X. p. 889 sqq. *Christiano Thomasio* in historia sapientiae et stultitiae, tom. II. p. 8 sqq. et *Christoph. Magneno* in Democrito reuiuifcente, p. 24. pro genuinis habitis; sed a *Baylio*, *Clerico*, (in histor. medicinae part. I. lib. III. cap. 31. p. 458.) *Heumanno*, et *Bruckero* l. c. p. 1182 sqq. qui copiosus est de illis epistolis istaque fabula, aliisque pro fictitiis optimo iure declaratis. — Eius placita, opiniones atque errores et fomina explicuerunt praeter *Brucker.* aliosque historiae philos. enarratores, *Io. Com. Schwarz.* in disput. Democriti Theologia, Coburgi, 1719. 4. (cap. 1. iudicia eruditorum congeffit de diis Democriti, origine mundi et similibus rebus; tum defendit eum a feuro *Baylii* iudicio; laudat eius itinera et ingenium, eum *Magis* adnumerat, et memorat, in *Cassiani Bassi* libris XX. de re rustica multa *magiae* Democriti vestigia superesse et a naturalibus rebus diserte secerni, atque Democritum cum *Pythagora* saepe concordare, quod ex iisdem fontibus vterque hausit, denique absoluit Democr. a crimine atheismi;) tum de quibusdam nostri aliorumque veterum philosophorum opinionibus de ortu corporis et animi *M. Nic. Ernst. Zobelius* in Cacozelia gentium in tradendis doctrinis de generis humani mentisque humanae origine et resurrectione mortuorum, Altdorf. 1727. 8. p. 30 sqq. 49 sq. in primis *Meiners.* in historia doctrinae de vero deo etc. I. p. 343 sqq. idem in historia doctrinarum apud Graecos, tom. I. pag. 690 sqq. atque *Tiedemannus* in: Geist der Spek. Philosophie, cap. 11. pag. 263 sqq. *Rossus* in Commentationibus Laertianis varia loca *Diogenis* de Democrito explicat aut emendat; sic emendat lib. VIII. sect. 36. et scribere iubet το περιηπον δωματιον τι, vel τὸ περιηπον δωματιον τι, (pro vulgato τὸ περιηπον δωματιον τι.); copiosus est in exponendo constituendoque loco ibid. sect. 40. vbi dicitur *Plato* Democriti volumina, quaecumque quidem cogere potuisset,



set, comburere voluisse, sed Amyclae et Cliniae, Pythagoricorum, monitis adductum, id consilii abiecit. Idem p. 233 sqq. vberius explicat, quid sit apud *Diog. Laert.* IX. sect. 108. in Pyrrhone, illud Democriti, μηδὲν εἶναι τῶν φαινομένων τὰ δὲ μὴ εἶναι, h. e. nihil eorum, quae videntur, tale esse iudicium (n. veri,) putat Democritus: illa autem non esse: tum τὸ κριτήριον τῶν φαινομένων esse rationem docet emendatque locum *Sexti Empirici* I. adu. Logic. sect. 135. At quae omnino vera, quae falsa censenda sint in doctrinis atque opinionibus ipsaque historia Democriti, secum interdum pugnantis, libris eius spuris ac perditis, et testimoniis veterum non plane consentientibus, num certo definiri possit; equidem haesito. Ingens quidem librorum, qui a Democrito exarati fuisse feruntur, numerus citatur. At *Gellius* N. A. lib. X. cap. 12. iam bene, „multa, inquit, videntur ab hominibus istis male sollertibus huiusmodi commenta in Democriti nomen data, (f. lata, vt Gebhardus et Otho in edit. Lips. p. 22. tom. II. malint,) nobilitatis auctoritatisque eius perfugio utentibus;“ qua de re postea pluribus disputabimus. Tum, quod aliis quoque antiquioribus viris claris accidit, fieri potuit, vt partes libri cuiusdam siue genuini siue spurii pro peculiaribus opusculis, cum accessione alienorum, haberentur atque laudarentur.

Fragmenta et epistolae sunt in *H. Stephani* poesi philosophica, 1573. 8. p. 156 sqq. — *Epistolae* gr. in collect. epistol. Aldina, 1499. et gr. et lat. in *Eilhardi Lubini* collect. epistolarum graec. Heidelberg. 1601. 8. — et inter Hippocratis Opp. Physica et mystica de arte sacra siue Chemica, cum *Synesii* et *Pelagii* commentariis lat. edita, Patauii, 1573. 8. notante Fabricio, paullo post ac lib. V. cap. 22. vol. VIII. p. 232. et lib. VI. cap. 5. p. 769. vol. XII. vbi plura videbis, recuf. Noribergae, 1717. 8. — Fragmentum de sympathiis et antipathiis, interpretatione et commentario illustratum a *Io. Rentdorfio*, infra a Fabricio editum, lib. IV. cap. 29. vol. IV. p. 333 — 367. (in classem supplementorum a me forsan reicietur.) Ad Anatolium refert hoc fragmentum *Rentdorf.* l. c. p. 301. sed refutatus a cl. *Niclas* ad *Needhami* prolegomena ad Geoponic. tom. I. p. 48 sq. vbi diligenter agit de Anatoliis. *Marsilius Cagnatus* variarum obsf. libr. II. cap. 7. pag. 123. coniicit, ea, quae Democriti ferebantur inscripta ἀντιπαθῶν, fuisse eiusdem Doli, quem Suidas scripsisse adfirmat περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν. quod etiam theriacorum Nicandri interpretes adfirmat: idem memorat Dolum vocari a Suida Βῶλον, ab interprete theriac. Nicandri Πῶλον. Vid. infra in vltima scriptorum Democr. classe nr. 1. — Fragmentum istud de sympathiis etc. exstat in cod. MSto Vossiano, teste Catalogo biblioth. Lugdun. Bat. p. 392. nr. XXV. ibid. cod. p. 395. nr. XIII. Gnomae, hinc illinc electae ex Democrito aliisque philosophis et poetis et rhetoribus: et pag. 397. nr. XLVII. cod. continens varia chymica sub nominibus Ostanis, *Democriti*, Cleopatrae, Archelai, Porphyrii et aliorum cum figuris vasorum et glossario graeco vocabulorum chymicorum; item expositione vocum chymicarum. — In *Maximi* Operibus plura Democriti dicta locaque occurrere, adnotauit *Montfaucon* in biblioth. Coislin. p. 574 — 579. Inter medicos celebres refertur in cod. MSto de artium et disciplinarum inuentoribus, ibid. p. 598. (atque de Democrito medico et chymico vide *Dan. Sennert.* de Chymicorum cum Aristotelicis et Galenicis consensu ac dissensu, cap. 3. et auctores historiae medicinae, Schulz. p. 178 sqq. Clericum, Hallerum etc.) — In catalogo MSSorum bibl. regiae Paris. tom. II. cod. DCXXX. nr. 95. est Heraclitus de variis vitae institutis et *Democriti* contraria opinio: et *Democr.* φυσική καὶ μουσική in codd. MMCLXXV. MMCCCXXV. MMCCCXXVI. MMCCCXXVII. ex cod. quodam Paris. habuit Fabric. collectionem MS. chemicorum graecorum, in qua



nr. XXXIII. sunt *Democr.* physica et mystica, vid. infr. lib. VI. cap. 5. p. 768 sq. vol. XII. eius epistolae in cod. MDCCLX. — In bibl. Vindob. teste *Nessellii* Catalogo, Dem. mystica et physica, part. III. p. 15. nr. IV. et pag. 19. cod. III. In priore libro notabilem esse praecipue *Necyomantiam Democriti*, Ostanem, magistrum suum iam mortuum, consulentis, ait *Nessellius* et memorat, illam feruari in lib. VI. comment. Lambec. p. 170 — 172. (ex edit. Kollarii, tom. VI. p. 386 sqq. cod. LI. nr. 4. et LII. nr. 4.) — In cod. XXIX. apud *Nessellium* part. III. p. 41. nr. 9. et in *Lambec.* comment. lib. VI. cod. XXVI. 9. p. 274. sunt Democriti, Epicteti, aliorumque veterum sapientum sententiae. — In biblioth. Veneta D. Marci, teste Catalogo MSS. gr. p. 140. est cod. CCXCIX. collectio chemicorum graecorum, similis illi, quam habuit Fabricius. In ista igitur quoque sunt Democriti physica et mystica, atque *Synefii* scholia in librum Democriti. adde *Bandini* catal. msst. graecor. Florent. vol. III. p. 547 sqq. — De codice Gothano, in quo pariter est collectio chemicorum graecorum, adeoque *Democriteorum*, et *Synefii* scholiorum vid. *Reinesii* iudicium, infra lib. VI. cap. 8. p. 747 sqq. vol. XII. ubi quoque de Democrito, et scriptis chemicis quibusdam spuris, atque num Ostanes Democriti praeceptor esse potuerit, pag. 757 sq. agitur, et Fabricius p. 747. codices chemicorum graecorum Ambrosianum Mediolani, Bauaricum, Coloniensem, Guelferbytanum et Vratislaviensem aliosque enumerat. — In *Montfauconii* bibliotheca bibliothecarum MSS. plures indicantur libri Democritei in bibliothecis latentes. — *Democriti opera de re rustica* e graeco in arabicum sermonem conuertit *Abu Baker Ben Vahsfia*, natione Chaldaeus, secundi Egiptae saeculi scriptor, qui laudatur in opere arabico, de agricultura, auctore Abu Zacharia Iahia Ben Mohamad Ben Ahmad, vulgo Ebn Aluam, Hispalienfi, teste *Casirio* in Bibliotheca arabico-hispana Escorialensi, tom. I. pag. 323. *Harl.*

Scripta Democriti (prosa autem scripsit, dialecto Ionica) recensuerat *Callimachus* in *πίνακι τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων*, teste *Suida*: et per tetralogias, perinde ut Platonica, digesserat *Thrasyllus*, teste *Laertio* IX. 45. \*) ex quo titulos eorum hoc loco persequar, ut quidem distinguendos puto, subinde nonnulla additurus praeclaris interpretum *Laertii* observationibus.

*Ethici* argumenti hi fuere:

- 1) *Πυθαγόρης, ἡ περὶ τῆς τῆ σοφῆ διαθέσεως*. Confer *Laert.* IX. 38. ubi ἐν ὁμωνύμῳ συγγραμμάτων, vertendum: in opere eiusdem nominis. Vide *Ionsium* pag. 24. [P] [*Eudociam* pag. 134.]
- 2) *Περὶ τῶν ἐν αἰδῶ*. *Athen.* IV. pag. 168. Proclus MS. apud Alex. Morum ad Ioh. XI. 39. *Suidas* in *Τριτογένεια*. [conf. *Wytttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. pag. 89 sqq.]
- 3) *Τριτογένεια* Minerua sic dicta, siue de prudentia, quae haec tria generat prorsus praeclara: ut recte consulant homines, ut recte eloquantur, et ut recte agant. *Enstath.* ad *Iliad.* ©. p. 576. *Tzet.* ad *Lycophr.* v. 519.

4) *Περὶ*

ee) Hunc locum *Rossius* l. c. p. 203. ita explicat: „Libros illius hoc ordine *Thrasyllus* descripsit, quemadmodum idem *Platonis*, κατὰ τετραλογίαν,

h. e. singulis classibus quatuor assignans, distinxe- rat. Morales quidem hi sunt: *Pythagoras*“ etc. *Harl.*



- 4) *Περὶ ἀνδραγαθίας ἢ περὶ ἀρετῆς.*
- 5) *Ἀμαλθείας κέρας ἢ περὶ εὐθυμίας, ὑπομνημάτων ἡθικῶν ἢ.* Ἡ γὰρ εὐεξὶ ἐχ' εὐρίσκειται. *Cornucopiae, siue connumerariorum Ethicorum de animi tranquillitate libri V III. nam liber (IX.) cui titulus εὐεξῶς* ff) siue *bonum stabile* (iam Thrasylli aetate, qui sub Tiberio vixit,) *non amplius exstat.* Ita puto scribendum et exponendum illum locum. Ac singulis horum commentariorum libris crediderim fuisse titulum peculiarem, argumento respondentem, quo singularis quaedam dignitas summi boni describeretur, vni quidem *κέρας ἀμαλθείας*, alteri *εὐθυμίην*, alii *αταραξίην*, *ἀδαμβίην*, *ἀδαυμασίην* etc. alii denique *περὶ τέλης*, quem librum citat *Clemens Alex.* II. Strom. p. 417. Ceterum opus Democriti *de tranquillitate animi* laudant vel respiciunt Cicero V. de fin. Plutarchus et Seneca libris eiusd. argumenti. Praeclarum fragmentum seruaui *Stobaeus* serm. 101. de felicitate. Praeterea memorantur Democriti *ὑποθήκαι*, quarum initium refert *Dionysius Alex.* apud *Eusebium* XIV. 27. Praeparat. p. 782. Plures ex illis, vt suspicor, sententias *Stobaeus*, [et Maximus. vid. paullo ante de codd. Democriti.] *Magenus* etiam existimabat, librum a Democrito scriptum sub titulo *λόγος ἔργου σκῆ* sed hoc merito reiciunt *Menagius* ad Laertii IX. 37. et *Stanleius* Hist. Philos. pag. 767.

*Physici* argumenti apud eundem Laertium scripta Democritea haec sunt:

- 1) *Μέγας διάκοσμος* <sup>ss)</sup> Magnum digestum, *de vniuerso*, vt videtur, opus omnium Democriti scriptorum facile praestantissimum. *Laert.* IX. 39. *Athen.* IV. pag. 168. *Suidas* in *Δημόκρ.* Prima eius operis verba videtur afferre Cicero in Lucullo: *Haec loquor de vniuersis.* Plura volumina de rerum natura scripsisse innuit *Vitruuius* IX. 3. et 7. At nescio vnde hauserit *Stanleius* p. 761. Hist. Philos. tradens, diuisum fuisse in libros XII. *Theophrastus*, (libro de Democrito) auctorem eius existimauit non Democritum, sed *Leucippum*, *Laert.* IX. 46. Quod vero *Menagius* itemque *Stanleius* aiunt, ab Epicuro in Epist. ad Herodotum tamquam Democriti genuinum opus laudari, in illa Epistola incassum quaesui. [P] Porro in hoc opere inter alia *Anaxagorae* Philosophiam perstrinxisse videtur Democritus. Confer *Laert.* IX. 35.
- 2) *Μικρὸς Διάκοσμος*, quem se ait scripsisse anno DCCXXX. post captam Troiam. *Laert.* IX. 41. Troia capta A. Periodi Iul. 3521. scripsit ergo hunc librum Democritus Olymp. LXXIX. 2. [vide paullo ante notata de aetate Democriti.]
- 3) *Κοσμογραφίη*. Opus diuersum a Democriti Geographia, quae infra memoratur inter scripta Mathematica. *Περὶ κόσμου διαθέσεως* scripsisse adfirmat Democritus ipse, si modo ipse Democritus Epist. ad Hippocratem.
- 4) *Περὶ τῶν πλανητῶν*, in quo libro suspicatus est, *plures esse stellas, quae currunt, sed nec numerum illarum posuerat, nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus.* *Seneca quaest. Nat. VII. 3.* *Aristoteles* I. 6. Meteor. testatur, *Anaxagoram* et *Democritum*

LIII 2

ff) *Suid.* in *Ἀετῶ* et *Εὐεξῶ*. *Εὐεξῶ* dixit *Epicurus*. conf. *Balforem* ad *Cleomedem* p. 257.  
gg) De hac voce *Menagius*, *Kuhn*iusque ad

*Laert.* et *Salmasius* ad *Simplicium* p. 168 sq. *Τρωικὸν διάκοσμον* scripserat *Demetrius Scepheus*, teste *Athenago* VII. pag. 300.



mocritum docuisse, quod Cometae essent σύμφασις siue coniunctio τῶν πλανητῶν ἀστέρων. Aduersus Democritum περὶ τῶν ἐν ἔρανῳ scripserat Heraclides Ponticus, teste Laertio V. 87.

- 5) Περί Φύσιος α'. Suidae Περί Φύσεως κόσμου. Fulgent. III. 7. Mythol. *Physiologumena*.
- 6) Περί ἀνθρώπου φύσιος <sup>hh</sup>) ἢ περὶ σαρκὸς β'.
- 7) Περί νῦ καὶ περὶ αἰσθήσεως, quem duplicem titulum alii vnico complexi sunt περὶ ψυχῆς. Et Democritus, teste Chalcidio pag. 302. ex igneis atomis animum subsistere statuit, et animam sensitivam mentemque non dubitavit idem esse. Vide Aristot. lib. I. cap. 2. de anima, Tertull. cap. 12. Obseruauit etiam, ab affectibus animi alterari sanguinis motum. Boethius lib. I. cap. 1. de Musica: *Vt sese corporis habet affectus, ita etiam pulsus cordis motibus incitatur: quod scilicet Democritus Hippocrati Medico tradidisse fertur, cum cum quasi insanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus in custodia medendi causa inuideret.* [Meiners. in hist. doctrinarum apud Graecos, I. p. 698 sqq. Rib. vii diss. de anima brutorum, subiunct. Rorarii lib. quod animalia bruta saepe ratione vtantur melius, quam homines. Helmstad. 1728. 8. pag. 674 sqq.]
- 8) Περί χυμῶν, etiamnum exstat, siquidem Democritus auctor sit libri huius argumenti, qui legitur inter scripta Hippocratis, de quo tamen merito dubites.
- 9) Περί χρωῶν.
- 10) Περί τῶν διαφερόντων ἔνυμῶν siue de differentibus figuris atomorum, quod opus respicit Aristoteles lib. I. cap. IV. Metaphys. Vide Menagium ad Laert. IX. 47.
- 11) Περί ἀμεταβιβασμῶν de mutationibus figurarum, siue *fluxionum*, quibus infinitis modis quotidie alterantur omnia ῥέοντα ποταμῷ δίκην. [vid. ad Heraclitum.]
- 12) Κρατυντήρια siue ἐπικραντικά aut vero ἐπικριτικά τῶν προειρημένων. *Superiorum librorum confirmatio* <sup>ii</sup>). Male enim interpres *Remedia prohibentia*, nec melius Stanleius, *of the mixtures of things before said*, quasi esset a [P] κεράννυμι. Suidas in Κρατυντήρια: ἔγραψεν Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὸν πάντων τῶν γραφέντων αὐτῷ βιβλίων. Laudat Sextus VII. contra Math. p. 163. [sect. 136. vbi vid. not. Fabricii pag. 359.]
- 13) Περί εἰδώλων ἢ περὶ προνοίας <sup>kk</sup>), quo libro formas rerum, quas videmus, diuinitate praeditas esse disputauit. Vide Ciceronem I. de natura Deor. sect. 29. et 121. [f. cap. 12. et 43. atque Dauif. ad vtrumque locum; lib. II. cap. 30. ibique Dauifii not.] Plutarch. VIII. 1c. Sym-

<sup>hh</sup>) Inter Epistolas, Democrito tributas, hodie exstat vna huius argumenti ad Hippocratem, quae incipit: χρὴ πάντας ἀνθρώπους etc. In Poeti Philosoph. H. Stephani pag. 181.

<sup>ii</sup>) Ita recte etiam Zwingerus tom. I. thesauri vitae humanae, p. 139. Fabric. Videtur autem, ait Fabric. in nota ad Sextum Empir. p. 399. in his κρατυντήρις praeceptum robur et κράτος τῆς

πίστεως petiisse ab experimentis, sensuum vfu compertis. Harl.

<sup>kk</sup>) Sextus Empiric. adu. Mathem. VII. sect. 137. meminit libri Democritici περὶ ἰδίων, a nullo alio memorati. Hinc coniecit Fabric. in nota pag. 399. huc forsitan referendum esse illud περὶ εἰδώλων, f. εἰδώλων ἢ περὶ προνοίας apud Diog. Laert. IX. 47. Ἐν τοῖς κανόσι laudatur a Sexto Empir. VII. adu. mathem. sect. 138. vbi vid. Fabric. Harl.



10. Sympos. [*Sextum Empir.* IX. adu. mathem. sect. 19. ibique Fabric. not. p. 552. item sect. 42.] *Augustin.* Epist. 56. [*Petr. Frid. Arpe* theatrum fati, siue notitia scriptorum de prouidentia, fortuna et fato, Rotterod. 1712. 8. n. 2.] et *Baëlii* Lex. in Democrito nota (O) vbi hanc Abderitani senis sententiam confert cum dogmate acutissimi Malebranchii, quas percipimus visu, rerum ideas, existimantis esse diuinas, a Deo proficisci, et in Deo percipi.

14) *Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. α'. β'. γ'.* Ita enim legendum ex *Gellii* IV. 13. vidit iam Ioh. Meursius in Bibl. Graeca. [vid: *Reinesf.* II. Var. lectt. 1. et interpr. ad Gellii locum, edit. Gronou. vulgo *περὶ λοιμῶν κανῶν* apud Diog. IX. 47. vbi vid. Menag.]

15) *Ἀπορρήμάτων* siue dubiorum Physicorum Volumen.

Physico quoque argumento adfinia sunt, quae deinceps referens Laertius *ἀσύντακτα* adpellat.

16) *Αἰτίαι ἐράνιαι.*

17) *Αἰτίαι αἰεριοί.*

18) *Αἰτίαι ἐπίπεδοι. Causes "* planorum, siue eorum, quae in superficie corporum conueniunt.

19) *Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρὶ.*

20) *Αἰτίαι περὶ φανῶν.*

21) *Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν.* Plin. XIV. 1. XXIV. 17. XXV. 2. Petronius p. 22. Respicit et Martianus Capella lib. II. p. 27. Pseudo-Dioscorides et Apuleius de herbis. adde Hist. de l'Acad. des Insc. tom. III. p. 335 sqq.

22) *Αἰτίαι περὶ ζώων, γ'.* Ammianus Marcell. XXVIII. 4. *ut diffissarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes, docentem, quibus modis posteritas mederi doloribus possit internis.* Ex his Democriti libris videtur *Aristoteles* referre, quae de araneorum telis habet IX. 29. Hist. animal. Neque incredibile est, vnum ex his tribus libris fuisse *de chamaeleonte*, cui singularem librum tribuit Democritus, teste *Plinio* XXVIII. 18. licet *Gellius* X. 12. Democrito indigna putet, quae a *Plinio* referuntur <sup>mm)</sup>.

23) *Αἰτίαι σύμμικτοι.*

24) *Περὶ τῆς λίθου.* Non tantum de Magnete, neque de lapide philosophorum <sup>nn)</sup>, vt parum verisimiliter existimat *Olaus Borrichius* p. 69. de Medicina Hermet. sed de quovis genere lapidum egit Democritus, quem, ne *lapidum* virgultorumque vis lateret, a-

LIII 3

tatem

ll) *Magenus* de planis Atomis accipit, quibus opponuntur rotundae, acutae etc.

mm) Sub Democriti nomine iucundum de pappionibus dialogum effinxit *Scuderia* Entretiens morales II. 4. vid. biblioth. vniuerselle tom. 24. p. 527 sq. *Fabric.* Plinii partes contra *A. Gellii*

iudicium suscepit *Marsilius Cagnatus* in Variis obseruat. Romae, 1587. 8. libro II. cap. 7. pag. 121 sq. ratus, a Democrito, magorum studiosissimo, librum istum, licet portentorum plenum vanumque, scribi potuisse. *Gellio* adfentitur *Tiedemannus* in disp. de quaestione etc. p. 38. *Harl.*

nn) Vid. *Conringiana* pag. 16. *Heumann.*



tatem inter experimenta consumsisse scribit Petronius. Vide et quae Seneca Epist. 90. Plin. XXXVII. 10. [P]

Librum Laertio praeteritum *περὶ Ἰδεῶν* laudat Sextus VII. contra Math. p. 163. [vid. not. ad nr. 13.] sed et *de metallorum natura* scripsisse Plinius ianuit.

*Mathematici* argumenti hos libros Laertio memoratos videas:

- 1) *Περὶ διαφορᾶς γνώμης ἢ περὶ ψαύσεως κύκλου καὶ σφαίρας.*
- 2) *Περὶ γεωμετρίας ἢ γεωμετρικόν.*
- 3) *Ἀριθμητ.*
- 4) *Περὶ αἰλῶν γραμμῶν καὶ νασῶν, β.*
- 5) *Ἐκπετάσματα.* Vitruvius praef. lib. VII. *quomodo oporteat ad aciem oculorum radiorumque extensionem certo loco centro constituto ad lineas ratione naturali respondere.*
- 6) *Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ Ἀστρονομίης παράπηγμα.* Vide Salmas. ad Solin. p. 741. [p. 521. E. edit. Vltraieft.] Hoc respici puto a Gemino, quando Democritum laudat element. Astronom. cap. 16. Annus ille magnus Democriteus erat annorum LXXXII. e quibus intercalares XXVIII. conf. Scaliger. II. de emendat. temp. pag. 162.
- 7) *Ἀμιλλα Κλεψύδρας.* Magnenus: *examen motus Clepsydrae cum motu coeli.* Alii tamquam duo distincta legunt, *ἄμιλλα, Κλεψύδρα.*
- 8) *Οὐρανογραφίη.* Democritum ἐν τῷ *περὶ ἀστρονομίης* laudat Schol. Apollonii lib. II.
- 9) *Γεωγραφίη.* Democritus inter antiquissimos Geographos celebratur a Strabone et Agathemere lib. I.
- 10) *Πολογραφίη.* Epistola Democrito tributa ad Hippocratem: *ἐτυγχάνομεν δὲ τότε περὶ κόσμου διαθέσεως καὶ πολογραφίης, ἔτι δὲ ἄστρων ὑφανίων συγγράφοντες.* [conf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 520. D. edit. Vltraieft.]
- 11) *Ἀκτινογραφίη.*

Hinc *Musica* scripta sequuntur, eo quidem sensu accepto vocabulo, ut non solam Musicam proprie sic dicam, sed quoque grammaticam, poesin et alias humaniores litteras, quas *ἐγκυκλίως λόγος* supra de Democrito loquens Laertius <sup>90</sup>) vocauerat, complectatur: de quo sensu vocabuli *μουσικῆς* videndus Woweranus Polymathiae cap. XXIV. Fuerunt itaque:

- 1) *Περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης.*
- 2) *Περὶ ποιήσεως.* Classis, in qua praesens liber memoratur, perspicue ostendit, non esse cogitandum hoc loco de *ποιήσεως* chemica, ut in mentem venisse video praestantissimo Borrichio p. 70. de Hermete Aegyptior. Ac Democritus ipse, qualem intelligat poesin, docet his verbis apud *Clementem Alex.* VI. Strom. p. 698. *ποιητῆς δὲ ἄσσα μὲν αὖν γράφῃ μετ' ἐνθασιασμῶ καὶ ἱερῶ πνεύματος, καλὰ καὶ εἰς.* [P]

3) *Περὶ*

90) Vid. supra Epimetron, ab initio.



- 3) Περὶ παλλοσύνης ἐπέων.
- 4) Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων.
- 5) Περὶ Ὀμήρου ἢ ὁρθογραφείης καὶ γλώσσεων. Respiciunt *Dio Chrysost.* Orat. 53. et *Eustath.* [conf. *Vales.* Emendatt. lib. V. et de critica lib. II. pag. 158. cui videtur Democritus esse omnium primus, qui de glossis, i. e. de peregrinis et ab usu communi remotis vocc. scripsit. *Harl.*]
- 6) Περὶ αἰοιδῆς.
- 7) Περὶ ῥημάτων, ἢ Ὀνομαστικόν. (leg. Ὀνοματικόν.)

Hic Laertius *Technica* subiecit, hac serie:

- 1) Πρόγνωσις.
- 2) Περὶ διαίτης; ἢ διαιτητικόν, ἢ ἰατρικὴ γνώμη.
- 3) Αἰτίαι περὶ ἀκαιριῶν καὶ ἐπικαιριῶν.
- 4) Περὶ Γεωργίης ἢ γεωργικόν. Ita recte hunc locum ante Menagium emendauerat Meursius in Biblioth. Graeca. Democriti librum, quem *Georgicon* adpellauit, laudat *Columella* XI. 3. et de agricultura scripsisse, notat post Varronem lib. I. cap. 2. Palladium et Columellam-Isidorus XVII. 1. Orig. vbi pro *Democritus Magnus Carthaginiensis* legendum *Democritus*; *Mago Carthaginiensis*, vt obseruatum Ionsio p. 25. Democritus, sed non solo ex hoc opere frequentissime citatur in Geoponicis graecis, vt ex indice scriptorum, quem alibi <sup>pp</sup>) dedi, patet. Petrus vero Needhamus in praeclara sua Geoponicon editione alium nescio quem iuniorem Democritum, siue vt rectius, ni fallor, dixisset, iuniora sub veteris Democriti iactata commenta *Δημοκρίτεια παράδοξα* in Geoponicis laudari obseruat. *Fabric.* Sed Needhamium falli, monet cl. *Niclas* ad Needhamii prolegomena ad Geoponic. vol. I. v. Democritus, (de quo docte agitur,) p. LV sq. nam, ait, ille liber totus, (Democriti *παράδοξα*) ad artem spectat chemicam, quae hic leguntur, non eiusdem generis sunt omnia. Quaedam sine dubio aetatis sunt inferioris, et a fraudatore Democrito antiquo supposita, velut I. 12. multa II. 42, 3. XIII. 9, 6. XIV. 15. vbi nomen Ἀδάμ fraudem aperit. Quaedam autem antiqua sunt, et forte genuina; tamquam V. 4. quae eidem a *Columella* III. 12, 5. tribuuntur, et I. 5, 3 quae *Plinius* quoque XVIII. 26. f. 62. Democriti nomine memorat: item XV. 7, 6. quibus *Athenaei* auctoritas fidem facit. Et huiusmodi esse puto pleraque. Sequiorem tamen aetatem sapiunt IX. 12. X. 14, 15. etc. Nempe diu est, quum liber, cui nomen τῶ Δημοκρίτῃ περὶ γεωργίης siue *Γεωργικόν* inscriptum fuit; exstitit, quem *Varro* I. 1, 8 *Colum.* I. 1, 7. XI. 3, 2. et alias, laudant, quo et *Anatolius* apud *Photium* cod. CLXIII. vsus est, et cuius haec sunt fragmenta. Vtrum abderitanus philosophus eius auctor fuerit, et ab aliis quaedam subtexta sint; an vero confictus sit totus, ita tamen, vt Democriti dogmata pro basi fuerint, non liquet. Quin multa certe Democritea hic occurrant,

<sup>pp</sup>) In Decade Decadum siue Centuria plagiariorum, edita Lipsiae ann. 1689. 4. *Fabric.* adde indi-

cem auctorum, voc. *Democritus*, ad edit. Needham-Niclas. Geoponicorum. *Harl.*



currant, nullus dubito." Haftenus doctiff. *Niclas*. De versione arabica fupra in fine epimetri iam egi. add. *Marfilium Cagnatum* l. cit. pag. 122. *Harl*.

5) Περὶ ζωγραφίης.

6) Τακτικόν.

7) Ὀπλομαχικόν.

Denique agmen claudunt fcripta quaedam peculiaria, a nonnullis feorfim, teſte Laertio poſita:

1) Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. *Clemens* I. Strom. p. 303. Δημόκριτος τὰς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικὰς πεποίηται. Idem e *Clemente Eusebii* X. 4. Praeparat. ſed addit *Clemens*: Λέγεται γὰρ τὴν Ἀκκαίαν τὴν ἐρμηνευθεῖſαν τοῖς ἰδίους συντάξαι ſυγγράμμαſι. De hac *Acicari*, ſiue vt *Strabo* vocat, *Aethaiciari* columna dixi infra in *Theophrasto*, vbi inter eius ſcripta deperdita memoro Ἀκίχαρον.

2) Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων.

3) Ὀκεανὸς περίπλες. In *Aldobrandiniana* *Laertii* editione. Nam in alijs deſideratur.

4) Περὶ ἰſορίης.

5) Χαλδαϊκὸς λόγος. [P]

6) Φεύγιος λόγος.

7) Περὶ πυρετῶ, καὶ τῶν ἀπὸ νόσου βηſόντων.

8) Νομικὰ αἵτια.

9) Χερνικὰ ἢ προβλήματα. *Salmaſius* pag. 1100. [pag. 775. edit. *Vltraieſt.*] ad *Solin.* legit χερσὸκμητὰ ἢ φυſικὰ προβλήματα, quaſi manu notata; nam, vt docet *Vitruuius* IX. 3. in illo commentario, annulo uſus erat *Democritus*, ſignans cera molli, quae eſſet exſcriptus. Miras ac portentofas obſervationes in hoc libro obuias fuiſſe, teſtatur *Plinius* XXIV. 17. Confer *Menagium* ad *Laertii* IX. 49. *Zofimus* Chemicus Gr. MS. legit χερσοτμήματα. [conf. *Lambecii* comm. de biblioth. *Vindob.* VI. pag. 399 ſqq.] *Borrichius* p. 70. de *Hermete* χερσοτεχνήματα. Sed et *Suidas* *Zofimi* χερσὸκμητὰ commemorat. *Fabric.* *Salmaſ.* l. c. putat, librum iſtum ſic fuiſſe inſcriptum, vel, quod totus eſſet ex illis quaefſtionibus, quas ipſe experimento veras eſſe didicerat, et quibus propter ea cerulas, annulo ſuo ſignatas, adpoſuerat: vel quod omnia, quae in illo libello tractabat, manu ipſe feciſſet et experimento proprio comprobaiſſet. adde *Bayle* *Diction.* voc. *Democrite* (K.) *Marfilium Cagnatum* var. obſſ. libro II. cap. 7. p. 124. χερσοτονητῶν, i. e. electorum inſcriptionem putans, ſimile volumen ſuſpicatur ei, quod dicebatur κρατυντήρια, et addit, certiſſimo eſſe argumento, pleraque ab eo ſcripta eſſe, quorum non eſſet auctor, ſed tantum recitator, ac priſcorum hominum fuiſſe morem, multa colligere et notare, de quibus per otium iudicarent; quod ex analogia librorum *Hippocraticorum* ἐπιδημιῶν et αἰφοριſμῶν ulterius probat. Denique non valde renuit, ſi quis potius cenſcat legendum χερσὸκμητὰ, vt ſit idem liber, cuius meminit *Plinius* XXIV. cap. 17. et quem is *Democriti* certe eſſe contendit: ex eo enim libro ſimiliter intelligi ſcribit *Marfil.* *Cagnatus*, *Democritum* prodigioſa et incredibilia multa ſcripiſſe. An forſan



san verius est Baylii iudicium l. c. (K) p. 273. P'aimerois mieux dire que Democrite n'a point composé les Ecrits superstitieux, fabuleux, magiques, qui ont couru sous son nom? Idem quidem sentit *Tiedemannus* in disput. laudata de quaestione etc. pag. 38. *Harl.*

Quaecunque alia tamquam Democriti feruntur, aut ex eius scriptis decerpta, (tales forte sunt ὑποθήκαι, de quibus paulo ante in Ethicis, et liber περὶ ἰδεῶν, de quo in scriptis Physicis dixi,) aut manifeste aliena ac supposita esse adfirmat Laertius. Huius postremi generis fuere:

- 1) *Commenta Boli*, Mendesii, aegyptiae gentis auctoris, sub Democriti nomine edita, de quibus dixi supra cap. XIII. Atque ex his puto fuisse librum περὶ παθῶν, [ἢ συμπαθῶν,] laudatum Etymol. M. in Νένωται, et alterum περὶ ἀντιπαθῶν *Columell.* lib. XI. 3. *Fabric.* vid. supra in epimetro circa finem. *Bolum*, non *Dolum*, esse nomen, animaduertit *Reines.* V. L. I. 25. p. 122. adde *Marsil.* *Cagnatum* Obsf. var. II. 7. p. 122 sq. *Harl.*
- 2) *Magica Volumina*, quae ex nescio cuius *Apollonicis* et *Capidemis*, et scriptis *Dardani*, e sepulcro petitis, a Democrito composita credidit *Plinius* XXX. 1. pro hominum male sollertium commentis habuit Laertius, et Gellius X. 12. [Plurimis videntur spuria. vid. *Conring.* de medic. Hermet. I. cap. 14. p. 163. *Marsilius* tamen *Cagnatus* l. m. non putat, omnia sub Democriti nomine in lucem edita, falso ei fuisse adscripta.]
- 3) Liber de *Elephantiacis*, *Coel. Aurelian.* IV. 1. tardar. passion. et alius de *morbis convulsivis*, id. acutar. passion. III. 14.
- 4) Φυσικά καὶ Μυσικά de arte Sacra siue CHEMICA, quae cum *Synefii* ac *Pelagii* commentariis latine edita sunt Patauii 1572. 8. [conf. supra in epimetro de codd. et *Lambec.* comm. de biblioth. Vindob. VI. p. 386 — 400. *Morhof.* Polyhist. philosophic. I. cap. 5. p. 24.] Graece vero adhuc ἀνέκδοτα in variis Bibliothecis, (etiam Germaniae) adseruantur. Democriti sane nomen falso venditare non dubitant *Salmasius* ad Solin. et ad *Tertullian.* de pallio, foetum infimae Graeciae agnoscens: *Conringius* de Hermetica Medicina lib. I. cap. 3. p. 28 sqq. *Naudaeus* Apologia pro Magis p. 216 sq. *Dan. Clericus* in Historia Medicinae, *Menagius* etc. *Mottanus Vayerus* tom. I. p. 301. Ceux qui sçauront comme on parloit Grec du temps du Democrite et long temps après, reconnoîtront facilement, que ce traité, qd'on lui attribue, ne peut estre de lui, et ils s'appercevront mesme par beaucoup de diſſigns que son véritable auteur a eu connoissance du Christianisme. *Synceſſus* p. 248. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης Φυσικὸς Φιλόσοφος ἤκμαζεν. Ἐν Αἰγύπτῳ μνηθεὶς ὑπὸ Ὁσάνθ τῷ Μήδῃ [P] σαλόντος ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν τινικαῦτα βασιλέων Περσῶν ἀρχεῖν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Μέμφεως συν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ Φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ καὶ Παμμένης. Συνέγραψεν (Democritus scil.) περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου καὶ πορφύρας λοξῶς, ὁμοίως δὲ καὶ Μαρία. Ἄλλ' ἔτοι μὲν Δημόκριτος καὶ Μαρία ἐπηνέθθησαν παρὰ Ὁσάνθ, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνιγμάσιν κρύψαντες τὴν τέχνην. Παμμενὲς δὲ κατέγνωσεν, ἀφ' ὁνόμαος γράψαντος. In Scholiis quoque Graecis, *Synefio* tributis, ad *Pseudo-Democritum*, quatuor ipsi tribuuntur libri: de Auro, argento, lapidibus, (gemmis,) et purpura.



पुरा. Δημόκριτος ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρης φυσικὸς ὢν καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας καὶ συγγραψάμενος καὶ ὄντα κατὰ φύσιν. Ἀβδήρα δὲ ἐστὶ πόλις Θράκης. Ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιστάτος, ὅς ἐλθὼν ἐν τῷ Αἰγύπτῳ ἐμυσαγωγῆθη παρὰ τῷ μεγάλῳ Ὁσάνῃ ἐκ τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. Ἐκ τούτων λαβὼν ἀφορμας συνεγράψατο βίβλους τέσσαρας βαφικὰς, περὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων, καὶ πορφύρας. Plurimum huic testimonio [minus caute] tribuit Horrichius de Hermete Aegypt. p. 70. qui cap. III. §. 15. multis contendit, Democritum Chemica scripsisse, etsi ea, quae hodie exstant, ab exscriptoribus interpolata esse pag. 72. non distinetur.

Quod de *Aphorismis medicis*, a Democrito scribi coeptis, *Menagius* p. 417. ad Laertium ait, apud Oribasium frustra quaeri, legitur in praefatione ad Commentarium in Aphorismos Hippocratis, quem sub Oribasii nomine latine tantum edidit Joh. Guintherius Andernacus. Verba scriptoris illius veteris haec sunt: *Tentavit quidem Democritus tale* (Aphorismorum medicorum opus) *etiam conscribere, sed non potuit.* Idem *Menagius* pag. 416. in Gerberti Epistola IX. ubi Demosthenis Philosophi. Ophthalmicus memoratur, coniectura infelici reponendum coniicit Democriti nomen: intelligitur enim Demosthenes medicus Massiliensis, Alexandri Philalethae praeceptor, Philalethes et ipse cognominatus, Herophilus, cuius libri III. περὶ ὀφθαλμῶν Galeno, Oribasio et aliis laudantur. Vide *Reimessi* Varias Lect. p. 9. et *Menagium* ipsum cap. 20. Anti-Bailleti. Meminit huius Demosthenis Gerbertus iterum Epist. 130. Ceterum apud Etymologici M. scriptorem in Ἡρακλῆ pro τῷ Βαθυνοῦ Δημοσθένους legendum Βαθυνοῦ Δημοσθένους, neque enim *Bithynus* est nomen scriptoris, ut visum *Meursio* pag. 1278. Biblioth. Graec. sed *Bithynus* Demosthenes intelligitur auctor Βαθυνιακῶν et πρίστων, Meursio ipsi e Suida et Stephano Byz. minime ignotus. Denique in *Nicetas* Thesauro Orthodoxae [F] fidei IV. 9. male tribuitur Democrito, quod «quasi habuerit Deum.

DE EPISTOLIS, quae sub Democriti nomine hodieque exstant, et a Suida solae cum utroque διακρίσμων pro genuino illius philosophi foetu habentur, dixi supra lib. II. cap. X. §. 18. [vol. I. p. 683 sq.] Quae apud *Plinium* VII. Hist. Nat. 55. notatur *reminiscendi promissa Democrito vanitas*, videtur mihi respicere Democriti dictum ad regem Darium, coniugis morte afflictum, quod refert *Julianus* Epist. 37. \*) parum enim cum Democriti philosophia commune habet, neque cum illa facile conciliabitur, quod viri docti ex illo Plinii loco colligunt, Democritum a fide christiana de resurrectione corporum alienum non fuisse. [conf. *Nic. Ern. Zobel* Cacozelia gentium etc. Altdorf. 1737. p. 83 sq. 111 sq. *Fenel* de doctrina vet. de resurrectione mortuorum, in Mem. — de l'acad. des Inscrip. tom. XIX. pag. 311 sqq. et in *Hissmanni* Magazin tom. II. p. 331 sq.]

A Democrito hoc dicti *Democriti*, apud Plutarchum VIII. 9. Sympol. pag. 733. ut *Anaxarchus* apud Ciceronem III. de Nat. Deor. cap. 33. et II. Tusc. qu. *Bion* Abderita apud Laertium IV. 58. [Nausiphanes, magister Epicuri, *Cicer.* I. de N. D. cap. 26. *Apollodorus* vocatur Democriti adfectator a Plin. H. N. XXIV. cap. 17. sect. 102.] *Bolus* apud Suidam, *Protagoras*,

qq) Vbi ἀποκρίτων non est, quas πτωσὶ λαμβάνει, quibus nihil fuit, sed, ut ipse mox *Julianus* interpretatur, αἵ καὶ κατὰ τὸν χρόνον τι συνελάμβανον, quibus nihil lugendum in vita accidisset. *Harl.*



tagoras, Neffas Chius, *Metrodorus* Chius et alii. *Epicurus* quoque diu se *Δημοκρίτεον* est professus teste *Plutarcho* p. 1108. aduersus Colotem, vnde *Democriti* heres dicitur ab *Augustino* III. 10. contra Academicos. De *Pyrrhone* Numenius apud *Eusebium* XV. Praeparat. p. 731. Ὁ δὲ Πύρρων ἐκ Δημοκρίτεω ὥρμητο ὁπόθεν γὰρ ποθεν. Adde pag. 758. 763. Confer *Sextum Empiricum* lib. I. *Pyrrhon*. Hypotypof. cap. 30. *Δημοκρατικῶς* apud *Plutarch.* II. Sympof. p. 616. forte leg. *Δημοκριτικῶς*.

Heraclides Ponticus scripserat περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον, teste *Laertio* V. 87. et πρὸς Δημόκριτον ἐξηγήσεις. α. id. 88.

*Democriti* plures memorantur a *Laertio* IX. 49. cui adiungendae observationes *Meursii* ad *Chalcidium* p. 23. et in *Biblioth. Graeca*, *Ionfii* I. 4. 2. 24 sq. [p. 28. edit. *Dornii*,] de Scrip-  
toribus hist. philos. et *Menagii* ad *Laertium*. De *Democrito* *Ephesio*, qui de *Dianae* *Ephesiae* templo et de *Samo* scripsit, vt testatur *Athenaeus* lib. XII. puto accipiendum locum *Hesychii* viris doctis praeteritum in Βάσας. At *Chrysostomus* ὑποθέσει epistola ad *Ephesios*, vbi philosophis *Ephesiis* *Democritum* accenset, pro *Democrito* *Heraclitum* voluit dicere. *Democriti* statuarii meminit praeter *Pausaniam* ac *Laertium* *Plinius* XXXIV. 8. Inscriptio vetus apud *Sponium* pag. 138. Miscell. ΑΥΣΙΣ ΜΙΛΗΣΙΑ, ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Democritum* *Sicyonium* memorat *Cicero* XIII. 78. Epist. ad familiar. E *Democrito* historico *Suidas* in *Iedaes* refert, *Iudaeos* aureum asini caput adorasse, nisi ibi pro *Democrito* legendum *Demetrius*. Pro *Democrito* *Troezenio* autem apud *Laertium* VIII. 74. recte restitutus est *Demetrius* in *Wetsteniana* et *Aldobrandiniana* *Diogenis* editione, probantibus hanc lectionem *Ionfio* et *Menagio*, quos, si placet, vide. *Democritum*, quem in *Dipnosophisticis* colloquentem inducit *Athenaeus*, μεσικώτατον, h. e. doctissimum vocat pag. 669.

Volumen Anglice saepius vulgatum sub nomine *Democriti iunioris*, [P] cuius septima mihi est editio anni 1660. fol. auctorem agnoscit *Robertum Burtonum*, et eleganter atque amoene disputat de origine, causis, generibus et remediis melancholiae. Miser vero auctor, dum tempus, quod sibi ex astris fatale futurum praedixerat, videt adpropinquare, prae animi moerore ipse est extinctus *Oxoniae* 8. Id. Ian. anni 1639. itaque tumulo eius praeter thema genethliacum haec inscripta sunt verba: "Paucis notus, paucioribus ignotus hic iacet *Democritus iunior*, cui vitam dedit et mortem *Melancholia*. [Sub ficto *Democriti* nomine etiam *Dippel* et *Otto Christianus Damius* latere voluerunt.]

VI. ANACHARSIS *Dancetae* F. "Scytharum Regis frater, aequalis *Solonis* circa *Olymp.* XLVII. 1. "Athenas adiit, vir egregius et qui opibus ac tyrannidi studium sapientiae

rr) *Antonius Wood* *Athen.* *Oxon.* tom. I. p. 535.

ss) Illorum puta, qui *Nomadici* adpellabantur. *Scymnus* Chius:

Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν  
Φασὶ γενέσθαι τῶν σοφῶν εὐσεβεστάτων.

De regia stirpe eius vide *Herodotum* IV. 76. *Tertull.* cap. 5. de *Pallio*: An aliter mutauit *Ana-*

*charris*, cum regno *Scythiae* philosophiam praevertit? Confer *Lucianum* in *Toxari* tom. I. p. 591. et 597. Nomen ipsum *Anacharidis* regem *Scytharum* sonare putat *Olaus Rudbeckius* tom. I. *Atlanticae* pag. 199.

tt) Vide supra lib. II. cap. 10. XXII. vol. I. p. 686. vbi de epistolis, quae sub nomine illius exstant, est disputatum. Illae epistolae manu exaratae



pientiae praeferret, scripsit teste Laertio I. 101. et Suida τῶν τε κατὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων καὶ τῶν κατὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς εὐτέλειαν βίη καὶ τὰ μετὰ τὸν πόλεμον ἔπη ὧ, siue poema heroicum versibus DCCC. Dicitur reperisse ancoram, rotamque figuli <sup>uu</sup>). Dicta eius plura obuia sunt apud Laertium, notis doctorum virorum illustratum, Lucianum, praecipue in Scythia (tom. I. p. 591 sq.) Plurarchum et alios. Imago Anacharsidis ex veteri gemma exstat etiam in lac. Gronouii Thesauro tom. 2. tabula XXXV. Philosophia vero Scytharum fuerit indignum ingenio aliquo haud barbaro argumentum, quod paullo diligentius illustraretur post leuiorem operam Iohannis Lomeieri Viri CL. in parte I. genialium dierum et Francisci Otrococsi in Originibus Hungaricis. Apud Ioh. Sarisberiensem VIII. 5. Policratici pag. 465. Anacharsidis nomen male irrepsit pro Anaxarcho. *Alexandri pectus laudis insatiabile, qui Anacharsis comiti suo ex auctoritate Democriti praeceptoris innum. erabiles [P] mundos esse referenti, Hec me, inquit, miserum, quod nec uno quidem adhuc potitus sum.*

VII. ANAXAGORAS, Clazomenius <sup>uu</sup>), Hegesibuli F. (Stob. Ecl. p. 26.) Anaximenes auditor, quadraginta annis ante Democritum natus, teste ipso *Democrito* apud *Laertium* IX. 41. incertum plane, an vixerit vsque ad Olymp. LXXXVIII. Discipuli eius vulgo celebrantur Archelaus, Democritus, Empedocles, Euripides, Pericles <sup>uu</sup>), Socrates et Themistocles. Primus

eratae custodiuntur in biblioth. regia Parisiensi, Medicea Florentina, et Bernensi: tres vero in bibl. D. Marci, Venetiis. Plura de illo dabunt *Diogenes Laert.* I. sect. 101. ibique interpretes, *Cl. Celsus* diss. de Anacharside Scythia, Vpsal. 1712. 8. *Brucker.* in Hist. philos. crit. vol. I. pag. 358 sqq. *Chaussepis* in Supplem. Bayliani Diction. vol. I. p. 317 sq. *Saxius* in Onomast. litter. tom. I. pag. 30 sq. Anacharsis, vt Theoxeni fide refert *Lucian.* in Scyth. p. 652. ἡμῶν μόνος βαρβάρων δημοκρατίας γινώσκων, (ius ciuitatis adeptus Athenis, quod mysteriis Eleusin. initiatus fuit.) conf. *Hemsterk.* ad Aristophan. Plut. pag. 368. — Abbas *Barthelemy* scripsit opus, in quo consiciendo XXX. annos consummisit dicitur, *Voyages du jeune Anacharsis en Grèce dans le milieu du quatrieme siecle, avant l'ère vulgaire.* Paris, 1782. VII. voll. 8. et I. vol. in 4. de cartes geographiques, plans, vues et medailles de la Grèce. (rec. aliquantum auctius, at peccatis operarum vitiatum ib. 1789. repet. Biontii 1790. et germanice I. tomus male versus. Berol. 1789. — II. III. et IV. melius curante Bistero sunt translati, ib. 1790. 1791. mai. 8. reliqui consequuntur:) in eo non est vita Anacharsidos proprie dicta, sed erudite venusteque explicatur historia antiquae Graeciae et litterarum artiumque ab actate Cecropis vsque ad Athenas a Lacedaemoniis ante 404. captas: at tamen haud pauca, quae addenda aut corrigenda viderentur, desiderant viri eruditi. *Harl.*

<sup>uu</sup>) Ita praeter Laertium, ac Suidam Euphorus, Posidonius, Plinius et alii. At enim τρεῖς καί μιν diferte memorat Homerus Iliad. Σ. 600. Quid itaque? Num Homerus iunior Anacharside? Aut num audiendus Posidonius, qui malebat versus in Homero falsos esse, quam fabulam, vt ait Seneca Epist. XC. Neutrum puto verisimile; sed potius adsentior Straboni et Senecae, qui siglinae rotae vsum, (quem Scytharum gens Anacharsidi fortasse debuit,) Graecis pridem ante illum innotuisse existimat. Confer, quae de eiusmodi narrationum fide notavi supra cap. VIII. §. 3.

<sup>vv</sup>) De Clazomene, ciuitate Ioniae, dicta antea Gryna, hodie a Turcis vocata *Kelisman*, vide *Andreae Morelli* specimen rei numariae pag. 201. *Bandurium* tom. I. Numism. pag. 133.

<sup>ww</sup>) Confer *Ciceronis* Brutum cap. 11. Oratorem cap. 4. *Plutarchum* Pericle pag. 154. 162. *Julianum* Epistola ad Sallustium pag. 245 sq. edit. Spanhemianae, et *Olympiodorum* in Metecra pag. 8. b. *Plutarch.* Alcib. I. pag. 31. C. *Himerius* apud Photium pag. 595. [orat. 23. sect. 4. vbi melius, quam apud Photium legitur, Wernsdorf. p. 772. edidit, ὦ, (aut rectius Wernsd. in nota sua, ἦν) τῶν λόγων τῶν πανταρχόθεν ἔξωκτός Περικλῆς, ἀλλὰ μετ' Ἀναξαγόρου δημαγόρου, *Pericles* bestissimorum oratorum suae aetatis facile princeps erat; sed post disciplinam *Anaxagorae*: vbi



Primus e Physicis Graecorum de causa efficiente rerum sollicitus fuit, et materiae  $\nu\acute{\epsilon}\nu$ ,  $\kappa\acute{\alpha}\lambda\lambda\epsilon\varsigma$   $\alpha\iota\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$   $\kappa\alpha\iota$   $\kappa\iota\eta\eta\sigma\epsilon\omega\varsigma$  adiunxit, licet hoc dogma faum, quod ex Chaldaeorum philosophia petiisse putat *Engubinus* lib. I. de perenni philos. cap. 4. et 10. non satis pro dignitate prosequutum queritur Socrates apud Platonem in Phaedone: cuius locum citat *Euseb.* XIV. 15. praepar. euang. et *Clemens Alex.* II. Strom. pag. 364. Neque tamen ideo philosophos, qui Anaxagoram aetate praecesserunt, pro atheis omnes merito habueris, ut recte monet *Samuel Parkerus* diss. de Deo p. 10. et 25 sq. Longe iniquius atheis accensitus Anaxagoras ipse est, a Periclis, cuius praeceptor erat, inimicis, ut notat *Diodor. Sic.* XII. pag. 306. *Cyrillus* VI. in *Italian.* pag. 189. *Eusebius* XIV. Praeparat. pag. 750.

## E P I M E T R O N.

Num Anaxagoras XXXX. annis ante Democritum fuerit natus, supra ad §. V. iam inquisuimus. Natus vero est Olymp. LXX. 1. ante C. N. 500. (al. 492.) a. V. C. 254. secundum Larcher. et secundum eundem in Chronol. Herodotea, pag. 587. Lampfaci denatus Olymp. LXXXVIII. 1. ante C. N. 428. *Heinius* in vita Anaxagorae, (in Histoire de l'Acad. R. des sciences et B. L. de Prusse 1752. tom. VIII. p. 313 sqq. germanice versa ab *Hissmanno* in Magazin für die Philosophie und ihre Geschichte, tom. V. pag. 237 sqq.) natum esse illum scribit Olymp. LXX. 1. ante C. N. 498. a. V. C. 254. a. 22. imperii Darii. Idem cum *Baylio* in Dict. v. Archelaus, not. A. refutat Demetrium Phaler. quando apud *Diogenem Laerti.* II. 7. in vita Anaxagorae tradit, hunc Athenis coepisse philosophari anno aetatis vicesimo, archonte Callia, qui tamen fuisset archon Olymp. LXXXI. probabilius igitur est, philosophum an. aet. 45. sub illo archonte Athenas commigrasse. *Heumann.* tamen in Actis philos. tom. III. pag. 195. contendit, Anaxagoram an. aetatis vicesimo venisse Athenas litterarum discendarum causa, (ita enim voc.  $\Phi\iota\lambda\omicron\sigma\omicron\phi\epsilon\omega\varsigma$  apud Diogenem l. c. sect. 7. interpretatur,) dein Miletum abiisse, ut Anaximenem audiret, denique Athenas rediisse litterarum docendarum causa, ibique XXX. circiter an. mansisse. Eandem sententiam fouet *Brucker.* in hist. crit. philos. I. (ubi a p. 492. de philosopho nostro agere coepit,) pag. 499. *Heinius* vero p. 248. vers. *Hissmann.* negat, Anaxagoram venisse Athenas a. XX. natum, et pag. 270. dissentit a *Bruckero*, Anaxagoram bis commigrasse Athenas. At viros doctos torfit quaestio, num Anaxagoras audire potuerit Anaximenem, qui secundum *Diog. Laertium* natus est Olymp. LXIII. et denatus Sardibus dirutis: sed errorem corrigere tentarunt viri docti, uti infra in sectione de Anaximene videbimus. *Heinius* quidem putat, Anaximenem forsan natum fuisse, quum Sardes primum essent expugnatae a Cyro Olymp. LIV. 4. Sed in tabula chronologica scribit p. 271. Sardes primum captas esse, Olymp. LIX. 1. (uti quoque *Petauius* docet lib. XIII. doctrin. temp.) ante C. N. 542. Inter ea, quum Sardes ab Atheniensibus essent an. XL. post captae Olymp. LXIX. 2. fieri potuisse, suspicatur *Heinius*, ut Anaximenes famam consequeretur; adeoque Anaxagoras, quatuor annis post in lucem editus, deinceps admodum iuuenis uti posset doctore Anaximene. At enim illa coniectura valde lubrica est, et, ea quoque admissa, vix probabile videtur, Anaximenem adeo grandaeuum docuisse litteras, aut ad tan-

M m m m 3

tam

vbi b. Wernsdorf. plura congeffit. Idem *Himerius* ecl. III. §. 18. p. 85. post alios, quos *Wernsdorf.* in nota laudauit, tradit, Anaxagoram praec-

dia sua omnia reliquisse inculta, facto docentem ipso, quacnam agricultura sapientibus conueniat. *Harl.*



nam pervenisse senectutem. adde *Corfui* Fast. attic. III. p. 111 sq. Praeter ea tradunt Suidas, et Diogenes Laertius, (qui tamen addit κατὰ τινάς.) aliique, Socratem fuisse Anaxagorae discipulum; atque *Brucker*. I. c. p. 499. notat, id factum esse circa Olymp. LXXXI. Socrate Olymp. LXXX. 2. ad Archelaum concedente: at enim, quod Socrates placita Anaxagorae ex huius libris hausta, (*Plat.* in Phaed. §. 63. *Xenoph.* M. S. IV. 7.) damnasset, nec inimici Socratis huius cum Anaxagora consuetudinem culpasset, Bayle, Heinius et Meinerf. iure de veritate illius famae et narrationis dubitant. Postquam XXX. circ. annos Athenis vixerat, a Cleone aliisque Periclis aduersariis, quod impie de diis sensisset, (vid. *Diodor. Sic.* XII. 39. ibique *Wesseling.* p. 503. tom. I.) adfusus, sed eloquentia et auctoritate Periclis ab iniuria et poena liberatus, anno secundo belli Peloponnesiaci, annoque LXIX. aut LXX. vitae Anaxagorae, ab hoc in locum tutiorem ablegatus est. Alii aliter narrant et causas adfussionis et defensionem. vid. *Plutarch.* in Pericle p. 373. siue cap. 32. p. 653 sqq. tom. I. edit. Reisk. *Sotionem* in successione philosophorum apud *Diogenem Laert.* II. 12. vbi dicitur a Cleone adfusus impietatis, a Pericle quidem defensus, sed tamen quinque talentis multatus damnatusque fuisse exilio, *Lucian.* in Timone cap. 10. vbi vid. *Hemsterhus.* tom. I. Oper. p. 118 sq. et *Suidam* in Παρηνῆς et Ἀναξάγορας. adde cl. *Tychsen.* de periculo Socratis in: Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, part. II. 18 sq. Lampfacum abiit ibique Olymp. LXXXVIII. 1. anno aet. 72. diem obiit supremum, post mortem quoque a Lampfacenis honoratus, quod *Heinius* p. 267 sqq. probat, et *Bruckeri* dubitationes soluit. Idem p. 252 sqq. agit de Anaxagorae discipulis, Archelao, Pericle, Euripideque. Themistocles, aetate multo superior, iis, proprie dictis, adnumerari nequit; (vide *Plutarch.* in Themistocle tom. I. Opp. edit. Reisk. p. 440. dubitantem atque corrigentem;) et forsan in exilio suo Clazomene usus est illo familiaris. Socrates excludi debet numero: et num Democritus Anaxagorae discipulus dici possit, dubium videtur. Sed plura vide de illo apud *Diogenem Laert.* I. c. eiusque interpretes, Bayle, Stanleium, Brucker. Heumann. et Heinium locis citatis, *Cudworth.* in system. intellect. cap. IV. §. 20. p. 459. aut edit. recentiss. tom. I. p. 587 sqq. *Meinerf.* in historia doctrinarum apud Graecos tom. I. p. 723 sq. et de eius placitis p. 664 sqq. atque in historia doctr. de vero deo p. 251 sqq. tum in praefat. ad tom. II. p. XXXI. Primus fuit Anaxag. inter Graecos, qui omnium rerum descriptionem et motum, mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit, (vt ait Cic. de N. D. I. 11. vbi vid. *Dauif.*) qui supremum numen infinitum, *νῦν*, quem deum vocauit, a materia, ipsi quidem etiam aeterna, seiungeret, illumque motorem materiae s. partium infinitarum, quas *ὁμοιομερείας* vocitabat, et ex quibus *νῦν* omnia construxisse putabat, et omnis motus fontem, qui per se moueatur (*Lactant.* D. Inst. I. cap. 5.) causam mundi efficientem, sensu ac mente praeditam esse scripto declararet. Nam ipsam de mente, supremo numine, doctrinam, saltem initia illius accepisse videtur ab *Hermotimo*, Clazomenio, ideo digno, qui hic memoretur, (de quo vide, quos laudat *Meurfius* ad Apollon. Dyscol. hist. comment. cap. 3.) saltem clare testatur *Aristotel.* metaph. I. cap. 3. fin. p. 486. edit. Lugd. 1590. Hermotimum illum dici causam prius dixisse, s. ex emendatione et versione *Casauboni* in margine, auctorem primum censeri illius sententiae. adde *Philopon.* ad cit. locum Aristotelis et *Alexandr. Aphrodis.* apud *Simplic.* in lib. VIII. physic. p. 321. Dubitat quidem cel. *Tiedemannus* in: Geist der spekulativ. Philosophie, (vbi cap. 14. doctrinam placitaque Anaxagorae erudite acuteque explicat,) p. 312. num Hermotimus, homo, nimia vi imaginandi praeditus et ad ridiculas de suo animo, qui, quoties voluisset, egressus et pro se peregrinatus



peregrinatus sit, deinde redux impleuisset corpus et suscitasset Hermetium, opinunculas pronus, tam subtilem multoque studio et seueritate eruendam sententiam excogitare potuerit. Enimuero *Lucian.* tom. III. in muscae encomio pag. 96. edit. Reitz. (vbi vid. M. du Soul et Gesner. qui laudat *Harduin.* ad Plin. VII. 52. s. 53. et *Huetium* demonstr. euang. Prop. 9. cap. 142.) illam historiolum pro fabula habet ridetque. Atque fac, esse veram. Nonne is iunioribus annis subtilis et seuerus philosophus esse, et multis vigiliis multoque labore ad illam, de vero deo sententiam repertam, peruenire; postea, quod pluribus viris doctis summisque accidit ingeniis, laboribus assiduis et pertinacibus confectus lassusque animo linqui et ad vanas, falsas ridiculasque de se suoque animo delabi potuit opiniones? Quasnam lepidas historiolas de somnambulismo, quem vocant, et magnetismo vel hodie viri etiam haud indocti iactitant aut fingunt somniantque! Anaxagoras igitur ab illo, quod adhuc sanae et compositae mentis esset, initia saltem et prima quasi stamina illius doctrinae potuit accipere, dein nutrire, ornare et firmare, atque prius pluribus ore, praecipue in libris, tradere atque palam facere. — Fabric. orae exempli adscripsit manu: Syncellus p. 149. Ἑρμηνεύει δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τὰς μυθώδεις θεάς, νῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην, ὅθεν καὶ τὰ χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρετο πολυμήτης Ἀθήνη. Apud *Plutarch.* Pericl. (vbi de Anaxagora p. 169.) τὰ θεῖα μὴ νομιζοντας interpretes dedit, qui deos esse negarent. adde Xenophont. apud Euseb. XIV. Praepar. p. 744. *Alexand. Aphrodis.* lib. de Fato cap. 11. — Quidquid est, Anaxagoras iure suo auctor illius de deo, opifice rerum, et summo numine doctrinae vel potius deisini haberi potest. Hinc etiam a Graecis magni aestimatus et ipse Nōs est cognominatus, vel, ut *Plutarch.* in Pericle, cap. 4. tom. I. edit. Reisk. p. 595. ait, quod perspicaciam eius singularem in natura perscrutanda excellentemque admirarentur, vel quod mentem primus puram ac sinceram vniuersitati, (τοῖς ὅλοις) praefecerit atque secreuerit particulas similes, (ἀλλὰ νῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἑμμεγμμένον, (vulgo ἐν μεμυγμένοις) πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας.) De his ὁμοιομερείαις vide *Iustin. Martyr.* Cohort. pag. 4. 6 sq. *Sextum Empir.* Pyrrhon. hypot. III. cap. 4. sect. 32. pag. 136. et aduersus Physicos I. sect. 363. p. 621. et ad vtrumque locum Fabricium; atque p. 620. not. B. *Heimium* in altera comm. de scriptis et doctrinis Anaxagorae, p. 291 sqq. vers. Hissm. *Edmund. Dickinson* in physica vetere et vera etc. Londini, 1702. 4. rec. Rotterod. 1703. 4. et Hamburg. 1705. 8. qui putat, Aristotelem male interpretatum esse Anaxagorae sententiam, hunc potius et Thaletem, Empedoclem, Leucippum et Pythagoram doctrinam de corpusculis, iis, vti a Mose descriptae essent, similibus, accepisse ab Hebraeis. *Batteux* peculiarem dedit de illis commentationem in: *Memoires de Litterat.* — de l'acad. des T. et B. L. tom. XXV. p. 48 sqq. germanice versam ab *Hiffmanno* in: *Magazin für die Philosophie*, tom. III. pag. 153 sqq. Idem in eodem volumine et commentar. gallice scriptorum pag. 68 sqq. et versionis germanicae pag. 191 sqq. principium veteris artis naturalis, ἐκ τῆς μὴ ὄντος, μηδὲν γίνεσθαι, vberius explicat, et quae contra disciplinam Anaxagorae ab Aristotele, Lucretio et Baylio sunt prolata, examinat reuocetque, itidemque dogmata Democriti, Parmenidis, Melissi, Empedoclis aliorumque comparat: denique Cosmogoniam Anaxagorae in ordinem atque connexionem redigit. Comparat eum, vti antea *Palmer.* in Exercitt. pag. 451. fecerat, vel cum Mose: ego vero nolim cum Battensio p. 242. vers. Hissm. sentire, Anaxagoram quamdam cognitionem doctrinae: in sacro nostro codice explicite, habuisse, aut cum Palm. statuere, illum ex Mose hausisse scientiam. Primum enim multum vtraque differt; tum Anaxagoras ope doctoris sui, inprimis beneficio

et



et sagacitate ingenii sui expiscari atque amplificare potuit suam de ortu rerum menteque infinita doctrinam. Penes alios sit iudicium de *Plessingii* v. c. sententia de ortu rerum secundum oracula diuina etc. in *Versuche zur Aufklärung der Philosophie des ältesten Alterthums* tom. II. part. II. cap. V. p. 1 — 622. tum de Anaxagora eiusque doctrina de mente infinita, pag. 703 sqq. porro part. I. p. 11 sqq. in *Memnonio* tom. II. p. 168. 331. etc. — Ex his omnibus clare patet, Anaxagoram neque scholae ionicae adseclis posse adscribi, neque atheum haberi. Atque multi viri docti causam sagacissimi et perspicacissimi Anaxagorae bene egerunt. Vide *Ioan. Iust. Rau* diss. de philosoph. Iustini Martyr. p. 52. *Ioh. A. Schmid* de Anaxagorae vita et physiologia p. 33. *Io. Christoph. Wolf* de atheismi falso suspectis §. 10. *Reinmann*, in historia atheismi p. 146. qui plures Anaxagorae patronos laudat, et pag. 126 sq. — Perinulta placita Anaxagorae, ab Euripide expressa, collegit atque erudite illustravit *Valcken*, in Diatriba Euripidea post Euripidis Hippolytum, cap. IV. V. p. 25 sqq. p. 40 sqq. explicat Anaxagorae sententiam de deo; cap. VII. pag. 45 sqq. de duobus rerum postea creaturarum principiis, coelo et terra, secundum Anaxagoram et Euripidem: p. 194 sq. profert ex Schol. ad Homer. Iliad. P. 547. ex MSto Leidensi Anaxagorae opinionem de Iride: p. 54. A. ex *Procopio* in libr. III. Regum pag. 185. memorat, Anaxagoram profectum fuisse ad Aegyptios physiologiae et theologiae curatius discendae causa. In *M. Pauli Gottl. Kettneri* binis diss. veterum quorundam philosophorum de mundo opiniones ac sententiae, Witteb. 1719. 4. Anaxagorae et reliquorum veterum philosophorum vsque ad Aristotelem opiniones de vi vocabuli, *mundus*, de huius ortu condituque et mundi figura ac multitudine collectae sunt. — Timon in sillis Anaxagoram perstrinxit, quos *Diog. Laert.* II. 6. seruanit, et *Perizon.* ad Aeliani V. H. lib. VIII. cap. 19. optime interpretatus est. — adde biblioth. crit. Amstel. II. part. 8. pag. 104. *Obseruatt. select.* Halens. tom. II. obsl. 14. et 15. Sed quia metuo, ne extrauagari videar, hic subsistam. *Harl.*

Primus a quibusdam dictus est prosa librum edidisse de argumento philosophico: ita enim puto accipienda verba *Laertii* II. 11. et *Clementis* I. Strom. p. 308. quod alii Anaximandro, (vide locum *Themistii* allatum a me lib. I. cap. XXXV. §. 3.) alii, (apud *Clementem* I. Strom. p. 308.) Alcmaeoni Crotoniatae, alii Pherecydi (apud Suidam in *Ἐκταῖος*) tribuerunt. Anaxagorae de deo sententia contra Ciceronem ab *Augustino* vindicatur ep. 56. (nou. edit. 118.) tom. II. pag. 256 sq. Scripta eius [de quibus vid. *Heimium* I. m. pag. 279 sqq. vers. *Hissinann.*] haec memorantur:

- 1) *Φυσικά.* *Athenaeus* lib. II. pag. 57. Horum, ut puto, initium refert *Laertius* II. 6. et *Simplicius* in III. de coelo commentar. 35. [et, paullo tamen diuerso modo *Pseudo-Plutarch.* de placitis philos. I. 3. 12. Anax. vero verba constituit *Valcken.* in Diatriba Euripid. p. 40. B.] ad illud addidit *Pachymeres* in Andron. lib. II. cap. 16. vid. et *Goldastum* p. 51. ad sermonem Valeriani de bono disciplinae. Neque opus est cum doctissimo Meursio in Biblioth. Graeca peculiare huius Philosophi opus *περὶ ὅλης κοίτης* comminisci: neque *λόγος περὶ ἀρχῶν*, a physico opere diuersos, ex *Eusebii* XIV. Praeparat. p. 750. Illa Anaxagorae Physica respiciunt, qui passim eum vel laudant, vel castigant, Socrates apud Platonem et Xenophontem, Aristoteles, Plutarchus, Cicero, Plinius, Galenus, Sextus, Censorinus etc. Putem etiam, in his Physicis fuisse *σαφέςτατον* illum καὶ θαρσέλατάτον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιάς λόγον, quem ab Anaxagora primum proditum



proditum notat *Plutarchus* in Nicia p. 538. In hoc scripto videtur solem vocasse μῦδρον (sive μῦλον, vide notas ad Chronicon marmoreum Arundel. pag. 221.) διακρυον, quare in vincula coniectus et Periclis ope vix est liberatus. [P] [Schol. ad Pindar. Olymp. I. 95. p. 8. edit. Oxon. Physicos, narrat, solem vocasse lapidem, et Anaxagoram πέτρων εἰσηκέναι τὸν ἥλιον.]

- a) Τετραγωνισμὸς Κύκλῳ, quem in carcere scripsisse testatur *Plutarchus* lib. de exilio p. 607. Hoc opus videtur respicere *Vitruvius*, Anaxagoram laudans, praefat. libri VII. <sup>xx</sup>) et fallitur Laertius, qui Anaxagoram in prooemio §. 16. refert inter eos, qui singula tantum scripta composuerunt. Theophrasti libri πρὸς Ἀναξαγόραν et περὶ τῶν Ἀναξαγόρων Laertio V. 42. et Suïdae memorati iam pridem interciderunt. Ex recentioribus de huius Philosophi vita et philosophia praeter Laertii interpretes, et scriptores historiae philosophicae Grauium, Stanleium etc. Baeliumque consulenda est diatriba, D. Ioh. Andreas Schmidii auspiciis, Ienae edita ann. 1688. de Anaxagora eiusque philosophia a Godofredo Lonero Augustano. Apud *Aelianum* IV. 14. Var. vbi citatur Anaxagoras ἐν τῷ περὶ βασιλείας, suspicor reponendum nomen Anaxarchi, ex cuius libro περὶ βασιλείας quaedam profert *Clemens Alex.* I. Strom. p. 210. [Scheffer. ad locum Aeliani cum Menagio ad Laert. putat, illum librum fuisse Anaxagorae rhetoris, vnus ex Isocratis discipulis: Meursius vero in Chalcidium hunc Anaxagoram fuisse Zenodoteum grammaticum, notante Kühnio.] Sic apud Galenum in historia philos. pro *Anaxagora*, Pyrrhonis praeceptore, *Anaxarchi* nomen est reponendum. Fuit praeterea teste Laertio *Anaxagoras* Rhetor Isocrateus, et alius Grammaticus, e Zenodoti sectatoribus, is forte, qui citatur in Scholiis ad Apollonium, tum *Anaxagoras* statuarius, quem Aeginetam Pausanias adpellat: denique *Anaxagoras* Rex Argiuor. (de quo praeter eundem Pausaniam Diodorus Sic. IV. pag. 271.) et *Anaxagoras* Ephesius Tyrannicida.

VIII. ANAXIMANDER, Thaletis discipulus, patre <sup>yy</sup>) Praxiade, Milesius, Olymp. LVIII. 2. egit annum aetatis LXIV. non diu post defunctus <sup>zz</sup>). Scripsit teste *Laertio* II. 1.

xx) Vitruvium non ad id opus respexisse, sed loqui de arte, quam vocant *Perspectivam* adeoque Fabric. falli, monet *Heinius* l. m. p. 282 sq. vers. germ. de Anaxagora mathem. v. etiam *Proclum* II. pag. 19. Eum scripsisse quoque πρὸς λυχνον, ex *Aristot.* I. 2. de plant. colligit cl. *Meiners.* in historia doctrinarum apud Graecos, I. pag. 666. not. *Harl.*

yy) *Simplic.* in I. Physic. p. 5. *Stob.* Ecl. pag. 26. et in utroque loco etiam de Anaximene.

zz) Natus igitur est Olymp. XLII. 3. vid. *Corfin.* fast. att. III. pag. 65. Secundum Eusebium et Hieronymum agnoscitur, (*Ἰγνυρίτζου*,) Olymp. LI. 2. *Corfin.* l. c. p. 89. et p. 118. idem Corfinus coniicit, ex loco Diogenis II. 3. ab ipso emendato, illum e viuis excessisse Olymp. LXHI. 1. In Syllabo vero philosophorum, quorum placita a *Plutar-*  
*Vol. II.*

cho proferuntur, praem. illius editioni pag. XXV. putat, debuisse philosophum ad Olymp. tamen LXVIII. peruenire, vt Anaximenes ipsum audire potuerit. Plura, ex veteribus et recentioribus scriptoribus collecta, de eius vita, inuentis placitisque tradunt *Menagius* ad Diog. Laert. II. 1. auctor *Obseruat.* sel. Halens. tom. II. vbi ab obseruatione 18 — fin. ionicae sectae dogmata de rerum principiis examinantur, *Cudworth.* eiusque interpres, *Mosheimius*, in system intellectuall, tom. I. pag. 167 sqq. 502. *Brucker.* in hist. crit. phil. I. pag. 478 sqq. et in Adpend. siue vol. VI. p. 217. *Stanlei.* part. II. *Meiners.* in historia doctrinae de vero deo, part. I. p. 260 sqq. et in historia doctrinarum apud Graecos I. p. 141 sq. et p. 358 etc. *Chaussepé* in supplem. Lexici Bayliani tom. I. v. Anaximander, pag. 327 sqq. *Steph. de Canaye* in Mem. de

N n n n



II. 1. primus γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον. Videtur eo vsus Plinius, quem Solinus exscripsit. Strabo autem lib. I. p. 13. et ex eo Agathemer [lib. I. cap. 1. p. 1. edit. Sam. Tennulii,] ait, primum ab eo editum πίνακα γεωγραφικόν. [confer *Peizon.* ad Aeliani H. V. lib. III. 19.] Praeter ea composuit *Compendiariam expositi nem placitorum suorum de rebus naturalibus*. Ταῦν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἐκθεσιν. Haec superfuit adhuc tempore Apollodori Atheniensis. Horoscopia etiam construxisse et forte Horoscopicos scripsisse libros, (vide *Fulgentium* I. Mythol. cap. 12.) et Sphaeram<sup>aaa</sup>, gnomonem ac sciathe-ra invenisse traditur, de quibus Suid. in Γνώμων et Ἡλιοτρόπιον, [vbi vid. Kuster.] *Salmasius* ad Solin. p. 633 sqq. [p. 445. 462. edit. Traiect. ad Rhen.] et *Gassendus* tom. V. Opp. p. 376. *Harduinus* ad ista Plinii II. 8. Hist. obliquitatem signiferi intellexisse, h. e. rerum fores aperuisse *Anaximander Milefus* traditur primus, Olympiade quinquagesima octava. [conf. *Weidleri* histor. astronom. pag. 74. *Io. Chr. Hager* Geographischen Bücheraal, tom. II. pag. 253 sqq. *Bailly* histor. astronom. germanice versam, tom. I. p. 240 sqq. cl. *Martini* von den Sonnenuhren der Alten, Lips. 1777. 8. p. 43. 46. inprimis p. 72 — 79. *Corssen* ad Plutarch. de placit. philos. II. 20. p. 60. et in calce diff. I. p. XXII. it. diff. II. p. II. *Harl.*] Coloniam Mileto Apolloniam deduxit, teste *Aeliano* III. 17. Var. [vbi vid. *Periz.*] De altero iuniore *Anaximandro* vide *Vossium* Histor. Gr. p. 25. [lib. I. cap. 6. *Diog. Laertium* II. 2. *Suidam* I. p. 173. h. v. *Menagium* ad *Diog.* pag. 71.]

IX. ANAXIMENES Eurystrati F. Milesius, Anaximandri auditor, praeter Physicum opus, ex quo sententias eius referunt veteres, (licet [P] nemo, quod meminerim, scriptum

de l'Acad. des Inscr. tom. XIV. f. tom. X. pag. 21 sqq. cuius recitationem germanice vertit *Hoffmann*. in: Magazin für die Philosophie tom. 2. p. 223 — 250. cl. *Tiedemann*. in: Geist der Speculat. Philosophie cap. IV. pag. 49 sqq. Principium (ἀρχή) et elementum omnium rerum Anaxim. fuit (testibus Diogene et Eudocia, quibuscum conferes *Simplic.* comment. in lib. Physic. cap. 6. a. *Plutarch.* de plac. philos. I. cap. 3.) infinitum, ἄπειρον, ἢ διαρίζον αἶρα, ἢ ὕδωρ, ἢ ἄλλο τι καὶ τὰ μὲν μίαν μεταβάλλαν, (Eudocia, διαβάλλαν) τὸ δὲ πᾶν ἀμετάβλητον αἶρα. etc. *Cicero* academ. lib. II. 37. vbi vid. *Dauis*. ἄπειρον istius vertit infinitatem naturae. *Fabric.* in ora exemplaris sui notavit, „Anaximandrum teste *Alex. Aphrodis.* in I. Metaph. pag. 26. 27. rerum principium posuisse naturam aeris ignisque mediam, siue, vt alii, aeris mediam et aquae:“ et ita in sensu altero *Aristot.* de coelo III. 5. prodidit. Philosophi tamen sententiam male interpretatus est vir quidam doctus in Obscuat. Halens. tom. II. obs. 19. pag. 439. Enimvero, qui non scribam philosophiae historiam, rerum cupidos ablego ad viros doctos paulo ante laudatos; id vnum addam, Anaximandri

sententiam de ortu animalium *Ribon.* in diss. de anima brutorum, subiuncta *Rorarii* libr. quod animalia bruta saepe ratione vntur melius homine, Helmstad. 1728. 8. pag. 573 sq. explicuisse non de anima, sed de corpore atque comparasse opinionem *Burneti*, in theoria telluris p. 83. propositam. *Harl.*

<sup>aaa</sup> N. armillarem, Ringkugeln, quae confundi non debet cum mappa geographica. conf. *Diogen. Laert.* II. 1. ibique interpr. *Eudoc.* p. 55. quae exscripsit Diogenem, sed ita, vt in quibusdam discreparet ab illo. Secundum illam scripsit Anaximander περί φύσεως καὶ ἀπαιών. Quod addidit *Suidas* aut confudit, cum quoque scripsisse γῆς περιόδον καὶ σφαῖραν, id non de scriptura, sed de pictura lineari, (Zeichnen, Umrissen) erit intelligendum: nam γράφειν eandem et quidem primam habet significationem. (vid. *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 375.) et *Diogen. Laert.* II. 2. Scribit: καὶ σφαῖραν κατεσκεύασεν. Hinc Eudocia scripsit curatius, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκαμένην ἐν πίνακι γράφειν. Et ita quoque id περί ἀελαίων malim interpretari. *Harl.*



ptum ipsius nominatenus citet,) fertur scripsisse Epistolas binas ad Pythagoram, quas seruauit *Laertius* II. 4 sq. sed quas supposititias esse non dubito. De huius vita et Physiologia diatribam edidit Ienae 1689. D. Io. *Andreas Schmidius*.

[Secundum *Diogenem Laert.* II. 3. qui Apollodorum testem laudat, natus est *Anaximenes* Olymp. LXIII. atque eo anno, quo Sardes captae sunt, obiit diem supremum; quod quidem temporis rationes turbat. Sed secundum *Suidam* vixit ille Olymp. LV. quo tempore Cyrus, expugnatis Sardibus, Croesum regno exiit. *Eudocia* pag. 55. scripsit: ἔτος τὸν Βίον κατέγραψε περὶ τὴν Σαρδῶν ἄλωσιν. Sed Sardes bis occupatas esse, supra in sect. de Anaxagora notauimus, ubi quoque Heinii coniecturam iam protulimus. *Pseudo-Origenes* in Philosophumenis cap. VII. p. 66. edit. Wolfii, eum, floruisse, tradit, primo anno Olymp. LVIII. quod haud improbant *Wolfius* in not. et *Meiners.* in histor. doctrin. apud Graecos I. p. 140. not. qui praeter ea Eusebii rationes, Anaximenem coepisse florere Olymp. LVI. 2. probabiles putat reicitque Suidæ testimonium, quia id cum vita Anaximandri, quem ille, teste Aristotele, audiuit, non conspiraret. In Hieronymi Chronico Eusebiano Olymp. LV. 1. Anaximenes agnoscitur: vid. ibi Vallars. not. In tanto veterum discidio recentiores viri docti vario modo aetatem, quæ vixerit ille, definire tentarunt. Apollodori igitur sententiam reiecit Aldobrandinus ad Diogenem: *Samuel. Petit.* Obs. lib. II. cap. 1. emendabat in Diogene τῇ πεντηκοστῇ πέμπτῃ. *Palmerius* in Exercitatt. in autores graecos p. 450. vidit et agnouit errorem chronologicum, sed nihil extricat. *Cel. H. yne* ad Apollodor. tom. III. pag. 1091. cum Simfsono verba Diog. transposita et sic constituenda putat γηγένηται μὲν — περὶ τὴν Σαρδῶν ἄλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ζ΄ (Olymp. LXIII.) Ολυμπιάδι. Simfsoni tamen rationes et emendationem non admittit *Heimius* in vita Anaxagoræ secundum Hisslinanni versionem pag. 245 sq. *Larcher.* in Chronol. Herodot. pag. 569. qui contextum Diogenis e Suida corrigere iubet, natalem Anaximenis diem collocat in a. Per. Iulianae 4169. ante C. N. 545. Olymp. LVIII. 4. V. C. 209. *Brucker.* in histor. crit. philos. vol. I. pag. 498. putat, Anaxagoram fuisse Anaximenis discipulum et vero in disciplina tradenda successorem, (quod vero *Meiners.* l. c. negat,) ideoque Anaximenem, natum Olymp. LVI. circa Olymp. LXXVI. 1. Anaxagoræ disciplina tradita, eadem Olympiade decedentem Anaxagoram successorem esse nactum, cui Athenas Olymp. LXXVII. concedenti in Ionia successisset Diogenes Apolloniates, sicque Anaximenem LXXX. annos fere expleuisse. — *Corfmius* in Fast. attic. III. p. 111 sq. eodem modo, quo Simfon. fecerat, corrigat textum Diogenis Laertii, huncque suspicatur tempora Anaximandri atque Anaximenis confudisse, et a priore ad posteriorem temporum characteres aut Olymp. annos in iis expressos transtulisse. Statuit igitur, Anaximandrum obiisse diem LXIII. Olymp., qua Anaximenes natus a Laertio dicitur, Sardiumque captarum tempore, quo Anaximenes obiisse dicitur, ipsum in lucem prodiiisse. Concludit, Anaximenem ineunte Olymp. LIX. in lucem editum, saltem ad Olymp. LXXV. peruenisse, qua Anaxagoras Clazomene, siue Mileto Athenas concessisset; et reicit Petauii coniecturam, Anaximenis obitum incidisse in Olymp. LXIX. Quod omnis controuersia in causa incerta, eum fuisse magistrum Anaxagoræ, versatur, et probabilior est sententia, eum ab ore Anaximandri pependisse: equidem putem, plurima posita esse in coniecturis, eum tamen vixisse intra Olymp. LIV. et LXV. atque ultra. — De eius doctrinis placitisque vide viros doctos, ad antecedentem paragraphum laudatos: adde biblioth. crit. Amstel. II. part. 8. pag. 104. et *Georg. Henr. Ribou.* in diss. de anima brutorum, Rorarii lib. de animalibus brutis subiuncta, §. 172. pag. 574 sqq. Is vero



aera deum statuit, esse infinitum atque immensum, semperque in motu, e quo omnia gignerentur; sed ea, quae ex eo orirentur, definita; gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia, ut ait *Cicero* *academ. II. 37.* (ubi vid. *Dauif.* qui plura congeffit veterum testimonio,) et de *nat. deor. I. 10.* Hinc alii eum atheismi reum fecerunt, ut *Iac. Thomafus* (*Obss. halens. lat. tom. II. obs. 21.*), *Nic. Hieron. Gundling* (in *Otiis part. II. cap. 3. §. 8. pag. 208.*), *Ienking Thomafus*, *Cudworth*, *Bayle*; alii, ut *Olsarius* ad *Stanleii hist. phil. part. II. cap. 2. sect. 1.* et *Buddeus* in *Thef. de atheismo, cap. I. §. 10.* nec adeo totum eum damnarunt, neque omnino purgarunt: alii, ut *Schmid*, *Parker*, *Reimmann*, locis cit. eum ab illa infamia liberarunt: *Brucker. I. c. p. 490.* in tanto genuinorum testimoniorum defectu retinete mauult iudicium. *Hartl.*]

*Anaximenes* alterum, Chium, Sophistis adnumerat *Lucianus* in *Actione* siue *Herodoto* tom. I. pag. 573. De *Anaximenes* iuniore, *Lampfaceno*, rhetore atque historico utroque, illo praesertim *Alexandri M. aequali*, qui primus Sophistarum ex tempore dicere instituit, teste *Pausania* pag. 496. *Eliac. posterior. ῥήτωρ παχὺς*, *Laertio* iudice in *Diogenis vita VI. 57.* cui tamen *Rhetoricam* ad *Alexandrum*, (quae legitur inter *Aristotelis* scripta,) nonnulli tribuunt, diligenter egerunt *Meursius* ad *Chalcidium* p. 37 sq. et in *Biblioth. Graec. p. 1218.* *Vossius* de *Hist. Gr. pag. 75 sq.* et ad *Laertium Menagius*. Apud *Fulgentium* lib. I. *Mytholog. cap. 14.* pro *Anaximandro Lampfaceno*, legendum *Anaximenes*.

X. ARCHELAUS, patria Milesius, philosophus Atheniensis, discipulus *Anaxagorae* et praeceptor *Socratis*, ut volunt <sup>bb)</sup>, ut alii, etiam *Xenophanis* et fortassis *Euripidis* quoque; ita enim puto scripsisse *Suidam* in *Ἀρχέλαος, τῷ δὲ μαθητῆς Σωκράτους, οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδην Φασι*. Itidem physicum opus scripsisse, perhibetur ab eodem *Suida*, neque a *Laetio* in prooemio §. 16. accensetur iis Philosophis, qui nihil scripsere, et placita eius passim in libris veterum traduntur. Vide de eo praeter *Laetii* interpretes II. 16 sq. [ubi dicitur quoque doctrinam de moribus tractasse. adde *Cicer. Tuscul. quaest. V. 4.* ibique *Dauif. pag. m. 349.*] *Lexicon Baelii v. Archelams. I. p. 289.* et *Eliam Boherellam* in notis ad *Origenis* libros contra *Celsum*, Gallice a se translato, p. 383 sq. qui verba *Laetii* II. 17. ita legit: *Πηγόμενον Φησὶ τὸ ὄνομα ὑπὸ τῷ Σερμῶ, καὶ δὲ μὲν εἰς τὸ τυρώδες συνίσταται ποιῶν γῆν*. Ingeniose profecto. At apud *Apostolium* XX. 13. *Prouerb. 10* *Ἀρχέλαον Ἀθηναῖον* legendum *Περύλαον* siue *Περύλλον*. [Plura v. de nostro eiusque dogmatibus apud *Origenem* in philosophum. cap. IX. ibique notas *Wolfii*, *Brucker.* in *hist. crit. philos. I. p. 518 sqq.* *Stanleium* in *hist. phil. part. II. cap. 5.* *Reimmann.* in *histor. atheismi*, p. 149. qui eum cum *I. Christoph. Wolf.* in *diff. de Atheismi falso suspectis*, sect. II. §. 10. pag. 36. ab illo crimine defendit. *Hartl.*] De reliquis iunioribus *Archelais* nihil habeo, quod addam industriae virorum praestantissimorum, *Vossii* de *Hist. Gr. Meursii* in *Biblioth. Graeca. Harduini* ad *Plinium*, [*Bayli* I. c. p. 288 *Menag.* ad *Diog. Laert. II. 17.*] nisi quod *Archelai* Episcopi Christiani Acta cum *Manichaeo* longe integriora ex veteri latina versione edidit [in *Collect. monumentorum veter. Rom. 1698. 4.*] et

bb) Vid. *Diogen. Laert. II. 16 sq.* et *Eudotiam* p. 73. quae parum discedit a *Diogenis* narratione; at *Hesius* in *vita Anaxagorae* p. 257 sqq.

vers. *Hissmanni* dubitat, *Archelaum* fuisse *Socratis* magistrum. adde *Bayle* *Dict. voc. Archelams. A. Hartl.*



et eruditis notis illustravit *Alexander Zacagnius* custos dignissimus Bibliothecae Vaticanae: [ex qua collectione recepit et repetiit *Fabricius* in tom. II. Operum Hippolyti. conf. cel. *Addun- gii* Contin. et Supplem. Lex. Ioecheriani vol. I. pag. 1018.]

XI. BIAS, Prienensis, ex Ioniae ciuitate, aequalis Halyattis eiusque filii Croesi, vnus e VII. sapientibus <sup>ccc</sup>; et in gerenda Rep. (vide Plutarchum de Monarchia, Aristocr. et Democratia p. 826.) atque causis diiudicandis singulari iustitiae et aequitatis studio insignis <sup>ddd</sup>, ita, vt etiam prouerbio locum dederit et Hipponacti laudatus sit atque Heraclito, qui paucissimos laudabant. Scripsit de Ionia patria sua, *τίνα μάλας αὖν τρόπον εὐδαιμονίῃ*, [P] *qua maxime ratione felix esse possit*. Poema heroicum versibus 2000. *Laert.* I. 85. [conf. *Brucker*. hist. crit. phil. I. p. 447 sqq. Confunditur cum *Bigne*, vid. *Bayle* Diction. voc. *Bion* not. G. In monumento apotheoseos Homeri Biantem obseruant *Ez. Spanhem.* et *Io. Car. Schott.*, qui tamen p. 112. (l. p. 314. in *Poleni* supplement. vtriusque thesauri antiqq. vol. II.) dubitat. Plura de Biante, eius moribus, virtutibus, dictis, et morte reperies in *Christ. Gottl. Ioecher.* diss. Biantem Prienacum in nummo argenteo sistente. Lipsiae, 1714. 4. Is vero nummum priscoe aetatis monumentum habet: sed statuem in Homeri consecratione Pisistrati potius quam Biantis imaginem referre putat. *Harl.*] Alius *Bias* Amythaonis F. de quo *Mythographi*, *Apol- lodorus* lib. I. pag. 43. etc.

XII. BION, Proconnessius, Pherecydis Syrii aequalis, libros duos scripsit, teste *Laertio* IV. 58. Cadmi epitomator, vt notaui supra lib. I. cap. XXIII. §. 2. e *Clementis* VI. Strom. p. 629. Bionis dictum ad Theognidem refert *Plutarchus* de audiendis poetis p. 27. edit. Grotii. [Primus omnium philosophiam vario orationis flore vestiuit, iudice Eratosthene apud *Diogen.* *Laert.* IV. 52. et apud *Strabonem* lib. I. pag. 15. (p. 26. edit. Almel.) ad vtrumque locum vide *Casaubon.* et cl. *Seidel.* in fragm. Eratosthen. pag. X. De Bionis dicto, quod Plutarchus ad Theognidem male refert, vide *Bayle* in Diction. voc. *Bion* not. M. pag. 569. vbi a pag. 566. aliquot Biones recenset. Plures enumerant *Diogenes Laertius* IV. 58. et *Eudocia* in *Violario* p. 94. *Harl.*] Alius *Bion* iunior, cuius meminit *Laertius* in Menedemo II. 135. [*Bion* ad quem Chionis Platonici epistola.]

XIII. BOTON, Atheniensis, praeceptor Xenophanis fuit, teste *Laertio* IX. 18.

XIV. CHILO, Lacedaemonius, cuius *Epistolium* [suspectae fidei] ad *Periandrum* pro- ducit *Laertius* lib. I. sect. 73. *Elegiaco carmine* scripserat versus circiter ducentos. id. 68. Tria eius praecepta γνῶθι σεαυτὸν, μηδὲν ἄγαν, et ἐγγύα παρὰ δὲ ἄντα, aureis literis fuere in- scripta Delphis, teste *Plinio* VII. 32. Hist. [De eius praecepto, γνῶθι σεαυτὸν, quod alii Thaleti adtribuunt apud *Clement.* *Alexandr.* Strom. lib. I. p. 300. A. vide *Meunag.* ad *Diog.* *Laert.* I. 40. *Ruhnken.* praefat. ad Hesychium, tom. II. p. VI. et in Auctario ad Hesych. ad p. 843. vbi promissit, se plura de huius prouerbiis auctoribus dicturum esse ad Platonis scholia-

N n n 3

Ren,

ccc) Conf. *Hermannii* Aeta philos. tom. II. pag. 518 — 522. et pag. 530 — 532. *Harl.*

ddd) Vid. *Suid.* in voc. *Βίαντος* Περὶ δὲ τῶν. Plura

apud *Diogen.* *Laert.* II. 82 sqq. ibique interpr. et *Eudoc.* pag. 93. *Harl.*



sten, et van Goens in dissertat. de Simonide p. 4 sq. Prouerbum *μηδὲν ἄγαν* adhibuit *Terentius* Andr. I. 1. 33. vbi vid. *Westersh.* et illustrauit *Gabriel Groddeck* in binis disputationibus, Dantisci, 1709. adde *Heumanni* Acta philos. tom. II. p. 529 sq. De eius vita muneribusque vid. *Brucker.* hist. crit. phil. I. p. 445 sq. De Ethica Chilonis scripsit *I. Franc. Buddeus* disputationem. *Harl.*] Alius *Chilo*, Lacedaemonius, iunior, praerogatiua generis regnum adfectans. *Polyb.* lib. IV. p. 47. *Chilo*, Eleus, de quo *Pausanias* in Eleis pag. 384. *Chilo*, grammatista, Catonis maioris seruus, cuius meminit *Plutarch.* Catone Maiore pag. 348. *Tzetzes* etc. *Chilo*, Athleta Achius et alter Patrensis, de quo idem *Pausanias*: *Agrippa Curtius Chilo*, Cos. Romanus, cuius *Diodorus Sic.* XII. 31. et *Chilo* Atheniensis, cuius meminit *Aeschines* apud *Harpocrationem*. *Mallius Chilo* denique, ad quem *Epistola Aureliani Imp.* apud *Vopiscum* cap. 23.

XV. a. CLEOBVLVS Lindius, atque, si *Plutarchum* audimus lib. de *Delphico*, *Lindiorum* <sup>cc)</sup> Tyrannus, a *Laertio* lib. I. 89. vbi vid. not. traditur scripsisse *ἄσματα* et *griphos* versibus hexametris ad ter mille. *Epigramma* eius in *Midam*, quod ab aliis male refertur ad *Homerum*, et aenigma <sup>fff)</sup> de anno, quod exstat etiam in *Stobaei* Eclogis p. 15. *Epistolumque* ad *Solonem*, refert *Laertius* I. 89 sq. Inter scriptores rei rusticae etiam laudatur *Cleobulus* quidam a *Columella* libro et capite primo. [conf. *Heumanni* acta philos. tom. II. pag. 527 sqq. *Eudocia* in *Violario* pag. 272. *Cleobulae*, *Cleobuli* filiae, tribuit, griphos et aenigma in annum, (quod in meo *Diog. Laert.* exemplo vir quidam doctus in nota, in margine manu scripta, vberius docteque explicat,) a *Menagii* interpretatione discedens. De ethica *Cleobuli Lindii* *Io. Franc. Buddeus* disputat. scripsit et cum respondente *Phil. Guil. von dem Busch* ventilauit *Halae Sax.* 1699. 4. *Harl.*] *Cleobulo* vsus praeterea *Plinius* Hist. Naturalis scriptor in opere, vt videtur, *Geographico*. Fuit et *Cleobulus* quidam *Sophista*, *Manichaei* aequalis, cuius mentio in *Actis Archelai* p. 23. edit. *Zacagnii* et apud *Epiphanium* LXVI. 10. vbi praeterea memoratur *Μάγιστος* quidam, qui in iisdem *Actis* est *Menippus*. De *Cleobulina*, *Cleobuli Lindii* filia, vide *Menagium* in mulierum *Philosopharum* historia et quae a me notata sunt supra cap. XV. §. 23. et 28. [P] [et ad priorem §. etiam de *Cleobulo*.]

[XV. b. DAMO, qui *Socratis* praeceptor fuisse dicitur. vid. plura de illo infra ad *Socratem* §. 30. *Harl.*]

XVI. DIAGORAS, patria *Melius* <sup>ccc)</sup>, *Philosophus*, *Democriti* seruus et auditor, *Atheismi* <sup>hhh)</sup> ab omnibus fere, (non sine causa, vt videtur,) accusatus <sup>dd)</sup>, licet *Christiani* quidam

<sup>ccc)</sup> Hoc est *Aesymneta* siue *Prytanis* in ciuitate *δημοκρατεμένη*. Vide *Perizonii* notas ad *Aeliani* III. 17. Var. et quae supra §. 4. obseruaui de vocabulo *Βασιλεύς*.

<sup>fff)</sup> Confer *ἄγλαμα* *Naturae* apud *Porphyr.* fragmento de *Styge*.

<sup>ggg)</sup> In quibusdam libris male vocatur *Μάγιστος*, quod ex compendio scriptionis *Μάγιστος* factum suspicatur *Ioh. Clericus*, vir acutissimus parte 2.

Artis Criticae p. 209. Ab huius *Diagorae* patria *Μήλιος* dicitur *Socrates* ab *Aristophane* in *Nubibus*, [v. 828. ibique schol. et not. et *Bayle* de illo scholio in *Dict.* voc. *Diagoras* not. *E.*] hoc est *ἄγριος* vt notat *Scholias*. Sic *Hipponem* *Melium* dici, notabo infra §. 29.

<sup>hhh)</sup> Vide *Mariangelum Bonifacium a Ruten* de *Atheismo* *Diagorae* et eruditissimi *Baellii* *Lexicon* in *Diagora*, [qui multus est de aetate, fatis



quidam veteres excusandum illum esse existiment, et e recentioribus *Theoph. Raynaudus* tom. XII. Opp. pag. 411. [*M. Anon. Muret.* var. lectio. lib. X. cap. 17.] ac *Godofredus Arnoldus* parte II. Apologiae haeresium p. 598. Discessit Athenis, quo supplicium effugeret, Olympia de XCI. [Quod mysteria Cereris spreuit et euulgauit, deosque esse negauit, timore populi fugit ex Attica. Hinc Athenienses publice, praeconis voce, edixerunt, eum, qui Diagoram interficeret, esse accepturum vnum talentum argenti; vide *Diodor. Sic.* ad Olymp. XCI. 2. lib. XIII. 6. p. 546. ibique *Wesseling.* *Aristophan. Aues* 1073. ibique cel. Beckii notam. *Tatian.* orat. ad Graecos cap. 44. sect. 164. ibique *Gesner.* et *Worth.* p. 95 sq. coll. *Bayle* in *Diagora*, not. F. Atque vnum tantummodo talentum siue adducendi eum viuum, siue interficienti, praenissum fuisse, ab Atheniensibus auctor est *Lyfias* orat. tom. I. p. 214. *Reisk.* At secundum alios ei, qui viuum istum adduceret, obtulerunt praemii loco duo talenta, vid. *Schol.* ad versum *Aristoph.* citatum, *Suidam* h. v. ibique *Küster.* et *Eudociam* pag. 137. quae exscripsit iunxitque *schol.* ad *Aristoph.* Au. 1073. et ad *Ranas* 323. vbi ex *Carteri συναγωγή τῶν ψηφισμάτων* notatur, Athenienses etiam Peloponnesios contra Diagoram excitasse. vide supra lib. II. cap. 15. n. 27. β. inter lyricos poetas, pag. 119 sq. vbi plura dedi: et de priore *Aristophanis* versu *Palmerium* in *Exercitatt.* ad scriptores graecos pag. 757. Vtrumque et dithyrambicum poetam et philosophum fuisse vnum eundemque hominem, cum aliis suspicatur cl. *Tychsen.* in *Biblioth. der alten Litteratur und Kunst*, part. II. p. 17. — Diagoram ex filio damnatum ac proscriptum, atque in fuga multoties, tentato mari, naufragium esse passum, prodit *Athen.* XIII. p. 611. B. add. *Epiphani.* in *Ancorato*, cap. 130. p. 340. — *Milfsius* male scriptum est apud *Plutarch.* de placitis philos. I. cap. 7. (sed correctum a *Bentleio* ad *Callimachi* fragm. nr. 87. tom. I. p. 458. edit. *Ernesti*, et recte receptum ὁ Μήλιος a cl. *Beckio* in huius libelli *Plutarchei* editione,) tum ab *Eustathio* comm. ad *Homeri* Od. γ'. pag. 1473. qui tamen ad *Dionysii* *Perieges.* v. 530. recte scripsit Διαγόρας ὁ Μήλιος, (vide *Henr. Leonard. Schurzfleisch.* in program. *Dionysius Longinus περὶ ὕψους* ad fidem codicum a *Iac. Tollio* omisso recensitus etc. *Wittebergae*, 1711. 4. p. 20 sq.) ab *Eusebio* et *Theodoreto* a *Bentleio* notatis. adde *Wesseling.* ad *Diodorum Siculum* lib. XI. 3. tom. I. pag. 405. — A crimine atheismi Diagoram quoque defenderunt *Ger. Io. Vossius* lib. I. de idol. gent. cap. I. pag. 2. et *I. Iac. Zimmermann.* epist. qua *Euemerum Messenium* et *Diagoram Melium* ab atheismo contra *Plutarchum* aliosque defendit, in *Museo hist. phil. Bremensi*, vol. I. part. IV. art. 3. adde *I. Frans. Buddaei* theses de atheismo, pag. 72 sq. *Reimann.* in *hist. atheismi*, p. 128.

fatis et erroribus eius.] Alii, Philosophi maxime veteres, quibus Atheismus iure, an iniuria impatiens fuit, sunt *Archagoras*, *Anaximander*, *Apollophanes*, *Aristagoras Melius*, *Aristoteles*, *Auerroes*, *Bion Borysthenites*, *Callimachus*, *Carnades*, *Cinesias*, *Clitomachus*, *Critias*, *Daphidas*, *Democritus*, *Dicacarchus Messenius*, *Diogenes Phryx*, *Epicurus*, *Euemerus Tegeates*, *Gorgias*, *Hippias Eleus*, *Hippôn Melius*, *Leucippus*, *Nicagoras Cyprius*, *Plinius Historiae Nat. scriptor*, *Prodicus Chius*, *Protagoras Abderita*, *Pyrrho* et alii Sceptici; praeterea *Sofias*, [*Eustath.* ad *Hom.*

Od. γ'. p. 138.] *Stilpo Megarensis*, *Strato Lampascenus*, *Theodorus Cyrenaeus*, *Xenophanes*. Fuisse etiam, quos *Anaxagoram*, *Ciceronem*, *Enipedoclem*, *Euripidem*, *Heraclitum*, *Panactium*, *Pythagoram*, *Socratem* et alios eiusmodi arguerent, hoc nomine, sed minore longe, ut videtur, specie verisimilitudinis: [de quibus *Io. Christoph. Wolf.* *Reimann.* *Buddaeus* etc. saepius citati, fusius disputarunt.] *Lyfippi* *Epirotae* *Catalogus ἀσέβων* memoratur in *Scholiis* ad *Apollon.* pag. 288.

iii) *Γοργώσις περὶ θῶν, ἃ μὴ τοῖς ἀπρωμύτοις ἔχον ἰδέσθαι.* *Cyrril.* VI. in *Julian.* pag. 189. *Harl.*



p. 128. 131. 175. et 177. *Tiedemann.* in: Geist der spekulativ. Philosophie pag. 384 sqq. cum omnino facit impietatis istius reum. *Harl.*] Eius scripta pridem deperdita haec memorentur:

*Ἀσματα* Lyrica. Hesych. Illustris et Suid.

*Φεύγιοι λόγοι.* *Tatian.* [orat. ad Graec. p. 96. edit. Worth. cuius notam consules,] qui Hesychio Illustri et Suidae sunt λόγοι ἀποπυργίζοντες. Vide, quae supra cap. IX. §. 6. [vol. I. pag. 626. et quae ibi adnotavi.]

Diagorae beneficio εὐνομητᾶτες fuisse Mantinenses et optimas leges a Nicodoro accepisse, docet *Aelianus* II. 22. et 23. Var. [conf. *Bayle* in voc. Diagoras not. H.] Lyncei Samii Epistola ad Diagoram laudatur ab Athenaeo. Fuit et alius *Diagoras*, Cyprius, Medicus, qui de rebus hortensibus scripsit, laudatus Plinio, Dioscoridi lib. IV. et Erotiano in *Περὶ νόσων*. Omitto *Diagoram*, cui Eretrienſes statuam posuere, de quo *Aristoteles* V. 6. de Rep. et Heraclides de Eretrienſium politia; *Diagoram* item Rhodium, victorem Olympicum, de quo praeter Ciceronem, Plutarchum, Pausaniam Eliac. II. cap. 7. Gelliumque videnda Scholia ad Pindari Olymp. [VII. 31. 148. 150. et *Bayle* Dict. h. v. p. 280 sq. *Corſini* diff. agonist. Lips. 1752. p. 173. 204. 214. et 222.] *Diagoras* Melii sectatores memorat *Hieronymus* in Chronico Eusebiano, male, cum in Graeco Eusebii esset οἱ περὶ Διαγόραν, quod ex notissimo Graecismo reddendum erat *Diagoras*. Vide Scaligeri notas pag. 101.

XVII. DIOGENES Nachytennus F. Apolloniates <sup>AAA)</sup> Cretenſis, Physicus; Anaximenes auditor fuit, teste Laertio, qui initium operis [P] eius adducit VI. 81. et IX. 57. Scripserat autem libros plures περὶ φύσεως, quorum secundum citat *Rufus Epheſus* apud *Galenum* 2. in VI. Epidem. tom. V. p. 473. quod eruditus ad Laertium et Hesychium illustrem interpretibus haud observatum. Hic *Diogenes* Sidonio carm. XV. v. 91. audit iunior *Collega Anaxagorae*, ut docet *Lipsius* lib. I. manuduct. Stoic. cap. 8. Sed idem sine necessitate sollicitat verba Laertii, quae bene se habent IX. 59. aerem ex Diogenis sententia, quam notavit etiam Hesychius illustris, esse γεννητικὸν τῶν κόσμων. Infinitos enim mundos statuebat hic Diogenes, et aerem compotem rationis divinae, atque, ut *Minucius Felix* cap. 19. et ante eum *Cicero* I. de natura Deor. cap. 12. testatur, Deum. Vide *Augustin* VIII. 2. de C. D. Sententiam eius de Nili incremento memorat *Aristoteles* lib. de Nilo. [Male visus est Mangey sibi deprehendisse hunc Diogenem apud *Philon.* de mundi immortalit. p. 650. edit. Turnebi, quum de Diogene Babylonio, philosopho Stoico, sermo sit, observante *Rosſio* in Comment. Laertian. pag. 145 sq. *Harl.*]

XVIII. DIOGENES (ut *Eusebii* in Chron. et *Epiphani* tom. I. p. 1088. atque *Clementis* Codices I. Strom. p. 301.) siue (ut *Laertii* IX. 58.) DIOMENES Smyrnaeus, Nessae, siue Nessi Chii discipulus fuit, illius, qui audiuit Democritum. Cyrenaeum quoque habitum

<sup>AAA)</sup> Stephanus Byz. in *Ἀπολλωνία*. [*Eudocia* in Violar. p. 137. quae maximam partem ex Diogene. Laert. IX. 57. exscripsit et plures Diogenes enumeravit: *Bayle* Dict. voc. Diogene, vol. II. p. 295

sq. vbi in not. A. refutat *Menagium* ad Diogen. Laert. IX. 58. arbitratum, Diogenem Smyrnaeum et Apolloniatem non fuisse diversos. Vid. paragraph. sequentem. *Harl.*



tum a nonnullis, et eadem sensisse cum Protagora, Epiphanius dicto loco tradidit, neque causam video, quare pro eodem sit habendus cum Diogene, de quo iam dixi, Apolloniate, licet ita sentire videam viros eruditos, *Mursium* ad Hésych. pag. 146. et *Menagium* ad Laert. p. 423. Certe Laertius utrumque distinguit et patria et praeceptore, ne de nominis diuersitate iam dicam. Distinguit etiam Clemens Alexandrinus. *Fabric.* Menagium errasse, vberius docet *Boyle*, ut in antecedenti nota ad §. XVIII. iam animaduertimus. *Diogenes* enim *Apolloniatas* fuit discipulus Anaximenis, (*Clemens Alexandr.* Protrept. pag. 42. C.) adeoque philosophus ionicus. *Diogenes* verò *Smyrnaeus* audiuit Metrodorum, atque Protagoram, atque adpo fuit philosophus eleaticus. (*Clem. Alex.* Strom. I. pag. 301.) adde *Bruckeri* histor. crit. phil. vol. I. pag. 514 sqq. vbi praeter ea Diogenis Apollon. disciplina placitaque exponuntur. *Harl.*

XIX. HIPPIAS; Eleus, Protagorae tempore, qui Democritum audiuerat, clarus, sed annis iunior fuit, ut referens ipse inducitur apud Platonem. Discipulus *Hegesidemi* <sup>111)</sup> qui finem philosophiae summumque bonum docuit esse αὐτάρκειαν, siue animum, sua forte contentum, non philosophiae modo et liberalium artium, sed popularium quoque et sellulariarum <sup>mm)</sup> ita peritus, ut nec annulo, nec veste, nec vlla re vteretur, quam non manu sua, confecisset ipse vel adparasset: quemadmodum post Platonem in Hippiā maiore pag. 97. minor. pag. 231. et *Ciceronem* III. de Oratore cap. 32. tradit [*Philostr.* lib. I. vit. Sophist. XI. p. 495. vbi vid. Olear.] *Lucianus* in descriptione balnei Hippiæ tom. II. p. 356. [cap. 3 sqq. tom. III. Reitz.] *Quintilianus* XII. vlt. *Apuleius* II. Florid. et *Dio Chrysost.* diff. LXXI. περί Φιλοσόφου. Hippiæ λόγοι ac ποιήματα ab eodem Dione memorantur; Poemata heroica, Tragediae et Dithyrambi, a Platone: Ὀλυμπιονικῶν ἑλεγχος <sup>nn)</sup> a Plutarcho in Numa sub init. [cap. 1. p. 217. edit. Reisk. quem vide: f. secundum edit. Leopold. p. 266.] et a Scholiaste Theocriti IV. Idyll. λόγος εἰς Λυκῆργον, a *Plutarcho* in Lycurgo, [P] [cap. 23. p. 215. Oper. tom. I. edit. Reisk. siue p. 238. edit. Leopoldi, cuius notam conferes.] Τεωικός διάλογος a *Philostrato* lib. I. de Sophistis p. 503. [p. 495. edit. Olear.] vbi memoriam Hippiæ stupendam celebrat, quam tangit etiam *Aelianus* VI. 10. de animal. Proclum Naucraticam in dictione sua Ἰππίαζοντα notauit idem *Philostratus* p. 600. [pag. 604. edit. Olear.] Fuit et *Hippias* tyrannus Atheniensis Pisistrati F. [vid. *Herodot.* V. cap. 91. et 94 sqq. et Valcken. not. pag. 424. edit. Wessel.] Atheis a quibusdam accensitus, cuius nomen vel Gorgiae apud *Aelianum* II. 31. Var. reponendum pro Sofia, (sed ita etiam *Eustathius* ad Odyss. γ. pag. 135.) *Casaubonus* suspicatur, denique *Hippias* Erythraeus, cuius δευτέραν τῆς πατρίδος ἰσορίαν laudat *Athenaeus* lib. VI. pag. 258.

## XX. HIPPON,

III) Suidas Ἰππίας, Διοκῆς, Ἡλῶς, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡγησιδῆμος, ὃς τέλος ἀρῆζετο τὴν αὐτάρκειαν, non illius, ut puto, Hegesidemi Cythnii, qui citatur a Plinio et Solino cap. 12.

mm) Confer, quae de *Iulio Caesare Bottifanga* Ianus Nicus Erythraeus II. 7. Pinacothec.

Vol. II.

De *Anna Schurmannia* Salmassius in Schurmanniae opusculis pag. 323. [*Morhof.* Polyhist. litter. lib. I. cap. 1. pag. 2.]

nn) De hoc opere confer *Dodwellum* p. 19 sq. praefation. Cambden. *Fabr.* *Leopold.* ad Plutarchi Theaetum — Numam, p. 266. in V. L. not. i. *Harl.*

• O o o o



XX. HIPPON, Rheginus, cuius Physica dogmata<sup>ooo</sup>) perstringit liber Philosophumennon, qui exstat sub nomine Origenis p. 279. non diuersus forte est ab Hippone Pythagoreo, quem frequenter laudat Censorinus, et ab aliis Metapontinum, ab Aristoxeno, (quem secutus est Iamblichus,) Samium habitum testatur cap. 5. Praeter opus *Physicum*, quod respiciunt Aristoteles, Hermias, Nemefius, Sextus, Origenes, Censorinus, Plutarchus et alii, Hipponis dogmata referentes, scripserit etiam librum *περὶ τῶν λεγομένων τόπων φθίσαν τὰ ἐμπιπτόντων de locis, quas dicuntur perdere, quicquid in illa inciderit, nisi apud Antigonium Caryssium* cap. 131. mirabil. pro Hippone legendum Hippys Rheginus, quae Vossii coniectura est p. 378. et 442. de Hist. Gr. Atheis accensitum Hipponem, constat ex *Simplicio* in I. de anima comment. 32. et *Alexandro Aphrodis.* ad I. Metaphys. 3. Aristot. tum ex *Clementis Alex.* protreptico pag. 15. [vbi tamen illum numero atheorum eximit.] et 36. *Aeliano* II. 31. Var. *Arnobio* lib. IV. pag. 147. et *Eustathio* ad Odyss. γ. p. 135. etc. Hinc eidem Clementi et Arnobio Melius dicitur, non a patria, sed quod idem cum Diagofa Melio Atheo sentiret. Alius fuit *Hippo*, Cratistotelis F. cuius *ψήφισμα* pro Zenone Citico affert Laertius VII. 10.

XXI. LEVCIPPVS<sup>ppp</sup>), incerta patria, Zenonis Eleatae atque, vt *Tzetzes* II. Chil. v. 980. testatur, Melissi discipulus, et praeceptor Democriti<sup>qqq</sup>), scripsit Opus *Physicum*, ex quo dogmata

<sup>ooo</sup>) Aquam et ignem putauit esse rerum principia, vt testantur *Origenes*, [Philosoph. cap. XVI. vbi vid. Wolf. p. 104.] *Sextus* [Pyrrhon. hyp. II. cap. 4. sect. 30. vbi vid. Fabric. p. 135.] etc. siue aquam accedente calore ad generandum idoneam, *ἕως γονεῖν*, vt est apud *Hermiam* [p. 215. post Tatianum, vbi vid. Worth.] innuitque *Simplicius* in I. Physic. pag. 4. non terram, quod ei tribuitur in Scholiis Graecis ad Hesiodi Theogoniam v. 116. p. 237. et in Obseruat. Halens. tom. II. p. 433 sq. e *Gassendi* tom. I. Opp. pag. 236. [at Scholiasten cum Gassendo et auctore Obs. Hal. errasse, monet Fabricius ad locum Sexti citatum.] Ceterum *ἄνθρωπος διὰ τὸν αἶμα* in Hippone [male] arguit *Aristoteles* lib. I. cap. 3. Metaphys. adeoque post Thaletem summum virum ne memorandum quidem existimat, quod nihil singularis, aut eximii prodidisset. Sane terram, quantum Aristoteli innotuerat, non fuisse neque ab Hippone, neque ab villo alio Philosopho celebri venditam pro rerum omnium principio, diserte docet lib. I. Metaphys. cap. 7. *Fabric.* Plura vide in *Bruckeri* histor. crit. philos. vol. I. p. 1103 sq. adde *Iul. Caes. Bulergeri* Eclogarum ad Arnobium, (Tolosae 1612. 8.) cap. 2. de anima, secundum placita vet. philosophorum, pag. 76 sq. De atheismo Hipponis vid. *Cleric.* biblioth. sel. tom. II. pag. 50. *Gundling.* in Gundlingianis part. XXII. p. 29. 157. *Buddeum* in thes. de atheismo I. §. 20. p. 79. *Reimann.* hist. atheismi p. 147. 177.

*Crates in Plutarchus* irrisit eum propter sententiam de igne, principio. vid. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 96. *Harl.*

<sup>ppp</sup>) Alius *Leucippus*, de quo *Libanius* lib. I. epist. 36. Alius *Leucippus*, (aliis *Alcippus*), Ereus, praeceptor Theophrasti. *Harl.*

<sup>qqq</sup>) Leucippum fuisse Zenonis auditorem, tradunt quidem *Diogenes Laert.* IX. cap. 6. (vbi de Leucippo agit,) segm. 30. (vbi Menagius de eius patria quaedam adtulit,) atque Pseudo-*Origenes* in Philosophum. cap. 12. (vbi pauca dabit Wolfius pag. 89.) at enim ob temporum rationes, et quod scholae eleaticae disciplinae plane opposita docuit placita, id parum verisimile videtur. Nam Zenone vix lustrum iunior fuit. Hoc vero certius est, eum declarari parentem doctrinae de atomis, quamquam *Posidonius*, Stoicus, testibus *Strabone* XVI. p. 757. et *Sexto Empir.* adu. Mathem. IX. sect. 363. a *Mocha*, Phoenice quodam, (de quo Fabricius ad Sexti locum p. 621. docte agit,) illam de atomis opinionem deducendam dixerit. adde de hac quaestione et de Leucippo eiusque philosophia *Huetium* in demonstrat. euangel. p. 88. *T. Burnet.* archaeolog. philos. lib. I. cap. 6. pag. 314. Amstel. 1694. *Bayle* Dict. voc. *Leucippe*, vol. III. p. 99 sqq. *Cudworth.* in syst. intell. cap. I. §. 6. tom. I. pag. 12. edit. Leidens. *Brucker.* (qui cum inter sectae eleaticae alumnos refert,) histor. crit. philos. tom. I. p. 1171 sqq. *Meiners.* hist. doctrinae de deo p. 341 sq.



dogmata eius repetunt Laertius IX. 30 sq. Aristoteles, Cicero, Plutarchus etc. Librum *περί νῆ*, ex quo [P] nonnulla profert Stobaeus Eclog. Phys. cap. VIII. p. 10. Theophrastus huic Leucippo etiam tribuit Democriti μέγαν διάκοσμον, vt notavi supra e *Laertii* IX. 46. [In libro, qui Aristoteli vulgo tribuitur, de Xenophane, Zenone, Gorgia, cap. 4. commemoratur Leucippi liber, Λόγοι inscriptus.] Quod vero apud *Laertium* X. 13. legas: ἀλλ' εἰδὲ Λεύκιππον τινὰ γεγενῆσθαι φησι φιλόσοφον ἔτ' αὐτὸς (ὁ Ἐπίκουρος) εἰδ' Ἐρμαχὸς, non ita accipiendum est, quasi Epicurus et Hermachus negassent, vllum vinquam in rerum natura Leucippum exstitisse; sed ne verbulo quidem eius meminisse in suis scriptis, quasi numquam ille exstitisset, ita sibi omnia adscribebat Epicurus, quum certum sit, ipsum plurima Philosophiae suae capita Democrito, vt Democritum Leucippo, debuisse. Impugnât Leucippum *Laëtantius* lib. de ira Dei cap. 10. [coll. *Bayle* Dict. voc. Leucippe, not. D.]

XXII. a. MELISSVS, Ithagenis F. Samiorum praetor, de quo *Plutarchus* in Pericle p. 166. et contra Colotem p. 1126. Parmenidis auditor, praeceptor Zenonis Eleatae et aequalis Heracliti, impugnatur a Platone in Theaeteto, Aristotele in Sophisticis Elenchis et alibi (rrr). Scripserat de *Ente et Natura* librum, vt constat e *Simplicio* in III. de coelo, meminitque *Galenus* tom. V. edit. Basil. p. 1. et ex Alexandro Aphrodiseo notat Bessarion, qui praeter *Laertium* IX. 24. de Melissi dogmatibus videndus est lib. II. contra calumniatorem Platonis II. Plura dat *Simplicius* ad Aristotelem. [*Simplicius* non solum fol. 15. b. memorat Melissi lib. *περὶ φύσεως, ἢ περὶ τῆς ὄντος*, sed fol. 22. b. quoque libr. *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς*. Atqui cl. *Buhle* in comment. de ortu et progressu Pantheismi p. 14. animaduertit, primam fragmenti aristotelici de Xenophane, Zenone et Gorgia partem vsque ad cap. III. non de Xenophanis, sed de *Melissi* placitis agere: quod pateat non modo ex consensu placitorum, quae Aristoteles alibi Melisso adsignauit (auscult. physic. I. 4. tom. I. p. 449. A. Metaph. I. 5. tom. IV. pag. 270. C.) sed etiam ex eo, quod fragmentum ex Melissi libro de natura, a *Simplicio* fol. 22. b. exscriptum, prorsus eadem contineat, quae ab Aristotele, seu alio, quisquis tandem auctor fuerit, paullo breuius dicta sunt: id igitur est fragmentum praeclarum libri Aristotelis aduersus Melissum, a Diogene citati, et adhuc in deperditis habiti. *Harl.*] Meminit etiam Melissi *Hippocrates* lib. de natura humana tom. I. p. 264. eius dictum probans, quo sophistae σφᾶς αὐτὲς καταβάλλουσιν ἐν τοῖς ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεχίης. Aristotelis librum *πρὸς τὰς Μετίσους* memorat *Laertius* V. 25. Fragmentum Melissi seruauit Aristocles apud *Eusebium* XIV. Praeparat. p. 757. Idem, ni fallor est, *Melissus*, quem laudat *Palaephatus* prooemio *περὶ ἀπίστων*, et Suidas in *Γενητικῇ*, non aliena enim ab antiquo

O o o o 2

illo

p. 341 sq. *Tiedemanni* Geist der spekulativ. Philosophie cap. IX. p. 223 sqq. Pantheismi defensoribus adgregari nequit. *Harl.*

rrr) Floruit igitur circa Olymp. LXXXIV. Apollodoro teste apud *Diogenem Laert.* IX. 24. (vbi nostri is placita exponit, et conferendus est Menagius.) Superstes fuit Olymp. LXXXV. quod certum esse e rebus ab eo gestis in bello Samiorum cum Pericle, scribit *Dodwell.* in Exercitat. II. de

actate Pythagorae p. 220. Idem eleaticae sectae philosophus habetur. conf. *Sextus Empir.* Pyrrhon. hypot. lib. III. cap. 8. sect. 65. ibique Fabricii not. p. 145 sq. adu. mathem. X. cap. 2. sect. 46. *Cicer.* Acad. IV. 37. ibique Dauis. qui plura veterum loca, in his *Epiphani* tom. I. p. 1087. diuersa narrantis, congescit, *Brucker.* hist. crit. philos. vol. I. p. 1166 sq. *Meiners.* hist. doct. apud Graecos tom. I. pag. 716 sq. *Tiedemanni* Geist der spekulativen Philosophie pag. 377 sqq. *Harl.*



illo physico scriptore sententia utroque loco legitur, licet Melissum, nescio quem, Euboicum notari putet praestantissimus Vossius et ad Palaephatum Cornelius Tollius. *Fulgentius* quidem, parum accuratus scriptor II. 16. Mytholog. Euboicum vocat Melissum physiologum, qui omnium Physiologorum sententias, (de animalibus puta, non de poetarum fabulis,) disputavit. Quae vero de cygno ibi profert, petita sunt e Melissi libro de animalibus, quem laudat Albertus Magnus, et a Plinio in Historia Nat. respici putat Loh. Harduinius. Fuit et *Melissus* graminaticus, Maecenatis libertus, de quo viri docti ad Sueton. cap. 21. de Grammaticis, *Harduinus* ad Plinii XXVIII. sect. 17. et *Nic. Heinsius* ad Ovidii IV. 16. ex Ponto. Alius *Melissus* tibicen, cuius meminit *Plutarchus* pag. 582. de genio Socratis. In Libanii lib. epist. lat. IX. [p. 737. edit. Wolfii,] pro Melisso legendum Melito: „Socrates Anyto, non Melito [edit. *Melisso*,] non denique maledicenti Aristophani iratus est.“ [Atqui ipse *Libanius* epist. 289. p. 141. iniquum istum Socratis accusatorem recte adpellavit Melitum.]

XXII. b. METRODORVS, Chius, Democriti discipulus, ex cuius libro περί φύσεως exordium profert Aristocles apud *Eusebium* XIV. Praepar. pag. 765. Nesselae Chii discipulum fuisse eum, leges apud eundem pag. 758. *Fabric.* — Fuit scepticus. Initium libri, qui est de natura, *Cicero* Academ. II. (al. IV.) 23. ita versum dedit: „Nego scire nos sciamusne aliquid, an nihil sciamus: ne id ipsum quidem nescire, aut scire: nec omnino, sitne aliquid, an nihil sit.“ Cum Democrito, quantum ex paucis fragmentis coniecere licet, de primis principiis, atomis etc. conspirat. — *Paene alter Epicurus* nominatus Metrodorus Epicureus. Atheniensis, (etiam Lampiscenus dictus, vid. infra lib. III. cap. 33. *Ionsum* de script. hist. phil. I. 20. 3. p. 126 sq. et *Menag.* ad Laert. X. 22. a Chio diversus; sed a Pseudo-Plutarcho de placit. philos. Metrodori opiniones interdum ita memorantur, ut nescias, num Chium, an Epicureum habuerint auctorem aut patronum. vid. cl. *Meiners.* hist. doctrin. apud Graecos etc. tom. I. p. 747 sqq.) a *Cicerone* de Fin. B. et M. II. 28. Alius quoque *Metrodorus*, Scepticus, *Cicero* Orat. II. 88. de quo vide *Plin.* VII. H. N. cap. et sect. 24. et ad eum *Harduin.* Emendat. 80. atque in indice auctorum, a *Plinio* memoratorum, h. v. de eius aetate. — De Metrodoro et Chio, et Atheniensi, pictore eodemque philosopho, et Stratoniceensi plura dabit *Bayle* Dict. voc. *Metrodore* ubi pag. 385. (B.) contra *Harduinum* disputat. Plures enim fuerunt *Metrodori*. vid. *Ionsum* lib. I. cap. 20. 4. pag. 129 sq. edit. Dornii; ubi praeter Atheniensem, adhuc decem Metrodoros recenset philosophos. adde *Menag.* ad *Dio-gen.* Laert. X. 24. et indicem ad hanc bibliothecam gr. De his, qui medici habebantur, vid. lib. VI. 9. 4. vol. XIII. p. 337. Fuit quoque *Metrodorus* poeta, (vid. lib. III. cap. 28. p. 721. vol. II. superioris edit.) *Metrodorus*, grammaticus, (vid. lib. VI. cap. 7. 5. vol. XII. p. 593.) De *Metrodoro Lampisceno*, Anaxagorae amico, qui in libro de Homero ad allegoriam omnia retulit, vid. *Laert.* II. sect. 11. ibique *Menag.* et supra in Commentar. de Homero vel in Homerum deperditis, vol. I. p. 517. nec non *Heimium* de doctrinis et scriptis Anaxagorae, ex versione Hissimanni germanica in: Magazin für die Philosophie tom. V. p. 283 sq. *Hartl.*

XXIII. MYSON, Cheneus, Lacedaemonius, laudatus Anacharsidi et Hipponacti: ac septem sapientibus a *Platone* in Protagora<sup>222</sup>) et dehinc ab aliis adnumeratus, de quo *Laertius* eiusque

<sup>222</sup>) Pag. 153. tom. II. edit. Bipont. vid. infra, ad Periandrum §. 25. *Hartl.*



eiusque interpretes lib. I. sect. 106. *Valesius* ad excerpta *Pairese.* pag. 41. et *Holfenius* ad *Stephanum Byz.* in *Xiv.* et *Hreia.* [P]

XXIV. NESSAS siue NESSVS, Chius, Democriti discipulus, cuius meminit Eusebius in Chron. et XIV. Praeparat. pag. 758. et Laertius IX. 58. Fuit hic Nessus praeceptor *Metrodori Chii*, teste eodem Eusebio: [de quo paullo ante egimus.]

XXV. PERIANDER, Corinthius, cum per quadraginta annos tyrannidem tenuisset, obiit quadagesimo anno ante victum a Cyro Croesum, hoc est Olymp. XLVIII. 4. <sup>uu</sup>) Huius, an alterius *Ambraciotae* Periandri, (sunt enim, qui hunc, non Corinthium tyrannum, aiunt septem accensendum sapientibus,) fuerunt *εποδῆται εἰς τὸν ἀνδρώπινον βίον* versus heroici circiter bis mille, quarum meminit *Laertius* I. 79. et *Suidas*. Bina sub Periandri nomine *Epistolia* idem *Laertius* [I. 99. et 100. vbi vide interpret.] seruauit, vnum ad *Sapientes*, Delphis congregatos, et alterum ad *Procleum*, Epidauriorum Tyrannum, cuius filiam *Melissam* in matrimonio Periander habuit: itemque *Epistolam Thrasyluli ad Periandrum* de consilio, quod Periandro dedisse tradit *Herodotus* V. 92. [vbi vid. *Wesseling.* et *Valcken.* pag. 422 sq.] Periandro quodam vsus se testatur *Plinius* libro V. Ob tyrannidem a multis expunctus est *Periander* e numero septem sapientum. Vide *Clementem* I. Strom. pag. 299. et *Lucian.* II. Verae Hist. tom. I. p. 674. [tom. II. p. 114. cap. 17. edit. Reitz. ibique not. M. du Soul.] vbi a campis quoque *Elysiis* eum solum exulare sapientum fingit. Fuit et *Periander* Medicus quidam, non malus, sed pessimus poeta, de quo *Apostolius* III. 16. Prouerb. [*Plutarch.* in *Lacon.* apophthegm. vol. VI. Opp. pag. 819. Reisk.]

XXVI. PHERECYDES Syrii, ex Syro Insula, duo quibusdam fuisse videntur, vnus Astrologus, cuius fuerit *Heliotropium* <sup>uuu</sup>), de quo supra cap. VIII. nr. 3. praeceptor *Thaletis* a *Tzetzta* dictus: et alter Theologus, praeceptor *Pythagorae* <sup>vvv</sup>). Ita e veteribus diserte *Andron Ephesus* apud *Laertium* lib. I. sect. 119. in quam sententiam multa et inter se pugnancia disputantur a *Salmasio* ad *Solin.* p. 841 sq. edit. Paris. [p. 590 sqq. edit. *Ultraiect.*]

O o o o 3

De

ttt) Conf. *Corfini* Fast. attic. tom. III. p. 48. 61. 85. *Heraclicem* de politiis Graecor. in *Gronouii* thes. antiqq. vol. V. p. 2826. edit. Ven. *Meursium* de archontib. Athen. lib. I. cap. X. vol. IV. thes. antiqq. graecar. Gronou. pag. 1168 sq. edit. Venet. eundem in lection. Attic. III. cap. 21. p. 1128. vol. V. antiqq. gr. Gron. *Vbbon. Emmii* descript. reipubl. Corinthiorum, in IV. vol. Thes. antiqq. p. 527 sq. *Erasmi Vindingii* Hellen. p. 166 sqq. vol. XI. eiusdem thesauri, et p. 365. de Periandro *Ambraciotarum* tyranno. *Bayle* Dict. voc. *Periander*, vol. III. p. 662 sq. *Brucker.* hist. crit. philos. vol. I. p. 450 sqq. In *Macarii* *Подв.* septem sapientum nomen, patria et dicta versibus conclusa sunt, (in *Villoison.* Anecd. gr. vol. II. pag. 78.) in his *Periander* numeratur sapiens:

“Ος καὶ Κόρινθον ἔταυε, καὶ ἅλα κερταὶν Πελοπόννησος.  
Hic igitur omisit *Mysona*, cui sextum inter septem Graeciae sapientes locum tribuit *Plato* in *Protagora* p. 283. (p. 153. tom. II. Bipont.) et in illius locum cum aliis substituit *Periandrum*. conf. *Io. Franc. Buddaei* diss. Ethica *Periandri* Corinthii, Halae Magd. 1699. 4. (vbi is effata *Periandri* recenset atque illustrat, et ab initio de *Myson* breuiter agit) et *Larraeum* in histor. VII. graec. sapient. gallice edita, 1713. part. I. *Harl.*

uuu) Vid. et *Sturz.* p. 35 sq. qui contra *Fabrium* disputat. *Harl.*

vvv) Vid. *Brucker.* hist. crit. philos. tom. I. p. 985. et 1000. qui duo *Pherecydes* comminisci haud necessarium censet. *Harl.*



De Pherecyde, Pythagorae magistro, (qui ab altero forte haud diuersus fuit, licet ante Thaletem, atque adeo ante Olymp. LVIII. defunctus,) consulere iuuat spicilegium Antiquitatis Laur. Begeri, viri praestantissimi, nec sine insigni elegantiorum literarum iactura anno 1705. extincti, p. 136 sq. et, qui imaginem Pherecydis itidem conspiciendam offert, Jac. Gronouium Thesauro antiq. gr. tomo 2. tab. XXXVII. Fabric.

## E P I M E T R O N.

Multi viri docti diligenter, nec vero pari via parique fortuna versati sunt in illustranda historia Pherecydis, admodum obscura. Nobis quidem praecipue otium fecit cl. Sturz. Sed antea iuuat quosdam libros, in quibus de illo agitur sollertius, excitare. Praeter Diogen. Laert. I. 116 sqq. eiusque interpretes, Cadworth. in system. intellect. I. p. 35. 269. 565. 794. not. Moshem. tum Gerh. Io. Vossium de historic. gr. I. 1. pag. 8 sq. praesertim IV. 4. p. 443 sqq. Bruckerum in histor. crit. philos. I. p. 982 sqq. Agatopistum Cromazianum (h. e. Buonafede) in historia philos. italice scripta, tom. II. cap. 22. pag. 98 sqq. edit. Venet. Stanleium aliosque scriptores historiae philosophiae, conferri possunt

Herm. von der Hardt (qui suum sensum sequitur,) diff. de Pherecyde et Herodoto, Diodoro Siculo et Apollodoro, historicis vetustis, eorumque symbolico scribendi charactere, in eius Aenigmatis prisca orbis, Helmstadii, 1723. fol.

Heimius in diff. sur Pherecyde, Philosophe de Syre, in Memoir. de l'academie royale des Sciences et B. L. de Berlin. 1749. 4. pag. 303 — 340.

Isaac. de Beausobre in Hist. des Manichéens, part. II. libr. I. cap. 7. qui §. 4. putat Pherecydem sua sumisse a Phoenicibus eaque vicina fuisse Manichaeis; immo vero illum arcanos Chami libros, apud Phoenices sancte custoditos, nactum, suam inde efformasse theologiam: quae quidem lubrica vanaque opinio satis refutata est a Bruckero l. mem. pag. 983 sq. qui p. 984. Iosephi contra Apion. I. p. 1034. Aurel. Allobr. 1611. sententiam amplexus censet, Pherecydem in Aegypto suam didicisse philosophiam, et accedit Tiedemann. p. 156 sqq.

M. Io. Gothofr. Wintzeri Specimen obseruationum historico-litterarium, de orationis graecae et latinae solutae antiquitate, iisque, qui primi omnium eius habentur auctores, Cadmo Milefio, Pherecyde Syro, Hecataeo Milefio, Appio Claudio caeco. Ienae, 1740. 4. cap. I. §. 6. et cap. III. qui eius aetatem confert ad A. M. 4300. fin. vsque ad dimidium et quod excurrit 4400.

De la Nauze de aetate Pythagorae, in Mem. de Littérature — de l'acad. R. des I. et B. L. tom. XIV. germ. vers. in Hissmanni Magazin für die Philosophie, tom. II. p. 90 sqq. et Freret de eodem argumento, ibid. pag. 142 sqq. vers. german.

Diet. Tiedemann Griechenlands erste Philosophen, Lipsiae, 1780. 8. pag. 153 — 186. Inprimis laudari debet liber:

Pherecydis fragmenta, a variis scriptoribus collegit, emendauit, illustrauit. Commentationem (quae est veluti vberior explicatio Suidae in voc. Φερικύδης,) de Pherecyde utroque et philosopho et historico praemittit, denique fragmenta Acusilai et indices adiecit Frider. Guil. Sturz. Gerae, 1789. mai. 8.

Iure



Iure laudant diligentiam atque eruditionem in hoc libro conspicuam: quaedam tamen aliter explicant aut hinc inde dissentiunt ab doctiss. auctore, censores in ephem. litterar. Gotting. 1796. plag. 2. pag. 20 sqq. et in Allgem. Litteratur-Zeitung. 1790. nr. 122. mens. Maio. nec non in Annal. litterar. Helmstad. 1790. mens. Nou. pag. 424 sqq. Vixit Pherecydes ab Olymp. XXXV. vsque ad LIX. aut LX. quo ann. aetatis LX. agens periisse dicitur. (vid. *Tiedemann*. pag. 166.) *Dodwell*. in exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 100 sqq. diligenter versatus est in aetate Pherecydis definienda, contra Bentleii rationes dimicans. Bentleium, qui adfirmat, Olymp. LIX. fatis concessisse Pherecydem, idemque obseruat e *Luciani* Macrobiis, (cap. 22. vbi vero vide I. H. Maum et Moyf. du Soul,) illum annum, quo mortuus est, egisse LXXXV. hos vero annos, ab anno Olymp. LIX. i. retrorsum supputatos, ad annum pertingere Olymp. XXXVII. 4. Bentleium igitur, putat *Dodwell*. confusile historicum Pherecydem Lerium, cum Pherecyde, Syrio, Pythagorae magistro, et vtriusque aetatem amplissimis verbis designare studet. Pherecydi, Pythagorae magistro, cum Suida natalem adserit Olymp. XLV. De posteriore Pherecyde, Lerio vel Atheniensi, historico, loqui Lucianum arbitratur, illumque, coniicit, natum Olymp. LXXIV. 4. et sic annum aetatis LXXXV. absoluisse Olymp. XCV. 1. qui fuerit ei proinde fatalis. Comparat postea Laertii aliorumque narrationes et historiam illius aevi. *Simson*. in Chronico p. 584. de nostro agit, eiusque diem natalem incidere ait in Olymp. XLV. A. M. 3406. ante C. N. 597. V. C. 155. addé eundem ad A. M. 3461. pag. 646 sq. de aetate Pherecydis aliisque, quae vere falsoque de illo narrari solent. *Corfinus* in Fast. attic. III. p. 113. et 115. *Laertium* I. 121. sequutus scribit, Pherecydem, Pythagorae praeceptorem, floruisse Olymp. LIX. et conspirare cum *Ciceronem* Tuscul. (I. 16. vbi consules Dauif.) qui, Pherecydes, ait, *fuit meo regnante gentili*, n. Servio Tullio, qui Olymp. LXI. 4. ex viuis excessit, tum Eusebium, qui Pherecydem Olymp. LX. 2. floruisse prodidit. Adde *Vallars.* ad Hieronymi Chronic. Olymp. LIX. 4. quo anno positum est Pherecydis nomen, et *Schurzflisch.* in Notitia biblioth. principal. Vinarie. Ienae, 1715. 4. p. 257. Brucker. cum *Dodwello* facit. *Sturz*, (vt infra de Pherecyde historico adnotabimus,) collato Luciani loco, p. 68. parum discedit a sententia et rationibus *Dodwelli*. *Nauze*, argumentis *Dodwelli* aliisque vsus, ita tamen, vt ab *Dodwello* recederet, confert ad Olymp. XXXV. (in versione *Hissmanni* german. p. 95. annus natalis 665. signatur:) *Freret* (p. 142 sqq. vers. *Hissmann*. multus est de aetate Pherecydis,) distinguit astrologum Pherecydem ab theologo, contra *Nauze* negat, Pherecydem, Pythagorae praeceptorem, iam vixisse Olymp. XXXV. post *Dodwellum* late persequitur, quae Pherecydes de excidio Magnesium (apud *Diogeae*m *Laert.* et *Eusebium*, prae. euang. lib. X.) aliaque vaticinatus dicitur: ea ad Pherecydem Astrologum pertinere putat: praeceptorem igitur Pythagorae florere non potuisse intra XX. et XXX. Olymp. Sed *Freret* illas ipsas de vaticiniis historiolas, ad amiles fabulas refert: (adde cl. *Tiedemannum* p. 158 sqq.) quare ex illis *Erato*sthenes et *Strabo*, qui vnum tantum agnoscunt Pherecydem, refutari non possunt. (conf. *Tiedemann* p. 170 sqq.) *Freret* contra *Nauze* disputat, num Pherecydes magister Pythagorae ac *Thaletis* esse potuerit et alias examinat quaestiones comparatque *Suidam*, qui natalem Pherec. ponit in Olymp. XLV. A. C. 600. conf. *Heyne* ad *Apollodor.* p. 992 sqq. et *Meinerf.* hist. doct. apud Graecos etc. tom. I. p. 342 sqq. et 354 sqq. et de mortis genere, quod alii aliter narrant, vid. *Tiedemann*. p. 162 sqq. *Tyrium Max.* diff. XIII. pag. 144. edit. II. Dauif. huiusque notam. *Sturz*. pag. 15 sqq. Fuerunt etiam, qui nostrum Sapientibus Graeciae adnumerarent. vid. *Clement. Alexandr.*

Strom.



Strom. lib. I. pag. 299. D. — De eius doctrina vid. *Scipion. Aquilian.* de placit. philosophor. pag. 105. cum nota *Bruckeri*, et hunc in histor. crit. phil. l. c. *Tiedemannum*, (pag. 172 sqq.) *Heinius* l. c. *Sturz.* §. 8. et 9. p. 42 sqq. *Heinius*, quando suspicatur, Pherecydem ex iplis Mosis libris, per mercatores Phoenicios in insulam Syrum delatis, hausisse, lepide errat. In eodem tamen errore iam versatus est *Guil. Irhovius* de Palingenesia veterum seu metempsychosi, sic dicta pythagorica, libri III. Amstel. 1733. 4. cap. II. pag. 224 sq. qui per Phoenicias *αἰπόμενα βιβλία* apud Suidam atque Hesychium illustrem intelligit libros veteris testamenti; quoniam per Phoenices nonnumquam innuantur Hebraei; tum quia Isidorus apud Clementem Alex. auctor sit, Pherecydem sua didicisse ex prophetia Chami; denique quoniam ea, quae hic et illic a Pherecyde obscure atque allegorice dicta scriptaque offendamus, non penitus abhorreere ab historia mosaica videantur. At tam presse, quam acute refutatus est a *Gottlieb. Wernsdorfio*, (postea Professore Dantiscano,) in disp. de Metempsychosi veterum, non figurate, sed proprie intelligenda, Wittebergae, 1741. 4. §. 17. pag. 34 sqq. Atqui prophetia Chami non fert aetatem tantam, quae ad tempora philosophi illius accederet, sed conficta est recentioribus temporibus a Iudaeo quodam hellenista aut christiano haeretico. vid. *Fabricii* codic. pseudepigraphum V. T. tom. I. pag. 291 sqq. et, quem citat quoque *Wernsdorfus*, *Io. Franc. Buddenm.* in histor. eccl. V. T. tom. I. pag. 201. — *Cicero* Tuscul. disput. I. 16. (vbi vid. *Dauis.*) quod, ait, *litteris exstat, Pherecydes Syrius primum dixit, animos esse hominum sempiternos.* *Laetantius*, institut. lib. VII. 7. 12. (vbi vid. *Bünem.*) tantum, *immortales*, inquit, *esse animas Pherecydes et Plato disputauerunt.* Nolo equidem hic inquirere, num Pherecydes primus docuerit doctrinam de animi perennitate; utque diu ante illum in mysteriis et *ἱεροῖς λόγοις* illam fuisse notam concedo: neque hic vacat, inuestigare, unde a vero dei cultu alieni illam acceperint, qua de re plures, ut *Ioach. Oporin.* in historia critica doctrinae de immortalitate mortalium, Hamburgi, 1735. 8. et de Pherecyde nostro p. 6. 9. et alibi. *A. W. Franz.* in: Kritische Geschichte der Lehre von der Unsterblichkeit der Seelen etc. Lubec. 1747. 8. aliique in (*Nic. Aug. Herrich.*) Sylloge scriptorum de spiritibus puris et animabus humanis etc. Ratisbonae, 1790. excitati egerunt, et ego in Opusculis pag. 139 sqq. meam dixi sententiam: sed, num ex eo, quod ante Pherecydem illa doctrina fuerit cognita, sit in loco Ciceronis metempsychosis loco perennitatis substituenda, ut censuit cl. *Meiners.* in historia doctrinarum apud Graecos etc. tom. I. p. 151. not. aut cum cl. *Sturz.* l. c. p. 14. dogma de metempsychosi, (cuius ignarum fuisse Pherecydem, ostendere studuit *Irhovius*, aliis negantibus,) intelligendum sit, equidem dubito. Nam Cicero nouerat mysteria, eaque memorarat: sed ex eo, quod scripsit, *quod litteris exstat*, is sensus loci existit: Pherecydem primum fuisse, qui doctrinam illam de animi immortalitate litteris mandaret. *Freret* p. 149. vers. *Hissmann.* ita interpretatur, Pherecydem fuisse primum, qui illam opinionem inter placita philosophiae reciperet, et Ciceronem illam antiquissimam scripto consignatam adducere. De transmigratione animorum plura iam adtuli ad Pythagoram, vol. I. p. 772. 774 sqq. Pherecydes, quamquam homo fuit sagax et doctus, tamen, quae quidem plurimum antiquissimorum philosophorum erat consuetudo, ad maiorem famam atque auctoritatem, praecipue apud rudes imperitosque, consequendam, haud raro parum aberat ab ardelionis nomine et vanitatis culpa. Sic iactitabat vsum cum diis et alia, quae ex *Diogene Laertio* et aliis scriptoribus collegerunt *Heinius* p. 313. etc. atque *Sturz.* pag. 37 sqq. *Harl.*

Scriptum



Scriptura huius Pherecydis, quem nullo praeceptore usum, sed Phoenicum arcana scripta euoluisse Suidas [temerarie putat, et] refert, fuit:

*Περὶ Φύσεως καὶ Θεῶν* <sup>www</sup>, quo de argumento primus Graecis eum scripsisse ait *Theopompus* apud *Laertium* lib. I. sect. 127. [conf. *Menag.* ad *Diogen. Laert.* lib. I. sect. 116. conciliantem cum hac narratione aliam apud *Laertium* alioque, *Thaletem* primum scripsisse de illo argumento. adde cl. *Sturz.* p. 44. etc.] Initium eiusdem libri, (non *Genealogici* operis, a Pherecyde Atheniensi scripti, ut [P] *Salmasius* suspicabatur,) adfert idem sect. 119. unde profa eum scripsisse constat, quod etiam diserte testantur [*Strabo* X. p. 487. *Plin.* VII. 56. *Suidas* in *Φερικύδης*.] *Apuleius* et alii <sup>xxx</sup>, licet *ποίησιν* vocet *Maximus Tyrius* diss. 29. [diss. X. pag. 107. edit. II. *Dauif.* cuius notam conferes p. 532. et *Marklandi* not. p. 669.] qua de re dixi lib. I. cap. 1. [n. quamquam non usus est metrica oratione, a poetica tamen dicendi ratione non discessit.]

*Epistola* sub Pherecydis nomine ad *Thaletem* legitur apud *Laertium* lib. I. sect. 122. qua mortui vicinus scripta sua de Theologia ipsi committit, si videatur, euulganda. [Sed tota epistola spirat fraudem, eamque esse fictam, docet *Salmasius* *Exerc. Plin.* p. 842 sqq. adde *Sturz.* pag. 28.]

*Fabulae*, a Pherecyde scriptae, memorantur *Abulpharao* p. 53. *Pharachudis auctor fabularum, praeceptor Pythagorae*. Fortassis quoniam Theogoniam refertam commentis poetarum ad Pherecydem Syrium retulit, ut facit etiam *Suidas*.

Fuit et *Pherecydes* alter non multo iunior Atheniensis, auctor *Theogoniae* <sup>yyy</sup>, in decem libros tributae, qui Historicus [apud *Euseb.* in *Chron. Olymp.* LXXXI. 1. pag. 169. ad quem annum is retulit historicum,] et *γενεάλογος* [*Dionys. Halic.* Antiqq. I. 13. aliisque] dicitur veteribus. Collegisse etiam *Orphei* scripta, et scripsisse *αὐτόχθονας* siue *περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας* libros decem et *Παραιέσεως* carmine heroico. Ab hoc Pherecyde Atheniensi diuersum tertium *Pherecydem* *Lerium* agnoscit *Suidas*, qui scripserit tum alia, tum

*περὶ*

*www*) *Θεολογίαν* et opus obscure scriptum vocat *Clemens Alex.* *Strom.* V. p. 571. edit. *Sylburgii*, et VI. p. 642. vbi scribit, quaecumque *Pherec.* allegorice *ἰδεολόγησεν*, e *Chami* prophetia eum desumisse. adde *Tiedemann.* p. 167 sqq. p. 171 sq. inprimis cl. *Sturz.* pag. 29 sqq. qui in loco *Suidae* pro *ἱπτάμυχος*, (qui quasi fuisset libri titulus) malit *Δακτύμυχος*, vel potius *ἐν βιβλίῳ ἱπτάμ.* Is tamen quum scriberet p. 31. librum illum superfuisset adhuc aetate *Suidae*, refutatur a censore in *Götting. ephem.* litter. qui praeter ea opinatur, in *Suidae* loco de Pherecyde verba, *ἐν δὲ Θεολογίᾳ ἐν βιβλίῳ ἱπτάμ.* — — *Δακτύμυχος* esse addita ex alio scriptore, qui utrumque Pherecydem miscuit; *Celsi* autem testimonium apud *Origen.* contra *Celsum* I. p. 14. esse suspectum, propter testimonium de spurio *Zoroastri* opere. *Harl.*

*xxx*) Conf. *Henr. Leonh. Schurzfleisch.* *progr.* *Dionys. Longinus* *περὶ ὕψους* ad fidem codd. — — recensitus etc. *Witteberg.* 1711. cap. 8. p. 48. *Harl.*

*yyy*) *Suidas* hoc opus parum verisimiliter tribuit Pherecydi Syrio. *ἐν δὲ ἅπασιν, ἃ συνέγραψε ταῦτα ἱπτάμυχος ἦτοι Θεογονίᾳ ἢ Θεολογίᾳ, ἐν δὲ Θεολογίᾳ ἐν βιβλίῳ δίκην, ἔχουσα γένεσιν καὶ διδόχας.* At cum Pherecyden *γενεάλογον* a Syrio distinguit *Eratotheneis* apud *Laert.* *Fabric.* v. not. paullo ante positam. Nec vero recte potest vocari *theogonia*: quamquam multa ex mythologia philosophica, adeoque de heroibus diisque, fuerint admixta: nisi is titulus, a grammaticis forsan profectus, a nobiliore parte, et quod a deorum heroumque ortu suspicium operis sumtum sit, ductus videatur. conf. *Salmas.* *Exerc. Plin.* p. 594. E. etc. *Harl.*



περὶ Ἀέρος. περὶ Ἰφρυγενείας et περὶ τῶν Διονύσου ἐρετῶν. Sed eundem esse cum Atheniensi, disputat *Vossius*, quem vide lib. IV. de hist. Gr. cap. 4. [cui adsentitur *Tiedemann*. pag. 169 sq.] vide etiam *Salmassium* loco laudato commentarii ad Solin. [pag. 590. Edit. Ultraieci.] et *Meursium* ad Helladii Chrestomath. pag. 58. *Fabric.* Vossii sententiae subscribit quoque cl. *Sturz.* pag. 63 sq. qui a pag. 62. de hoc Pherecyde Atheniensi, eius aetate et confusione nominum, opereque istius genealogico agit uberius et docet contra viros doctos, *Vossium* de hist. gr. p. 744. et cl. *Heynium* ad Apollod. p. 809. 923. et 994. historicum lucem adspexisse tertio fere anno post Herodotum, Olymp. LXXIII. i. natum, quinto decimo post Hellanicum. Tum p. 67 sq. existimat, locum Luciani, supra in epimetro laudatum, de Pherecyde historico esse accipiendum; hinc, si illius narratio, Pherecydem vixisse octoginta quinque annos, vera sit, adparere, eum esse mortuum Olymp. XCVI. i. Quod vero apud Etymol. M. laudatur *Φερικύδης ἐν τοῖς Αὐτόχθοσιν* et apud Suidam, quem, quibusdam mutatis, exscripsit *Eudocia* p. 421. dicitur scripsisse *Αὐτόχθονας* ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα, cel. *Heyne* ad Apollodori biblioth. pag. 995. apud Etymol. M. cum Sylburgio censet, reponendum esse *Φερικράτης*, et verba Suidae esse contaminata. Cl. *Sturz.* postquam p. 70. erudite quidem ornauerat Heynianam suspicionem, opinatus tamen est, apud Suidam voc. Ἰσορίας esse omissam, aut *Αὐτόχθονας* mutandum in Ἰσορίας, aut omnino rescribendum *ἔγραψε περὶ τῆς ἀττικῆς ἀρχαιολογίας*. Equidem putem, iam in antiquioribus exemplaribus siue Suidae, siue alius scriptoris, ex quo sua is compilauit, voc. *Αὐτόχθονας* a docto quodam interprete fuisse adscriptum orae, ut ex mente sua tempora, de quibus agitur, curatius signaret; et deinceps interpretamentum, omissa vera lectione, in contextum irrepisse, alium autem siue interpretem, siue doctum librarium, ut explicaret vim vocabuli *αὐτόχθονας*, addidisse ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. At id si durius forsan videbitur, suspicari licet, priscam fuisse scripturam *ἔγραψεν ἰσορίας ἢ περὶ τῆς Ἀτ. ἀρχ. ἐν β. δέκα*. Nam veteres grammatici citant libros. At enim, decem libris constituisse illud opus, in quo etiam mythologia, potissimum historica, pertractata fuit, (v. *Sturz.* p. 72 sq.) potest dubitari. Certe in Schol. ad Apollon. Rhod. IV. 1091. legitur ἐν δωδεκάτῳ, at apud *Phauorin.* voc. Ἀκρίσιος, et apud *Eudociam* in Violar. pag. 32. περὶ Ἀκρίσιος, quae consentit cum Phauorini lectionibus, (ita, ut vel Phauorinus exscripserit *Eudociam*, vel compiler operis, Ἰωνία, Phauorinum,) exstat ἐν δωδεκάτῃ, scil. ἰσορίας (vti saepe citatur: sic plene ab Schol. Apollon. I. 741. *Φερικύδης ἐν τῇ δεκάτῃ ἰσορία*, promiscue enim laudatur liber, modo voc. βιβλίον, modo voc. ἰσορία omissio. Apud Schol. Apollon. II. 271. *Φερικ. ἐν ἔκτῃ*, et apud eundem ad III. 156. *Φερικ. ἐν ἐβδόμῳ*. Saepius, nulla libri mentione facta, verba Pherecydis ponuntur: exempla videbis in fragmentis illius, a cl. *Sturzio* diligenter collectis doctaeque explicitis.) Suidas igitur, qui duo Pherecydas confudit, vitio laborare videtur. — Quod Pherec. dicitur a Suida *Orphica collegisse*, (ἐν λόγος τὰ Ὀρφικὰ συναγαγεῖν, apud *Eudociam* vero p. 421. ὅς λέγεται ὅτι συναγαγεῖ τὰ Ὀρφικὰ,) id ipsam probabilitatem historiae in suspicionem adducit. Sin vero haud falsa ducitur illa historia, intelligi potest, vel Pherecydem Atheniensem versiculos Orphei passim sparfos, aut ore traditos collegisse, atque operi suo immiscuisse: vel Pherecydem Syrium, (a Suida aliisque confusum cum altero,) Orphei de rebus philosophicis placita passim laudata, aut alias cognita, etiamsi non scripta, coegisse. conf. *Freret* p. 143. vers. *Hissmann.* is vero rem ita intelligit, a Pherecyde Orphica collecta fuisse. *Hartl.*



XXVII. PITTACVS, Mitylenaeus, qui Olymp. LII. 3. <sup>zzz</sup>) obiit et Pherecydis praeceptor fuit <sup>aaaa</sup>), a Rep. abstinuisse, perinde vt Rias ac Thales, traditur a Platone in Hippia maiore, sub init. quamquam a Mitylenaeis creatum tyrannum referunt alii, vt *Plutarchus* in Solone p. 85. Scripserat teste *Laertio* lib. I. sect. 79. et *Suida*, *ἡγεῖται ἐπὶ* DC. et *De legibus*, ad ciues librum, soluta oratione. Legem eius, qua ab ebriis duplicem poenam repetiit, memorat *Alexander Aphrodisiensis* IV. 29. ἀποριῶν καὶ λύσεων, et Anonymus in Scholiis ad Aristotelis Rhetorica p. 49. Apophthegma Pittaci ad Amphiarauum vatem, qui oblatas ab ipso opes recipere nolebat, οὐ δ' ἔπω χρυσῶν ἔρωτος ἐγείσω, ἥ γὰρ αὖν χεῖρας ἐτόιμας ἔχεις λαβεῖν, adnotauit idem Anonymus p. 38. Ab Alcæo poeta versibus quamlibet profcissus <sup>bbbb</sup>), communi tamen voce septem sapientibus accenseri meruit <sup>ccc</sup>), et singularem modestiae atque abstinentiae tulit laudem, quod non modo modicas facultates immen-

P p p 2

fis

<sup>zzz</sup>) De aetate Pittaci non omnes consentiunt: atque b. *Richter* supra in hoc volumine pag. 37. not. 77. multos viros doctos iam laudauit. Conf. *Diogen. Laert.* I. cap. IV. a sect. 74. ibique *Menaegii* notas. Secundum igitur *Diogen.* sect. 79. floruit maxime circa XLII. Olympiadem: mortuus autem est sub Aristomene, Olymp. LII. 3. quum vixisset supra annos septuaginta, iam totus senio confectus. Hinc *Freret* in *Hissinanni Magazin*, tom. II. p. 150. coniecit, Pittacum editum fuisse in lucem circ. ante C. N. 639. Quia autem *Lucian.* in *Macrobiis* cap. 18. tom. III. p. 221. Reitz. tradidit, eum centum annos vixisse, *Meursius* de archontibus athen. lib. I. cap. 14. comprobante *Menaegio* ad *Diogenem* p. 47. in *Diogene* malit legere *ὀγδοήκοντα*, LXXX. annos, loco *ἑβδομήκοντα*, LXX. ann. *Luciani* narratio si vera est, *Nauze* vol. II. p. 91. not. in vita Pythagorae, in *Hissmanni Magazin* qui *Luciano* et *Herodoto*, Pittacum cum *Croeso* loquentem inducenti I. cap. 27. maiorem tribuit fidem, Pittacum putat, natum esse a. C. N. 649. et vita defunctum a. C. N. 549. Sed Pittaci diem natalem incidisse in Olymp. XXVII. *Corfini* Fast. attic. III. p. 56. duce *Luciano* censet. *Suidas* tamen in voc. Περρανός scribit, illum natum esse Olymp. XXXII. atque ad eandem Olympiadem s. A. M. 3313. ante Ch. N. 650. V. C. CII. refert *Simson* in *Chron.* p. 555. atque, emendatione *Meursii* in *Diogene* adoptata, annum mortis confert ad Olymp. LII. 3. A. M. 3435. A. C. 568. V. C. 184. ann. act. 82. At Olymp. XLVII. ½. secundum *Corfin.* I. c. p. 81. aut, iudice *Simsonio* p. 575. Olymp. XLIII. 3. A. M. 3398. ante Chr. 605. V. C. 147. Mitylenaeos rexit, non qua tyrannus, sed vt rempublicam constitueret, aut vt iniuriam aliorum depelleret. Hinc quodammodo dici potuit, a repu-

blica abstinuisse. Sic cum Mitylenaei imperatorem delegerunt aduersus exules, quos ciuitate eiecerant, et quorum duces erant Alcæus poeta eiusque frater Antimenides. vid. *Aristotel.* Politic. III. cap. 10. de qua re aliisque rebus, ad Pittacum pertinentibus, copiosus est *Simson*. I. c. vbi vid. notam *Wesselingii*, contra *Schurzfleischium* in *Notit. biblioth. Vinar.* pag. 248. disputantis. Res, quam *Strabo* XIII. pag. 696. *Polyaenus* strategem. I. cap. 25. et *Diogenes Laert.* in Pittaco fufius narrant, ita se habuit: Atheniensibus et Mitylenaeis de Sigæo dimicantibus, quum Phrynon, dux Atheniensium, Pittacum Mitylenaeorum ducem ad certamen prouocasset singulare, hic reti, sub scuto occultato, eum comprehensum tridente ac pugione confodit. *Herodotum* vero, quod lib. V. cap. 95. vbi p. 425. vide doctam *Valckenaerii* notam, contentione illa memorata, caedem Phrynonis, callida arte a Pittaco peractam, tacuit, ideo reprehendit *Plutarchus*, in lib. de malignitate *Herodoti*. *Schurzfleischium* igitur, qui *Plutarchum*, non recte collatum aut intellectum notarat, refutauit *Wesselingius*. Idem Pittacus Olymp. XLII. A. M. 3393. ante Chr. 610. V. C. 142. Melanchrum Mitylenaeorum tyrannum expulit. vid. *Simson*. p. 571. — *Ethicam Pittaci Mitylenaei* in singulari disput. explicuit *I. Franc. Buddens*, Halae Magdeb. 1699. 4. *Harl.*

<sup>aaaa</sup>) Id improbable videtur *Bruckero* hist. crit. phil. I. pag. 983. *Harl.*

<sup>bbbb</sup>) Vid. supra lib. II. cap. 15. nr. IX. ibique notae ff finem pag. 85. *Harl.*

<sup>cccc</sup>) Vid. *Platon.* in *Protagora* p. 153. tom. III. edit. Bipont. vbi Plato multus est de Pittaco, et vsque ad p. 162. contra plura illius placita disputat. *Harl.*



sis opibus, sed et vitam priuatam praetulerit tyrannidi. Vide *Isidorum Pelus.* lib. V. epist. 6. [P.] *Epistolum*, quod sub Pittaci nomine ad Croesum legitur in *Laertii* lib. I. sect. 81. vel temporum ratio suadet suppositum esse, cum Croesus regnare coeperit Olymp. LV. 3. duodecim post Pittaci mortem annis. At responderi potest, binos fuisse Pittacos, et Mitylaeum legislatorem a priore distinguendum, et aetate iuniorem. Laertius e Fauorino et Demetrii Magnesi Homonymis: *ἐγὼ γὰρ δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης δὲ καὶ μνηστὴρ προσηγορεύθη.* Pittaci imaginem videbis, vbi lubebit, apud Fulvium Ursinum et in Laertio Westleniano, tum in Iac. Gronouii thesauro Antiqq. Gr. tom. II. tab. XXXII. [et in numis Mityl. apud Harduin. pag. 582. de numis vrbium illustratis.]

XXVIII. PROTAGORAS, Abderites e baiulo <sup>add</sup> Democriti auditor, σοφία dictus et λόγος <sup>\*\*\*</sup>, cum et philosophiae et eloquentiae dedisset operam, claruit circa Olymp. LXXXIV. <sup>\*\*\*</sup>) Discipulos habuit complures, e quibus *Antimachus* Mendacum celebrat Plato,

<sup>addd</sup>) Hinc Epicuri scomma Laert. X. 8. vid. *Athen.* VIII. p. 354. [Sed Democriti auditor non videtur fuisse. conf. *Meinert.* hist. doctrinar. apud Graecos, II. p. 174.]

<sup>etee</sup>) Vide ad Aelian. IV. 20. Var.

<sup>ffff</sup>) *Larscher.* in Chronol. Herod. p. 584. ex Eusebio colligit, Protagoram floruisse Olymp. LXXXIV. i. ante C. N. 443. V. C. 311. *Simon.* in Chron. pag. 755. refert ad Olymp. LXXXIV. 3. A. M. 3563. ante C. N. 440. ibique Wesfeling. in nota verba *Philostrati* lib. I. vit. Sophist. 10. *νῆες δὲ ἡπείρου ἀμάβην* interpretatur, Protagoram in mari esse submersum, quum frequenter ex continenti in insulas traiceret: Olearius enim minus recte verterat, ex *Epiro* in insulas transmissurus. Eum Democriti auditorem fuisse, (quod quidem *A. Gellius*, N. A. lib. V. cap. 3. latius enarrat,) incertum esse videtur cel. *Tiedemann* in: *Geist der spekulativen Philosophie*, (vbi cap. XV. persequitur vitam et dogmata Protagorae,) pag. 350 sq. itaque opinatur, Protagoram disciplina Heraclitea primum et potissimum fuisse eruditum. Post Zenonem princeps et clarissimus fuit, qui de re quilibet in utramque partem disputaret, ideoque dici potuit inuenisse *τὰς ἑσπερίους λόγους* (*Endocia* p. 356. et de his vid. *Meinert.* histor. doctr. apud Graec. II. pag. 210.) et primus fuit, qui (teste *Platone* in *Protagora*, tom. III. Opp. edit. Bipont. pag. 166. coll. pag. 99. et 101.) se palam per omnem Graeciam, quasi publico quodam praeconio, *Sophistam* nominaret, se declararet doctrinae virtutisque magistrum, et primus mercedem artificii istius exposceret: quod inceptum atque institutum hand immerito comprobatur *Philostratus* de vitis Sophist.

I. nr. 10. pag. 494. vbi vide Olearium. adde *Diodor. Sicul.* XII. pag. 514. *Isocrat.* Hel. Encom. II. 115. Zeno quidem, (teste eodem *Platone*, Alcib. I. p. 36. tom. V.) Pythodorum Holochi et Calliam Calliadae filios familiaritate *σοφίας καὶ ἰλλογίας* reddidisse, et ab utroque accepisse centum minas dicitur; sed neque pactus fuisse videtur mercedem, neque palam professus, se, praescripto disciplinae pretio capto, docere velle artem suam. Contra Protagoras vbique et palam mercede accepta, copiam sui fecit, et primus semet ipse nominavit sophistam. adde *Platon.* Protagoram, de mercede, pag. 122 sq. et locum classicum apud *Platonem* in *Menone*, vol. IV. edit. Bipont. p. 371 sq. vbi inter alia Socrates dicit, se nouisse virum vnum, Protagoram, qui plures ob hanc sapientiam, n. sophisticam et professionem, se docturum sapientiam et virtutem, quicumque illam velit discere, praescripto disciplinae pretio dato, pecunias cumulauerit, quam aut Phidias aut decem alii sculptores; addit vero: Protagoram annos plus quam quadraginta, quum id nemo in Graecia vniuersa animaduertisset, familiares suos peruertisse, deterioresque, quam acciperet, reddidisse; se autem (Socratem,) putare, Protagoram vita decessisse natum annos paene septuaginta, quadraginta vero in hac arte versatum, ac per omne illud tempus vsque in hanc diem (n. colloquii) clarum existisse. Iunxit vero Protagoras litteras bonas, poesein atque eloquentiam, cum arte disputandi; et in scholis, (quas pulcre falsaque describit Socrates in *Platonis* Protagora p. 96 sqq. tom. III. edit. Bipont.) mercede capta, interpretatus est *Simonidis* aliorumque carmina, narrante id *Themistio* orat. XXIII. pro Sophistis



Plato, [in Protag. pag. 96. tom. III. Bipont.] et Hecataeum Milefium, Suidas in *Ἐναγώνες* [item Prodicum Ceum. vid. Brucker. hist. crit. phil. tom. I. p. 1203. (vbi acta et placita Protagorae enarrantur.) not. b.] *Leges* scripsit Thuriis, teste *Heracleide* apud *Laertium*. IX. 50. <sup>6882</sup>) Praeterea composuit *librum de Diis*, cuius initio, (ex Magorum Persarum disciplina, si credimus *Philostrato* I. de Sophist. pag. 498. [p. 494. Olear.] professus est, se nescire, εἰς αὐτὸν εἶναι, εἰς αὐτὸν ἔχειν, εἰς ὅποιοι τινες ἰδέαν <sup>hhhh</sup>). *Euseb.* XIV. Praeparat. p. 720. et 766. Confer *Leopardum* XI. 11. emendat. *Woneranum* ad Minucii Felicis Octavianum p. 8. et *Menagium* ad Laert. p. 420. Apud *Valerium Max.* lib. I. cap. 1. extern. 7. pro *Diagorae* nomine recte *Protagoras* agnoscit MS. codex Petavianus, quem penes If. Voßium inspexit Marq. Gudius ὁ *μακρογῆρης*. [atque *Protagoram* in textum Valerii Max. recepit Torrenius, cuius notam consules, p. 37.] Sed et apud *Sarisenriensem* V. 4. Policratici p. 222. pro *Pythagorae* nomine legendum *Protagorae*. Verba haec sunt: *Sed forte quid de natura Deorum sentiret, in auribus corrupti populi proloqui non audebat*, (Plutarchus) *qui legeret, combustos esse libros philosophi Protagorae, et ipsum actum esse in exilium ab Atheniensibus, eo quod dubitauerat, an de Diis vera essent, quas vulgo dicebantur*. Plures libros de Diis scripsisse, col-

P p p 3

ligas

phistis p. 289. D. edit. Harduini. adde ipsum Protagorae iudicium in *Platonis dial. Protag.* p. 144 sq. Hinc in *Platon. Protagora* p. 87. Hippocrates Socrati dicit, illum ab omnibus laudari et in dicendo sapientissimum haberi. (*σοφώτατον λέγειν*.) adde pag. 90 sqq. et *Ludou. Cresollium* in theatro rhetorum lib. V. cap. 3. *Io. Ge. Walch.* de praemiis veterum sophistarum etc. §. 10. in eius *Parergis academ.* p. 129. — De eius doctrina et disciplina vide *Cudworth. Brucker. Tiedemann.* I. I. citt. atque ceteros histor. philosophiae conditores. Addam, a *Philone* Iudaeo in lib. de posteritate Caini p. 268. edit. Pfeifferi, mihi amicissimi, vol. II. vbi in nota plura veterum et recentiorum testimonia proferuntur, damnari quoque Protagorae opinionem, mentem humanam esse omnium rerum mensuram, et illum dici Cainis amentiae heredem. Illam sententiam illustrat, locumque in *Diogene Laert.* VIII. 92. prouti in Meibomiana exstat editione, emendat *Rossius* in commentat. Laert. p. 226 sq. De fluxu rerum, quae sensibiles dicuntur, ex mente Heraciti, Protagorae aliorumque, vid. etiam *Bruckerum* in historia philosoph. de ideis pag. 124 sqq. *Harl.*

gggg) Vid. b. *Richteri* not. in hoc vol. p. 38. *Harl.*

hhhh) Protagoram ex perfica disciplina impium illud effatum, quod apud *Philostatum* pag. 494. edit. Olear. ita sonat, illum dicere suasisse, se dubitare, *ἄρα αὐτὸν θεοῖς, ἄρα ἔν αὐτῷ*, hausisse, admodum improbable est, nec consentit cum disciplina magorum; nec, quia de diis coram vulgo disere-

re noluisse, quod imitatione Magorum fecisset, ideo crimine atheismi potuerat inculari. Tum *Philostratus* Democriti historiam confundit cum Protagorea, vti ostendit *Bruckerus* histor. crit. philos. I. p. 1201 sq. *Sextus Empir.* adu. mathem. IX. sect. 40. pag. 564. (vbi *Fabricius* in nota B. plura dabit,) prodidit, Protagoram disertis verbis scripsisse: *περὶ θεῶν, ἄρα ἢ ἀόη, εἰς ὅποιοι τινες αἶσα, δύναμαι λέγειν*. Propter hanc impiam sententiam ab Atheniensibus condemnatus patriaeque pulsus est, eius libri in foro combusti, et sub praeconis voce, a singulis, qui illos habebant, inuestigati sunt: quod quidem primum fuit exemplum publicae eiusmodi acris inquisitionis et concremationis, a sacerdotibus aut sacrificulis institutae, et a sacro furore postea inter Christianos saepe praeter necessitatem restauratae. vid. *Diogen. Laert.* IX. 52. ibique interpr. *Cicer.* de N. D. lib. I. cap. 23. vbi vid. *Dauis. Hieronym.* in chronico Eusebiano, Olymp. LXXXIV. pag. 507. edit. Vallars. *Ioseph.* contra Apion. II. 37. Nimis acerbè condemnatum *Parker.* in Cogitationibus de deo etc. disp. I. sect. 11. pag. 27. adde *Io. Francisc. Buddei theses de atheismo* pag. 55-74 sq. Contra *Gisbertus Voetius* in diss. de atheismo pag. 196. purgat Protagoram ab illo crimine, quod mythologicam deorum theologiam tantummodo explodere sustinuerit: nec multum repugnat *Reimannus* in historia atheismi pag. 129 sqq. qui vero praeter necessitatem in *Cicerone* de N. D. L. 23. sic rescribendum putat dogma Protagorae, *de diis neque ut sint, neque ut non sint, non habeo dicere.* *Harl.*



ligas e latina versione *Laertii* IX. 54. sed colligas male, quia nihil aliud in graeco legitur, quam primum omnium scriptorum suorum recitatum a Protagora librum de Diis. Alia ipsius scripta fuere: *Περὶ τῶ ὄντος* <sup>iii)</sup> ἢ *περὶ φύσεως*, *Porphyr.* apud *Euseb.* X. 3. Praeparat. *Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ* <sup>kkkk)</sup> *καταστάσεως*, *Laert.* IX. 55. *Ἀντιλογιών* duo, *ibid.* et III. 57. et 57. ubi Platonem in libris de Rep. ex hoc [P] opere profecisse notat. *Περὶ πολιτείας* id. IX. 55. *Περὶ φιλοτιμίας*. *Περὶ ἀρετῶν*. *Περὶ τῶν ἐν αἰδῷ*. *Περὶ τῶν ἐκ ὁρῶς ἀνθρώποις πρασσομένων*. *Προσακτικός*. *Τέχνη ἐριστικῶν*. *Περὶ πᾶλης*. *Δίκη ὑπὲρ μισθῶ, περὶ τῶν μαθημάτων*. *ibid.* Protagorae μῦθον de natura, benignissima animantibus matre, et mente instat omnium a Ioue data hominibus, memorat *Isidorus* imp. Orat. VI. pag. 194. [v. omnino *Wernsdorf.* ad *Himerium* pag. 745.] Locum eius de Pericle, obitum filiorum forriter ferente, refert *Plutarchus* consolat. ad Apollonium pag. 118. qui cum Protagora versatum Periclem refert in huius vita pag. 172. Videndus et Plato in Protagora, et Cicero in Bruto cap. 12. Protagorae *rerum illustrium disputationes* commemorans, qui deinde communis appellati sunt loci. Scepticismum eius multis confutavit Democritus, teste *Plutarcho* aduersus Colotem pag. 1109. Alius Protagoras astrologus, in quem Epicedium scriptum ab Euphorione, testatur *Laertius* IX. 56. nescio an diuersus a Protagora <sup>iiii)</sup> Cyziceno, cui Alexipharmaca sua inscripsit Nicander Colophonius. Protagoram etiam quendam Stoicum *Laertius* memorat, cuius forte libros Geographiae praeter *Photium* cod. CLXXXVIII. laudat *Marcianus Heracleota*, et *Tzetza* Chil. VII. v. 648. videtur memorare inter scriptores mirabilium Historiarum. Fuit et Protagoras Cyprius, Euagorae F. frater Pythagorae ac Nicoclis, cuius meminere Xenophon ac Pausan. [de quo vide *Simson.* in Chron. ad Olymp. CVII. 2. p. 894 sq.] Critonis Protagoras dialogus intercidit.

XXIX. ZENO, Eleates, Parmenidis <sup>mmmm)</sup> auditor, et Melissi, teste *Euseb.* Praepar. XIV. p. 758. praeceptor Leucippi ac Periclis, (*Plutarch.* in Pericle p. 154.) clarus circa Olymp. LXXXIX. <sup>nnnn)</sup> De huius vita et placitis non repetam, quae viri docti ad *Laertium* IX. 25 sq. et

iii) Apud *Sextum* VII. contra Mathematic. (pag. 149.) sect. 65. non memoratur hic liber Protagorae *περὶ τῶ ὄντος*, ut visum Menagio, Sexti codices mendosos esse existimanti: sed Gorgiae *περὶ τῶ μὴ ὄντος*, ut infra cap. 26. §. 5. adnotavi.

kkkk) Varie hic titulus redditur. Aldobrandinus: de prima commendatione, quasi *συνάσεως* legisset. Alius interpretes: de statu rerum in principio. Sed *Stanleius* p. 769. Hist. Philos. De constitutione Principatus, quae non absurda est interpretatio.

lll) Etiam Protagoridam quendam Cyzicenum laudat *Athenaeus*, eiusque libros *περὶ τῶν ἐν Διῶφι ἀγώνων ἢ πανηγύρεων* itemque alios *περὶ τῶν καμμένων ἰσορίων*.

mmmm) *Plutarch.* aduersus Colotem pag. 1126. *Euseb.* XIV. Praeparat. p. 758. *Plutarch.* in Pericle pag. 154. *Fabric.* Plato in Parmen. vol. X. Opp. edit. Bipont. pag. 72. scribit, *ἄγισθαι αὐτὸν* (Zenonem) *παίδην τῷ Παρμενίδῃ γειτονῷ, ἐν δέλι-*

*οῦς Παρμενίδῃ fuisse*: quod quamquam moribus Graecorum non omnino repugnat, tamen *Athen.* XI. p. 505. F. valde culpat Platonem ob illam calumniam. Locum *Diogenis* IX. 25. ex Apollodori chronicis corrigi *Rossius* in commentat. *Laert.* pag. 190 sq. *Harl.*

nnnn) *Diogenes Laert.* IX. 29. fin. distincte scribit, Zenonem floruisse Olymp. LXXIX. *Simson.* autem in Chronico pag. 698. et *Corsinus* Fast. attic. III. p. 134. ex illo *Diogenis* *Laertii* loco colligere voluerunt, Zenonem floruisse Olymp. LXX. sed sequuti sunt vitiosas editiones, quarum errorem correxit Menagius e Suida, cui addas *Eudociam* pag. 204. Idem quoque *Corsius* in Syllabo philos. praem. eius edit. *Plutarchi* de placitis philos. p. XXXV. ait, Zenonem debuisse, quod Periclem, qui in bello peloponnesiaco obiit imperator, erudiuit, iam ante Olymp. LXXXVII. florere. Atque ex aetate Parmenidis *Dodwell.* in Exercit. II. p. 220. ita aetatem Zenonis definiuit. *Ann-*  
num



et acutissimus Baylius in Lexico. Exstat et *Aristotelis* liber de dogmatibus Zenonis, Xenophanis et Gorgiae: [de quo libro v. ad Xenophanem §. II. adnotata.] Scripta illius plurimae olim ferebantur. Laertius: Γέγονε δὲ ἀνὴρ γενναῖότατος καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ. Φέρεται γὰρ αὐτῷ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα. Idem III. 48. Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. Et dialecticae inuentorem laudat in prooemio sect. 13. et lib. IX. 25. Suidas ait, eum scripsisse *ἡρίδας*, et πρὸς τὰς φιλοσόφους et περὶ φύσεως.

num egit Parmenides, quum Athenis effet sociumque haberet Zenonem Eleatem, LXVum, Zeno autem ipse fere XLum, teste in Parmenide *Platone*, [p. 209. edit. Fischeri Plat. dialogorum, Sophista, Politicus, Parmenides, Lysias, 1774. 8. siue vol. X. edit. Bipont. p. 72. τὸν μὲν Παρμενίδα — — περὶ ἑτῆ μάλιστα πάντα καὶ ἰξήκοντα. Ζήνων δὲ, ἰγγὺς ἑτῶν τετρακόντα τότε ἦναι.] Esto de primo Olympiadis anno intelligatur Laertius [IX. 23. Parmenides ἡμᾶς κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἰξήκοντη Ὀλυμπιάδα.] Ita annus Parmenidis LXV. conveniet Olymp. LXXXV. 2. Proinde Olymp. LXXXV. 2. natalis erit Zenonis, qui fuerit proinde sexennio maior condiscipulo Empedocle. De eius placitis, inventis aliisque rebus, ad illum pertinentibus, vid. praeter laudatos viros *Cudworth*. in *system. intellect.* tom. I. p. 603 sqq. edit. Lugd. Bataui. item p. 33. 177. not. 212. *Stanley*. hist. philos. part. X. p. 12 sqq. edit. Venet. tom. III. *Brucker*. hist. crit. philos. vol. I. pag. 1167 sqq. et in *Appendice*, siue vol. VI. pag. 318. vbi praesertim inquirat, num et quo sensu Zenoni tribui possit inuentio dialecticae. *Meiners*. in historia doctrinarum inter Graecos etc. tom. I. pag. 710 sqq. et in praefat. ad part. II. p. 32. idem in part. II. lib. VI. cap. 2. p. 169 sqq. persequitur historiam veterum Sophistarum, quorum caput dici potest Zeno, qui ostentationis et interdum quaestus causa philosophabatur. vid. *Platon*. Alcibi. I. p. 36. tom. V. edit. Bipont. et ad §. antecedentem notata. Atque principem Sophistarum fuisse Zenonem, propter eius artem atque consuetudinem, de re qualibet in utramque partem disputandi, propter facultatem ea oppugnandi, quae sensus communis vel probare, vel reiicere solet, denique propter vim eloquentiae et auditorum, quocumque voluerit, secum rapiendorum, contendit cum Isocrate in laudatione Helenae II. pag. 115. edit. Batt. aliisque cl. *Tiedemann*. in: Geist der spekulativen Philosophie, tap. 12. quo de Zenone agitur, pag. 298. et 300. Zenonem tamen atque Melissum Sophistarum numero eximit cl. *Meiners*. in hist. doctrinar. apud Graecos etc.

tom. I. p. 712. et tom. II. p. 225. quod illi neque oratores, neque magistri eloquentiae atque politici essent. Enimvero artem sophisticam inprimis calluit atque exercevit Zeno. Omnis igitur controuersia vertitur in notione Sophistae. conf. *Ludou. Cresollii* theatrum rhetorum, in Gronouii thesauro antiq. graec. vol. X. *Io. Georg. Walch*. de praemiis veterum Sophistarum, rhetorum et oratorum §. 2. et 3. in eius *parergis academic.* p. 105 sqq. De coniuratione eius aduersus Nearchum tyrannum et quomodo deprehensus ab eo sit excruciat, vid. *Diodor. Sicul.* pag. 250. Excerpt. Peiresc. siue tom. II. p. 557 sq. edit. Wesseling. qui quorundam narrationes de tormentis atque explanationes in notis iam comparauit. *Cicero* de N. D. III. 33. Anaxarchum, ait, Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus; Zenonem Eleae in tormentis necatum, et quaeq. tunc. II. 21. (vbi *Dauis*. in not. variorum diuersas narrationes atque errores recenset.) Zeno proponatur Eleates, qui perpeffus est omnia, potius quam conscios delendae tyrannidis indicaret. Pluribus disputat *Bayle* in *Diction. tom. IV. voc. Zenon.* p. 537 sq. not. C. Num Atheis adnumerandus sit nec ne? disputant viri docti. *Bayle* non omnino, *Reimann*. tamen in *histor. atheismi* p. 207 sqq. eum ab hac infamia plane liberat: *Buddens* in thes. de atheismo notam impietatis illi inurit. Cautius ac moderatius sentiunt, suspendendo iudicium, *Mashejm*. ad *Cudworthi* *syft. intell.* I. pag. 605. not. et *Brucker*. hist. crit. phil. I. p. 1170 sq. Ad Pantheismi defensores Zenonem referri non posse, docet cl. *Buhle* in *commentat. de ortu et progressu pantheismi* p. 15 sq. Neque enim placita eius intelligi aut diiudicari debent ex libr. *Aristotelis* de dogmatibus Zenonis etc. quoniam placita in capite III. fragmenti illius *Aristotelici*, non Zenonis sunt, sed Xenophanis. *Harl.*

0000 Dialectices auctor fuisse fertur Zeno. Sic *Aristoteles* apud *Diogenem Laert.* IX. 25. vbi vid. *Menagium*, et *Sextum Empir.* VII. adu. Mathem. vbi vid. *Fabricii* notam *M.* p. 371. *Gassendus* de origine



Φύσεως. Addit etiam, composuisse *ἐξηγήσιν τῶν Ἐμπεδοκλέους* <sup>pppp</sup>, quod temporum ratio vix patitur, neque enim Empedocles Zenone hoc Eleate antiquior, sed iunior fuit, natus demum Olymp. LXXVI. 4. Fuere et Zenones alii <sup>rrrr</sup>, ut *Zeno Citieus*, Stoicae sectae [P] conditor, Olymp. CXXX. adhuc superstes, quem cum Eleate confundunt *Epiphanius* haerese V. 1. et *Ammianus Marcellinus* XIV. 9. vbi vid. Vales. atque e recentioribus Iacobus Gronovius tom. II. Antiquitatt. Graecar. tabula LXIV. imaginem Zenonis referens, quam habes etiam in Fulvii Ursini elogiis pag. 65. et in Laertio Weststeniano. [de quo infra in Catalogo Stoicorum vberius differemus: in eodem catalogo aliquot *Zenones*, Stoici philosophi, nominabuntur. adde *Ionsum* de scriptor. hist. philos. II. cap. 1. p. 136 sq. edit. Dornii.] *Zeno Sidonius*, philosophus Megaricus, quem hic, de quo iam dixi, Citieus, audiuit. Vide *Menagium* pag. 279. ad Laert. *Zeno* alter, *Sidonius*, iunior, philosophus Epicureus a Cicerone et Pomponio Attico frequentatus, de quo vide, si placet, *Petrum Baylium* in Lexico h. v. *Zeno Tarsensis*, Chrysippi Stoici discipulus, de quo *Lipsius* lib. I. Manuduct. cap. 11. *Zeno Medicus*, Herophileus <sup>rrrr</sup>, de quo Harduinus ad Plinium. Itemque alii *Menrso* ad Chalcidum

origine et varietate logic. cap. I. *Gerk. Io. Vossius* de natura et constit. log. cap. VIII. 2. alique senserunt. vid. *I. G. Walch.* de origine artis logicae, in eius *Parergis academicis* p. 498 sqq. At illud non ita intelligendum esse videtur, ac si Zeno primus inuenerit, aut docuerit artem logicam, quae ab dialectica antiquissima multum differt. Atque *Sexto Empir.* I. c. sect. 6. Parmenides videtur non fuisse imperitus dialecticae. Immo vero artem cogitandi et concludendi homines diu ante Zenonem calluerunt atque exercuerunt. Sed ideo auctor dialectices dici potuit, quod inprimis valuit vi ac solertia de qualibet re captiose differendi, eaque arte fraudeque in aliis refutandis et colloquiis cum aliis, quos flexionibus captiosisque quaestionibus et contortis syllogismis, siue structis fallaciis minutisque conclusiunculis, (vid. *Aristot.* *Phys.* VI. 9. et 14.) conturbabat, tam frequenter callideque usus est, ut futuris sophistis hac in arte fax fieret atque exemplum, adeoque dialectices auctor videretur. Illam artem *Isocrates* I. ad Nicoclem pag. 79. *λόγῳ ἱρισμῶς*, Plato autem modo σοφιστικῶς, modo ἱριστικῶς vocauerunt. vid. cel. *Meiners.* hist. doct. apud Graecos etc. tom. I. p. 710 sq. et tom. II. p. 210. et *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. p. 1168 sq. ac vol. VI. p. 317 sqq. Pari sensu, quod artem scite callideque rogandi respondendique et aliis in sermonibus, quaecumque, licet falsa et inepta, voluerit, persuadendi, tenuit atque adhibuit, ut vel in ea reliquis fieret exemplum, auctor dialogorum apud *Diogenem Laert.* III. 47. dici potuit. Hinc *Timon* apud *Diog. Laert.* IX. 25. cum vocavit ἀποφωτεργύλασσαν, h. e. interprete *Rossio* in Commentatt. pag. 194. utriusque personae, quas loquentes

facit, lingua et sermone bene utentem, et αἰτίας ἀλλήλων, h. e. *mutuorum reprehensorem*, ei quoque tribuit *μῆνιν ἐν ἀλάστον magnam et inuictum robur*. De argumentatione, *Achilles* dictus, quam secundum *Diogenem Laertium* IX. 29. Zeno quoque inuenisse perhibetur, copiose disputarunt *Menagius* ad *Diog. Laert.* II. 108. pag. 123. et IX. 23. pag. 402. *Walch.* in *parerg. acad.* p. 503. *Tiedemann.* in: *Geist etc.* p. 293. Quando autem *Diogen.* IX. 23. et 29. ex Phauorimo illius rogatiunculae inuentionem tribuit Parmenidi, maior est auctoritas *Aristotelis*, qui *Phys.* VI. 9. illam gloriolam, quae si reuera est, vindicat Zenoni. Tum probabile est, eatenus in primis illam adferri posse Zenoni, quod hic forsitan eam frequentius adhibuerit. Denique in *Diogen.* IX. 29. de Zenone, verba *Φαυρίωνος δὲ φασὶ Παρμενίδην* tamquam glossema deleri iubet *Rossius* I. c. p. 195 sq. *Hart.*

pppp) *Eudocia* pag. 204. paululum discedit aut errat: *ἐξηγήσιν, αἱ, ἱριμῶς, ἐξηγήσιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τὰς φιλοσόφους περὶ φύσεως. Hart.*

qqqq) Apud *Valerium Max.* III. 3. externa 3. eiusdem nominis *Philosophus* non est alius Zeno, sed idem, de quo ante dixerat, Zeno Eleates. *Fabric.* vid. *Torrenium* ad *Valerii* locum, in primis *Perizon.* animaduers. histor. cap. II. p. 88 sq. meae editionis *Hart.* add. Chr. Lud. Crellii Progr. de Zenone. L. 1724. 4.

rrrr) H. e. qui sectam Herophili sequebatur, et de notis scripserat, quibus vsi sunt medicorum filii in libris Hippocratis. vid. *Petrum Castellanum* in vitis veterum ac illustrium medicorum, in *Gronovii*



cidium p. 30. *Ioniso* <sup>ssss</sup>) p. 116 sq. de Scriptoribus Hist. Philos. et viris doctis ad Suidam, ac *Laertium* VII. 35. dicti. De *Zenone Cyprio*, Iuliani imp. temporibus archiatro dixi ad Eunapium. [at nec editio nec notae Fabricii lucem adpexerunt.] *Zemonis* cuiusdam somnium refert Artemidorus IV. 33. Mitto *Zenonem* Tyri episcopum, *Zenonem* Veronensem <sup>ssss</sup>) et alios huius nominis, in Historia Ecclesiastica obuios. *Fabric.* Addantur *Zenon* Citiensis iunior, rhetor, qui in orationes Lysiae commentarios scripsit: *Zenon* grammaticus, *Zenon* Myndius, *Zenon* Phoenicius, *Zenon* Aschera, (de quibus Fabricius passim egit, ut ex indice cognoscas). — *Zeno* statuarius et sculptor, Aphrodisia, in minere Asia, hodie Geyra, ortus. Exstat in eum epigramma, quod male dedit *Winkelmann*, in historia artis antiquae, part. II. pag. 401. edit. Vindobon. aut ital. versionis, Mediolan. 1779. tom. II. p. 294. Σταφιδας, nouamque neque cognitam verbum, *Staphin* in Asia, finxit; quum sit legendum *Ἀφροδισίας*, ut recte legitur illud epigramma in Catalogo di Monumenti scritti del Museo del Signor Tommaso Jenkins in Roma, 1787. fol. p. 36. oblectante *de Murr*, V. C. in novis ephemerid. Noribergens. plag. 102. 1790. pag. 809 sq. *Harl.*

[Propter temporis rationem commodum videtur, reducere instar postliminii atque inferre, quae *Fabricius* lib. VI. cap. 16. in notitia scriptorum Lucianeorum ar. 72. vol. III. pag. 902. n. de *Timone* misanthropo scripserat:

**TIMON** Atheniensis Echecratides e tribu Colyto, clarus fuit circa tempora belli Peloponnesiaci, quod gestum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante C. N. 432. Timonem, se ipsum deferentem ob Alcibiadis amores finxit *Libanius* declamat. IX. tom. I. p. 343. *Callimachi* in eum epigramma III. 7 Anthol. Ab hoc Antonius ab Augusto victus regiam suam vocavit Timonium; in ea deinceps Timonis ad instar procul ab hominum consortio victurus, teste *Strabone* XVII. p. 546. Confer *Plutarchum* in Antonio p. 984 sqq. qui inter dicta eius quaedam et *Callimachi* epigramma adfert Timonis epitaphium, et ab Aristophane et Platone Comicis ob *μισανθρωπίαν* reprehensum refert. At Pseudo-Plato philosophus epist. 24. inter eas, quas Allatius edidit: *συνέγνων, αἶν, ὅτι Τίμων ἐκ τῆν ἀρεῶν μισάνθρωπος, μὴ εὐρίσκων μέν- τιν ἀνδραπέδα, ἐκ ἡδονῶν τοῦ θηρίου φιλεῖν*. De hoc Timone et moribus eius *Suidas* in Ἀπορ- ρῶγας. Hunc inferorum ianitorem fingit *Lucianus* II. ver. histon. tom. I. p. 683. " Hactenus *Fabric.* Timon satis notus est ex eleganti facetoque Luciani dialogo, *Timon* inscripto. Philosophis quoque accensetur. vid. *Plinium* hist. nat. VII. cap. 19. et *Suidam* voc *Τίμων*, vbi vid. Küster. *Menagius* tamen ad *Diogenem Laertium* IX. 112. (vbi de Timone quaedam produuntur memoriae) in Suida pro: *καὶ αὐτὸς φιλόσοφος* malit legere *καὶ ἄλλος φιλόσοφος*. De moroso eius ingenio auctores utriusque linguae multa narrant. Eius tamen defensionem suscepit

*Gronovii* thes. antiq. graec. vol. X. pag. 874. vbi quoque de *Herophilo*, et p. 895. de *Zenone*, qui sub principatu Iuliani apud Alexandrinos floruit, strictim agitur, *Menagium* ad *Diogenem Laertium* III. 65. et cl. *Villoison*. in prolegom. ad *Homeri Illada*, edit. Venetae p. XX. qui monet, tom. V. operum Galeni, edit. Basil. 1538. pag. 418. male legi *Ζήνων καὶ Ἡρόφιλος*, et corrigendum esse, *Ζήνων ὁ Ἡροφιλος*. Alios *Zenones* medicos recensuit

Vol. II.

*Fabric.* in Elencho medicorum veterum, vol. XIII. pag. 454. *Harl.*

<sup>ssss</sup>) II. 1. §. 3. pag. 138 sqq. edit. Dorn. vbi is quindecim *Zenones* recenset. *Harl.*

<sup>ttt</sup>) Circa Ambrosii aetatem, siue a. 370. vid. *Christi*, *Daumium* ad Diuorum patrum veterumque eccles. doctorum, qui oratione soluta scripserunt, homilias — in festum nativ. I. C. Cygneae, 1670. 8. *Harl.*

Q 999



fulcepit *Tanaquil Faber*. in animaduersioni ad *Luciani Timonem*: sed argumenta eius diluunt et alia de *Timone Misanthropo* collecta explicuit *Gottlieb Stolle* in *Obseruat. LVII. in Miscell. lan. Lipsiens. tom. III. Lipsiae, 1716. 8. p. 70—100.* — De *Timone*, Sillographo poeta, et discipulo *Pyrrhonis Sceptici*, vid. *Laert.* IX. 112 sqq. ibique interpretes; supra in notitia tragicor. deperditorum v. *Timon*, et nos infra in vita *Pyrrhonis* atque catalogo scepticorum vberius de illo differemus. Praeter ea alii *Timones* occurrunt: *Timon* Eleus, qui de ceteris Graeciae certaminibus quinquertii palmas tulit, et cui in Olympia statua posita est cum elegis, omnes eius viri victorias testantibus, quod relatum legimus apud *Pausan.* lib. V. cap. 2. p. 379. qui eandem statuam quoque memorat lib. VI. cap. 16. p. 491. — *Timon*, Tegeates, qui, quum *Arcades* coloniam *Megalopolin* mitterent, inter primos est electus, teste *Pausania* lib. VIII. cap. 27. pag. 654. — *Timon* in arte statuaria celebris, apud *Plin.* H. N. lib. 34. cap. 8. — *Timon*, Aegyptius, Helenae pictricis pater, apud *Photium* Ecl. CXC. — *Timon*, *Plutarchi* frater, in *Plutarchi* libro de frater. amor. pag. 387. E. et colloquens inducitur in *Plutarchi* *Sympos.* lib. I. p. 613. E. atque in lib. de sera numinis vindicta, pag. 2. edit. *Wytenbach. Harl.*

XENIADES, antiquissimus philosophus, incertae aetatis, *Corinthius*, *Democrito* antiquior. Dogma eius fuit, omnia esse falsa, et omnem phantasiam omnemque opinionem esse fallacem, vid. *Sextum Empiric.* II. *Pyrrhon.* sect. 18. adu. *Logicos* I. siue adu. *mathem.* VII. sect. 53. (vbi *Fabricius* not. D. p. 381. adnotat, videri nullum eius iam amplius, quam *Sextus* scriberet, exstitisse monumentum; sed, quae de eo referret ille, ex *Democrito* petuisse,) ibid. sect. 388. 399. (vbi dogma eius sic exponitur, omnia visa esse falsa, et nihil omnino esse veri in rebus,) denique lib. VIII. sect. 5. — Ab illo diuersus fuit *Xeniades*, itidem *Corinthius*, homo diues et avarus, qui emit *Diogenem Cynicum*. vid. *Menagium* ad *Diog. Laert.* VI. 74. et infra in catalogo philosoph. cynicorum, atque cl. *Meiners.* in histor. doctrin. apud Graecos etc. tom. I. pag. 612. not. Ab eodem *Meiners* ad antiquissimos philosophos refertur ibidem

BVTO Atheniensis. Quis vero hic sit, equidem nescio: an operarum peccatum est, et exarari debuit *Bodon*, qui *Xenophanis* praeceptor fuisse apud *Diogen. Laert.* IX. 18. dicitur? Hic vero etiam est homo alias ignotus. *Harl.*

XXX. SOCRATES, *Sophronisci F.* philosophus egregius et philosophorum vtilissimus, Atheniensis, cicutam iussus bibere, archonta *Lachete*, Olymp. XCV. i. aetatis 70. teste *Eusebio* Chron. *Arifide* Orat. 2. *Platonica*, et *Laertio* II. 44. licet auctor *Chronici Paschalis* pag. 168. Socrati tribuerit annos aetatis nonaginta, et toxicum hausisse refert Olymp. CIV. i. *Fabrie.*

#### E P I M E T R O N.

Cui non dictus *Hylas*? nam de paucis antiquioribus philosophis, et de nullo, qui aetate superior esset, *Pythagora* excepto, plura aequae in vtramque partem disputata sunt, quam de *Socrate*, (cuius vitam ac disciplinam plurimi iussis celebrarunt laudibus; nonnulli tamen in illo nunc laudando, nunc vituperando modum excesserunt,) eiusque schola factum esse constat. Atque ego ipse migrarem leges instituti, rebus pluribus alioquin nemini paene, qui vel primis



primis labris antiquam gustauit historiam non cognitis, si vel plurima, quae de illius vita, fatis, disciplina, moribus interituque ab antiquioribus aequae ac recentioribus tradita sunt, repeterem. Ille tamen, quoniam caput factum est tot amplissimarum familiarum, eiusque, (vt Cicero ait Tuscul. quaest. V. 5.) multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo plura genera effecit dissentientium philosophorum, omnino dignus est, de quo paullo vberius, quam de reliquis in hoc capite factum est, disputetur. Neque vero omnes, qui vel separatim vel passim in operibus, de Socrate egerunt, enumerabo, nec, tanta illorum copia, id me facturum esse, promittere audeam. Insuper alii, Cudworth. Mosheimius, Brucker. Adélung, et reliqui historiae philosophiae auctores, nec non conditores britannici historiae vniuersalis, ex veris Baumgartenii vol. V. p. 389 sqq. multos, in eodem argumento versatos, excitauit. Iam antiquioribus temporibus haud pauci pro Socrate aut contra illum scripserunt; quorum vero opera interisse, in fine huius paragraphi adnotabitur. Antiquissimi, e quibus historia, ingenium doctrinaque Socratis adhuc possunt cognosci, auctores sunt *Xenophon* in Memorabilibus Socratis dictis, lib. IV. ex quibus incorrupta philosophi doctrina percipitur, *Plato* in dialogis, in quibus tamen suas is opiniones, placita iudiciaque Socraticis frequenter substituit aut immiscuit, *Diogenes Laertius* lib. II. de vita Socratis, ubi Menagius reliquique interpretes sunt consulendi, *Dio Chrysostomus* in oratione de Socrate, nr. LIV. p. 556. Lutet. 1604. fol. f. tom. II. pag. 280 sq. edit. Reisk. et or. LV. de Homero et Socrate, p. 558. edit. Lutet. f. p. 282 sqq. edit. Reisk. (Dio Chrysost. in hac comment. Socratem negat fuisse Archelai discipulum; contra adfirmat, eum fuisse imitatore[m] aut aemulum Homeri, et instituit vtriusque comparisonem, quae quidem non semper apta esse videtur.) *Lipanius* in declamatione pro Socrate, edita cum Aristidis oratione aduersus Leptinem etc. ex cod. Veneto D. Marci a cel. *Morrellio* Venet. 1785. 8. pag. 190 sqq. — E recentioribus hic quosdam nominabo, qui fustius enarrarunt vitam placitaque Socratis: nam, qui singulas tantum historiae Socraticae partes adtulerunt aut exposuerunt vberius, per occasionem indicabo, nec paucos scriptores de habitu corporis, moribus, ingenio, dogmatibus, morte, scriptis et vxore Socratis excitatos videbis in Catalogo biblioth. Bünauianae vol. I. tom. II. p. 1613 sqq. et a *Struuo* atque *Kahlo* in Biblioth. philos. cap. 3. de scriptor. hist. phil. pag. 214 sqq. Ad iudicium vero de Socrate eiusque disciplina iudicium ferendum, omnino est sciendum, quatenam ciuitatis atticae, a potentioribus turbatae, et iudiciorum forma, quae philosophandi ratio, et quinam ciuium mores perdit illius aetate fuerint, quam valde contaminarint popularium animos sophistarum artes vitiaque, quam mire Socratis iunioris, sophistarum fraudibus et fallaciis eruditi, eorumque captionibus laqueisque irretiti, doctrina atque ingenium diuersa fuerint ab senioris Socratis indole atque disciplina, multo meliore et liberali, pristinaeque consuetudini atque sophistarum prauitati ac luxuriae plane repugnante. Quibus cunctis non recte consideratis atque comparatis, multa erunt obscura in omni vitae Socraticae historia, neque de eius docendi ac philosophandi ratione causisque interitus legitime poterit iudicari: id quod in quatuor prolesionibus de consilio, quod Aristophanes in comoedia, *Nubes* inscripta, habuisse videtur, Erlangae, 1786 sq. ostendere et copiosius explicare studui. Enimvero antequam de vita et ingenio doctrinaque Socratis, quantum instituti et bibliothecae nostrae ratio patitur, quaedam disseram, primum qui nostri historiam concinnarunt, viro- rum doctorum operam commemorabo, tum de tempore, quo vitae lucem adspexerit, et iniuria ac iniquitate iudicium amiserit, breuiter agam.



De libris *Jo. Lud. Batfai* de vita Socratis, Paris. 1650. 8. et *Socrates christianus*. Arnheim. 1675. 12. lingua gallica scriptis vid. *Morhefi* Polyhist. philosoph. lib. I. cap. 3. §. 2.

*La Vie de Socrate*. Par *François Charpentier*, de l'academie françoise. III. Edition revue et augmentée, à Amsterd. 1699. 12. — germanice libereque, multis rescissis atque omiſſis, verſa a *Christiano Thomafio*, primum Halae Magdeb. 1693. 8. deſu 1720. 8.

*Andr. Winbom* diſſ. de Socrate. Vpſal. 1734. 8.

*Dan. Heinfii* Socrates, ſive de doctrina et moribus Socratis, oratio XXIII. inter D. Heinfii orationes. edit. nou. Lugduni Bat. 1615. 8. et 1627. 8. p. 282 ſqq. Preſſe, at grauitè beneque deſcribit tempora reipublicae vitamque et merita Socratis.

Reſſexions de l'Abbé de *St. Pierre*, ſur la Vie de *Socrate* et de *Pomponius Atticus*, in ſiſ opusculis politicis, tom. X. p. 76 ſqq. Rotterdam. 1735. 12.

*Abrah. Grauii* hiſtoria philoſophica, Franck. Friſ. 1674. 8. lib. III. cap. 8 — 10. pag. 389 ſqq.

*Von Feuſon* Kurze Lebensbeſchreibungen und Lehrſätze der alten Philoſophen, (germanice vertit *von Loſe*.) nr. XV. pag. 190 ſqq.

*Stanlei*. in hiſtor. philoſophiae, tom. I. part. III. ex verſione *Gottfr. Olearii*, (qui inſeruit diſſertationem ſuam de Genio Socratis, Lipſiae, 1702. habitam.) et edit. Veneta pag. 213 — 219.

*Brucker*. in hiſtoria critica philoſ. vol. I. pag. 522 ſqq. et vol. VI. pag. 221 ſqq.

*Chriſtoph. Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum in Graecia et Romae, (Geſchichte des Uſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom.) vol. II. lib. VII. cap. 2. pag. 346 — 540.

The Life of Socrates, collected from the Memorabilia of Xenophon and the Dialogues of Plato, and illuſtrated farther by Aristotle, Diod. Siculus, Cicero, Apuleius, Max. Tyrinus, Boethius, Diogenes Laert. A. Gellius and others, by *Gilbert Cooper*, Lond. 1749. — edit. H. 1750. 8. qui liber francice verſus, *La Vie de Socrate*, traduite de l'Anglois. Amſterd. 1752. 12. prodiit.

(*Adelung*) in Geſchichte der Philoſophie für Liebhaber, tom. I. pag. 360 — 376. — *Gurlitt* in Abrifs der Geſchichte der Philoſophie, pag. 49 ſqq.

*Barthelemy* in Voyage du jeune Anachariſis en Grèce, tom. VI. p. 95 ſqq. etc. ed. *Bignon*.

[*Sokrates von Wilhelm Friedrich Heller*. Francof. ad Moen. 1790. II. voll. 8.]

Hos adèant, qui plura de Socrate ſcire copiant. Natus vero eſt Olymp. LXXVII. 4. ſexto menſis Thargelionis (conſ. praeter Diogen. Laertium et Suidam in v. *Sonperno*, *Asiani* V. H. lib. II. cap. 25. ibique *Rühlm.* et *Perizonii* notas.) h. e. ſecundum *Edw. Simſonis* computationem, A. M. 3536. ante C. N. 467. V. C. 285. (ſ. apud *Hamberger*. in: Zuverlässige Nachrichten, vol. I. p. 177. A. M. 3536. a. Ch. 468.) aut, Olymp. LXXVII. exeunte anno tertio, ut *Corſius* in Faſt. attic. tom. II. p. 46 ſqq. contra *Palmerium*, *Scaligerum* et *Menſium* diſputans, late offendit, quem ſequitur cl. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 45. adde eundem *Corſium* ibid. tom. II. p. 320 ſq. et tom. III. p. 280. de tempore, quo inſiquitate iudicum condemnatus perit;



perit; et *Stanleium* in hist. I. c. cap. 1. Atque quoniam Socrates extinctus est Olymp. XCV. 1. annos natus ἐβδομήκοντα καὶ πλείων, inde iam Dodwellus in Annalibus Thueydideis, Duckeri edit. Thueydidis adnexis, p. 34. docuit, Socratis natalem incidere in Olymp. LXXVII. 3. (aut uti in Exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 221. scripsit 2.) s. ante C. N. 469. adde *Valcken.* in Diatr. Euripid. p. 190 sq. — Crito, dives philosophus, Socratem, cognito illius amore et philosophiae studio, traduxit ab officina patris, lapidarii, (vid. *Cyritum* in Iulianum p. 207 sq.) ad scholas philosophorum, praecipue sophistarum, in his Prodicti ex insula Ceo oriundi, facundi callidique hominis. Ex illorum scholis prodit artibus instructus dialectica, grammatica, rhetorica et cum aliis apte sciteque differendi. Num Anaxagoram et Archelaum audierit, res dubia est, et sunt, qui negent; inprimis *Hemius* in vita Anaxagorae p. 257 sqq. vers. german. in *Hissmanni* Magazin etc. tom. V. At Anaxagorae libros ab eo fuisse lectos, patet ex *Platone* in Phaedro p. 71. E. Aliis, ex quorum consuetudine utilitatem percipere poterat, diligenter vsus est. Attigit enim poesin quoque, eloquentiam et artem musicam non minus, quam mathematicam. Quam utur postea dissuasisset, id non fecit, ut plane sperneret illam, (nam scientiam eius probe declaravit, vid. ex. gr. *Platon.* in dialogo, qui inscribitur Menon, *Ciceron.* Tuscul. quæst. I. 24. etc. sed eo consilio dissuasit, ne quis vnice isti vacaret, studioque illius immoderato a rerum utiliorum cognitione auocaretur: quamquam secus sentit *A. Gellius* A. N. XIII. 3. Ad artem orandi arripiendam *Aspasiam* Milesiam habuit magistram eloquentiae praestantissimam, ut ipse testatur apud *Xenophonem* in M. S. II. 6, 36. adde loca classica de praeceptoribus Socratis apud *Platonem* in Menexeno cap. 3. p. 22. edit. Gottleberi, qui in notis copiose de illis disserit, atque *Tyrium Maxim.* diff. XXIV. p. 287. ac 297. ibique *Dauif.* et XXXVIII. p. 449. edit. H. *Dauif.* De *Aspasia* vide notam ad §. sequentem. — Mature autem perspexit perditos sophistarum mores, pessima consilia, petulantiam, impietatem et infinita mala, quae ex peruersa corruptaque illorum disciplina vitaeque in ciues redundarunt. Quare, quum in nullius magistri verba iuraret, disciplinam illorum deseruit et per quamvis occasionem acriter oppugnavit, emendandis civium moribus et sanandis reipublicae ulceribus vnice vacans. Hinc doctrinam de moribus ipsamque utilem philosophiam primus, ut *Cicero* ait Tuscul. quæst. V. 4. deuocauit e coelo, et in urbibus collocauit, et in domos etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere. Alio loco idem *Cicero*, (acad. I. 4. ubi vid. *Dauif.*) „Socrates, inquit, mihi videtur, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, et ad vitam communem adduxisse; ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret; coelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum.“ et multa alia de Socrate tradit. Id vero non ita intelligendum est, quasi ante Socratem nemo de moribus praecepisset. Sed ea laus eam ob causam illi tribuitur, quod philosophi ante Socratem ut plurimum de rebus absconditis et occultis, de natura eiusque viribus disserere fuerunt, Socrates autem primus, repudiatis reliquorum philosophorum, praecipue sophistarum, argutiis, subtilitatibus atque commentis, doctrinae de moribus principem adsignauit locum, illius et utilitatem et regnum veluti amplificauit, atque summam ingenii laudem fructumque et omnem fere operam ac laborem in extirpandis vulgaribus erroribus ac vitiis, in laudanda commendandaque virtute et in animis popularium ad pietatem aduersus supremum nomen et reliqua boni probique cuius officia excitandis



tandis vnice collocauit. Hinc *fons philosophorum* dicitur a *Quintil.* I. O. libr. I. 10, 23. et *Apuleius* de habitudine doctrinae platonicae, *philosophia*, inquit, *ex ipso Socratis fonte, membra suscepit.* Hinc ab eo omnem, quae est de vita et de moribus, philosophiam manasse, adfirmare potuit *Cicero* Tuscul. quæst. III. 4. vbi vid. *Dauis.* adde *Xenophontem* M. S. I. 1, 11 sqq. IV. 3, 4. *Cicero* in Bruto cap. 8. *Diogen. Laert.* II. sect. 20. ibique *Menagium.* *Pe-trus Ramus* in Scholis dialecticis lib. I. censet, Socratem vniuersos vnum non tantum ethica, sed logica quoque philosophia longissime superasse, et omnium philosophorum superiorum fuisse, non solum natura, sed arte et natura λογικώτατον. Ex scholis autem philosopho-sum eleaticorum et sophistarum retinuit vsum artemque dialectices, grammatices, eloquen-tiae et subtiliter non minus, quam, quando res, aut ingenium sermonesque dissentientium poscere videbantur, captiose disserendi cum aliis, eosque, vi quadam et calliditate sapienti ad-hibita, flectendi. Quare ipse sophista iudicari potuit; et Socratem τὸν σοφιστὴν vocauit *Ae-schines* in orat. contra Timarchum p. 168 sq. edit. Reisk. vbi consules *Taylori* notam. At il-lam artem prudenter emendauit, atque melius dialogi genus excogitauit, ita, vt methodus So-cratice adhuc celebretur. Ad sophistas tumidos atque opinione sapientiae et multarum litte-rarum elatos ignorantiae conuincendos ac deridendos, ignorantiam prae se tulit. Socrates igitur, vt *Cicero* ait *Academ.* I. 4. (vbi vid. *Dauies.*) in omnibus fere sermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie et copiose sunt, ita disputat, vt nihil adfirmet ipse, re-sellat alios: nihil se scire dicat, nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi, quae ne-scient, scire se putent; ipse, se nihil scire, id vnum sciat: ob eamque rem se arbitrari, ab *Apolline* omnium sapientissimum esse dictum, (vid. *Wernsdorf.* ad *Himer.* or. IV. pag. 467.) quod haec esset vna hominis sapientia, non arbitrari, sese scire, quod nesciat. In sermomi-bus igitur suam doctrinam saepe callida ratione dissimulabat. Hinc apud *Platonem* in *Ione* p. 28. vocauit se ἰδιώτην ἀνθρώπων, hominem imperitum. vide ibi not. *Mülleri*, atque ironia illa gratissima frequenter vltus est. Summum numen et prouidam dei curam agnoscebat, pa-trios tamen deos haud spernens; in primis cultum religiosum obseruabat: hinc in multis re-bus erat supersticiosus, de animi autem immortalitate, quam optabat, et sperabat, non omnino certus, atque tum viuendi agendique, tum disserendi ratione saepe ostendebat, se in schola phy-sicorum multis olim imbutum fuisse superstitionibus, et a vanitatis, scurrilitatis et ostentatio-nis culpa laudisque studio non omnino fuisse liberum. Hinc *Zeno*, *Sidonius*, *Epicureus*, apud *Cicero* de N. D. I. 34. *Minucius Felix* in *Octau.* cap. 38. et *Lactantius* diu. institut. III. 20. eum *scurram atticum* vocarunt, idque iudicium probat multaue eruditione ornat cel. *Carpzonius* in libro: *Paradoxon stoicum Aristonis Chii* etc. Lipsiae, 1742. 8. cap. VIII. pag. 454 sqq. isque voc. illud interpretatur *nimum*, *histrionem*, et de ironia Socratis multus est, atque p. 466. eum, (quo iure, qua iniuria, equidem non definiam, neque tamen plane sub-scribam duriusculae sententiae,) iudicat, maximum fuisse omnium, qui vquam vixerent, ca-villatorem et constantem ac perpetuum mortalium irrisorem etc. Nam longa est declama-tio contra Socratem. Ex his autem poterit intelligi, quam absorta, immo vero impia quo-rundam sit sententia, qui eum cum legatis diuinis, aut cum ipso diuino humani generis redemptore comparare, quinimo illis praeferre audeant. Contra ii, qui Socratem atheorum gregi adnumerarent, summa eum iniuria adfecerunt. vid. *J. Christoph. Wolfii* disp. de atheismi falso suspectis §. XI. Io. Franc. *Buddeum* in Thesibus de atheismo cap. I. §. 11. pag. 24 sqq. qui eum vel a superstitionis crimine liberare studet, ac *Reimannum* in historia atheismi,



atheismi, cap. 21. pag. 155 — 159. qui praeter ea memorat, Marsilium Ficinum (lib. VIII. ep. 9.) cum Symphoriano Champerio adfirmasse, Socratem fuisse typum Christi patientis; cuius quidem opinionis commentique commemoratio iam est refutatio. At enim de eius theologia et philosophia adeo multa, eaque contraria iudicia sunt a Platone et Xenophontis temporibus usque ad nostra varia ratione lata et tam diuerso modo disputata, ut acta agerem, si crambem decies centiesque coctam recoquere. Nec omnes enumerare libros maioris minorisque molis vacat licetque. Paucis igitur, ut ipse Socrates in vita sua, contenti erimus. Atqui Brucker. et reliqui, quos supra laudavi, iam haud paucos libros, huc pertinentes, commemorarunt. — Philosophiam Socratis, (quem *Lipsius* lib. I. manuduction. ad philos. Stoicam diff. VI. vocat fontem et caput sapientum,) praecipue eius artem disputandi iure suo magni aestimat *Petrus Siluanus Regius* in discursu philosophico, in quo historia philosophiae antiquae et recentioris recensetur, (Allendorf) 1705. 12. p. 24 sqq. conf. *Novwell. de la Rep.* 1705. Febr. pag. 223. *Io. Godofr. Sieber.* diff. epist. de methodo disputandi Socratica. Lipsiae, 1735. *Io. Phil. Treuner.* diff. de antiquo interrogandi modo. Ienae, 1688. Plures auctores, qui de veterum disceptandi ratione scripserunt, laudavit *I. E. I. Walch.* de philos. vet. eristicis, p. 4 sq. Atque Socratis methodum docendi e scholis non omnino proscribendam esse, in peculiari disput. *Frid. Menzius* cum aliis recte contendit, Lipsiae, 1740. 4. — In omni enim institutione puerili methodus Socratica est ad fructum plenissima ideoque ab optimis magistris adhibita et commendata. Nuper quoque de ea praeclare egit *I. F. Ch. Gräffe* in: Die Sokrattick nach ihrer ursprüngl. Beschaffenheit, in vol. II. des *Neuesten katechet. Magazin* etc. Socratem fuisse unius summi numinis vindicem et tamen plurium deorum cultorem, neque vero eandem de diis, qui colebantur, opinionem fouisse, quam populum, docuit *Cudworth.* in systemate intell. tom. I. cap. 4. §. 23. p. 614 — 618. adstipulantibus Moshemio in notis et *Clerico*, qui eum excusat, in Siluis philologicis, Aeschini Socratici dialogis subiectis cap. 3. quod inscripsit de *Socrate*, p. 177 sqq. Quando Melitus apud Xenoph. M. S. I. cap. 1. Socratem adculat, quod patrios deos spernit, alia vero *καὶ αὐτὰ θεομύθια* introducit, *Walchius* in *Parergis Academ.* p. 23 sq. opinatur, esse idem, ac noua ratione de diis differere, nouam de rebus diuinis doctrinam proponere atque propagare: hinc eum, quoniam rectius de deo, quam plebei ac multi philosophorum senserit, et contra aniles de diis fabulas disputarit, in atheorum ordinem esse adscriptum. A superstitionis tamen suspicione eum liberare studuerunt *G. I. Vossius* de theologia gentili, siue de origine et progressu idololatriae lib. III. cap. 12. *De la Mothe le Vayer* de la Vertu, des Payens, t. tom. V. illius Operum, in 12. pag. 63 sqq. *Jac. Wilhelm. Feuerlin.* in diff. Ius naturae Socratis, Altdorff, 1719. 4. §. 4. pag. 12 sqq. alii- que. Atqui *Iustinus Martyr* Apol. I. p. 48. II. p. 83 sqq. edit. 1686. perperam autumant, Socratem aliquatenus agnouisse Christum, et ad ipsum, tamquam verbum diuinum adduxisse suos, immo vocauit Christianum, inter Graecos praegressum. conf. *Isaaci Casaub.* Exercitt. anti-Baron. p. 1 sqq. et *Heumannii* acta philos. tom. I. p. 55 sqq. et 475 sq. Hinc nostra aetate acres ortae sunt controuersiae de religione, virtutibus et aeterna beatitudine Socratis, aliis eum, summis virtutibus exornatum, numero coelorum adscribentibus, aliis eum plane ad aeterna supplicia condemnantibus; utramque vero partem excessisse modum, equidem arbitror. vid. *Io. Aug. Eberhard.* germanice scriptam apologiam pro Socrate, vel requisitionem doctrinae de salute gentium profanarum, (ab aliis laudatam, ab aliis examinatum aut reiectam,) Berolini, 1772. 8. et Nouam apologiam Socratis, ibid. 1778. 8. et anonymi libell. *Abra-*  
*ham,*



ham, Paulus, Föllner, und im Schooße Abrahams Sokrates. Berol. 1774. 8. — Iofas Martin in:

*A Letter from one of the People call'd Quakers.* Londini 1740. 8. et gallice versa, 1745.

Socratem, Ciceronem ac Plutarchum prorsus inter præcursores Quakerorum refert. Illius vero controuersiae atque opinionum de religione Socratis diuersarum historiam, quamquam non plenam, at doctam, concinnauit, atque, quam temere Christus cum Socrate compararetur, ostendit *Hauptmann* in proluione: Num inter Christi præcursores Socrates. Goeræ, 1777. Addantur:

*Petr. Halloix* diss. an Socrates philosophus ea de deo et Christo imbutus fide fuerit, quae ad salutem suffecerit? in illius vitis illustrium ecclesiae orientalis scriptor. saec. II. Duaci, 1636. fol. pag. 333—351. et *Walchii*, Profess. Gottingensis, neueste Kirchengeschichte, passim, et *Adam Frid. Ernst Jacobi*, von dem neuesten Religionszustand in Holland. Gothae, 1777. sect. II. — *M. Ludou. Theoph. Myllii* lib. Socratis theologiam e reliquiis dictorum ipsius et factorum per discipulos memoriae posteritatis consecratorum erutam, et ad quasdam naturalis cognitionis classes breuissime reuocatam sistens, Ienae 1714. 4. — (*Io. Schmidii*) progr. de Socratis effato: quod supra nos, nihil ad nos, Lipsiae 1718. 4. — *Io. Frid. Aufschlageri* diss. praef. *Io. Schweighausero*, Theologia Socratis ex Xenophontis Memorabilibus excerpta. Argentor. 1785. 4. — *I. A. Kamm*, disp. praef. *Schweighausero*, Mores Socratis ex Xen. Mem. delineati. Argentor. 1785. 4. [Doctrinam eius de immortalitate nuper copiose persecutus est *W. G. Tennemann* in libro: *die Lehren der Sokrätiker von der Unsterblichkeit*, Ienae 1791. 8.]

Atqui *Plutarch.* de placit. philos. I. 3. pag. 14. ed. Corsini tradit, Socratem et Platonem tria statuisse principia, deum, materiam (τὴν ὕλην) et ideam: adde *Numenium* apud *Eusebium* XV. praepar. pag. 728. quae fusius explicat *Io. Gottlob Carpzou.* in diss. I. de veterum philosophorum circa naturam dei sententiis. §. 9 sq. ab Bruckero autem aliisque refutata sunt, aut examinata illustrataque. Ad cognoscendam illustrandamque Socratis philosophiam conducunt quoque praeter libros nominatos:

*Christ. Frid. Boerner* orat. de Socrate, boni ethici exemplo. Lipsiae 1707. 4.

*Io. Ioachim Zentgraf*, disp. de fine hominis secundum disciplinam philosophiae ionicae Socratis et Socraticorum, in primis de pulcro Socratico. Argentor. 1693. et in illius Specimine antiqq. moralium, seu historiae moralis antiquae, ibid. 1696. 4. Finis illis fuit, ut homo in hac vita, quantum licet, per reminiscencias crebras recuperet *διόρισαν ἐπισήμην*, homini propriam scientiam, quam in coelo ante lapsam in terram animus, h. e. homo, habuit.

*Ge. Paschii* diss. de re litteraria, pertinente ad doctrinam moralem Socratis, Kilonii 1705. 4.

*Godofr. Wilh. Pauli* diss. de philosophia morali Socratis, Halae Magdeb. 1714. 4.

*Heumann.* in actis philos. de Socrate philosopho saepius egit, in vol. I. pag. 101 sq. 213. de Oraculi iudicio de Socrate, (quod ad fabulas nūlesias ablegat) pag. 472 sqq. et tom. II. pag. 147 sqq.

*Georg. Paschius*, professor quondam Kilonieusis, de variis modis moralia tradendi, Kilonii, 1707. 4. pag. 521 sqq. qui adtigit quaedam alia ad vitam et disciplinam Socratis pertinentia. Idem pag. 528. memorat, *Leonem Hebraeum* scripsisse tres dialogos de amore, (Venet. 1664.



1564. 8. a Io. Carolo Saraceno nitida latinitate donatos), et in iis sententiam Platonis de amore Socratis inter alia esse prosequutum.

Socratem non fuisse *μεριμνοφροντισήν* contra Aristophanem ostendit M. Io. Frid. Leirer, in progr. Cizae, 1741. 4.

Socratem cum Platone esse parentem et auctorem criticae, et primum docuisse etymologias inuestigare, contendit *Henr. Valesius* de critica lib. I. cap. V. pag. 153. subiunct. eius libr. V. Emendationum. Burmann. in nota iam laudauit *Wouwer.* de Polym. cap. 9.

De Socratica ironia, siue dissimulatione modesta prudentique, Socrati familiari, egerunt *Claude Franc. Fraguier* in: dissertation sur l'Ironie de Socrate, sur son prétendu Démon familier, et sur ses mœurs, in Mem. de Litterat. de l'Acad. des Inscr. tom. IV. coll. Mem. de Trevoux 1728. pag. 539. et *Io. Clerico* in biblioth. selecta, tom. XXII. pag. 426. *Carpzou.* in libro supra laudato, Paradoxon etc. et *Hauptmann.* cum in Commentationibus Petronianis, in quibus scurrae nomen a Socrate remouit, *εἰρωνία* per *dissimulatorem* interpretatus, tum in singulari commentatione: Socrates *εἰρων*, Gerae, 1775. *Meiners.* in historia doctrinarum etc. tom. II. p. 373 sqq. et alii. Huc quoque pertinent *Iac. Guil. Fenerlini* disp. de prudentia errantes conuincendi ex historia Socratis, Altdorf. 1723. 4. et *Castillon* comment. de methodo docendi Socratica, in Nouv. Mémoir. de l'Acad. — Berlin. 1781. pag. 361 sqq. ac *Dietz* de ultimo Socratis mandato, vt Aesculapio gallus sacrificium feratur, in Berolinensi libr. mensruo vol. II. part. IX. pag. 281 sqq.

„Ein Bändchen Sokratischer Denkwürdigkeiten, mit Betrachtungen, von I. E. Mayer, Profess. der Philosophie an der Vniuersität in Wien. Wien 1783. 8. Auctor describit ingenium indolemque Socratis, quem iure considerat potissimum tamquam doctorem popularem, et multa notatu digna adfert. Attamen sunt quaedam, quae non omnibus persuadebit; cum primis, quando arbitratur, silentio Xenophontis in M. S. motus, Socratem animi immortalitatem probabiliter palam non memorasse. Enimvero Xenophon in M. S. nec voluit, nec potuit omnia, quae Socrates cogitarit, dixerit, feceritque; posteritati tradere; sed tantum ea potissimum, quae illum a criminibus aduersariorum atque adulatorum vindicarent, et quae ad philosophiam actionis siue, quam vocant, ethicam aut practicam pertinerent. Tum in M. S. hic de natura et ortu animi humani ita disserit, vt fiat probabilius, illum istam doctrinam credidisse, saltem exoptasse, atque docuisse potius, quam reticuisse. In Cyropaedia oratio Cyri de animi perennitate ita comparata est, vt Socrates amicis suis illam doctrinam commendasse, nec tamen tamquam certissimam declarasse videretur. In Apologia autem Xenophontea prouocat ad remunerationem post hanc vitam sperandam. De nulla tamen opinione Socratica, iam antiquissimis temporibus peruulgata, (*περιβόητον δὲ τὸ Σωκράτους δαίμονιον*, ait Schol. ad Theocrit. II. vers. 28.) viri docti in alia omnia magis transferunt, quam de *Genio Socratis*: atque ille, siue superstitione quadam ductus, ea, quae mens, recti prauique conscia, ipsi suaserat, a daemone suo sibi esse praecepta, iactitauerit, siue magna viuidaue animi facultate res concipiendi et quasi praefagiendi motus, illud sibi inesse gloriatus fuerit, suo ea, quae longo usu, comparatione atque obseruatione rerum, diuturna sagacitate, acumine ingenii iudiciiue praesentissimo, (cuius exemplum mihi esse videtur id apud *Plutarchum* Parall. vitarum, in Nicia pag. 367. vol. III. ed. Reiske, Socrati daemonium solitis signis indicasse, expeditionem Atheniensium in Siciliam in pestem reipublicae versuram), et subtili ani-



mi humani vitaeque cognitione edoctus scire atque, quae euentura essent, quasi diuinare poterat, ad maiorem sibi famam suiue apud amicos reuerentiam atque auctoritatem parandam, per fraudem, aut superiorum quorundam philosophorum, Pythagorae, Empedoclis, Pherecydis exemplo atque opinione deceptus dixerit, a genio suo sibi fuisse demonstrata et veluti manifestata: ab omni tamen scurrilitatis ineptiarumque, saltem magnae imbecillitatis, nota quomodo liberari possit, equidem non perspicio. Atqui si per opinionis errorem sibi praescientiam rerum quarundam arrogauerit, tamen id ab eo neque recte, neque sapienter factum esse putem. At et illi, qui, ut *P. Poiret* lib. III. oecon. diuin. cap. III. §. 2. pag. 750. opinantur, eius genium fuisse Spiritum S. et ii, qui scientiam diuinandi Socraticam viribus et auxilio pessimi daemonis, quem Christiani vocant diabolum, tribuunt, lepide errare mihi videntur. Ego vero nolo ea repetere, quae Carpentarius in vita Socratis cap. XXIII. de spiritu Socratis familiari, ut *Thomasius* reddidit, *Olearius* de Genio Socratis, *Bruckerus*, *Frugier* in recitatione memorata, *Paschius* l. cit. pag. 530 sqq. alique iam collegerunt atque iudicarunt: sed recentiorum quorundam libros atque opiniones adducere iuuat. *Mauvillon* in: Deutschen Museum, mense Iunio 1777. de Genio Socratis sententiam tulit, religioni christianae perniciosam, a *Lessio* tamen, tum Professore Gottingensi, in singulari libello, atque a *M. Leonhard* lo. Car. Iusti, Marburgensi, in libello: Ueber den Genius des Socrates, eine historisch-philosophische Untersuchung, Lipsiae, 1779. 8. intelligenter refutatam. Medium quasi tenere studuit anonymus in: Deutschen Museum, part. I. 1778. — (*M. Koenig*, in praesenti Professor Altdorfinus), scripsit: Ueber den Genius des Socrates, auch eine philosophische Untersuchung. Noribergae, 1777. 8. — *Feder*, Professor Gottingensis, in mensurum libello: Neuer Sammler zum Nutzen und Vergnügen der Teutschen. Erlangae, 1766. vol. I. pag. 417 sqq. Genium Socratis interpretatur fraudem quamdam piam ac sapientem. — *Meiners* disp. de illo genio in vermischten philosoph. Schriften, III. nr. 1. — *P. Estrup* Diss. de genio Socratis. Hafniae, 1781. — Anglus, *R. Norris* in libello:

An Essay on the Demon, or Divination of Socrates. London, 1782. 8.

putat, Socratem numquam contendisse, se daemona quendam habere comitem, illumque sub voc. *δαίμωνιον* non naturam quamdam diuinam peculiarem, sed sueta signa et omina, quae vniuersa Graecia ipseque Socrates existimassent a diis mitti, intellexisse. Argumentum ipsi est, quia *Xenophon*. Memor. I. 1. 2. et Apolog. §. 8. et 12. loco *δαίμονος* vsurpasset voc. *Deos*, aut *οἱ Δεοί* hinc concludit, apud Xenophontem aliosque *ὁ Θεός*, *οἱ Δεοί*, *τὸ δαίμωνιον* et *Δεόν* esse synonyma. At censor in Ephemer. litter. Gotting. 1783. nr. 98. contendit, auctoris illius interpretationi aduersari omnia Platonis loca, sententiam omnium veterum scriptorum, qui *δαίμωνιον* vertissent genium aut daemona, et iudicium omnium aequalium atque adulatorum Socratis, qui huic non facturi fuissent reum, si putassent, Socrati id, quod reliquis Graecis, euenisse; defensoribus Socratis ac Xenophonti tunc multo faciliorem fuisse causam. Haec omnino vera, saltem probabilia esse videntur. Socrates enim cum Anaxagora vnum supremum numen agnouit, et, daemonas, ratus est, classem esse deorum, quos religio popularis, et vero philosophia Ionica agnouit. E Pythagoreorum scriptis perceperat forsan et hauserat opinionem, singulis hominibus peculiare daemona esse assignatos. Quod reliquas naturas non priuauit honore vaticinii, id, quod mens sibi conscia, vsus atque vis iudicii ipsi praeceperunt, daemoni suo tribuit, arbitratus, aut callide interdum fingens, se velut instinctu coelesti vel arcano



cano moueri. Aut putavit, admonitiones sui daemonis etiam ad reliquos pertinere deos. Quaestionis autem caput est, num Socrates crediderit, sibi aliisque bonis futura praedici a diuinis quibusdam naturis, et annon Plato historiam de illius daemone ex Pythagoreorum placitis exornarit. Nisi Xenophon quaedam de ista Socratis opinione memoriae prodidisset, reliquorum narrationibus facile aliquis eo adduci possit, ut totam historiam ad maiorem auctoritatem Socrati conciliandam fuisse compositam confictamque credat. Quibus vero pigmentis coloribusque Apuleius alique historiam istam olim illuminarunt atque rem exaggerarunt, ea redolent superstitionem, ingenii luxuriam, et Pythagoreorum Neoque platonicorum scholas. Alia ex antiquioribus et recentioribus scriptis enarrant, aut explicant illustrantque illam Socraticam opinionem, vir doctus in Bibliotheca philologica, cum praef. Walchii, vol. III. part. V. nr. 1 etc. — Io. Gottfr. Hauptmann. in docta profectione: Daemonium Socratis haud quaquam, ut non nemo credit, esse Spiritum S. probat. Gerae, 1777. 4. et Io. Maria Lanfredi, Prof. iuris publici in acad. Pisana, qui probatum iuit in: Saggi di dissertazioni accademiche pubblicamente lette nella nobile Accad. Etrusca dell' antiquissima Città di Cortona, vol. VIII. Florent. 1783. nr. X. pag. 185 — 197. Genium Socratis fuisse illius ingenium, animum, sagacitatem, multo visu studioque acquisitam.

De eius militia, munere senatorio, philosophandi docendique ratione, coniugio vitaeque privata alii abunde disputarunt. Duas uxores, Myrtonem, (v. supra lib. II. cap. XV. §. 48. pag. 113.) et Xantippen, easque simul, a Socrate in matrimonium ductas fuisse, fama est vetus. v. *Diogenem* Laert. II. 26. *Athen.* XIII. init. pag. 555 sq. *Suidam* in Socrate. Nouvell. rep. d. lettr. 1717. pag. 206. ex Hunfredo Prideaux. Enimuero id apud eundem Athenaeum iam negavit Panaetius Rhodius, cui maxime ob silentium auctorum aequalium, Socratisque adeo discipulorum, Platonis, Xenophontis aliorumque accedunt, *Rollin* in vita Socratis tom. IV. antiq. hist. *Bentlei*. in diss. de epist. Socratis §. XIII. pag. 73 sq. vers. lat. *Lennepi.* *Hindenburg.* in animaduersion. in Xenophontis M. S. Lipsiae 1769. 8. pag. 71. *Meiners.* in hist. doctrin. apud Graecos, tom. II. pag. 522. not. Sed illa *Xantippe* propter morositatem rixandique libidinem satis famosa est et vero in prouerbum abiit: atque Socrates, quod aequo animo tulit illius mores atque importunitatem, a mansuetudine et patientia multum laudatur. (*Bonifac.* XV. 9. histor. ludicrae). Attamen illius ingenii fastum et morum acerbiteriam ab omnis memoriae obtreptione atque opprobriis vindicare studuerunt atque Xantippes virtutes laudarunt *Heumannus* in actis philos. tom. I. pag. 103 sqq. et auctor vitae Socraticae, quae *Phaedoni* *Mendelsonii* praefixa legitur. Atqui facile credo, ea, quae vulgo commemorantur dicta factaque Xantippes, magnam partem esse falsa et commentitia, eamque uxorem probam, parcam et tenacem prudentemque saepe, quod Socrates disputando, praecipiendo ambulandoque multum temporis et rem familiarem perdidit, saltem mire neglexit, filius autem fuit iminoriger, iustam legitimamque causam querelarum iurgiorumque habuisse. Et tamen maritum amare, de eiusque vita tristique vitae exitu valde sollicita esse potuit. Atque multa talium vxorum exempla omni aetate et vbique reperiuntur. Quanta vxorum multitudo omni aetate iure iniuriaque esset culpanda! At enim ab omni rixandi conuitiandique libidine eam defendere, eiusque virtutes summis laudibus efferre, id claris veterum testimonii, *Xenophontis* II. 2. (vbi vide *Valckenarii* notam in ed. *Ernesti* pag. 243. et *Hindenburgii* animadu. laudatas pag. 74 sq.) aliorumque fide dignorum scriptorum repugnat. Equidem duritiem, vehementiores animi motus et iusto vberiores longioresque rixas neque probo in ista, ne-



que omnino excuso. Laudo potius mansuetum, placidum patientemque Socratis animum: nec cum nequitiarum flagitiique infamis, Athenis quidem tunc haud infrequentis, reum fuisse arbitror. Iam *J. M. Gesner* in erudita recitatione, *Socrates sanctus pederasta* tom. II. commentar. reg. societ. Gottingenf. cum a nefando illo crimine defendit. [Repeti hanc Commentationem in Batavis iussit *Christoph. Saxius*.] — *Frid. Menzies*, Prof. quondam Lipsiensis, in diss. *Socratem nec officiosum maritum, nec laudandum patrem familias fuisse*, Lipsiae 1716. 4. in priore parte adulationis capita condensat, et bono Socrati, ab humanis infirmitatibus haud inmuni saepiusque virtutum simulacra tantum sectanti, facit iniuriam. Adeo difficile est, a via regia haud aberrare! de qua multi quoque deflexerunt, qui de condemnatione atque interitu illius scripserunt. Nam, quod, dum communis veluti patriae suae praeceptor fieri voluit, ciuesque a flagitiis, iniquitate sceleribusque ad castitatem, aequitatem ac virtutes reuocaturus, non pepercit superbiae atque auctoritati procerum impotentium, nec adulatus est vllum, quem hostem ac pestem virtutis bonorumque morum atque adeo ipsius patriae cognouerat aut habuerat; tum quod sophistarum osor et oppugnator erat perpetuus atque acerrimus, comicos poetas irrisit, sacrificulorum religiones vituperauit, et multa alia fecit dixitque, quae multis popularibus ingrata erant, corruptis perditisque plurimorum ciuium moribus, ipsaque ciuitate multis naeuis et lue quadam malorum laborante, obrectationes, inuidiam odiumque aliorum effugere non potuit. Hinc a sophistis conuitiis laceratus (v. *Himerium* Or. IV. 6. pag. 463 sqq. vbi de laudibus philosophiae Socraticae paucis agitur, ibique *Wernsdorf*), a comicis in scenam productus et ludibrio risuique spectantium expositus est, inprimis ab Aristophane in fabula, *Nubes* inscripta, mirifice est exagitatus. Quo vero consilio Aristophanes, non precibus aliorum excitatus, aut pretio ab Anyto Melitoque conductus ad Socratem sugillandum reumque maiestatis faciendum, illam fabulam docuerit, iam supra ad Aristophanem pag. 363. in nota vberius declarauimus, et Tychsenianas laudauimus commentationes. *De Panto* in philosophischen Untersuchungen über die Griechen part. II. pag. 207. minus recte de hac comoedia iudicasse, iam animaduertit eius interpres, *Villaume*. Tandem Socrates senex ab Anyto Melitoque in iudicium vocatus, atque iniquitate iudicum et temeritate odioque populi varias ob calumnias, praecipue, quod magister fuerat Critiae <sup>www</sup>, vnus ex illis triginta tyrannis eiusque crudelis, ad vltimum supplicium, cicutae haustum, est condemnatus. At tamen fuerunt viri docti, qui arbitrarentur, Socratem variis artibus, quibus immutaret reipublicae formam, esse vsum, principatum adfectasse, tyrannis, saltem quibusdam, fuisse, contra leges reipublicae nouam tamquam religionem fuisse introducturum, et alia, quorum postea mentionem faciam, illegitima, reique publicae saluti noxia, suscepisse aut tentasse, ideoque iure et modo, legibus patriae consentaneo, capitis fuisse damnatum. Sic *Sigismundus Frideric. Drossig*. in Epistola de Socrate iuste damnato sensit. Lipsiae 1738. 4. et firmitus ampliusque corroborare istam adulationem adniscus est cl. *Victor Lebersacht Plessing*, ad praefens Prof. in vniuersitate litterarum Duisburgensi, in libro: *Ofiris und Socrates*. Berol. et Stralsund. 1783. 8. in sect. II. Praeter argumenta, paullo ante commemorata, is Socratem arguit, hunc, opinione causaeque daemonis sui simulata, diuinationem, quae, vti auguria ora-

cula-

<sup>www</sup>) Odio quidem erga istum Athenienses cum primis impulsos fuisse, ad diem Socrati dicendum eumque interficiendum, *Aeschines* in oratione, coram populo habita, pag. 168. vol. III. Orator. gr.

edit. Reisk. clare aperteque pronuntiauit: 'Ἐπειδ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἰφάνη πεποιθὲν, ἓνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλύσαντων.



culaque, subiecta fuisset potestati atque publicae administrationi, tamquam hominem privatum sibi arrogasse, adeoque maiora adspirare fuisse visum: hinc maiestatis reum, more legitimo et secundum vim legum patriarum condemnatum interiisse. Idem putat, his rationibus ductum Catonem seniore de Socrate, quem ille, homo popularis, tamquam civem seditiosum et tyrannidos, siue supremi principatus adpetentem habuerit, dure iudicasse; neque tamen negat, Socratis fata esse aegre ferenda, quia sacrificium pro re bona et utili factum sit. Verum enim vero accusatio ista, quainquam gravis et admodum speciosa, num Socrates mutationem reipublicae administrandae sit molitus, tamen, quum emendatio sacrorum salua reipublicae forma fieri potuisset, res est admodum dubia, nec ex consuetudine cum Alcibiade aliisque potentioribus robur quoddam accipit; ut alia, quae in prolusionibus contra Dresigium, libro Plessingii nondum cognito, disputavi, omittam. Add. *Car. Ern. Kettneri* diss. qua Socratem criminis maiestatis accusatum vindicat. Lipsiae 1738. 4. Nec *M. Georg. Christiani Ibbeckii* sententia, quamquam is iniquitatem adversariorum et iudicium improbat Socratisque celebrat innocentiam in disp. *de Socrate, mortem minus fortiter subeunte*, Lipsiae 1735. 4. est omnino probanda, et a *Io. Samuele Müllero*, Rectore Hamburgensi, in singulari prolusione, Hamburgi, 1738. 4. sub examen iam vocata. Habuerat quidem amicos et patronos, qui causam eius coram iudicibus populoque egissent, sed vitae satur, atque innocentiae suae conscius, noluit adulari nec pecuniam, litis aestimationem, ab iniquis durisque iudicibus ipsi irrogatam, soluere; (v. *Ibbecken*. l. c. p. 17 sq.), et maluit vitam amittere, quam, quod accidere potuerat, per amicos rem publicam turbare. Constat enim, *Lyfiam* orationem, a se compositam, qua in iudicio vteretur Socrates, huic obtulisse, sed eum illa uti noluisse. v. *Ciceron.* de Orat. I. cap. 54. *Tuscul.* quaest. I. cap. 29. sq. et 40. sq. *Quintil.* I. O. II. 15, 30. XI. 1. 11. *Diogen. Laert.* II. 40. ibique interpretes. *Valerium Maxim.* VI. cap. 4. ext. 2. etc. Idem *Lyfias* orationem pro Socrate scripsit ad Polycratem, qui, eloquentiae ostendendae causa, orationem contra Socratem, sexto post huius mortem anno, consecerat. (v. *Diogenem Laert.* II. 39. ibique Menagium). Locus ex illa *Lyfiae* oratione servatus est a scholiaste in *Aristidem*; id quod *cel. Morellius* in nota ad *Libanii* declamat. pro Socrate pag. 190 sq. prouocando ad *Valesii* adnotatt. ad *Harpocrat.* pag. 71. ed. 1696. et ad codicem *Marçian.* 323. ostendit, atque contra *Taylorum* in *Lyfiam* pag. 669. ed. 1739. docuit, *Lyfiae* apologiam Socratis ad iudices, cum eius ad Polycratem oratione, non esse unam eandemque, idemque laudauit *Bentleium* in diss. de Socratis epistolis §. V. Socrates igitur adhibuit, ut *Cicero* ait *Tuscul.* I. 29, liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non superbia; et supremo vitae die multa disseruit, et paucis ante diebus, quum facile posset educi e custodia, noluit, etc. ad quem locum *Ciceronis* illustrandum tria progr. scripsit *Car. Ludou. Richter*, *Lycei* Rector, *de libera, quam Cicero vocat, Socratis contumacia* (h. e. constantia in tuenda disciplina sua, praecipue in causa coram iudicibus iniquis libere et acriter agenda). Cassel. 1788. et 1789. 4. [Add. *I. I. Zimmermanni* Apologia Socratis, in qua tamen ostenditur, male eum egisse, quod causam coram iudice non perorauerit, in *Mus. Helv.* T. VI. Part. 24. pag. 481 sq.] Tenax propositi Socrates hausit cicutam, et postquam cum amicis de rebus grauissimis adhuc disputarat, placide vita decessit; quod ex *Xenophonte*, *Platone*, *Libanio*, (ad cuius declamationem v. not. *cel. Morelli* pag. 207 sq.) *Diogene Laertio* aliisque notum est et a viris doctis abunde commonstratum. De *Polycrate* confer quoque *Lambecium*, comment. de bibl. caes. Vindob. vol. VII. pag. 537 sqq.



De illo veneno v. *Sig. Fr. Dresig.* disp. de cicuta, Atheniens. poena publica. Lips. 1734. imprimis §. VII. Cicuta autem illa; publica poena, num merus succus fuerit, an venenum, cicuta temperatum, cui virulentius quid inesset, disputatum est a viris doctis. Prius affirmant *Licetus* in antiquis schematibus gemmarum annularium, *Triller.* in Obs. crit. pag. 489. cl. *Morellius* in not. laudata alique; posterius *Guido Patinus* in epistola quadam ad Gassendum, Epistolarum ad Gassendum pag. 537. et in epistola ad Licetum edita, inter huius antiqua schemata etc. cap. CLXXII. (v. *Menagium* ad *Diogen. Laert.* II. 42.) *Mead* in mechanica expositione venenorum, et *Ioannes Caluius*, Medicinae Professor Mediolanensis, in Epistola ad Petrum Borfieri pag. 461 spq. tom. IX. Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, in Venezia, 1762. et diss. della Morte di Socrate, Pisis, 1763. conf. etiam *I. Jac. Wepferi* histor. cicutae. Mem. de Trevoux. 1716. p. 265. Addatur *Mazochius* in Explicatione graecae inscriptionis in poculi pseudosocratici extremo labro exaratæ. Neapoli 1752. cum epicrisi cl. *Villoisonii* in Anecd. graecis, tom. II. pag. 128. not. 1. Poculum illud in summi labri ambitu hanc habet inscriptionem: *κυλος* (pro *χυλος* putat *Mazochius*) *κωνσίου περι τον Σωκρατην*, eamque epigraphen ab Epicureo quodam, Socrati parum aequo, stante romana republica, aut sub primis ipsis imperatoribus factam esse, suspicatur *Mazochius*; contra *Villoison.* existimat, inscriptionem esse barbaram, totumque hoc poculum recentissimum et a nugiuendulo quodam confectum. — Istius autem perniciosi consilii nefandique facti haud ita multo post interitum Socratis consequuta est totius fere Graeciae indignatio, et ita poenituit Athenienses, ut Melitum capitis damnarent, Anytum eiicerent ciuitate, Socraticque in Pompeo ex aere statuam ponerent. v. *Diogen. Laert.* II. 43. ibique interpretes, praecipue *Menagium*, pag. 95 sq. qui plurium veterum adducit testimonia; id. VI. 10. 11. *Isocr.* vol. II. pag. 383 sq. *Plutarch.* de invidia et odio, tom. VIII. Opp. ed. Reiske, pag. 128. qui, quanto odio ciues persequuti sint eos, quorum calumnia Socrates, oppressus est, memoriae prodidit, et *M. Theophili Adami* diss. de statua Socratis Atheniensium poenitentiae monumento publico. Lipsiae, 1745. 4. qui *Diogenem* cum aliis comparat, veritatem historiae inquiri multaue alia de statu et de Socrate disserit. Antea tamen quam, ad *Fabricii* verba redeamus, haud incommodum videtur, ironiam anonymi cuiusdam lepidam argutamque referre, quam bene propositam reperimus in libello:

*Vom Zweck des Socrates und seiner Schüler. Für Freunde der Wolfenbüttelschen Fragmente und ähnlicher Schriften.* Dessau. et Lips. 1785. 8.

Auctor ingenium animumque Socratis aequè suspectum reddere tentat, ac auctor fragmentorum Guelferbytanorum ratione Iesu facere ausus est. Quare testimonia Xenophonit, Platonis, Aeschini aliorumque, tamquam sociorum complicumque Socratis, reiecit; hunc, ostendere videtur, molitum esse tyrannidem Athenarum et Graeciae, aut, id si irritum foret, tentasse, ut satrapa fieret Ioniae: quod philosophum se gessisset, id fecisse callide, ut suam regnandi cupiditatem celaret. Idem auctor multa alia mortisque contemptum culpat in Socrate: neque vero ea mente Socratem quasi infamat, ut reuera id contendere videatur, sed ut rationem irrideat peruersam auctoris fragmentorum Guelferb. doceatque exemplo, quam facile fieri possit, ut contorta perplexaque interpretatione ipsa rei cuiusdam veritas reddatur suspecta, optimusque homo per fallaciam fraudemque depingatur tamquam homo dolosus, perucax, ineptus impiusque. *Harl.*]

Audi-



Audiuit Anaxagoram et Archelaum <sup>uvvv</sup> atque, ut nonnulli apud *Laertium* II. 19. *Damonem*. Huius *Damonis* sophistae ac musici meminit praeter *Platonem* *Plutarchus* lib. de Musica, pag. 1136. E. tom. II. et in *Pericle* pag. 153. sq. ut alios in praesenti omittam <sup>uuuuu</sup>. Scholam ipse non habuit *Socrates*; sed vitae omni tempore cum amicis, et quique eum accederent, [aut quos ipse adiit] est philosophatus, ut praeter alios notatum eidem *Plutarcho* in libel. an seni gerenda resp. pag. 796. [*Dioni Chrysost.* or. 54. pag. 281. ed. Reiske] A rep. gerenda abstinuit; sed quum pro patria esset decertandum, hoc neutiquam recusavit. Vide *Aelian.* III. 17. Var. *Lucianum* parasito T. II. pag. 259. *Plutarchum* Alcibiade pag. 194 sq. et *Athinaeum* V. pag. 215 sq. Sed non equidem de Socratis militia vere dixerim, quod *Alexandro M.* maiora *Socratem* gessisse, ait *Julianus* imp. Epistola ad *Themistium* pag. 264. *Cato* Maior hoc vnice in illo est admiratus, quod cum vxore difficillima et stupidis liberis comiter vixisset, ut refert *Plutarchus* in vita *Catonis* p. 347. nam alioqui eum contempsit ut *λάλον* et *βλαίων*. id. p. 350. De aliis eius vitiis vid. *Cyrillus* VI. in *Julian.* (ex *Porphyrio*.) pag. 186 sq. Nihil scripsisse *Socratem*, adfirmant *Cicero* III. de Oratore cap. XVI. *Plutarchus* <sup>xxxx</sup>, *Aristides*, [P] quibus adde *Dionem Chrysost.* diss. LIV. *Origenem* Philosophumenis p. 279. *Laertium* prooem. Sect. XVI. *Hieronymum* aduersus *Rufinum* Apologia, et *Augustinum* lib. I. cap. 7. de consensu Evangelistar. Alii scripta ei tribuunt non vnus generis.

De *Fabulis Aesopis* a *Socrate* in versus translatis dixi supra cap. IX. nr. 5. et 6. [De *Io* eo *Diog. Laert.* II. 42. v. *Ressii* comment. *Laert.* p. 34.] Nunc tantum addo hoc, eum fecisse

<sup>vvvv</sup> At dissentire viros doctos, *Socratis* magistros illos fuisse, in *Epimetro* iam animaduerti. *Harl.*

<sup>uuuuu</sup> Scribitur quoque *Demon*. Fuit Atheniensis, celeberrimus idemque disciplinae moralis et civilis peritissimus, sophista, *Periclis* magister: ab eo ducta est musicorum secta, *ἄρσις Δαμωνίας*. Commemoratur ab *Aeschine* in dialogo de morte ab initio, a *Cicerone* Orat. III. 32. *Harporocr.* h. v. et aliis. v. *Fischeri* indicem ad *Aeschini* dialogos, ed. III. h. v. Scripsit quaedam de arte musica, et de sonis rhythmicisque praecipue commentatus dicitur. v. *Platon.* Polit. lib. III. et *Aristidem* *Quintilian.* de Musica lib. II. pag. 95. circa fin. ibique not. *Meibomii* pag. 300 sqq. vbi copiosius agitur de illo musico, et locus insignis ex *Galenii* lib. IX. *περὶ τῶν κατὰ Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογματικῶν* cap. 5. adfertur. Ab eo harmoniam *Lydisi* (*Lydiam*) remissam fuisse inuentam, a *Platone* autem reiectam, memorat *Plutarchus* de Musica pag. 667. tom. X. ed. Reiske. Plura de eo disputat *Burette* ad *Plutarchi* locum in Comment. acad. Paris. Inscript. tom. XIII. pag. 246 sqq. adde *Hemsterhusii* longam eruditamque notam ad *Aristophanis* *Plutum* v. 1003. pag. 352 sqq. qui praeter ea et de scriptura illius nominis atque quanti-

tate primae syllabae in *Δάμων* agit et plures recenset *Damonas* s. *Demonas*: cum *Pythagoreum* *Syracusanum* oriundum, *Phintiae* sodalem (vide in catalogo *Pythagoreorum*, vol. I. h. v.) tum *Sicyonium*, atque peruetustum scriptorem, qui atticas antiquitates et historiam composuit, cuius tamen fides in rebus atticis a *Philochoro* haud parum debilitata fuisse videtur. Num illi τῆς Ἀριστοδωροῦ auctori commentarius *περὶ παροιμιῶν* vastus (ad quem prouocant scholia ad *Aristophanis* locum, *Harporocr.* in *Μουσῶν λίστα* et *Apostolius* cap. XIII. 36.) vindicari debeat, *Hemsterhusio* aequae incertum est, ac fuit *Casaubono* ad *Athen.* III. 17. dubium, idemne sit, quem citat *Athenaeus* X. p. 442. C. ἐν τῇ περὶ Βυζαντίου. *Harl.*

<sup>xxxx</sup> *Plutarchi* et *Aristidis* loca attuli supra cap. XII. nr. 4. Vide et *Allatium* de scriptis *Socratis* p. 80 sq. et eruditam diatribam *Godfridi Olearii*, qua *Allatium*, plura scripta *Socrati* leuibus argumentis vindicantem, impugnatur. *Lipsk.* 1696. 4. [repet. in eiusdem versione latina *Stanley*. histor. philos. tom. I. pag. 208 sqq.] In *Socrate* secundam syllabam producant *Paulinus*, *Sidonius* et *Maximianus*. v. *Sirmond* ad *Sidon.* pag. 244. *Dawn.* ad *Paulinum* *Pretocorium* pag. 346.



esse in carcere, vti Anaxagoras circuli quadraturam in carcere scripsit, *Boethius* Consolationem philosophiae in carcere composuit.

De *Epistolis*, tributis Socrati, libr. II. cap. X. nr. 35. [latine versae in Olcarii vers. lat. Stanlei. hist. phil. tom. I. pag. 200 sqq. ed. Venet.]

*Paeanis* in Apollineum, meminit *Plato* Phaedone et *Themistius* Orat. 14. (edit. Harduini, II. pag. 27.) qui προοίμιον vocant, vt *Suidas* ὕμνον. *Laertius* II. 42. a Dionysodoro abiudicatum Socrati παιᾶνα testatus, hoc adfert initium:

Δῆλ' Ἀπολλὼν χαῖρε καὶ Ἄρτεμι παῖδε κλεινῶ.

Vnde de vno eodemque accipiendum, quod *Dio Chrysost.* diss. XLI. p. 507. ait, Socratem fecisse παιᾶνα εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν. Apuleius in floridis: *Canit Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historiam, Xenocrates setyras.* Adde *Arrian.* II. 6. Epictet.

Ἐγκώμιον Γρύλλω. *Hermippus* apud *Laert.* II. 55. sed pro Socrate eo loco legendum *Naucrates* ex *Dionysii* Halic. τέχνη cap. VI. vti recte observauit *Gottfridus Olcarius*.

Ἐπιτάφιος. *Aristoteles* III. 14. Rhet. at ibi Socratis nomen pro Socrate reponendum, vti apud *Dionysium* loco laudato male legebatur ὁ τῷ Σωκράτῃ ἐταῖρος Ναυκράτης pro ὁ τῷ Ἰσχυράτῃ. Vide *Meursium* V. 14. et IV. 4. Attic. Lectt.

*Euripidem* in scribendis tragoediis a Socrate adiutum iactabant comici *Mnesilochus*, *Callias* et *Aristophanes* apud *Laertium* II. 18.

*Aeschines* Socraticus quoque arguebatur dialogos, qui reuera Socratis essent, a *Xanthippe* accepisse et pro suis edidisse. Vide, quae viri docti ad *Laert.* II. 60. et *Hesychium* illam. *Allatii* dialogum de scriptis Socratis. 103. 108.

*Plato* denique scripta sua pro Σωκρατείους λόγοις venditare ipse voluit, vt ex epistolis eius constat. Confer *Julianum* Orat. VI. pag. 189. *Allatium* p. 91 sq. Sed et alii, passim ad scripta Platonis respicientes, Socratem laudant auctorem. Σωκρατικά βιβλία, quae *Zenoni* Citieo dicitur adhuc adolescenti legenda attulisse pater eius *Mnasceas* apud *Diog. Laert.* VII. 32. fuere scripta *Xenophontis*, *Platonis* et aliorum Socraticorum. Ita locus *Salviani* lib. VIII. de prouident. ex quo *Meursius* in *Bibl. Graeca* p. 1606. colligit, Socratem scripsisse de Legibus et de Rep. manifeste respicit *Platonis* Politiam et libros de legibus. Sic *Platonis* Ionem in animo habuit *Suidas*, Socratem laudans [P] in Διδυραμβοδιδασκαλοι. *Meletius* lib. de hominis structura videtur respicere *Platonis* Timacum, quum ait: Σωκράτης δὲ Ἐτυμολογίας μᾶλλον μορίων καὶ ὀνομάτων ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συντάγματι αὐτῷ ὡς γραμματικὸς ἢ φιλόσοφος συνετάξατο. *Arrianus* quoque lib. II. cap. I. Epictetearum diss. ita intelligendus, τί ἔν; Σωκράτης ἐκ ἔγραφε; καὶ τίς τοσαῦτα; Quid itaque? nihilne scripsit *Socrates*? imo quis tot ac tanta? si nimirum dissertationes eius a Platone, *Xenophonte* et aliis discipulis in litteras missae computentur.

Apud scriptorem Altercationis synagogae et ecclesiae *Socrates* traditur XXIV. libros ethicos composuisse; sed *Meursius* in libro de scriptis *Theophrasti* notauit, excidisse nomen huius philosophi, vt totus locus legendus sit in hunc modum: *Ethicae inuentor Socrates fuit,*

de



de qua (Theophrastus) XXIV. libros secundum positam institutam scripsit. Confer Menagium ad Laert. V. 44.

Dolendum est, fatis praematuris Ioh. Ionsii interceptam historiam eius Socraticam, quam vir doctissimus pollicetur pag. 37. libri de scriptoribus Hist. philosoph. Idem p. 12. testatur, viginti fere Socrates se in veterum scriptis observasse, in quibus fuerunt haud dubie 2) *Socrates*, historicus Argivus, a scholiaste Pindari et aliis laudatus <sup>yyyy</sup>. 3) *Socrates*, Aristotelis magister. Is forte, cuius mentio in Platonis Theaeteto, vbi Theaetetus ad Socratem pag. 116. ἐμοί τε καὶ τῷ σὺ ὁμωνύμῳ τῷ Σωκράτει. 4) *Socrates*, Bithynus, Peripateticus. 5) *Socrates*, Cous, qui ἐπικλήσεως Θεῶν scripserat, de quibus *Reinesius* pag. 437. Var. Lect. 6) *Socrates*, epigrammatum poeta. 7) *Socrates*, Rhodius. 8) *Socrates*, focer Pisistrati. 9) *Socrates*, Achaeus, Cyri hospes, [de quo *Xenophon* Exped. Cyri I. 1, 11. I. 2, 3. II. 5, 31. et cap. 6. n. 30.] 10) *Socrates*, Thebanus, statuarius. 11) *Socrates*, histrio, [*Demosth.* de corona cap. 79. pag. m. ed. 516]. *Socrates*, Thraciarum rerum scriptor: de quibus singulis *Menagius* ad Laertii II. 47. Praeterea 13) *Socrates*, pictor, Plinio memoratus. 14) *Socrates*, grammaticus, Etymol. M. in 'Ευβοίᾳ. 15) *Socrates*, CPolitanus, cuius Historia Ecclesiastica ad Theodorum scripta extat. 16) *C. Valerius Socrates* in veteri inscriptione apud Sponium p. 60. Miscellaneor. 17) *Socrates*, chirurgus. Coel. Aurelian. V. 1. Chron. passionum. 18) Alius, ut videtur, *Socrates*, medicus, cuius ecligma pro tabidis refert *Nicolaus Myrepsus* de antidotis sect. I. cap. 174. 19) *Socrates*, Chrestus, Nicomedis, regis Bithyniae, frater. *Appian.* Mithrid. f. 176. 208. [cap. 10. tom. II. ed. Schweighaeuf. pag. 653 sq. coll. nota Schweighaeuf. tom. III. p. 596]. 20) *Socrates*, Theaeteti συγγυμναστής. *Simpli.* pag. 8. b. in Categoriis. Nescio, quem *Socratem* respicit Schol. Apollonii ad lib. I. vbi laudat Σωκράτην ἐν τῷ πρὸς Εἰδοθεῶν. Sane apud Suidam in Χιάζειν laudatur Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδοθεῶν. Similiter *Socrates*, Dinarchi rhetoris pater, aliis est Sosistratus. Vide *Plutarch.* pag. 850. At quando apud Scholiasten <sup>xxxx</sup> Aristophanis [et *Zenobium* V. Adag. 81.] laudatur *Socrates* in libris Κρητικῶν, legendum Sosicrates, quemadmodum etiam in Laertii codicibus *Socratis* nomen pro eodem *Sosicrate* male irrepsit, vbi laudatur ἐν [P] πρῶτῳ διαδοχῆς, etsi vterque locus imposuit Vossio pag. 414. de Hist. Graecis. Fuit et *Socratides* quidam, Pamphilae Epidauriae maritus. Suid. Παμφ. tum *Socrations* laudatus Galeno. Fulbertus Carnotensis dictus est Socrates christianus.

Forma <sup>aaaa</sup>) Socratis philosophi, licet passim ex *Zopyri* Physiognomonis sententia apud [Ciceron. de fato cap. 5. vbi Vrsinus, praecipue Dauid. plura iniqua inuidorum de Socrate mulieroso

yyyy) De hoc Socrate Argivo, historico, qui scripserat ἀργείων ἄγας, plura veterum testimonia collegit *Valcken.* ad schol. ad *Euripidis* Phoeniss. 45. pag. 608. et animaduertit, nomina, *Socrates*, *Sosicrates* et *Crates*, aliquoties fuisse confusa. *Harl.*

xxxx) ad aues v. 521. vti *Kuster.* in indice et notis ad Aristophanis Schol. iam monuit (citatur ibi liber XII. τῶν Κρητικῶν.) Eandem emendationem vberius explanavit et corroboravit ad Suid. III. pag. 249. voc. 'Ραδμίνδους ὄρκος. De *Sosicrate* vid. *Meiners.* Geschichte des Ursprungs — der Wis-

Vol. II.

senschaften etc. tom. I. pag. 301 sq. eiusque censorem, secus sentientem, in biblioth. critica Amstelod. II. part. VIII. pag. 117. et *Valcken.* ad *Euripidis* Phoenissas paullo ante citatum. *Harl.*

aaaa) Ventrosum Socratem fuisse innuit *Syrianus* in XIII. Metaphys. p. 103. sinum *Athenaeus* V. p. 219. sinum et caluum *Boethius* II. de interpretat. p. 36. et V. pag. 416. *Simplicius* in III. de anima commentar. 39. πρῶτον ἐκφράζειν *Simpli.* in IV. Physic. pag. 183. διηγεῖται. *Themist.* pag. 16. Chrysippo vultu consimilem alii notarunt. Vide Augustinum capite undecimo de categoriis.

Ss ss



so ex vultu ducta iudicia collegerunt, et, qui cum Cicerone ex communi fonte hausit,] *Alexandrum Aphrodisiensem* lib. de fato pag. 31. [f. 164. et ex illo apud *Eusebium* praepar. euang. libr. VI. cap. 9.] vt nequam et tetrica describitur, nec admodum amoena occurrit apud *Chiffletium* libello de gemmis, Socratem referentibus, [in *Miscellaneis Chiffletianis*, vol. VI. Antwerp. 1657. 4.] *Fulv. Ursinum* pag. 50. et 51. elog. [nr. 133. 134. ibique vide Io. Fabri commentar. pag. 75 sq. ed. II. Antwerp. 1606. 4. et priorem nr. in nummo aeneo grandiusculo f. contorniato reddidit *Hamerkamp*. in diss. de numismate Alexandri M. et de nummis contorniat. p. 149. In Gemmarum antiqu. delectu — in dactyliotheis ducis Marburienfis, vol. II. Londin.] tum in *Laertio Westleniano* et apud *Gronouium* tom. II. thesauri tab. LXVI. aliosque; tamen, si Epictetum audimus, siue *Arrianum* IV. 11. diss. illi fuit τὸ σῶμα ἐπὶ χαρὶ καὶ ἡδὺ ὥς ἦσαν αὐτῷ οἱ ὠραιότατοι καὶ εὐγενέστατοι, καὶ ἐθεθύμεν ἐκείνῳ παρακατακλίνεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς ἐμμορφοτάτοις. Et quicquid criminetur *Aristophanes*, nihiliominus, vt ait idem *Epictetus*, πάντες οἱ γεγραφότες περὶ Σωκράτους, πάντα τὰναντία αὐτῷ προσμαρτυροῦσιν, ὅτι ἡδὺς ἂν μόνον ἀκῶσαι, ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν ἦν. Neque omittendum, quod de Socrate *Plutarchus* in *Catonis* vita p. 339. c. Platone, quod iis, qui cum ipso versarentur, eminens quidem visus sit ἰδιώτης καὶ σατυρικός καὶ ὑβριστής, at propius insipientibus cognitus σπεῖδης καὶ πραγμαμάτων μεσός, καὶ δάκρυα κινῶν τοῖς ἀκρωμένους. *Fabric.* Socrates cum *Xantippe* in veteribus monumentis apud *Montfaucon*. tom. III. supplem. post tab. IX. Socrates in nummo apud *Pedrusium*, tom. V. pag. 12. apud *Spanhem.* ad *Iuliani Caesares* pag. 119. quinque in *Antonii Gorii* museo Florentino class. III. Florent. 1731. fol. In annulis signatoris Socrates crebro comparet, (teste *Pignorio* in symbolis epistolice, *Patauii* 1529. 8. ep. I. pag. 6.) quod apud amicos et cultores illius nominis testimonium amoris atque obseruantiae esse potuit, apud alios vel curiosum animum, vel consuetudinem et frequentiam illorum annulorum significabit. Iudicium de Socrate, ex vultu eius latum, at forsan ex *Zopyro*, aut alio communi fonte sumtum, est quoque in *Polemonis* Physiognom. lib. I. cap. 6. pag. 222. et, quibusdam vocc. immutatis, in *Adamantii* Physiognom. lib. I. cap. 9. pag. 349. Scriptor. physiognomoniae veter. ed. I. Ge. Frid. Franzii, Altenburgi 1780. 8. addatur *Himerius* orat. IV. §. 6. pag. 464. ibique *Wernsdorf.* *Heumannus* tamen in *Actis philos.* tom. I. nr. 5. pag. 126 sqq. Epicteti aliorumque testimoniis vsus, narrationem de Socratis deformi corpore formaeque et vultu tetro ad fabulas referendam arbitratus, defendit meliorem illius formam, contumit, quod *Zopyro* videbatur mulierosus, id pulcrius potius corpus indicare, et Socrates atque *Crates*, qui teste *Diogene Laertio* VI. 91. facie turpis, τὴν ὄψιν αἰσχροῦς, fuit, illi a veteribus confusi videntur. Sed *Herrmann Viric. de Lingen* in opusculis minoribus, sermone germanico scriptis, part. I. Wittebergae 1730. 8. nr. 3. pag. 75 — 102. examinat sententiam *Heumanni*, reiecit Epicteti atque *Arriani*, hominum multo serioris aetatis, testimonia, tum ex *Xenophontis* *Conuiuio* p. 891. ed. *Leunclauuii*, *Platonis* *Symposio* et *Theaeteto* aliisque, a *Menzio* in disp. de Socrate nec officioso marito etc. §. 8. pag. 16 17. partim citatis, vulgarem sententiam copiose defendit docteq. probat: pag. 99. caput Socratis haud adeo quidem deformis ex gemma aeri incidendum fecit. De Socratis forma vultuque deformi agit quoque *Gesnerus* in comm. Socrates sanctus paederasta, nec non *Meiners.* in hist. doctrin. apud Gr. II. pag. 518 sq. *Fabricius* in not. Mssis citat *Cassianum* f. 595. et *Alardi Gazaei* not. pag. 596. At, etiam si forma eius fuerit turpis, anithus tamen fuit eo pulcrior, vt ita dicam, eoque nobilior. Atque Socrates precatus fuisse dicitur a diis, vt animo interiore pulcerri-

mus



mus fieret. vid. votum eius apud *Platonem* in fine Phaedri pag. 1243. c. *Clement, Alexandr.* Strom. V. pag. 595. b. *Himerium* Or. IV. 6. pag. 465. *Harl.*

De Socrate olim scripserat Tiberianus, quem laudat Fulgentius de continentia Virgilianna: Aristoxenum <sup>bbbb</sup> enim Porphyrium aliosque, Ionsio notatos, et, qui de Socraticis egerunt, Idomeneum ac Phaniam libenter praetereo. [adde *Brucker*. hist. crit. phil. I. pag. 523.] Demetrius Phalereus ἐν Σωκράτει, siue libro de Socrate citatur a *Plutarcho* in Aristide p. 318. et 319. vbi ex eo refert, Socratem non fuisse egenum. *Panaetium* ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους laudat idem p. 335. Apologiam Socratis composuerunt Plato, Xenophon, [*Zeno* Sidonius, vid. *Eudoc.* pag. 204. ex *Suida*, tom. II. p. 8.] itemque alii, vt infra lib. III. dixi in Platone. Derisus Socrates ab Eupolide quoque, vt testatur *Lucianus* in reuiuifcentibus tom. I. p. 404.

XXXI. AESCHINES, Lysaniae F. Atheniensis, ab Oratore <sup>cccc</sup> Atrometi F. (de quo infra cap. XXVI.) distinguendus; Socratis auditor et [P] cultor assiduus, sed Platoni non valde amatus, vide *Laert.* III. 36. et *Athenaeum* XI. p. 507. vbi narrat, vnicum discipulum Xenocratem inopi Aeschini a Platone fuisse subtractum. Dionysio tamen tyranno Aeschinem commendauit Plato, vt refert *Plutarchus* p. 67. de dignoscendo adulatore. Aristotelis Mythi, qui Aeschinis discipulus fuit, mentio apud *Laertium* V. 35. Dialogi Aeschinis μακροὶ καὶ ἀσέιοι, (vt ait *Lucianus* in Parasito cap. 32. tom. II. edit. Reitz. p. 860.) et Socraticum seruantes characterem, fuere hi septem, teste *Laertio* II. 61. vbi vid. interpr. et *Suida* in *Ἀισχίνης*, [tom. I. pag. 662. Küster.]

*Ἀλκιβιάδης*. Aristides Orat. I. Platon. p. 30. tom. III. Cant. orat. Platon. II. pag. 363 sqq. tom. III. Cant. *Athen.* lib. XIV. pag. 656. F.

*Ἀξιοχος*, in quo Alcibiadem acerbe perstrinxit tamquam vinosum et mulierum corruptorem, teste *Athenaeo* V. p. 220. quod in *Axiocho*, qui inter Platonis scripta occurrit, non legitur. Meminere Axiochi Aeschinis Harpocratio, Pollux VII. 135. *Suid.* *Fabric.* *Suidas* sua sumsit ex Harpocrate, vid. Küster. ad *Suidam* tom. I. p. 239. Fabricius in not. MSta addidit. „Neque longus est, quod de Aeschinis dialogis adfirmat *Lucian.* in Parasito (l. cit.) sed et voc. *Ἀλεκτρονοτρόφοι*, quod ex Aeschinis Axiocho probauit *Pollux*

S s s s 2

lux

<sup>bbbbb</sup> Qui tamen valde iniquus in Socratem partiumque cupidus fuit. vid. *Meiners.* histor. doctrin. apud Graec. tom. I. pag. 216 — 220. *Harl.* <sup>cccc</sup> Confunditur in editione Laertii Amstelodamensi p. 115. vbi Aeschinis oratoris imago exhibetur pro Aeschine Socratico, vt notatum Iacobo Gronouio tom. II. thesauri in addendis ad tabulam 94. sed notatum nimis acerbe ab eo, qui similem *Ἀβελφίαν* in Zenone commiserat, vt monebam §. XXIX. *Aeschinis*, Sphettii, Socratici philosophi circa Olymp. CIII. 3. clari, meminit Diodorus Sic. XV. pag. 497. [f. tom. II. p. 62. edit. Wesseling.] Alius *Aeschines* Neapolitanus, Platonicus, de quo infra lib. III. cap. 2. [*Aeschines*, Selli filius, homo

pauper, qui tamen opulentum se esse iactabat. Hinc *Ἕλληες pauperes gloriosi*, et *Ἕλληες se iactare*. *Aristoph.* Vesp. 457. ibique Schol. et v. 1235. Aues 824. ibique Schol. *Suidas* in *Θεαγύρας* χρ. tom. II. p. 168. in *Ἕλληες* tom. III. p. 297. et in *Ἑσθλαδαι*, ib. pag. 302. Octo *Aeschines* enumerat *Diogenes Laert.* II. 64. quibus addidit Menagius *Aeschinem* historicum, duo *Aeschines* medicos, alterum Atheniensem, alterum medicum; *Aeschinem*, Eretrienstem primarium, (Herodot. VI. sect. 100.) *Aeschinem*, Eleum, et Fischer. in nota, p. 6. edit. III. *Aeschinem*, declamatorem apud *Senec.* Controu. I. 8. p. 143. tom. III. Gronou.]



lux VII. 135. in dialogo isto non legitur. Itaque non adfentior Io. Clerico, qui sub Aeschinis Socratici nomine edidit dialogos III. v. Memoirs of literature tom. I. pag. 201. Enimuero, quia virtutem et dictionis atticae elegantiam in primis praedicat *Phrynichus* apud *Photium* cod. CLVIII. p. 173. testatur, dialogos illos a quibusdam Socrati esse tributos. Atque viri docti valde discrepant: quorum iudicia admodum diuersa collegit, aut enumerat cel. *Fischerus* in epistola ad Gernhardum, praemissa illius editioni III. de qua postea sermo erit, pag. 193 sqq. Paucis igitur omnia comprehendam. Marfilius Ficinus et Caspar Barthius dialogum nostrum vindicandum putarunt Xenocrati Chalcedonio, Platonis discipulo, Speusippi in academia successori. Atque in biblioth. acad. Leidensis est, teste Catalogo librorum biblioth. Leid. p. 400. b. nr. XX. *Μετὰ Φράσις περὶ Δανύτου ἀπὸ τοῦ Ξενοκράτους*, quae haud dubie interpretatio Axiochi Fischero esse videtur, p. 106. edit. III. Aesch. dialogorum. Clemens Alexandrinus, Stobaeus, Theodorus Prodromus, Thomas Magister, Erasmus, Perionius, Salmasius aliique eum a Platone profectum esse existimauerunt. Contra Meursius, Maussacus, Hemsterbush. (ad Lucian. tom. I. p. 124. nr. LIII.) Wesseling. Clericus, Horreus aliique Aeschinem Socraticum habent illius parentem. At cl. *Fischer*. vehementer dubitat, an hic, qui restat hodie, Axiochus, ille sit, cuius auctor perhibetur Aeschines fuisse, quia tum vocabulum, quod Pollux ex eo laudat, in nostro dialogo non exstet, tum *Athenaeus* V. p. 220. de Aeschinis dialogo ita loquatur, vt adpareat, eum ab hoc, quem nunc habemus, omnino distare, longoque diuersum esse. Hinc arbitrat, aut cum *Stephano* in notis ad Platonem p. 71. a. tom. III. statuendum esse, duo eiusdem nominis, sed diuersi argumenti, dialogos ab Aeschine fuisse scriptos; aut, quod praestare indicat cum multis doctissimis viris, *Valchem*. ad Euripid. Phoeniss. p. 146. 564. ad Hippolyt. p. 163. ad Theocriti Adonias. p. 379. aliisque, quos p. 195 sq. in nota laudat, oportere in medio relinqui. Adde auctores edit. Bipontinae Platonis, tom. XI. in notitia de Platone litteraria p. IV sqq. Quidquid est, auctor est antiquissimus et facundissimus, atque dialogus, vt Fischer. V. C. sentit, suo in genere aureus et ita eleganter compositus, vt veteris elegantiae doctrinaeque ac eloquentiae graecae vestigia vbique expressa cernantur. *Harl.*

*Ἀσπασία* <sup>adddd</sup>). Harpocrat. in *Ἀσπασ.* *Athen.* lib. V. p. 220. [*Plutarch.* *Pericl.* pag. 165. C. tom. I. et p. 169. E. Fragmentum dialogi Aspasiae cum Xenophonte ex Aeschine apud *Ciceron.* de inuent. I. 31. et ex hoc particula illius apud *Quintil.* I. O. V. 11, 28.]

*Καλλιπας.*

<sup>adddd</sup>) De *Aspasia* Milesta, Axiochi filia, quae Socratem docuit et Periclem, huiusque linguam ad Gorgiae imitationem exauit, vt ait *Philostratus* Epist. p. 817. vide Platonem Menexeno, Aristoph. Acharnenses, *Plutarchum* *Pericle* p. 165. et 169. *Athenaeum* XIII. p. 569 sq. Lucianum in Gallo et amoribus, Harpocratonem, Suidam etc. E recentioribus *Barlium* in lexico, vbi de Pericle agit, sub littera M. et N. [cl. *Eck.* in singulari comment. de illa, Lips. 1774. 4. inprimis *Olearii* diss. de poetiis nr. VIII. et *Io. Christoph. Wolf.* qui in mulierum graec. quae oratione prosa vsae sunt,

fragmentis et elogiis etc. nr. V sqq. veterum de illa testimonia et narrationes collegit, et in catalogo feminarum olim illustrium subiuncto p. 291 sqq. fusius de illa disputauit. *Harl.* Add. de ea omnino *Meiners* Preisschrift über den Luxus der Athenienser 1782. p. 46 sq. et qui eum eleganter defendit *C. M. Wieland* in dem histor. Calender für Damen 1790. p. 248 sq. *Beck.*] Effigies eius, (si tamen eius effigies, de quo dubitat *Menagius* in Historia mulierum Philosophar. pag. 10.) galeata apud Iac. Gronou. tom. II. Antiqq. Graec. tabula LXXXV. *Antiphones* quoque librum *Aspasiae* nominat



Καλλίας. *Athen.* lib. V. pag. 220.

Μιλτιάδης primus ordine dialogus, ideoque reliquis etiam, iudice Laertio, imbecillior, sed quo tamen gratiam Dionysii, Siciliae tyranni, sibi Aeschinem conciliasse, testatur *Lucianus* in *Parasito* tom. II. pag. 254. [pag. 860. edit. Reitzii.]

Πίνων. *Pollux* lib. VII. sect. 103.

Τηλαυγής. *Athenaeus*, ac *Demetrius* *περὶ ἑρμην.* §. 310. respicit et §. 172. et *M. Antonius* VII. 66. ex Menagii emendatione.

Praeterea sub Aeschinis nomine ferebantur dialogi alii dicti ἀκέφαλοι, sed minus elaborati atque ingeniosi, siue, ut ait *Laertius* II. 60. σφόδρ' ἐκκελυμένοι, καὶ ἐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐνοίαν. Hi a *Suida* referuntur itidem septem: *Περὶ αἰρετῆς*, *Δρακῶν*, *Ἐρασίστρατος*, *Ἐρυξίας* <sup>\*\*\*\*</sup>, *Πολύανος*, *Σκυθικοί*, *Φαίδων*. *Fabric.*

### E P I M E T R O N.

Dialogum *Σκυθικοί* ab aliis nostro Aeschini, ab aliis Phaedoni olim fuisse tributum, tradidit *Diogen. Laert.* in *Phaedone* s. lib. II. sect. 105. vbi vid. Menag. De Aeschine narrationes atque testimonia *Diogenis*, *Hefychii* *Milefii*, *Aristidis*, *Plutarchi*, *Athenaei* et reliquorum post Clerici sedulitatem collegit docteque illustravit cl. *Fischerus* in edit. III. Aeschinis p. 1 — 18. De eius vita et placitis quaedam congescit *Brucker.* in *hist. crit. philos.* tom. I. p. 574 — 576. Ex dialogis, quos confecisse dicitur Aeschines, tres supersunt, qui sub eius nomine hodie circumferuntur, nempe, 1) *de virtute*, 2) *Eryxias*, siue de diuitiis, 3) *Asiochus*, siue de morte. At tres illi in codd. et editionibus olim inter Platonicos libros, quorum dubia est auctoritas, fuerunt recepti: eosque non profectos esse ab ingenio et doctrina Aeschinis Socratici, ab aliis abunde est demonstratum, idque nouissime copioseque a cl. *Meinersio* in iudicio de quibusdam Socraticorum reliquiis, in primis de Aeschinis dialogis, de *Platonis* eiusque condiscipulorum epistolis, nec non de *Cebetis* tabula, in *Commentatt. societ. regiae doctrinarum*, Götting. 1782. vol. V. *histor. et philolog. classis*, tom. V. pag. 45 — 58. et a cl. *Fischer* in praefatione ad Aeschinis dialogos, qui p. XXXV sqq. recudi fecit *Meinersii* recitationem: at ab eius iudicio, illos dialogos esse a recentioribus quibusdam sophistis confictos, discessit sciteque exposuit suam sententiam. Atqui existimat latiusque ostendit, primum dialogum de virtute confectum esse e posteriore *Menonis* *Platonici* parte a philosopho quodam *Platonico*; alterum vero, qui *Eryxias* inscribitur, a *Socratico* quodam philosopho, *Olymp. LXXXVIII.* esse conscriptum; denique tertii dialogi auctorem fuisse quemdam *Socratis* discipulum; adde eiusdem animaduers. ad singulos dialogos ab initio, edit. III. Idem vir doctissimus

S s s s 3

simus

mine scripserat. *Laert.* VI. 16. et *Herodicus* *Cratetius* vulgauerat *Ἰση* sub *Aspasiae* nomine, e quibus nonnulla producit *Athenaeus* V. p. 219. idem *Antisthenis* dialogum laudat *Aspasia* inscriptum, pag. 220. Fuit et alia *Aspasia*, *Cyro* et postea *Artaxerxi* dilecta, de qua *Plutarchus* *Pericle* pag. 165. et *Artaxerxe* pag. 1024 sq. et *Aelianus* XII. 1. Var. Itemque alia meretrix de qua *Suidas*. [*Aspasia*,

artis medicae perita. vide *Wolf.* *cat.* cit. pag. 293 sq.]

\*\*\*\*) *Erasistratus* et *Eryxias* a *Suida* tamquam duo diuersi distinguuntur dialogi; sed in *Platone*, inter cuius dialogos legitur, idem dialogus utroque modo describitur, qui de diuitiis differit. [at *Suidae* verba sunt mendosa. vid. *Fischeri* notam ad illum dialogum pag. 49 sq. edit. III.]



simus quia accuratam codicum MSS. et editionum, praecipue Platonis, inter cuius opera olim delituisse tres Aeschini dialogos significavi, notitiam in praefationibus concinnavi, et infra in cap. de Platone de codd. atque editt. vberius disputabitur, lectores, brevitatis causa ad illas ablego notas ac praefationes editioni III. praefixas aut insertas. In quibus codd. illi dialogi vel tres, vel unus et alter continentur, indicavit vir cel. p. 17 sq. praefationis. De editionibus antiquioribus in praesenti haec sufficiant. Cum Platone primum editi sunt ab *Aldo Manutio*, gr. 1513. deinde ex Aldino exemplo a *Ioanne Waldero*, Basil. 1534. fol. — tum a *Marso Hoppero* ad codices scriptos recensiti et emendatiores, ibid. 1556. fol. — ab *Herm. Stephano*, qui quidem, adnotante *Fischero*, hanc commisit fraudem, ut lectiones libri Basilensis secundi et *Stobaei*, clamaret, depromtas esse et haustas e fonte codicis, nescio, cuius, 1578. fol. Ex his tribus editionibus, tamquam e totidem capitibus, fluxerunt reliquae, vt *Francofurtenfis* et aliae. — Tum vel vniuersi Platonis et Aeschini, vel separatim Aeschini dialogi in latinum sermonem sunt conuersi. Versiones latinae *Axiuchi* a *Cincio*, a *Leonardo Aretino* et ab anonymo quodam factae, et manuscriptae seruantur in biblioth. regia Paris. etc. vid. *Fischer*. p. XXIII. praefat. not. 21. — Vniuersos vertit *Ianus Cornarius*, adiectis decem Eclogis, Basil. 1561. fol. — Eius versio *Eryxiae* et dialogi de virtute, sed admodum interpolata, repetita est in exemplo Operum Platonis *Stephaniano*. — *Marsilius Ficinus*, qui *Axiuchum Xenocrati* tribuit, Platonis opera latine reddidit, commentariisque illustravit, Florentiae per *Laurent. Venetum*, in fol. II. tom. f. a. (intra annos 1480 — 1490.) vid. *Braun*. notitiam de libris — in bibl. Monasterii ad S. S. *Vdalric. et Afram*, Augustae Vindel. 1789. p. 21 sq. — Venetiis. 1491. vid. *Denis* Memor. bibl. *Garellianae* p. 145 sq. et saepius. — cum *Iamblichii* de mysteriis opere aliisque libellis, apud *Aldum Manutium*, 1497. fol. recus. apud *Aldum*. 1503. 1516. Paris. 1498. 1510. 4. 1550. 8. Argentorati ad calcem librorum *Ficini* de veritate religionis christianae, 1507. 4. et Basil. 1532. 8. — Augustae Vindel. et Noribergae, 1515. 4. Lipsiae, 1517. 4.

*Dialogi Platonis, Axiochus vel de morte. Eryxias, vel de diuitiis. De Iusto. Num virtus doceri possit. Demodocus, vel de consultando. Sisyphus, sive de consulendo. Clitophon, seu Admonitarius. Definitiones Platonis, Bilibaldo Pirckheymero interprete.* Nurnimbergae apud *Fridericum Peypus*. anno M. D. XXIII.

De quo rarissimo libro et admodum probabili versione vid. *Fischer*. V. C. p. 22. praef.

Dialogum de virtute latine vertit *Conr. Gesner*. et exstat eius versio ad calcem Eclogarum ethicarum *Stobaei*, ab eo editarum.

Eundem dialogum et *Eryxiam* lat. interpretatus est *Sebastian. Corradus*, libro scripto vsus, et cum versione quatuor aliorum Platonis dialogorum suppositorum edidit Lugd. 1543. 4. repetita est versio in editione dialogorum Platonis *Francofurtensi*.

*Axiochus Platonis de contemnenda morte. Venundatur ab Alex. Haliatti*, Mediolanensi. f. a. in 4. vid. *Catal. biblioth. Schwarz.* part. II. pag. 277. nr. 871.

*Axiochus* gr. et lat. sine l. et a. e *catal. biblioth. Thuanae*, part. II. p. 3. sub voc. *Platonis* enotauit editor *Opp. Platonis Bipont.* tom. XI. pag. VI.

Eundem dialogum latine vertit *Rudolphus Agricola*, cuius versio cum aliis illius opusculis prodit Antwerpiae, 1511. 4. Basil. 1518. 4. addita est eadem versio latina *Ficini* latinae versionis



versioni dialogorum Platonis Basil. 1532. 1539. fol. et edit. Platonis Francofurtanae. Agricola versionem interdum examinavit *Perionius*, a quo editus est:

*Platonis Axiochus aut de morte, Ionch. Perionio, Benedictino Cormaeriacensi interprete.* Paris. apud Io. Lodoicum Tiletanum, ex aduerso collegii Remensis. 1542. 4.

Primum locum occupat latina Perionii interpretatio: tum sequitur a p. 8. textus graecus, ex editione Aldina descriptus: denique a pag. 13. Perionii in libellum observationes grammaticae, in quibus de verborum significato sensuque agit, rarius critice pertractat loca, praecipue autem contendit graeca cum Cicerone, qui multos locos inde sumtos cominode et eleganter conuertit in libro de senectute et amicitia, cum primis in libro I. Tuscul. quaestionum. — repet. Basil. apud Oporin. 1543. 8. — Editor Opp. Platonis Bipontin. tom. XI. pag. VI. notitiae memorat ex Sam. Engelii Biblioth. selecta sub voc. *Plato*, editionem: *Axiochus* apud Christ. Wechelium, Paris. 1548. 4. et nescio, ait, an sit eadem Perionii.

*Axiochus* graece. Paris. apud Mich. Vascosanum, 1533. 8. gr. et cum versione Ficini latina. — 1558. 4. apud Guil. Morelium. — et Basil. apud Froben. 1585. 8. gr. et lat.

*Platonis Axiochus, ab Hermanno Rayano, gr. et lat.* Coloniae, 1568. 4. (in *Pinelli* Catal. tom. I. pag. 231. nr. 1325.) — rep. Basil. 1577. 8. Rayanus, Perionii editionem sequutus, in notis res tantummodo et sententias persequutus est, iudice Fischero.

*Wolfii*, qui textum *Axiochi* bene constituit atque docte interpretatus est, versio latina prodit in libello, cui est index, *Doctrina recte viuendi ac moriendi.* Basil. 1577. et 1586. 8. gr. et lat. Wolfii commentarium cura Fischeri esse recusum, postea animaduertemus.

*Περὶ ἀρετῆς ἐκ τῶν τῷ Πλάτῳ*, ab initio libelli: *Aristotelis et Xenophontis Ethica, Politica et Oeconomica, cum alijs aliquot ex Plutarcho, Proclo et Alexandro Aphrodisiensis commentationibus.* graece. Basileae apud Ioan. Vualder. in 8. sine anni nota. Nulla praemissa est praefatio; neque in fronte libri memoratur iste dialogus, qui in primo statim folio typis est descriptus: eum excipiunt quaedam Aristotelis *περὶ ἀρετῶν*. Tum cum signatura paginarum incipit Aristotelis lib. *ἠθικῶν* etc.

Hoc demum, quo viuimus saeculo, tres isti dialogi de virtute, de diuitiis et de morte separatim atque sub *Aeschinis* nomine euulgati sunt.

*Aeschinis Socratici dialogi tres, graece et latine, ad quos accessit quarti latinum fragmentum.* (n. ex Cic. de inuent. I. 31.) *Vertit et notis illustrauit Ioannes Clericus; cuius ad calcem additae sunt sphae philologicae, cum omnium indicibus necessariis.* Amstel. P. de Coup. 1711. 8.

Clericus separauit illos a Platonis, ex Stephaniano Platonis exemplo, et contulit cum cod. MSto Florentino: quaedam hinc inde correxit: in notis de rebus, historice ac philosophice explicandis potius, quam de verbis curandis sollicitus, editiones Platonis superiores haud intelligenter consuluit; vitam vero Aeschinis, a Diogene Laertio expositam, cum notis variorum, et testimonia veterum de eo praemisit. conf. Clerici biblioth. select. tom. XXII. pag. 118 sqq.

*Aeschinis* — — gr. et lat. de nouo recensuit, vertit et animaduersionibus suis auxit *Petrus Horreus.* Leoward. Fr. Halma. 1718. 8.

Versionem



Versionem suam latinam minus probavit Horreus viris doctis, et, quamvis multorum locorum sententiam melius ac felicius indagasset, multorum verborum, multarumque formularum vim atque potestatem magis et elegantius demonstrasset atque explicuisset, quam a Clerico factum est, tamen multa emendanda aut notanda praetermisit, nec in consulendis editionibus antiquis satis diligens fuit, iudice cl. *Fischer*, qui quater bene meruit de Aeschini dialogis, cuius cura sunt

*Aesch. dialogi tres in usum scholarum denuo editi*, gr. Lipsiae, 1753. 8.

In hac editione ex Horrei exemplo variae tantum lectiones excerptae et ex Stephaniana Platonis editione ac Stobaei eclogis ethicis denuo inspectis locupletatae textui sunt subiectae, et in indicem eiusdem expositiones verborum dicendique formularum difficiliorum coniectae cum accessione quadam. Postea V. D. seorsum edidit dialogum de morte:

*Axiochus, graece, recensuit, notis illustravit indicemque verborum locupletiss. cum Hier. Wolfii versione latina notisque uberioribus adiecit Io. Frid. Fischerus*. Lipsiae. 1758. 8. Praemissa est erudita de auctore et editionibus huius dialogi, et quid ipse, quid alii praestiterint, enarratio s. epistola ad Gernhardum.

Dein edd. Aldinam et Basileenses diligentius consuluit, multa loca restituit aut correxit, de verbis formulisque copiose docteque disputavit in notis, post contextum dialogorum positus, Clerici, Horrei aliorumque adnotationes et versiones contulit atque examinavit, fragmentorum, a Clerico collectorum, numerum auxit et indicem adiecit, vtilissimum non minus, quam locupletissimum, in altera editione, inscripta:

*Aeschinis Socratici dialogi tres graece. iterum edidit, recensuit, animaduersionibus illustravit indicemque verborum adiecit I. Fr. Fischerus*. Lipsiae, sumtu Io. Godofr. Mulleri. 1766. mai. 8.

Tertium accessit ad dialogos illos e codd. atque editionibus denuo recensendos atque emendandos, et animaduersionibus, textui subiectis, usque doctissimis multoque uberioribus, illustrandos, in editione:

*Aeschinis Socr. dialogi tres, graece. tertium edidit, ad fidem codd. mssr. Vindob. Medic. Augustan. et libb. edit. Platonis Stobaeique veterum denuo recensuit, emendavit, explicavit indicemque verborum graecorum copiosissimum adiecit Io. Frid. Fischerus*. Lipsiae sumtu hered. Io. Irenothei Mulleri. 1786. mai. 8.

Praemisit praeter doctas praefationes, testimonia veterum; subiecit vero fragmenta Aeschinis atque Hier. Wolfii tam versionem Axiochi latinam, quam notas in illum. Index est thesaurus linguae graecae. — Quartum denique eosdem dialogos graece, omissis animaduersionibus, sed subiectis fragmentis et indice plenissimo, ex sua recensione edidit in usum scholarum, Miseni. 1788. mai. 8.

Ego vero in Anthologiam meam graecam prosaicam, Noribergae, 1781. 8. recepi dialogum I. de virtute, et cl. *Schütz*. primam Chrestomathiae suae gr. partem, Halis Saxon. 1772. 8. dialogo, Eryxia, locupletavit.

Praeter Ianum Cornarium fuerunt quoque viri docti, qui coniecturas in illos dialogos scripserunt, quas quidem partim congeffit iam, sed fere omnes inanes esse et ab immoderata quadam



quadam mutandi omnia in libris veterum cupiditate profectas pronuntiavit cl. Fischerus in tertia editione.

*Herbertus Rubenius*, (sub quo nomine Suecus aliquis lateré voluit,) Obsl. criticae ad aliquot locos dialogorum Aeschini, in Histoire de la republ. des lettres, tant ancienne, que moderne, tom. VIII. pag. 161 — 171. Amstel.

*Carol. Segaurus* in Epist. critica ad Valckenar. Traiecti ad Rhen. 1766. 8.

*Christiani Adolphi Klotz* obsl. criticae in Axiochum, in Actis eruditor. Lips. 1758. pag. 591 sqq. repet. in illius Miscellaneis critic. Traiecti ad Rhenum, 1763. 8. cap. 16.

*Toupius* bis in Opusculis criticis etc.

*Axiochum* gallice vertit *Stephan. Doletus*. Lugd. 1544. 12. — item *germanice* in Opusculo, inscripto: *gelehrter Zeitvertreib*, part. 32. 33. 34. pag. 249 — 267. Meissen. 1743. 8. — item *Berndius*, Stendalii, 1784. 8. — Tres dialogi: Aeschines — Gespräche über Tugend, Reichthum und Tod; nebst einem Versuch über die Begriffe und Hülfsmittel der Tugend. Lipsiae, 1779. 8. — *Schultesius*, in: Bibliothek der griechischen Philosophen, vol. III. nr. 2. Turici, 1779. 8. — *Io. Michael. Heinze*, vna cum Platonis Critone. Dessau. 1783. 8. et cum nouo titulo, Gotingae, 1788. 8. Antea versionem *Eryxiae* theoticam publicat *Heinze*, Vinariae, 1784. 4. — Axiochus italice versus a Comite d' Aversa, Io. Vincentio Belprato, additus eiusdem versioni italicae Sexti Ruffi hist. rom. Florent. 1550. apud Bernard. Iuntam. 8. vid. *Patoni* bibliot. degli autori antichi gr. et lat. volgarizzati. tom. III. pag. 117 sq. et tom. IV. pag. 49 sq. *Harl.*

Arguebatur Aeschines, vt qui Antisthenis scripta expilasset, vel [P] qui Socratis ipsius a Xanthippe acceptos dialogos pro suis publicasset. Alii a Pasiphonte Eretrico sua Aeschinis nomini supposita esse notarunt. [Aliter tamen apud *Photium* cod. CCXLVII. pag. 1242. edit. Schotti, Aristides, qui Aeschinis fidem praefert Platonicae in iis, quae vterque a Socrate audierit, memoriae tradendis.]

*Λόγον περί Θερυγλίας*, in quo Gorgiam fuerit imitatus, laudat *Philostrotus* Epist. ad Iuliam Augustam p. 887 sq. *Ἀπολογία τῷ πατρὸς Φαίανος τῷ στρατηγῷ*, *Laert.* II. 63. *Epistolam ad Dionysium* id. Alia sub eius nomine Epistola inter editas ab Allatio exstat, numero XXIII. *Fabric.* Conscripta esse videtur epistola a Sophista quodam iuniore. Exstat autem MSta in bibliothecis Leidensi, Vindoboniensi atque Laurent. Ex Allatii exemplo Epistolarum etc. cum illius suisque notis recudendam curauit, et adpendicis loco reposuit *Io. Sam. Sammet* in Aeschinis rhetoris Epistolis, vt circumferuntur, duodecim, Lipsiae, 1771. 8. p. 102 sqq. Latinam illius versionem insertam reperimus in Stanleii historia philos. part. III. cap. 2. Supposititiam eam esse, ostenderunt, aut pronuntiarunt *Olearius*, *Io. Pearson*. in Vindic. epp. S. Ignatii, part. I. pag. 12. *Richard. Bentlei* in Opusc. philol. p. 47. edit. Lips. et *Fischer*. p. 186. edit. III. dialog. qui p. 184 sqq. inter fragmenta Aeschinis Socratici illam gr. vltimo loco repetiit. *Harl.*

XXXII. ANTISTHENES, Atheniensis, Gorgiae primum, deinde Socratis auditor, et auctor sectae Cynicae, [a *Cynasarge*, gymnasio, loco Athenarum publico, extra vrbis moenia posito, vbi docebat Antisthenes, dictae,] *Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα*, *Her-*



*culleo* <sup>ffff</sup>) *vir animo*, varia scripsit, distributa in tomos decem, quae vide, si placet, apud *Laertium* VI. 15 sq. et quae ad illum locum Menagius ac Casaubonus. Inter alia ibi memorantur *Antisthenis Aias* et *Ὀδυσσεύς*, quae hodieque exstant, et sunt breues *μελέται* siue declamationes sub Aiacis et Ulyssis nomine compositae. [Cum aliis oratoribus in cod. Veneto D. Marci DXXXII. teste Catalogo, et nr. MMDCCLXXIV. in catal. bibl. reg. Paris. p. 575.] Graece eas edidit Aldus cum Aeschinis, Lysiae et aliorum Orationibus. Venet. 1513. fol. Inde *H. Stephanus* inter Oratores veteres ann. 1575. fol. [atque *Reisk.* in Orator. graecorum collect. vol. VIII. pag. 52 sqq.] Latine vertit *Guil. Canterus*, ad calcem Aristidis, Basil. 1566. fol. Legitur quoque epistola sub Antisthenis nomine ad Aristippum, [in cod. MMMLIV. biblioth. reg. Paris. tom. II. Catalogi pag. 603.] inter Socraticorum Epistolas, ab Allatio editas. Vide supra cap. X. nr. 35. Dissertationem *περὶ τῆ μὴ εἶναι ἀντιλέγειν* et similitudinem inde cum Platone ortam, scriptumque aduersus hunc dialogum *Σάδωνα* memorat *Laertius* III. 35. Sed et Platonem in dialogos suos quaedam ex Antisthenis diatribis transulisse notauit *Athenaeus* XI. pag. 508. e Theopompo Chio. Antisthenis *προτρεπτικός* citatur a Polluce VI. 98. et X. sect. 98. Aeschinem Socraticum olim arguit Persaeus, quod Antisthenis scripta quaedam sibi tribuisset, apud eundem *Laertium* II. 61. De libro Magico, quem huic Antistheni a quibusdam tributum ait Suidas, dixi in Elencho scriptorum Aristotelis deperditorum. Antisthenis sectatores *Ἀντιοθίνους* adpellantur *Aristoteli* VIII. 3. Metaphysic. [Plura de nostro, eius aetate, vita, moribus, ingenio et placitis sectaeque Cynicorum disputarunt *Gottlob. Ludon. Richter.* in diss. sub praesidio Gottlieb Stollii habita, de vita, moribus et placitiis Antisthenis cynici, (ubi de libris Antisthenis quoque copiosus est,) Ienae, 1724. 4. — *Lud. Chr. Orellius* progr. de Antisthene Cynico. Lipsiae, 1728. 4. — *Stanleii* histor. philos. part. VI. pag. 101 sq. edit. latinae Venetae. — *Brucker.* hist. crit. philos. vol. I. p. 860 — 893. — *Chaussepis* in Supplém. Lex. Bayl. tom. I. pag. 360 sqq. — *Gedicks* in M. T. Ciceronis historia philosophiae antiquae p. 259 — 271. — *Meiners.* in doctrinarum apud Graecos et Romanos historia, tom. II. pag. 666 sqq. — Natus fuisse videtur ante Olymp. XC. quia ante philosophiae studium sequutus est militiam, ante Socratem vero, Olymp. XCV. viuis ereptum, audiuit Gorgiam, qui Olymp. LXXX. iam clarus, Olymp. C. valde senex superuixit. vid. *Ionsum* de scriptor. hist. phil. I. cap. 8. p. 40. *Stolle* l. c. p. 6. et *Brucker.* l. m. p. 862. not. t. Mortuus est Athenis annum LXX. agens, teste *Eudocia* in Viol. p. 56. Socratem, postquam eum sectatus est, numquam deseruit. vid. *Xenoph.* M. S. lib. III. cap. 11. §. 17. qui eum cum Socrate disputantem de amicorum pretio, M. S. II. 5, 1 sqq. inducit, et lib. III. cap. 4. §. 4. nec eum quidem, dicit, *ὥδης* nec *χορῶν διδασκαλίας*, (qui choro daret modum carmenque auspicaretur etc. vid. Ernesti notam,) esse peritum, et tamen scire, optimos illarum artium magistros eruditosque deligere. Cum Socrate idem loquens inducitur in Symposio II. 10. III. 7. IV. 34. a *Xenop'onte*. Eam vero philosophiae partem, quae homines redderet felices, aut artem felicitatis acquirendae doceret, maximi aestimauit et reliquis praetulit doctrinis. Quod fastum quemdam prae se ferebat, in carpendis hominum moribus, libertate cum acerbitate

<sup>ffff</sup>) Sic reddenda sunt verba illa apud *Euseb.* XV. 13. Praeparat. non, ut eruditus interpret, *sensu animisque tenuis Heracloticus.* Notum

est, Cynicos sese Herculis praecipue aemulos atque imitatores venditasse.



bitate utebatur, discipulos dure habebat, patientiam ipse ac duritiam maxime adamabat et commendabat; ampla discipulorum corona non potuit cingi: libris igitur conscribendis operam addixit. Socratem imitatus, in eo libro, (vt ait Cicero de N. D. I. 13.) qui *physicus inscribitur*, populares deos multos, naturalem unum esse dicens, tollit vim et naturam deorum. adde *Laërt.* Diu. institut. I. cap. 5. *Minuc. Felic.* cap. 19. Seueritatis amans, tunicam abiecit, solo pallio, eoque, praeter consuetudinem philosophorum, duplicato usus est; pallium nempe in sinistro humero duplicatum, dextero ita subiecit, vt ipse humerus nudus et exertus exsaret: quamquam alii Diogenem illius moris faciunt auctorem. vid. *Vrsini* illustrium imagines, nr. 20. vbi tamen in gemma conspicitur sine barba, (conf. Io. Fabri commentar. ad illum pag. 13.) *Salmas.* ad Tertull. de pallio pag. 366 sqq. eundem sub ficto nomine Francisci Franci in confutatione animaduers. Antonii Cercostii, (h. e. Petauii.) Middelburgi, 1623. 8. pag. 7 sq. et 237 sqq. *Off. Ferrarium* de re vestiaria vet. part. II. lib. IV. quo agitur de pallio, cap. 19. et 20. pag. 173 sqq. Patau. 1685. 4. in Graeuii thes. antiqq. rom. vol. VI. pag. 901 sqq. edit. Venetae. *Alb. Rubenius* de re vestiaria lib. I. cap. 7. in thes. antiqq. rom. eod. vol. p. 954. et ex eo *Fabric.* ad Sext. Empir. Pyrrhon. hypotypof. I. cap. 14. sect. 153. p. 39. add. *Christ. Guil. Franc. Walchii* antiquitates pallii philosophici veterum Christianorum. Ienae, 1746. 8. — *I. P. Milleri* prol. II. de pallio philosophico, Vlmae, 1760. et 1761. 4. — *Ouerkamp.* diss. de vestitu, praec. pallio veter. philosoph. Ienae, 1733. — Artem orandi bene edoctus a Gorgia, feliciter expressit. Ab illo τὸ ῥητορικὸν ἄδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, ait *Eudocia*, de nostro agens, p. 55. Apud eandem et apud *Diogen. Laert.* VI. 14. laudant eius dictionem Theopompus ac Xenophon. Saltem Phrynichus in adparatu oratorio apud *Photium* cod. CLVIII. p. 326 sq. edit Schotti, laudat eum cum praecipuis atticis scriptoribus, puri et attici sermonis regulam, normam atque exemplum, et commendat eius germanas orationes duas περὶ Κίχου et περὶ Ὀδυσσῆ, al. Ὀδυσσεύς. — In bibl. caesarea Vindobon. est manu exaratus dialogus cum Polycrate de rebus physicis, et incipit ποίω λόγῳ etc. quem Lambec. in Comment. tom. VII. putarat, esse Antisthenis ἐρώτημα περὶ φύσεως, Laertio memoratum; sed errauit norante Kollario p. 577 sq. B. qui inonuit, illum dialogum nequaquam esse Antisthenis; sed Simocatae Theophylacti, comparata huius ἀποριῶν φυσικῶν editione Bon. Vulcanii, Lugd. Batav. 1597. 12. — Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ citatur ab *Eudocia* p. 432. — Antisthenis declamationes vna cum Andocide, Dinarcho, Alcidasante, Demade, Gorgia et Lesbon. suis typis editurus erat *Theoph. Sigfr. Bayerus*, quod quidem consilium nuntiavit in epistola ad La Crozé tom. I. p. 42. Thesauri epistolici Lacroziani. *Harl.*]

*Antisthenes*, qui τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς scripsit, non Cynicus fuit, vt *Meursio* in Biblioth. Attica visum, sed iunior quidam, fortasse Rhodius <sup>53555</sup> ille historicus, qui historiam patriam consignasse colligitur e Polybio excerpt. Peiresc. p. 69 sq. et Peripateticus vocatur a *Phlegonte* cap. 3. Mirabil. [pag. 38. edit. Franz. vbi vid. Meursium et Franz. in ind. pag. 177.] Alius teste *Laertio* VI. 19. fuit *Antisthenes Ἡρακλείτεος*, alius item *Antisthe-*

T t t t 2

nes,

ggggg) Ita male quidem *Vossius* pag. 325. de Hist. Gr. et *Ionsius* pag. 329. de scriptoribus Hist. philos. [IV. nr. 6. p. 249. edit. Dorn. adde eundem I. 8. I. p. 45 sq.] Sed page Menagii alius fuit

*Antisthenes*, non Rhodius, sed cognomento Ῥόδης, Agrigentinus, cuius opes ac magnificentiam in nuptiis filiae describit *Diodorus Sicul.* lib. XIII. pag. 205. [tom. I. pag. 608 sq. edit. Wesseling.]



nes. [F] Medicus, de quo Schol. Aristophanis ad Ecclesiast. alius *Antisthenes*, Parius, quem a se arcet Apollonius apud *Philostatum* IV. 4. alius *Antisthenes*, quem Alexandri res gestas scripsisse ait Volaterranus, nisi eum confudit cum Calisthene, vti Hendreichius in pandectis Brandenburgicis adfirmat, *Antisthenem* Thasiun, qui cum Nearcho nauigavit, a Strabone citari. Sed is *Straboni* lib. XVI. pag. 766. est Androtthenes. Incertum est, quem *Antisthenem* laudet *Plinius* XXXVI. 12. inter eos, qui de pyramidibus Aegypti scripserunt, itemque cuius librum tertium *Μεταγχιδος* in testimonium citat Plutarchus de fluminibus.

XXXIII. ARISTIPPI, Cyrenaci, Socrati [ad quem audiendum Cyrene ex Africa venit Athenas.] familiaris, et qui primus Socraticorum didacrum ab auditoribus exegit, (teste Suida) imago ex F. Vrsini gemma occurrit in Laertio Wetsteniano et in Thesauo Gronouii tom. II. tabula LXXXIV. <sup>ΑΑΑΑΑ</sup>) Apud Dionysium in Sicilia versatus esse traditur a *Luciano* in parasito tom. II. p. 254. [cap. 33. p. 861. tom. II. edit. Reitzii, et in dialog. mortuor. XX. 5. tom. I. pag. 418.] Simultatis eius cum Xenophonte Suidas meminit in *Ἀριστιππος*. De inimicitia cum Platone vide *Laertium* III. 36. et *Athenaeum* XI. p. 507. qui p. 508. e Theopompo Chio notat, Platonem ex Aristippi diatribis argumenta dialogorum quorundam suorum repetisse. Scripta eius refert idem *Laertius* II. 83 sq. et alibi laudat eius *περὶ τῆς ἀδονίας* X. 4. et libros *περὶ παλαιῶς τελευτῆς* pluribus locis, tum *περὶ φυσιολογιών* VIII. 21. Sub *Aristippi* nomine Epistolae quaedam editae a *Leone Allatio*, vt dixi cap. X. nr. 35. Apophthegmata huius aulici, <sup>ΑΥΛΙΚΑ</sup> vere Philosophi e Laertio, Plutarcho, Suida, aliisque exponit *Paulus Leogardus* in Aristippi vita pag. 44 sq.

[Homo fuit facetus, urbanus atque elegantis ingenii vitaeque et omnium horarum: ex cuius doctrina placitisque cognosci potest, quantum valeat natura et temperamenti, quod dicunt, ratio ad opiniones et iudicium de disciplina et praeceptis morum ferendum. Antisthenes enim erat natura seuerus et austerus: Aristippus vero (qui ex coniectura Menzii, p. 9. libelli, mox memorandi, ante Olymp. LXXX. non fuit natus,) mollis, amabat vitam lautam atque delicatam; quam *Lucianus* in vitarum auctione cap. 13. tom. I. p. 551 sq. edit. Reitz. festiue quidem lepideque, at nimis acriter perstringit. Hinc tanta vtriusque disciplinae vitaeque diuersitas poterit intelligi. Aristippus voluptatem, qua sensus dulciter ac incunde mouetur, finem bonorum esse voluit, (vid. *Ciceron.* acad. II. 42. vbi vid. Dauif. de Epicuro, quatenus a suo praecursore deflectat, it. de Fin. II. 6. et 13. de Offic. III. 33.) atque cum suis adfectis in solo tactu, et eo quidem, quem philosophi interiorum (Empfindung) vocant, aut doloris, aut voluptatis putauit veri esse iudicium, teste *Cicerone* acad. II. 7. vbi Dauisius plura veterum loca congeffit. Primus Socraticorum philosophiam mercede docere instituit: eamque ob causam illum oblique carpit *Xenophon* M. S. I. 2. 60. vbi vid. *Ruhnken.* et *Himdebürg.* ad *Xenoph.* M. S. II. 1. p. 52. Animaduersionum in *Xenoph.* Mem. Socr. Quoniam vero a Socratis

<sup>ΑΑΑΑΑ</sup>) Conf. *Simfon.* Chron. ad A. M. 3640. *Harl.*

<sup>iiii)</sup> Horat. [Epist. I. 17. 23. vbi vid. interpr. imprimis *Wieland.* in vers. germ. Epist. Hor. pag. 248. qui bene defendit Aristippum.] *Omnis Aristippum decuit color, et status, et res.* Confer

Aristippum Bassaci. [adde *Chaussepté*, voc. Aristippe, tom. I. not. F. *Stanlei.* hist. philos. tom. I. part. III. cap. 6. p. 262 sqq. *Horat.* Epist. I. 1, 18. ibique eruditam *Wielandii* adnotationem in vers. *Horat.* Epp. germ. p. 42 — 47. *Horat.* Scrm. II. 3. 100.]



cratis severitate multum remisit, multa ex Sophistarum scholis hausit, vitam degit lautio-  
 rem, auramque popularem regisque Dionysii captavit, genio indulgens: à multis est vituperatus,  
 atque Platonem, Xenophontem, (cuius disputationes de voluptate II. 1. Memor. Socr. et de  
 bono ac pulcro III. 8. infesti in Aristippum animi habent indicium,) aliosque habuit aduersa-  
 rios, qui quidem num semper aequi de nostro fuerint iudices, fere dubito. Equidem nolo  
 fieri eius patronus neque cuncta, quae male dixisse aut fecisse arguitur aut in opprobrium  
 eius ab aliis dicta sunt, vel negare, vel tamquam per calumniam ab aduersariis ficta pronun-  
 ciare, aliterque explicare, vel excusare, quod *Fridericus Menzius*, Professor quondam Lip-  
 siensis, in libello,

*Aristippus philosophus Socraticus* Halae Magdeburg. 1719. 4.

fecit. Neque tamen ausim eum plane contemnere et perditis abiectisque hominibus adnume-  
 rare, omnibusque aduersariorum obrectationibus et vituperiis fidem dare, aut omnes illius  
 sententias, praecipue de voluptate, in peiorem partem interpretari. Menzius igitur omnia,  
 quae ad vitam et disciplinam Aristippi cognoscendam conducerent, diligenter congescit atque  
 exposuit, doctrinam philosophi vberius explicuit: at nimius est in laudando philosopho suo  
 delicatulo atque eleganti, et in eo grauitur lapsus est, quod omnem maculam a nomine Ari-  
 stippi abluere adnitus est. Censuram libelli leges in Actis eruditorum germanice scriptis,  
 partic. 65. ann. 1720. pag. 414 sqq. Actis erudit. Lips. ann. 1719. p. 454 sqq. Journ. des Scav.  
 mens. August. 1721. etc. Multa quidem praeclare fecisse et dixisse videtur: virtus sane eum  
 apud *Lucianum* in bis adfusato cap. 23. pag. 821. tom. II. edit. Reitzii, Aristippum suum esse,  
 quod sermones illius et opera indicent, contendit; luxuria autem propter coronas, purpu-  
 ram et vnguenta sibi eum vindicauit. Atque Aristippus mollitie corporis animique et amore  
 deliciarum, captus eas, quoque tuitus est sententias, quae virtutis sanaeque rationis praeceptis  
 repugnant. Hinc etiam Menzius a multis, interdum iusto acerbius, est notatus, praecipue  
 a cel. *Carpzou*. in *Paradoxo Stoico* Aristonis Chii etc. sect. II. cap. 10. p. 487 — 509. vbi do-  
 cte egit de Aristippo, hunc vero histrionum philosophicorum principem et ἀρχυπεριτην,  
*scurramque Siculum* vocauit. Valde quoque inuehatur in istum *Stausel*. in historia philos-  
 part. III. cap. 3. ac *Meiners*. in historia doctrinarum apud Graecos etc. tom. II. pag. 646 sqq.  
 Medium tenet *Brucker*. in histor. crit. phil. I. p. 584 sqq. vbi de Schola Cyrenaica, eiusque  
 auctore, *Aristippo* multus est. adde eiusdem vol. VI. p. 224 sq. et censorem in biblioth. Criti-  
 ca Amstel. II. part. 8. p. 117. not. 2. Praeter ea huc pertinent:

*La Vie d'Aristippe, écrite en Grec par Diogene, et mise en François par Tancqui le  
 Fevre, avec des Remarques*, à Paris apud Thom. Jolly, 1668. 12. item in *Memoir. de Littera-  
 ture de Mr. Sallengre*, tom. II. pag. 20. et in *Vies de Plutarque*, tom. IX. p. 633. Amsterd.  
 1735. 4.

*Io. Henr. Acker* Gedanken von Aristippi Hoff-Visiten. Ienae 1729. 4.

*Chaufepié* in *Supplem. Lexici Bayliani*, tom. I. pag. 456 sqq.

*Fenelon* eiusque interpres *Loen* in vitis etc. veterum philosophorum, pag. 254 sqq.

*M. T. Cicronis historia philosophiae antiquae* — collegit — *Frid. Gadike*, p. 103 sqq.

*Battaux* Developpement de la Morale d'Aristippe in *Mém. de Litterature*, vol. 26.



Aristippi epistolas omnes tamquam spurias reiecit *Io. Pearson*. Vind. Ignat. p. 361. *Val. Chan.* tamen in diatr. Euripid. post Hippolytum p. 190. epistolam quidem 27. velut ad Aretem filiam datam, in qua nulla sint dorisini vestigia, (vti antea *Bentleius* in dissertat. de epistolis Socrat. §. XI. p. 72. version. Lennep. suspicatus est,) pro spuria habet: neque vero omnes ab aliis fictas esse, et epistolas, quae Aristippi nomen praefertunt, dorice scriptas, IX. XI. XIII. XVI. nihil continere indignum Aristippi persona existimat. *Ruhnkenio* ad Xenoph. Mem. I. 2, 60. auctor epist. Socr. p. 43. qui Aristippum facit Xenophontis hospitio in Scyllunte vntem, minus commode finxisse videtur.

Notatur digna est adhuc *Arete*, Aristippi filia, a patre sollerter instituta, philosophiae amore imbuta, patrisque imitatione erudita; quae filium, Aristippum, et *Theodorum*, haud ignobile in Schola Cyrenaica nomen, habuit discipulos. vid. praeter *Diogen. Laert.* II. sect. 36. et laudatum *Menagium*, in primis *Wolf.* in Catalogo foeminarum olim illustrium voc. *Arete* p. 283 sqq. subiuncto Mulierum graecar. quae oratione profa vsae sunt, fragmentis et elogiis, et *I. G. Eck.* comment. de Arete, Lipsiae 1775. 4. *Harl.*]

Alios praeterea octo Aristippos refert *Menagius* ad Laert. p. 114. ex quibus fuit *Aristippus*, huius, de quo agimus, Cyrenaicae sectae principis ex filia *Arete* nepos, a qua institutus *μητροδιδάκτε* nomen meruit. Alios *μητροδιδάκτες* celebrat *Menagius* in Historia mulierum Philosoph. vbi de Arete §. 61. *Rufinum*, *Aristippum* sui temporis adpellat Hieronymus in Apologia, tom. II. pag. 164. *Fabric.* adde *Brucker.* l. c. pag. 592. *Chaufepié* l. mem. pag. 460. *Harl.*

XXXIV. CEBES, Thebanus, Socratis, teste *Xenophonte* I. ἀπομνημονεύμ. pag. 418. auditor, qui a Platone loquens inducitur in Phaedone, et Phaedonem, hortante Socrate, seruum emisse traditur apud *Gellium* II. 18. *Macrobius* lib. I. cap. 11. Saturnal. et *Laert.* III. 24. Scripsit et ipse dialogos tres, vt notatum *Laertio* II. 125. et *Suidae*, quorum tituli: Ἐβδόμη, Φρίνυχος et ΠΙΝΑΞ <sup>κκκκκ</sup>. Sed duobus prioribus deperditis solus ad nos tertius peruenit, in quo continetur elegans et lectu digna expositio philosophicae tabulae, siue imaginis mirae ac singularis, vniuersam vitae humanae [P] rationem <sup>ιιιιι</sup> adumbrantis, quam Athenis, vel Thebis

<sup>κκκκκ</sup>) Tres hos dialogos adtribuit *Eudocia* in Viol. pag. 272. *Callippo*, Atheniensi philosopho, Socratis discipulo, quem *Fabricius* infra inter Platonicos refert. *Φρίνοντα*, ait *Eudocia*, αὐτῷ διαλόγοι τρεῖς; Ἐβδόμη, Φρίνυχος, Πίναξ, (καὶ δὲ τῶν ἐν ᾧ διήγησις) καὶ ἄλλα τινά. De *Callippo* vid. *Athen.* XI. p. 508. et *Suidam* h. v. p. 233. tom. II. *Küsteri.* *Harl.* *Io. Camertis* vita Cebetis, praemissa eius tabulae cum Solino editae, Bas. 1557. fol. *Beck.*

<sup>ιιιιι</sup>) Addit *Suidas*: καὶ δὲ τῶν ἐν ᾧ διήγησις, [Hemsterhus. ad Luciani dial. I. ed. min. not. p. 1. Basil. 1771. 12. scribere iubet καὶ δὲ τῶν ἐν ᾧ διήγησις.] enarrantur enim in tabula, quae animabus contingunt, antequam in corpora immittantur. Deinde varii hominum mores in hac vita, varia studia, et

quis illa maneant exitus, si vel per angustam virtutis semitam ambulent, vel latam voluptatis ac vitiorum viam ingrediantur. [*Velsius*, in suo Cebete Lugd. 1551. 4.] *Stanleius* p. 121. Hist. Philosoph. illam τῶν ἐν ᾧ διήγησις putant didicissam a tabula, quod a mente *Suidae* videtur esse alienum. [vid. quoque *Cusanbon.* not. in edit. *Berkelii* pag. 154.] Verba Cebetis sub init. ἐν ᾧ ἡ γραφή τις ἐστὶ καὶ μύθος ἕχων ἰδίαν, sic reddit *Salmasius* praefat. ad paraphrasin Arabicam: in quo inerat pictura quaedam noua ac mira (non peregrina, vt alii transferunt,) et fabulas continens sibi peculiares. Has deinde persequitur hospiti senex ὁ περιηγητὴς τῆς ἀγορᾶς, vt possit adpellari e *Luciano* lib. de calumniis tom. II. pag. 403.



Thebis potius, in templo Saturni <sup>mmmm</sup> dedicauerat aliquis, [Lysis Tarentinus, notante Bischoffio in sua edit. Cebetis p. 19.] (Arabi paraphrastae si credimus, Lacedaemonius,) *Πυθαγόρειον τινα καὶ Παρμενίδειον ἐξηλωκὸς βίον*. Hunc dialogum Cebetis illius antiqui esse suadent praeter Laertium et Suidam *Lucianus* lib. de mercede conductis tom. I. p. 479. [tom. I. pag. 702. edit. Reitz.] et in Rhetorum praeceptis tom. II. pag. 311. [tom. III. p. 5. ibique interpr.] tum *Iulius Pollux* III. 16. sect. 95. *Tertullianus* de praescript. cap. 39. et *Chalcidius* in extremo commentarii ad Timaeum Platōnis p. 462. quorum omnium loca *Jacobus Gronovius* suae praefixit Cebetis editioni <sup>nnnn</sup>. Idem in notis p. 105. et 108. obseruauit, *Dionem Chrysostomum* Orat. II. de Regno et *Aristaenetum* lib. I. epist. 2. quaedam ex hac Cebetis tabula expressisse. Prae ceteris autem omnibus *Chalcidii* locus adnotandus est, quia ex illo corrigere licet verba, ex quibus viri quidam docti coniiciunt, dialogum hunc, Cebetis suppositum, a Chalcidio lectum non fuisse. Hodie quidem in Cebete haec legenti occurrunt p. 29. laudatae edit. *Τίνας ἔν καλῶνται ἔτοι; οἱ μὲν ποιηταί, ἔφη, οἱ δὲ ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοί, οἱ δὲ Μουσικοί, οἱ δὲ Ἀριθμητικοί, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἑδονικαί, οἱ δὲ Περιπατητικοί, οἱ δὲ Κριτικοί, καὶ ὅσοι ἄλλοι τέτοις παραπλήσιοι*. Merito mirantur viri eruditi <sup>oooo</sup>, quomodo Cebes meminisse potuit Peripateticorum et Ἑδονικῶν siue Aristippeorum Epicureorumque, qui ipso fuere posteriores, tum criticorum, quorum ab Aristotele demum vocata est natio? Neque dialecticae <sup>pppp</sup> illa aetate erat tam contemptum vel abusu dehonestatum nomen, ut *ψευδοπαυδεία* et non ipsi philosophiae accenseretur. Sed in Chalcidii verbis, praesentem Cebetis locum laudantis, nihil horum occurrit, sed tantum mentio fit Geometricae, Musicae, Arithmeticae et Astrologiae. Cum Chalcidio consentit paraphrasis Arabica, quam vidē pag. 58. nisi quod pro Astrologia habet Geodasiam. [F] *Fabris*.

## E P I M E T R O N.

Iam olim visus est dialogus ad alium potius, et iuniorem quidem Cebetem, referendus esse: ita quidem Hieronymo Wolfio et Berkelio, (in cuius editione p. 153 sqq. quorundam interpretum iudicia collecta prostant,) in notis ad Cebetem, Clerico in siluis philol. cap. VIII. *Aug. Mastardo* in diss. moral. ad Cebetem part. III. diss. 1. Venet. 1643. 8. p. 472. secundum versionem germanicam, Francof. 1671. 12. Quod vero *Iac. Wilhelm. Feuerlin.* in Miscellan. Lipsiensib. tom. III. ant. 1716. obseru. LV. p. 14 — 60. de Cebete eiusque tabula docte egit, multos, in utramque partem disputantes, V. D. laudauit, omnem controuersiam exposuit, superiorum argumenta, haud omnino leuia, iam collegit, atque examinavit, et dialogum Cebetis Socratico, omni opera atque diligentia et solertia adhibita, vindicauit; *Brukerus* vero in histor. crit. philos. vol. I. pag. 577 sqq. Feuerlini argumenta in compendium redegit, et, quamquam non omnibus album adiecit calculum, plura tamen comprobauit aliisque corroborauit, insuper *Küsteri* sententiam ad Suidam tom. II. pag. 288., dubium videri, an tabula, quae

<sup>mmmm</sup>) Vid. Thomasin. de donariis, p. 211. *Hart.*

<sup>nnnn</sup>) Ex loco Chalcidii vel solo opinionem suam corrigere possunt viri doctissimi, qui de germanitate eius auctoris, (Cebetis,) dubitant, inquit

*Barthius* Aduersar. lib. I. cap. 11. pag. 22. adde *Placcium* Pseudon. nr. 594. *Heimann.*

<sup>oooo</sup>) Vide *Sam. Petiti* Miscellanea lib. IV. cap. 4.

<sup>pppp</sup>) *Iac. Thomasinus* dissertat. XXXIV. de septem artibus liberalibus pag. 380 sq.



quae hodie Cebetis nomine circumfertur, sit Cebetis, vel saltem, quae Wolfii quoque et Stanleii fuit opinio, an Suidas de eadem tabula sit intelligendus, refutavit: equidem nolo omnia repetere atque molestus fieri lectoribus. *Io. Fabric.* in historia biblioth. suae, part. V. p. 538. contra Küster. sentiens, opinatur, Cebetem duplicem formasse tabulam; alteram de vita humana; alteram de iis, quae apud inferos fiunt; at hoc falsum videtur. Facile autem adducor, ut credam, nos habere contextum interpolatum. Licebit tantum Feuerlini coniecturam adponere, Cebetem Thebanum, quum Socrates moreretur, vegeta aetate, XL. circiter annorum, gauisum, numerosam senectutem adtigisse, atque paucis ante obitum annis Pinacem conscripisse, ideoque senem ipsum potuisse Platonis verba legere atque citare. *Feuerlini* et *Bruckeri* de auctore tabulae sententiam comprobant et euicisse, Cebetem ex suo ingenio illam conscripisse tabulam, putat *M. Theophilus Grabenerus*, Rector quondam scholae Misen. in disput. animaduersorum ad Cebetis tabulam primitiae, (Misen. 1744. 4.) sed in continuatione. siue in dyade animaduersorum, (Misenae 1746. 4.) primum adfirmat, idque a nullo interprete observatum esse adseuerat, scopum Cebetis et dialogi eius summam esse, docere, hominem, ignorantia et errore mentis, prauisque animi inclinationibus, corruptum, non contemplatiuis artibus, sed virtutis studio, felicitatis, quam hac in vita consequi summam possit, fieri participem. Tum contra Bruckerum demonstrat, Cebetem, hac in tabula se ubique Socraticae doctrinae alumnum ac sectatorem prodentem, nusquam professum esse, se pythagoricam sequi doctrinam, nec dogmata Pythagorae, sed Socratis in hac tabula reperiri. Feuerlini vindicias ita quoque comprobant, et tam certas esse, ut ad eas neque respondere, neque hiscere omnino aliquis audeat, contendit *Io. Jac. Wippelius*, Gymnasii Berolin. Prætor, in commentat. de Cebetis Thebani, philosophi Socratici tabula, verisimilia, Altonae 1744. 4. p. 9. Cebetem Thebanum in interpretatione tabulae Lysidis laudat *Gerardus Outhofius* biblioth. Bremens. tom. I. p. 230. Atque nouissime *I. G. Schilling.* in: Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer, Bremæ 1790. vol. I. part. I. (qui specimen nouae futurae editionis dedit,) p. 193 sqq. de Cebete disputans, prolatis vtriusque partis argumentis, probabilia protulit argumenta, quibus efficeret, opusculum esse Cebetis Socratico adserendum. Neque tamen desunt adhuc, qui illud Cebetis abnegent. *Sevin.* in Histor. acad. regiae Paris. Inscript. vol. III. pag. 137 sqq. aut secundum versionem Gottschediae, tom. II. p. 179 sqq. vsus argumentis, a Feuerlino, cuius vindiciae ipsi incognitae fuisse videntur, et a Grabenero partim iam reiectis, Fabricii nostri et Petiti rationes infirmare atque demonstrare, sustinuit, auctorem fuisse pythagoreum, eumque paullo ante Luciani aetatem probabiliter vixisse. Rationes eius hae sunt: 1) fieri in tabula mentionem chartae, Cebetis aetate adhuc incognitae, 2) reiecti philosophos, Cebetis nondum notos, 3) auctorem discedere a placitis sectae socraticae, et esse pythagoreum, 4) hinc dorica, non attica dialecto uti eum debuisset, 5) non esse credibile, opusculum illud, ante Lucianum a nullo memoratum, ultra quingentos annos delituisse. At argumenta, praesertim tertium, quartum et quintum, esse leuia et ab aliis iam abunde refutata, quilibet intelliget. Et tamen *Caylus*, in Histor. acad. reg. Paris. Inscript. tom. XXIX. p. 149 sqq. in Collectione etc. a cl. Meuselio germanice versa, (des Herrn Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geschichte und Kunst, tom. II. Altenburg. 1769. 4. über das Gemählde des Cebes, über die Höhle zu Koryzium, und über die Gemählde des Philostratus,) p. 184 sqq. subscribit *Sevini* iudicio, et compositionem tabulae s. picturae erudite ingeniosaeque examinat atque vituperat. Denique cl. *Meinert.* in recitatione ad Aeschini dialogos



gos laudata Cebetis tabulam contendit sine dubio fictam, et a Stoico quodam philosopho, aut alio incerto scriptore, at ante illa tempora elaboratam esse, quibus Graecorum lingua antiquam indolem suam perdere coepit; et idem forsitan, aut alius vir doctus, censor observationis Schillingianae, paullo ante memoratae, in ephemerid. litterariis Goettingensibus, (pag. 79. pag. 799. a. 1790.) existimat, totum *πινυκτος* habitum, oeconomiam, dispositionem totamque fictionem prodere mentem et ingenium Sophistarum seriorum. Omnino grauis est contra antiquitatem opusculi actio; ego vero aliis, qui Cebetis patrocinium suscipere velint, causam atque inquisitionem lubenter relinquo. Liceat tantum in memoriam reuocare notissimam illam Prodicum de Hercule in biuio fictionem, a Xenophonte memoratam. *Hard.*

*Codices, Versiones et Editiones Tabulae Cebetis.*

[Non admodum multi codd. supersunt. In Bibl. *Laurent.* tom. II. cod. XLV. nr. 6. plut. 57. pag. 423. Cat. Bandini cod. in 4. saec. 15. ubi tabula est in fine manca. — *Venetis* in Marci bibl. cod. CCCXCI. saec. XV. pag. 194. teste Catal. et cod. CCCXCIV. saec. XIV. pag. 311. In *Montfauc.* Bibl. bibliothecarum Mss. tom. I. pag. 476. D. *Ceb.* tabula et Leonardi Aretini de republica Florentinorum. idem tom. II. pag. 775. E. cod. LXXVIII. in bibl. Paris. reg. sed secundum catalog. Mss. huius bibl. quatuor codd. Cebetis in illa reperiuntur. In edit. Relandiana pag. 126. sqq. est varia lectio e cod. Msto. excerpta. Eo plures et tot ab initio typographiae prostant editiones, ut omnium enumerationem praestare nequeam. Salmasius in praef. ad suam edit. pag. 79. contendit, omnes edd. ad sua usque tempora ex vno codice manasse. Saepius tabula Cebetis aliis libris, praesertim Epicteti Enchiridio adhaeret: saepe in usum scholarum tantum ex cognitis exemplaribus recusa est. Multas editiones in primo volumine ad Hesiodum, Pythagoram, Aesopum et Theognidem, quibus interdum adiunctus est Cebes, iam adduxi, atque multarum editionum catalogum dederunt *Relandus* in sua Epicteti atque Cebetis editione, et cl. *Schilling.* laudatus in: *Magazin* etc. *Bremae* 1799. vol. I. part. I. pag. 208 sqq. et part. II. pag. 503 sq. Ego tamen ampliora dabo supplementa. Historia textus critica haec esse videtur. Ex Veneto exemplo ut plurimum fluxerunt edit. usque ad Wolfium, qui vulgatam lectionem constituit: cuius recensioem reliqui modo *κατὰ πρόδα* sequuti sunt, modo hinc inde deseruerunt. Salmasius ad Aldinam simul rediisse videtur: Gronovius nouam suscepit recensioem, quam reliqui ut plurimum retinuerunt: nouam tentare coepit Schillingius.

Hic principem edit. graecam laudat: *Cebetis tab. graece per Beroaldum* fol. 1494. cuius mentionem alibi nouum vidi, multis licet catalogis consultis. Primum, quantum alias constat, *Ludovicus Odaxius*, Patauinus, qui Igubii in Italia vixit circa a. C. 1485. teste Gesnero <sup>99999</sup>, vertit Cebetem ex integriore codice graeco, (v. *Salmas.* praef. ad Cebetem fol. auerso ++. 3.) cuius versio latina, non inelegans, prodiit, edente *Philippo Beroaldo*, Bononiae 1497. <sup>rrrrr</sup>) cum Censorino et Epictet. Enchirid. interprete Angel. Politiano, per Benedictum Hectio.

<sup>qqqqq</sup> De Odaxio consulendus est *Bernardinus Scardeonius*, lib. II. hist. Patauinae, classe X. pag. 269. tom. VI. Thesauri Italiae, part. III. *Nic. Comnenus* tom. II. histor. Gymnas. Patau. p. 185. *Wippelii* Verisimilia de Cebetis tabula, §. 13. pag. Vol. II.

12 sqq. qui pag. 19 sqq. de eius clausula tabulae aucta disputat. <sup>rrrrr</sup>) Hanc primam esse editionem, scribit etiam *Spizelius* in infelice literato, pag. 136. *Heum.*

Vv vv



Hectoris Bonon. (v. *Maittaire* Annal. Typ. tom. IV. part. II. pag. 634.) — rec. *Ceb. tabula* lat. interpr. *Lud. Odaxio*, cum commentar. *Io. Camertis*. Paris. 1498. 4. (v. *Maittaire* l. c. pag. 681.) rec. 1514. cum Censorino de Natali, et Plutarchi opusculis quibusdam lat. in aedibus Ascensianis fol. (v. *Maitt.* A. T. vol. II. part. I. p. 255.) — cum Athanasio in Psalmos, Epicteto aliisque, Argentor. 1504. 4. (Fabr. in not. msta. sed a. 1508. secundum Mylii Memorab. biblioth. acad. Ienens. pag. 170. nr. 161.) — *Ceb. tab.* e gr. in lat. conuersa per *Lud. Odaxium Patauinum*. Sub finem est argumentum tabulae Cebetis per *Rudolphum Agricolum Rhetum*, poetam laureatum, in nouem distichis; in calce: *Viennae Pannoniae*, per *Ioannem Singrenium* 1519. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdrucker-Geschichte, pag. 198 sq.) — *Odaxii* versio cum anim. *Io. Camertis* ad calcem Solini et Flori, ab eodem Camerte illustrati, subiuncto Mela, Basil. 1557. fol. — Eiusdem versionem subiecerunt Salmasius, Berkelius aliique suis editionibus. Illa metaphrasis Cebetis latina, quam a propinquo quodam suo versibus explicatam Virgilianis, *Tertullianus* cap. 39. de praescript. testatur, pridem intercidit. De aliis versionibus latinis paullo inferius agam.

*Graece*, quantum certius scio, cum latina versione primum prodiit vna cum *Constantini Lascaris* institutionibus et aliis opusculis, apud Aldum, in 4. sine anni nota, de qua editione copiosus fui in vol. I. pag. 708. et forsitan iam *Cebes* est in ed. Aldina Lascaris erotematum 1494. 4. id quod coniicio ex subobscura Glandorfii narratione de ea editione, in prolegg. ad Pythagorae carmina aurea pag. 25. et quod Fabric. vol. XIII. p. 605. scripsit, Erotematis Lascaris subiunctam esse Cebetis tabulam. — Ex Aldina probabiliter rec. *Cebetis* tabula Ferrariae per *Io. Maciochium Bondenum*. 1510. 4. vide pleniorum titulum supra in vol. I. pag. 797. not. et de *Bure* bibliographie, B. L. tom. I. pag. 13. nr. 2219.

*Constantini Lascaris de octo partibus* — — *Cebetis tabula et graeca et latina, opus morale et utile omnibus, et praecipue adulescentibus etc.* Venet. 1512. 4.

*Glandorf* l. c. pag. 37. quod sequitur, ait, inscriptionis argumentum cum editione Lascaris 1494. maxime conuenit. Ergone in prima ista editione exstat quoque *Cebetis* tabula? Probabiliter inest *Cebes* in Lascaris lib. de octo orationis partibus, gr. et lat. Venet. 1533. 8. per Melch. Sessam.

*Lascaris* — Florentiae 1515. 4. Eadem continet, quae Aldina Lascaris editio 1512.

*Cebetis tabula*, gr. absque vlla nota. saec. XVI. 8. cum aliis opusculis.

Cl. *Morellus* in Catal. bibl. Pinell. tom. III. nr. 7157. pag. 234. illum libellum eleganter impressum Venetiis, aut Romae a Zacharia Calliergi saec. XVI. ineunte fuisse curatum suspicatur. adde *Bandini* Catal. MSS. gr. bibl. Laurent. tom. II. pag. 571 sq. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. II. pag. 752.

*In hoc opere continentur Hesiodi aetnaei II libri Georgicon. — Catonis Rom. moralia instituta. Tabula Cebetis Thebani miro ingenio, qua ad virtutem pergas, viam insinuans, et alia quaedam. Graece et latine. — Ottomarus Aidos Argentinus. — Ioannes Knobloch formulis excusit, Argentorati 4. sine anni nota. (forte 1515.)*

De hac rarissima editione v. supra vol. I. pag. 709. Mei exempli adscripsit V. D. orae ab initio tabulae, vide *Palaestr. bonae mentis Eryc. Putan.* pag. 566 sq. et 568. et hinc inde praecipue ad Pythagorae et Phocylidis carmina plures adnotationes varii generis. Latinam Cebe-



Cebetis versionem ab Aido, siue Nachtgall esse factam, animaduerti comparando cum Aldina.

*Ceb.* gr. et lat. Lovan. 1517. 4.

*Moralia quaedam instituta ex variis authoribus.* — — *Cebetis tabula.* — in calce: *Augustus Vindelicorum* per Simpertum ruff. — 1523. 8.  
v. supra vol. I. pag. 710.

*Cebetis tabula, aurea carmina Pythagorae*, graece excudebat Christian. Wechel. Paris. 1531. 8. — ib. apud eundem. 1537. (v. *Maitt.* A. T. ind. voc. *Cebes*).

*Familiarium colloquiorum formulae* gr. et lat. *Cebetis Πινυξ* — Basil. 1541. 8. v. supra vol. I. pag. 339. et seq. edit.

*Familiarium colloquiorum formulae* gr. et lat. *Cebetis philosophi Thebani dialogus*, qui *Πινυξ* inscribitur, cum latina interpretatione. *Reliqua sequens pagella indicabit.* Antwerpiae in aedibus Streelii. 1547. 8. atque in sequenti pagina:

„Continentur in hoc libro familiar. colloquiorum, s. quotidiani colloquii formulae. *Cebetis dialogus.* De moribus puellae institutio, ex *Naumachias* fragmentis. De natura mulierum, ex *Phocylide*. Exhortatio ad prudentiam et spem, e *Lini* fragmentis. *Hippocratis* iusiurandum. *Agapetus* diaconus de officio regis ad Iustinianum. *Homeri* ranarum et murium pugna, cum scholiis Phil. Melanchth. *Γαλεωνομαχία* — trag. graeca. Omnia haec e regione latinam interpretationem habent. Tum Elifii Calentii Amphratenfis de bello ranarum et murium libri III. Andreae Quarnae Salernitani bellum grammaticale. “ (typis Io. Graphel.) Ex altero tomo, qui continet varias historias veteris et recentioris aevi, videmus, collectorem fuisse Ioan. Gassium, Brisacensem.

*Pyth. cum Cebetis tabula* gr. Paris. 1531. 1537. 8. (v. vol. I. pag. 797.) — ibidem apud Martinum Iuuen. 1557. 8. quae editio a Iac. Gronovio vt non solum elegans, sed etiam prae ceteris emendata laudatur. — gr. et lat. Basil. 1547. 8. (in biblioth. Bodleiana, art. *Cebes*, pag. 262.)

*Constantini Lascaris* grammatica, cum *Cebetis tabula* et aliis opusculis. Venet. apud Paullum Manutium. 1557. 8.  
v. vol. I. pag. 711 sq.

Nouam editionum classem constituit *Hier. Wolfius*, qui *Enchiridion* Epicteti cum *Simplicio* et *Arriani* comment. et cum *Cebete* latine vertit, Basil. 1560. 8. gr. et lat.

*Epicteti Enchiridion et Cebetis tabula*, gr. lat. *Simplicii et Arriani in Epictetum commentaria*, latine, interprete *H. Wolfio*. tomi III. Basileae 1563. 8. per Io. Oporinum.

Quidam tomi praeferunt an. 1561. cf. *Pinelli Catal.* tom. I. nr. 1244. vbi etiam ed. Wolfii, Basil. apud Oporin. tres tomi *sine* anno, nr. 1243. occurrit. adde *Heynii* praef. ad *Epictetum* pag. VI. Ex Wolfiana recensione repetitae sunt editt. Plantin, Saecani, Cantabrigiensis et aliae.

*Epictet. Enchiridion et Cebetis tabula* gr. lat. Antwerp. ex officina Christoph. Plantini, 1578. form. min. — et Lugd. Bat. ex eadem officina 1585. form. min. — Antwerpiae 1585. 8. — *Cebes* cum notis Bernhardi Copii et versione lat. Reineri ac Langii, Francof. apud Wechel. 1590. 8.



*Ceb. tabula*, gr. per Ioan. Caselium, Heimsfadii, 1594. 4.

*Epicteti* — *Encheiridion*. item *Cebetis Thebani tabula*, de vita humana prudenter insi-  
tuenda. Accessere Simplicii in eundem Epicteti libellum doctissima scholia, *Arriani* com-  
mentariorum de Epicteti disputationibus libri quatuor. Item nonnulla alia eiusdem argumen-  
ti, — omnia *Hieronymo Wolfio* interprete, cum eiusdem annotationibus et indice. Coloniae,  
in officina Birckmannica, sumt. Arnoldi Myliff. 1595. 8. tres tomi.

De Epicteto magis, quam de Cebete, meruit Wolfius. In quibusdam exemplis titulus  
praefert a. 1596.

*Cebetis tabula*, gr. et lat. opera Io. Dreieri. Rosloch. 1598. 8.

*Epicteti enchir.* et *Cebetis tabula*. *Theophrasti Characteres* etc. Lugduni 1599. 8.

*Ceb.* cum not. breuibus *Nic. Glaseri*, Walterhusani Thuringi, Helmstadii 1600. 4. —  
gr. e typographia Steph. Prevosteau. Paris. 1606. 8. (Mant. A. T. indic. v. *Cebes*).

*Ceb. tab.* ed. *Mich. Boschio*, (cum argumentis singulorum capitum) Argentorati, 1604. 8.

Apophthegmata philosophorum graeco-lat. ex Plutarcho selecta, cum *tabula Cebetis*.  
Ingolstadt. 1606. 12.

*Thesaurus philosophias moralis*, *Epicteti Enchir.* *Cebetis tabula*, *Theophrasti Characte-  
res ethici*, *Pythagoreorum fragmenta*, gr. lat. Coloniae Allobr. 1613. 12.

*Cebetis tabula*, gr. et lat. cum versione et notis *Casellii*, ex bibliotheca *Geverh. Elmen-  
horstii*. Leydae, 1613. 4.

Cum eadem versione excusa prostat Hannoverae, 1646. 12. Animaduersiones quaedam  
in editionem Cebetis Caselianam occurrunt in libro primo *Observationum H. Ernstii*, cap.  
1 sq.

Τὸ Ἑλληνισμὸς Γυμνάσματα πρὸς τὴν διδασκίαν. (Insunt *Cebetis tabula*, *Agapetus*,  
*Prodicus Hercules*, *Isocrates ad Demonicum*, *Luciani somnium*, *Epicteti Enchirid.* *Bruti et*  
*Apollonii epistolae*, graece, cum indicibus graeco-germanicis). Cothenis Anhaltinorum,  
1620. 8.

Meo quidem exemplo abest versio germanica, quam Fabricius aliique additam esse  
illi editioni scripserunt. Forsan indicem vocabulorum formularumque teutonice explicata-  
rum intellexerunt.

*Cebetis Theb. tabula*, — quam in usum scholae *Misnensis* euulgari curavit *Ioannes Beck-  
mannus*, (Rector scholae.) Lipsiae, excud. Georg. Liger. 1621. 4. graece, litteris luculentis et  
nitidis.

Bechmann. in praefatione, quae vero ultimum libelli locum occupat, promissit notas et  
commentarium in Cebetem; at promissis, quantum scio, non stetit. Dimidiam huius  
opusculi, V. plagulis constantis, partem complent adclamationes et gratulationes multorum  
virovum doctorum, quasi re magna gesta.

*Epicteti Ench.* cum *tabula Cebetis*, gr. lat. Amstel. 1627. 24. — it. Lugduni Batav. 8. et  
24. eod. anno. — *Ceb.* Lugd. B. 1634.

*Epict. Ench.* cum *Ceb. tabula*, Lugd. B. 1645. 16. Exemplum cum notis Msst. Fabri-  
cii notatur in huius Catal. librorum etc. part. I. p. 245.

*Epi-*



*Epictet.* — *Cebetis* tabula, cum not. Io. Dan. Saecani. M. D. Lugd. B. ex officina Io. Maire. 1651. 16. — gr. et lat. Paris. 1653. 8.

Ex Snaecani edit. plures aliae vulgares in Hollandia et Germania sunt ductae. Multa plura praeslitit, et longam doctamque praefationem, de arabica praesertim versione, praemisit Salmasius:

*Tabula Cebetis, graece, arabice, latine. item aurea carmina Pythagorae, cum paraphrasi arabica, auctore Ioanne Elichmanno, M. D. cum praefatione Cl. Salmasii.* Lugduni Bat. typis Io. Maire, 1640. 4. Subiuncta illius editioni *Simplicii* commentar. in *Enchiridion* Epicteti, ex libris veteribus emendati, cum Wolfii versione et Salmasii animadu. notisque etc. ibid. eod. anno. In fine addita est tabula Cebetis acri incisa. a N. I. Visscher <sup>ssss</sup>).

*Cebetis* tab. gr. et lat. cum commentariis Dan. Clasen, Magdeburgi, typis Io. Mulleri. 1652. 4.

Num editioni *Epicteti* gr. et lat. cum notis Paris. apud Sebass. et Gabriel Cramoisy, 1653. 12. addita sit *Cebetis* tabula, ego cum Maittaire A. T. tom. V. part. I. p. 365. nescio.

*Epicteti Enchir. et Cebetis tabula, Arriani commentariorum de Epicteto dispu. lib. IV. Omnia H. Wolfio interprete, cum eiusdem annotationibus.* gr. et lat. *Perphyrius*, de abstinentia ab esu animalium: vita *Pythagorae*: sententiae etc. Cantabrig. 1655. 8.

Schilling. memorat eorumdem librorum edit. Cantabrig. a. 1650. 8.

*Ceb. tabula*, gr. lat. Lugd. B. 1657. 32.

*Epictet. et Cebes, cum versione Hieron. Wolfii et notis Merici Casauboni.* Londin. 1659. 8.

Mer. Casaubon. hac in edit. promulgauit simul Paraphrasten Epicteti, h. e. ipsum enchiridion ad doctrinae christianae formulam adcommodatum. v. Heynii praef. ad Epictetum, pag. XXVIII sq. Exemplum cum notis MSS. Fabritii et Dobleri in Catal. nostri Fabr. part. I. pag. 245. nr. 3376. notatur. —

*Cebetis* tab. gr. et lat. Cellae, 1660. 12. — Rintel. 1666. 12.

*Epicteti Enchir. cum comm. Simplicii et Arriani, ac tabula Cebetis, ex edit. Hier. Wolfii*, gr. et lat. Londini, 1670. 8. — Γραμματικὴ Κωνσταντ. Λαοναε. acc. Κέβητος Πλάτ. Venet. 1673. 8.

*Epict. Enchir. una cum Cebetis Theb. tabula, gr. et lat. ex recensione Abrahami Berke-* <sup>lii</sup> <sup>iiii</sup>), cum eiusdem animaduersionibus ac notis: quibus accedunt Wolfii, Casauboni, Casellii,

V v i v v 3.

<sup>ssss</sup>) Salmasius in praef. testatur, paraphrasin illam incerti auctoris, depromptam e codice, ante annos sexcentos exarato, qui ethici et politici argumenti ex auctoribus Indicis, Arabicis et Persicis compilatus est, et ex Oriente a Iac. Golio adlatus seruatur in bibliotheca Academiae Lugd. Bat. Eodem Salmasio observante non optima fide in Cebete vertendo Arabs iste est versatus, nam et multa adtexuit, alia vero detraxit, plurima interpolauit, immutauit, inuertit, nec pauciora non ipsi intellecta perperam et contra mentem graeci au-

ctoris expressit. Quod non huic tantum versioni vel paraphrasi peculiare est, sed fere omnibus commune, quaecunque hodie ab Arabibus et graeco expressa videntur. Auctor versionis huius, siue paraphrasteos, loquentem cum Cebete inducit Herulem philosophum, quem ipse commentus est Socraticum, quoniam nempe in graeco codice bis, vel ter occurrere vidie tritam admirandi formulam, 3. "Ἡρακλῆς! Fabr.

(tttt) Qui Wolfianam retinuit lectionem, ex Salmasiana, siue Heinsiana lectione passim emendatam.



et aliorum, cum graeca paraphrasi. Lugd. Bat. et Amstelod. 1670. 8. — iterum Delph. Batau. 1683. in qua ed. Paraphraſtes e cod. Mediceo, cura Iac. Gronouii exhibitus eſt plenior atque emendatior, iudice Heynio. V. C. in praefat. ad Epictet. pag. XXX.

*Epictet. et Cebes*, gr. et lat. Amstelod. 1670. 8. — gr. et lat. cum notis *Susani*. Amſtel. apud I. Rauenstein, in 24. — *Epictet. et Cebes*, gr. et lat. Leidae, eod. anno. 12. — Amſtel. apud Henr. et Theodor. Boom. eod. anno, in 24. — *Ceb.* cum verſione Wolfii, Oxon. 1670 — 1680. 8. cum Epicteto, Theophr. charact. Prodic. Hercule etc.

*Mythologia Aefopia et tabula Cebetis*, gr. lat. Londini, 1682. 12. — *Epictet. et Cebetis* tab. gr. et lat. Guelferbyti, 1686. 24.

*Cebetis Theb. tabula*. gr. et lat. *Multis in locis reſtituta ex Mſſt. codd. unde etiam graeca in fine reſpoſita ab Iac. Gronouio, cuius accedunt notae et emendationes.* Amſtel. apud Henr. Wetſtenium, 1689. 8.

De noua hac recenſione, Gronouii emendationibus ac notis, in quibus paſſim interpretes et commentatores Cebetini notantur, aliorumque virorum doctorum errores deteguntur, v. Acta erudit. Lipſ. m. Iul. 1689. pag. 373 ſq. atque *Fabricius* ea, quae ſequuntur, ſcripſit. „Edidit Gronouius recenſitum ad tres codices MSS. vetuſtum vnum, alterum iunior, tertium a Iano Lascari exaratum et ad editionem Pariſ. 1557. Habet prae reliquis hoc peculiare, quod clauſulam eiusdem argumenti cum ea, quam habet arabicus metaphraſtes, licet breuiorem longe atque adeo eandem, quam Odaxius pridem latine vertit, nulla autem alia ante Gronouianam editio exhibet graece, repraeſentauit e MS. codice, quam hoc quoque loco, quia paucis verbis conſtat, in eorum gratiam, qui Gronouiana editione deſtituuntur, apponere volui. Ἀγνοῶσι γὰρ ὅτι ἔ γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν. Πλετον δὲ ἐξὶ πολλὰς κτήσας μένεις ἰδεῖν ἐκ κακῶν καὶ αἰσχυρῶν ἔργων. Οἷον λέγω ἐκ τῆ προδιδόνα καὶ ληΐζεσθαι καὶ ἀνδροφρονεῖν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἀποστερεῖν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν καὶ μοχθηρῶν. C. Ἐξὶ ταῦτα. D. Εἰ τοίνυν γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν μηδὲν, ὥσπερ εἰκός, πλετος δὲ γίνεται ἐκ κακῶν ἔργων, ἀνάγκη μὴ εἶναι ἀγαθόν τὸν [P] πλετος. C. συμβαίνει ἕως ἐν τέτρε τῶ λόγῳ. D. Ἀλλ' εἰδὲ τὸ φρονεῖν γε εἰδὲ δικαιοπραγεῖν ἐκ ἐξὶ κτήσασθαι ἐκ κακῶν ἔργων, ὡσαύτως δὲ εἰδὲ τὸ αἰδικεῖν καὶ ἀφρονεῖν ἐκ καλῶν ἔργων, ἰδὲ ὑπάρχειν ἅμα αὐτὰ δυνατὰ. Πλετον δὲ καὶ δοξάν καὶ τὸ νικᾶν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τέτοις παραπλήσια, εἰδὲ κωλύει ὑπάρχειν τινὶ, ἀλλὰ (forte ἅμα) μετὰ κακίας πολλῆς, ὥς ἐκ ἀν ἢ ταῦτα ἀγαθὰ ἔτε κακά, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀφρονεῖν κακόν. C. ἰκανῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἔφη. Haec Odaxius ita vertit: Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in diuitiarum possessionem ex pessimis ac turpissimis facinoribus deuenisse, veluti prodictionibus, depredationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisque compluribus et prauis operibus. C. ita res est. D. si igitur, ut par est, ex malo bonum nullum prouenit, diuitiae vero ex malis facinoribus proueniunt, diuitias nequaquam bonum esse necesse est. C. Sic ex isto sermone contingit. D. Caeterum ne sapientia quidem et iustitia ex malis operibus acquiri potest, neque ibidem iniustitia et insipientia ex bonis, siquidem ipsa eadem simul consistere non possunt. Diuitias vero et gloriam et victorias et reliqua id genus multa cum prauitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quapropter haec neque bona, neque mala censeantur. Caeterum sapientia duntaxat bonum, insipientia vero malum. C. Recte inquam et sufficienter mihi dicere videris.

Itam



Illam vero adpendiculam esse supposititiam et pannum, Cebetis haud idoneum resecandum, statuit, et multa contra Casaubonum, Gronovium ac Bischofium disputat *Io. Iac. Wippelius*, in *Verisimilibus de Cebetis Thebani tabula*. Altonae, 1744. Ille autem, quando, ingeniose quidem, suspicatur, a Iano Lascare, graecae et arabicae linguarum gnaro, istud additamentum ex arabico graecum esse factum, et Odaxium, Lascari aequalem, inde vertisse, ne nondum adducit, ut sententiae illius subscribam: quoniam causam non video, cur Aldus, qui *Lascaris* institutionibus grammaticis, ut vidimus, intexuit Cebetis tabulam, etiam illud supplementum, quod si ab Lascare fuisset profectum, non addidisset, aut, si tantum e codice suo Cebetem reddere voluisset, ne verbulo quidem illius fecisset mentionem.

*Cebetis Thebani, philosophi Socratico-Platonici, tabula, ex Caselii, Salmafii, Suetanii aliisque emendationibus repolita, graece et lat. — distinguitur in sectiones — XIV. easque in suos iterum diuisas numeros. — Interpretatio autem latina, quae noua additur, — vocum graecarum et vim et ordinem, quantum fieri potest, sequitur accuratissime, in usum Iohannei Hambugensis* (curante *Io. Schulzio*). Hamburg. 1694. 12.

Additus est index grammaticus, qui interdum vicibus commentarii quasi fungitur.

*Luciani Samosatensis colloquia selecta et Timon. Cebetis Thebani tabula. Menandri sententiae morales, gr. et lat.* Colloquia Luciani et Timonem notis illustravit *Tiberius Hemsterhuis*. Amstel. 1708. 12. rec. Basil. 1771. 12.

*Cebetis Tab. gr. cum notis grammaticis, criticis et moralibus M. Aug. Bischof.* Ienae, 1709. 12. gr. conf. *Neue Biblioth. I. p. 165 sq.*

Huius editionis auctor alia in fine, quae deesse videbantur, ex ingenio graece addidit a pag. 213—220. et tabulam accuratam, aeri incisam. Wippelium vero contra illum plura monuisse, iam memorauimus.

Salmasianam lectionem et, uti ex notis patet, in Cebete Plantinianam potius sequutus est Meibomius, qui nouam editionem molitus ad finem tantum non perduxit, sic, ut oppido pauca in ipso contextu operis superessent, quum 1711. morte abriperetur. Quare *Relandus* diffusas dissipatasque per varios librorum margines et sobedialmata in certum ordinem redegit, et absoluit editionem minus commodam:

*Epicteti manuale et sententiae, quibus accedunt tabula Cebetis et alia affinis argumenti, (n. Prodicus de Hercule ex Xenophonte, et Hippocratis epistola ad Damagerum,) in linguam latinam conuersa a Marco Meibomio. Subiiciuntur eiusdem notae, emendationes Claudii Salmafii in Epictetum, notae illorum et alius viri docti in dissertationes Epicteti ab Arriano digestas, et varians scriptura codicum manu exaratorum, cura Hadriani Relandi.* Traiecti Bataui. ex officina Guilielmi Broedelet, 1711. 4.

conf. *Io. Fabricii histor. biblioth. Fabricianae, part. V. pag. 535 sqq.* Pauca in Cebetis mutauit contextu, in notis vero, pag. 28—30. Plantinianam et Casel. raro Francofurtensem edit. vnice comparans, quaedam tentauit Meibom. Varias lectiones bene multae cod. Msti, Gerdesiani, opinor, pag. 126—136. reperiuntur. At recte iudicat cl. *Hegne* in praef. ad Epictetum pag. VII. Meibomium, qui adfectum opus reliquit, multa fuisse delitorum, multa haud dubie emendaturum, si vltimam manum addere viro exquisitae doctoliquisset.

*Cebe-*



712 *Lib. II. c. XXIV. VERSIONES ET EDITIONES TABULAE CEBETIS*

*Cebetis Thebani tabula. Noua versione donata et selectioribus criticorum notis illustrata. Accedit quoque elegantissima Ludouici Odaxii versio, nec non notas et index verborum locupletissimus. Opera Thomae Iohnson. Londini, 1720. 8. impensis editoris.*

Est accurata editio, et Iohnson, praeter lectiones Gronouii varias, adhibuit duas antiquissimas edd.

*Epicteti Enchirid. una cum Cebetis Thebani tabula, cum notis variorum, curante Iac. Gronouio, ex recensione Io. Gaspari Schroederi, gr. et lat. Delphis. apud Adrian. Beman. 1723. mai. 8. — cum not. Io. Henr. Reizii, gr. lat. et germ. Idstein. 1721. 12.*

*Ceb. gr. et lat. cum insigni praefatione, argumentis capitum, versione lat. noua, notis germanicis et indice locupletissimo, Francof. et Lipsiae, 1727. 8. (12.)*

*Ceb. tab. graece, cum notis germanicis Leonhardi Christoph. Ruehlenii, Goslar. 1727. 8.*

*Collectio scholastica ex optimis gr. scriptoribus, Homero, Cebete, Aeliano etc. gr. cum praef. Io. Balck. Leoward. 1736. 8.*

*Cebetis tab. a Thoma Nugent. gr. et lat. Londini, 1745. 8.*

*Aesopi fabulae selectiores. Luciani dialogi. Isocratis orationes ad Demonicum et Nicodem. Cebetis tabula. Galeni suaseria ad artes oratio, gr. et lat. Edinburgi, 1747. 8.*

*Epict. Enchirid. ex edit. Io. Vpton. et Cebetis tabula, cum interpret. latina, ex edit. Iac. Gronouii, gr. et lat. Glasguae in aedibus academic. apud Robertum Foulis. 1744. 8. 1747. et 1748. 12.*

*Ceb. tab. gr. cum variis quibusdam lectt. et annot. — in Eclogis ex optimis graec. script. Turici, 1749. 8.*

*Plutarchi Apophthegm. IV. dialogi Luciani, Prodicus Hercules, Isocratis ad Demonicum et Cebetis tabula. Londini, in usum scholae Westmonaster. 1749. 8.*

*Epicteti Enchir. et Cebetis tabula. gr. et lat. Guelferbyt. 1756. 12. et saepius.*

*Cebes, gr. et lat. ex edit. Gronouii, Glasguae, 1757. 8.*

*Cebetis tab. cum notis theodiscis (M. Ruhlii), et lexico, edit. ab Io. Chr. Messerschmidt. Lipsiae, 1757. 8. et 1773.*

*Epicteti Enchir. cum Cebete et Theophrasti charact. ex recens. Ios. Simpfoni, Londini, 1739. ib. 1740. 1744. 1758. 8. cum notis variorum.*

*Cebetis tab. in Strothii Chrestom. graeca. Quedlinburgi, 1776. et 1780.*

*Cebes, gr. et lat. Glasguae, 1771. 12.*

*Cebes Gemälde und Epictets Handbuch, griechisch, für Anfänger herausgegeben von Io. Henr. Jacobi, Privatlehrer in Hamburg, (cum indice et Semleri praefatione). Hamburg. 1784. 8.*

*Cebes Gemälde, mit Anmerkung. und einem griechisch-deutschen Wortregister für Anfänger, herausgegeben von M. H. Thieme. Berolini, 1786. 8.*

*Nonnulla Cebetis loca illustravit Lambertus Bos. in Obss. criticis cap. 27. — Lenin. Io. Schlichtii Obss. in Epicteti Enchirid. et Cebetis tabulam. Halae Magdeb. 1712. 12. conf. Neuer Bücher.*



Bücherfaal der gel. Welt, 33. Oefnung. Lipsiae 1744. 8. pag. 638 — 647. — Pro antro Corycio apud Cebetem legendum esse Κρησιον, obseruauit *I. H. Schulze*, in bibl. nouissima Halensi, pag. 50 sq. — *Conr. Rittershusius* in not. ad Malchum de vita Pythagorae φ. 3. f. 2. memorat sua collectanea ad Cebetis tabulam. — *M. Io. Valent. Merbitii*, Conrect. Dresd. animadu. ineditas in Ceb. tab. memorant Noua litterar. Hamburg. 1704. pag. 411.

### V e r s i o n e s.

De Odaxii versione, item de Wolfii et aliorum versionibus latinis, iam supra actum est. Schilling. citat editionem versionis, nescio cuius, Basil. 1539. etc. 8. Fabricius in not. mstis, habeo, inquit, metaphrasin heroicam mst. elaboratam, nescio, quo auctore, quae incipit: *Dum mala seditio bellique insana libido.* — *Marsilius Ficinus* Cebetem latine reddidisse traditur, saltem, editam esse eius versionem, nescio. — Cum Cenforino, Plutarcho de differentia inter odium et inuidiam et aliis: Venet. per Bernardin. Venet. de Vitalibus, 1500. 4. (*Maitt. A. T. IV. 2.* pag. 720). — *Ceb. tabula* cum Io. Aesticampii Epistola. Liptzk 1512. 4. — Tabula de fortunae instabilitate. Rostoch. 1516. fol. (v. *Baueri* bibl. librorum rar. vol. I. supplement. pag. 338). — *Cebetis tabula*, latine, cum comment. *Iussi Velfii*. Lugduni 1551. 4.

*Ceb. Thebani* — *dialogus*, qui Πίναξ inscribitur, breuiter humanae vitae rationem continens, elegiaco carmine donatus, per *Melchiorem Fabrum*, Silesium. Viennae Austriae. Michael. Zimmermann. excudebat. 1557. 4. v. *Denif.* Memqr. bibl. Garellianae, pag. 297 sq.

*Cebetis tabula*, continens cursum vitae humanae, additus Io. Clementis commentarius. Cracon. 1524. 4.

*Cebetis tab.* in latinam linguam conuersa, per *Theodoricum Adamaeum Sualembergum*, et *Pythagorae A. C.* latina prosa. Paris. ex officina Christi. Wechelii, 1539. 8. — *Tabula Cebetis* de vera gloria et beatitudine per virtutem comparanda, prosa partim latina, partim carmine, auctore *M. Christoph. Winero*, Ifenacensi, Erfordiae 1575. 4. (conf. *Iunker* Nachricht von der Eisenachsch. Bibliothek, pag. 17.) — *Dominici Lampsonii*, Brugenfis, typus vitae humanae ex Cebete, versibus heroicis, Lugd. Bat. 1612. 8. post. Nic. Grudii et Hadriani Marrii poemata, Io. Secundi regiae pecuniae Regiam et Luschii Antonii Vicentini domum pudicitiae. — *Casparis Barthii* versio, in eius variis opusculis. Hanouiae, 1612. 8. pag. 319.

Latinis versibus heroicis *Cebetis tab.* reddita a *Samuele Scharlachio*, adiecta eius Satira de ingruente iterum barbarie. Francof. ad Viadr. 1614. 4.

*Erici Ericii Pontoppidani* metrica paraphrasis. Paris. 1642. fol.

*Hispanice* Pinacem Cebetis verterunt *Ambrosius de Morales*, Cordubae 1585. 4. — *Petrus Simon Abril*, Caesar. Augustae 1586. 8. *Gundifalvus Correa*, Salmanticae 1630. 8. *Ioan. de Iarava*. Antwerpiae, 1549. 8. La Tabla de Cebes Phil. Thebano y Platonico, por Foppens. 1673. fol.

*Italicas* versiones sequentes recenset *Paitoni*, in Bibliotheca degli Autori ant. gr. e lat. volgarizzati, tom. I. pag. 205 sqq. Venet. per Franc. Marcolinum (incert. 1530. et 1536.) 1538. 8. — Discorsi morali di *Agostino Mascardi* su la Tavola di Cebete. — Venet. 1627. 4. Turin. 1629. 8. Venet. 1642. 4. Bonon. 1643. 8. Venet. 1653. 12. 1660. 12. (Mascardi diss. germanice versae lucem viderunt Francof. 1671. 12.) — I Caratteri d' Epitteto con la spie-



gazione della Tavola di Cebete — portati dal Greco in Franceſe dal Sig. Abbate di Bellegarde, e dall' Abb. Nicola Felleri. — Venet. 1714. 12. nr. 3. eſt tabula Cebetis cum nonnullis obſervationibus. — Tavola di Cebete — in Siena. 1720. 8. — Quadro di Cebete filoſofo greco trasportato in lingua Italiana. Patau. 1761. 4. — Traduzione della Tavola di Cebete in verſi ſciolti ed alcune Rime profane, morali, e ſacre del Co. *Cornelio Perpoli*. Venet. 1743. et 1763. 8.

*Anglice.* Io. *Davies*, Londin. 1670. 8. Alia translatio Cebetis, adiuncta M. Antonino, anglice edito Londini 1701. per G. *Stanhope*. — per Io. *Collier*. London. 1701. 8.

*Gallice* pridem vertit *Guil. Thory* Bituricensis, teſte Franciſco a Cruce in biblioth. gallica, p. 125. — Lugd. 1529. vna cum XXX. dialogis Luciani. — Gallico carmine *Aegid. Corrozet*. Pariſ. 1543. 8. — La Vie d' Epictete et ſa philoſophie, avec le Tableau de Cebes. II. Edit. reveuë et augmentée, (par G. *Boileau*.) Paris 1657. 12. — Cum Epicteto et cum expoſitione tabulae Cebetinae Abb. *de Bellegarde*. Treuoltii 1700. 12. ibid. 1704. 12. emendat. Amſtelod. 1709. 12. Argentor. 1787. conf. *Jac. Bernard* in Nouv. de la Rep. des Lettres, 1701. tom. I. p. 337. *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen vom I. 1700 — 1750. vol. I. p. 169. *Stolle* in: Hiſtor. der Gelahrtheit pag. 597. iudicat, Bellegard. neque linguam graecam intellexiſſe neque philoſophiam ſtoicam: germanice tamen verſum eſt opusculum a quodam A. B. C. Lipſiae et Goerlitz. 1747. 8.

*Germanice.* *Hans Sachs*, metrice, in III. tom. poematum, p. 223. edit. Noriberg. fol. 1570. — *Wilibald Piſkemyer* aut potius *Hanns Imhof* in theatro virtutis et honoris oder Tugendbüchlein etc. Noriberg. 1606. 8. p. 331 ſqq. conf. Beyträge zur critiſchen Geſchichte der deutſchen Sprache etc. partic. X. p. 207 ſqq. — *Nic. Glaſer* cum Agapeto. Bremae 1619. 4. — *Georg Jacob Schulz*, Noribergenſis, Francof. 1638. et 1656. 4. apud heredes Matthaei Meriani, et 1699. 8. in quibus editionibus etiam tabula ex Cebetis deſcriptione in aes incifa exhibetur, quod idem fecerunt alii, praecipue *Golzius*, licet neque hic mentem Cebetis per omnia adſequutus videatur Iacobq. Gronovio. — a Ioach. Gerdeſ. Holmiae, 1649. 12. — Francof. 1671. 12. — Reinhold de Derſchau Iſti Hodoſophia viatoris chriſtiani, germanicè. Francof. 1684. 8. In hoc libro picta exhibetur tabula Cebetis, vna cum verſione et explicatione eius. Adiecta eſt alia tabula Cebetis chriſtiani, quam effinxit et copioſiſſime integro libro expoſuit ibid. D. *Capell*, P. P. germanice. — cum tabula aeneae. ibid. 1699. 8. — alia verſio Deſſau. 1716. 8. — Idſtein 1721. 8. — I. F. *ab Vffenbach*, in eius geſammelten Nebenarbeiten in gebundener Rede. Hamburg. 1733. 8. — *Grillo*, Halberſtadt. 1771. 12. — *Cebes*, des Platonikers Gemälde des menſchlichen Lebens. Noribergae, 1781. 8. — aliae, in *Poffelti* wiſſenſchaftlichen Magazin etc. tom. III. part. III. 1787. — in Opere inſcripto: Das Reich der Natur und der Sitten, tom. IV. p. 385 — 392. tom. V. p. 17 — 23. et 129 — 136. ac 381 — 383. a G. *Melchior Ripp*: cum notis. Durlaci. 1788. 8. qui quidem operam ſuam non probavit cenſori in Gothan. ephem. litterar. 1789. plag. 49. alias vide indicatas in Schummelii Ueberſetzer-Bibliothek. p. 82 ſq. adde Collectionem german. nonnullorum opuscul. ſocietatis german. Altdorſinae. Altdorf. 1760. 8. pag. 124 ſqq. [Verterunt etiam Cebetis tabulam *Erneſtina Chriſtina Reiskia* in libro: Zur Moral, aus dem Griech. überſetzt, Leipz. 1782. et *Schultheſſius* in: Bibliothek der Philoſophen, IV. Band. 1782. *Beck*.]

*Belgica.*



*Belgicae*, M. Anton. Giffis. Amwerpiae ex offic. Plant. 1564. Harlem. 1612. 8. — *J. H. Glazemaker*, cum Arriano et Epicteto, Amstel. 1658. 8. — alia versio carmine belgico cum Epicteto et cum notis et iconibus, per *Ger. Outhof*. Amstel. 1727. 8. vid. *Republyk der Geleerden* 1727. p. 537. cum Epicteto et Isocratis orat. ad Demonic. Amstel. 1632. 12.

*Danicae* ab H. Gottschalk. Hafniae, 1763. 8. *Harl.*]

XXXV. CRITO, Atheniensis <sup>κρίτων</sup>, cuius nomine Plato Dialogum inscripsit et Euclides Megaricus, composuerat dialogos XVII. vno volumine comprehensos, teste *Laertio* II. 121. quorum tituli: 1) ὅτι ἐκ τῆ μαδῆν οἱ ἀγαθοί. 2) περὶ τῆ πλεον ἔχεν. 3) τί τὸ ἐπιτήδειον, ἢ Πολιτικός. 4) περὶ τῆ καλῆ. 5) περὶ τῆ κακῆ. 6) περὶ <sup>σοφίας</sup> εὐδημοσύνης. 7) περὶ νόμου. 8) περὶ τῆ θείας. 9) περὶ τεχνῶν. 10) περὶ συνθείας. 11) περὶ σοφίας. 12) Πρωταγόρας ἢ Πολιτικός. 13) περὶ γραμμάτων. 14) περὶ ποιητικῆς. 15) περὶ τῆ καλῆ. 16) περὶ τῆ μαδῆν. 17) περὶ τῆ γνώσεως ἢ περὶ ἐπιστήμης; τί τὸ ἐπισκοπεῖται. Mirum est, omissam a Laertio Apologiam Socratis, quam a Critone scriptam Suidas [et *Eudocia* p. 273.] auctor est, nisi tamen falsus est Suidas. Critonis huius filii, Socratis itidem discipuli: *Critobulus*, *Hermogenes*, *Epigenes*, *Ctesippus*. Alius fuit *Criton Aegaeus*, Pythagoricus, cuius περὶ προνοίας καὶ ἀγαθῆς τύχης a Stobaeo serm. 3. laudari puto, non Critonis nostri Atheniensis, ut *Meursio* visum in Biblioth. Attica. [vid. vol. I. p. 840.] Alius *Crito*, *historicus Pieriotae*, de quo Vossius in Hist. Gr. et idem *Meursius* in Biblioth. Graeca, ubi inter alia observat, hunc male Κρότωνα vocari apud Suidam in Βοιωτία. [scripsit secundum *Eudociam* pag. 267. Παλληνικά· Συρακυσῶν κτίσαν· Περσικά· Συρακυσῶν περιήγησιν καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων. *Harl.*] Alius *Crito*, *comicus*, cuius drama est *Μεσσηνία*, *Rolluci* laudata, non opus historicum Critonis Pieriotae, ut Vossius existimabat. Alius *Crito*, *medicus*, *discipulus Acronis*, temporibus Artaxerxis Longimani. Vide Vossium de Philoſophia p. 86. Alius *Crito*, *medicus empiricus*, *Erasistrati* aetate. *Galen.* tom. II. edit. Paris. p. 340. et tom. IV. gr. Basil. p. 8. 10. Alius *Crito*, itidem *medicus empiricus*, sub imperatoribus clarus, cuius libros IV. κοσμητικῶν, et περὶ φαρμάκων et de morbis medendis laudant *Galenus*, *Oribasius*, *Paulus Aegineta* et *Aetius*. [conf. *Fabric.* lib. VI. cap. 7. pag. 689. vol. XII. et vol. XIII. p. 133. *Halleri* biblioth. botan. p. 109 sq.] Mentio *Critonis*, medici, etiam apud *Martianum*, *Plinium* aliosque, et forte apud *Cellum*, ubi Crato laudatur. Incertum, cuiusnam Critonis Ὀψαρτυκῆς laudet *Athenaeus*. Sed et *Critonem*, *Naxium*, historicum, Suidas memorat auctorem *Ὀββατέρους*; [*Eudoc.* p. 267. ubi additur, ἢ Εὐδοξίῃ φασίν.]

XXXVI. EVCLIDES, Megarensis, auditor Socratis <sup>κρίτωνος</sup> inter primos, et auctor sectae Megaricae, cui *Eristicorum* postea et *Dialepticorum* nomen haesit, scripserat dialogos

XXXX 2

VI.

uuuuu) Conf. *Brucker.* hist. crit. philos. vol. I. pag. 576 sq. it. pag. 524. 570. et 1040. 1102. de pythagoreo. *Harl.*

vvvvv) *Aldobrandin.* de animi securitate. *Stanleius* de securitate. M. Meibomius de felicitate. *Ambrosius Camaldul.* de fertilitate. Sed vertendum est de recta rerum administratione. Vide *Leopardum* V. 2. emendat.

wwwww) Confer *Gellium* lib. VI. cap. 10. *Fabric.* Plura vid. de eo eiusque philosophia apud *Bruckerum* in hist. crit. philos. vol. I. pag. 610. sqq. et VI. pag. 225 sq. *Leonardum Cozzanum* de magisterio antiquor. philosophor. Geneu. 1684. 12. lib. IV. cap. 3. p. 267 sqq. et lib. V. cap. 5. p. 364. ubi conciliare is audet sententiam *Galenii* siue *Actii*, qui in historia philosophica *Zenonem*



VI. *Δαμπερίαν, Λισχίνην, Φοίνικα, Κεϊτωνά, Ἀλκιβιάδην, et Ἐρωτκίαν.* [de quorum tamen fide dubitavit Panaetius apud *Diogen. Laert.* II. 106.] *Laert.* II. 108. et Suid. Scripta eius iam videntur intercuisse, cum haec scriberet Censorinus cap. 3. *Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum, quam rem apud Lucilium [P] in libro Satiarum nono licet agnoscere.* [De ratione disceptandi Megarica, quae ita erat comparata, ut non tam quid verum, quam quid falsum sit, ostendere, et veritatem ex eorum, quae illi opposita sunt, demonstrata falsitate in lucem proferre videretur, ab *Eubulide* autem et *Alexino*, Eliensi, celeberrimorum illius aevi philosophorum exagitatore, (vid. *Diogen. Laert.* II. 109.) ad captiosas quaestiones atque argumenta ad alios fallendos apta, ad contorta et aculeata sophismata et fallaces conclusiunculas translata, vid. *Io. Georgii Walchii* parerga academ. p. 509 sqq. 806. *Petrus Gassendus* de origine et varietate logic. cap. III. tom. I. Opp. p. 40. *Io. Cnsp. Güntherum* de modo disputandi megarico, Ienae 1707. 4. Hic verba Laertii de Euclide II. 107. *ταῖς τε ἀποδείξεσιν ἐνίστατο ὁ κατὰ λήμματα, ἀλλὰ κατ' ἐπιφορεῖν*, bene illustrat, atque ostendit, Euclidem solitum fuisse aliorum rationes et sententias euertere, non interrogando, sed concludendo; quia, quae ex illis sequerentur, absurda essent. adde *Io. Georg. Heger.* diss. de modo disput. Euclidis, Lipsiae 1736. 4. *Io. Ern. Imman. Walchii* comm. de philosophis veterum eristicis. Ienae 1755. 4. — Secta illa est quoque *dialectica* dicta, non quod dialecticae originem dederit; sed quod rationem philosophandi Socraticam interrogando ac respondendo Euclides eiusque adfœclae ad contentiones et litigia philosophica adplicuerunt. conf. *Ignat. Rossi* commentation. Laertianas pag. 8 sq. Megaricorum tamen disciplinam *nobilem* vocavit *Cicero* academ. II. 40. ubi vid. *Dauif.* Ibidem *Cicero*: *post Euclides*, ait, *Socratis discipulus, Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem semper.* *Harl.*] Iconem huius Euclidis habes etiam in Gronouii Thesauro tom. II. tabula LXXXII. De altero Euclide, mathematico celebri, qui Ptolemaei Lagi temporibus Alexandriae docuit, egi infra libro III.

XXXVII. GLAVCO, Atheniensis, Platonis frater, composuerat dialogos novem, Laertii etiamnum aetate exstantes. *Καὶ τῆς, (inquit II. 124) φέρονται ἐν ἐνὶ (βιβλίῳ) διαλογοῖ ἐννέα. Φεῖδουλος, Εὐριπίδης, Ἀμύντιχος, Εὐθίας, Λυσιστάδης, Ἀριστοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος.* Ait et alios sub eius nomine ferri dialogos XXXII. sed supposititios. [Diogenem Laert. exscripsit *Eudocia* pag. 101.] Alius fuit *Glauco, rhapsodus*, cuius meminit Plato *Ion*e sub init. [vid. *Müller* ad *Platon. Ion.* pag. 13 sq. qui cum *Sydenh.* pag. 21. reprehendit *Fabricium*, quod *Glaucanem*, criticum s. grammaticum, dixisset, fuisse *rhapsodum*. adde supra vol. I. p. 512. *Harl.*] Alius, comicus, cuius drama *Πελοβείς* memoratur in argumento ad *Vespas Aristoph.* Alius *Glauco*, medicus, laudatus *Plinio*, alius forte

nem Eleatam facit contentiosae philosophiae auctorem (n. quae in schola Eleatica inchoata erant, disciplina Megarica in Graecia sunt magis perfecta auctae. vid. *Vossium* de philosophor. sectis cap. XI. §. 3. pag. 65. *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. pag. 1169.) *Bayle* in *Diction. voc. Euclide* vol. II. p. 414 sqq. quoniam tamen in not. F. praeter rem re-

prehendisse *Rapinum*, monet *Brucker.* vol. I. pag. 611. not. I. *Stanleium* hist. philos. part. III. *Moeners.* histor. doctrinar. apud Graecos etc. tom. II. pag. 636 — 644. *Gurlitt* Abriss der Geschichte der Philosophie, pag. 60 sq. *Gediske* in *M. T. Cicero.* historia philos. antiquae, Berol. 1782, 8. p. 114 sq. *Harl.*



forte *Glauco*, scriptor γλωσσῶν, quas citat Athenaeus; alijs denique *L. Glauco*, Romanus, fortissime contra Hasdrubalem militans, quem cum Cynegiro confert Plutarchus parallel. [vid. *Ionsum* de script. etc. pag. 25.]

XXXVIII. MENEDEMVS, auctor Eretriacorum ~~xxxx~~, auditor Stilponis, et aequalis Antagorae Rhodii, Arati, Lycophronisque, nullum librum scripsit, teste Antigono Carystio apud *Laertium*, II. 136. [conf. Rossii comment. Laert. §. 14. p. 37 sq.] Initium epistolae eius ad Demetrium regem legitur apud eundem 141. [quem locum corrigit atque explicat *Ignat. Rossius* in Comm. Laert. pag. 40 sqq.] qui 140. refert, Lycophronem drama satyricum edidisse sub titulo Menedemi, quo philosophum illum laudabat, siue naso suspendebat potius, ut docet Athenaeus. Asclepiadem, quocum adeo familiariter versatus est Menedemus, Phliasium fuisse, constat e *Laertii* VI. 91. et II. 105. [plura vid. apud *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. p. 622 sqq. et quaedam contra *Ionsum* ac *Stanlei.* de nostro notat, aliosque V. D. laudat, idemque de *Phaedone* agit. Paucis de Menedemi et Phaedonis disciplina iudicat *Minerf.* hist. doctrin. apud Graecos etc. tom. II. p. 645.] Alius *Menedemus*, medicus, cuius meminit Dioscorides. Alius quoque *Menedemus*, Cynicus, patria Lampfacenus, de quo idem *Laertius* VI. 102 sq. [et *Brucker.* l. c. vol. I. p. 892 sq.] Sed Eretriensem intelligit *Iosephus* XII. 2. Antiq. idemque *Providentiae vindex* dicitur a *Tertulliano* cap. 18. Apologet.

XXXIX. PHAEDO, Eliensis, Eliacae sectae auctor, cuius nomine dialogum perelegantem inscripsit Plato. Composuit dialogos, quorum tituli: Ζῶπυρος (*Laert.* II. 105. *Suid.* et *Pollux*), Σίμων. Et de quibus dubitatum est, utrum ipsius essent, Νικίας, Ἀντίμαχος ἢ Περσέβουτος, siue, ut *Suid.* [et *Eudocia*] πρὸς βούτης: tum Μήδιος, (quem alii *Polyaeno*, *Aeschini* alii tribuerunt,) Σκυθικοὶ λόγοι, (quos et ipsos quidam retulerunt ad *Aeschinem*,) tum, quos solus commemorat *Suidas*: Σιμμίας, Ἀλκιβιάδης et Κερτόλαος. [Omnes hi dialogi *Phaedoni* tribuuntur ab *Eudocia* pag. 425. nisi ut pro Σιμμίας, (per errorem operarum, an e codice, nescio,) scriptum prosteret Σκαμίας. Ab *A. Gallio* II. N. A. cap. 18. (vbi vid. interpretes p. 198 sq. tom. I. edit. *Copradi*) *Phaedon Elidensis* vocatur, et plura de eo narrantur, atque sermones eius de Socrate dicuntur admodum elegantes. adde *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. pag. 622. eosque, quos ille citavit. *Harl.*] Successor Phaedonis *Plistanus*, *Plistani* *Stilpo*, *Stilponis* *Menedemus*, de quo iam dixi, et *Asclepiades Phliasius*. *Phaedoni* δαλείας δίκην impingere non dubitasse *Platonem*, refert *Athenaeus* XI. pag. 507.

XL. Sub PHAEDRI nomine epistola ad *Platonem* edita ab [P] Allatio est, vigesima quinta inter Socraticas, de quibus dixi supra cap. X. §. 35. In hac sic inter alia de se loquitur *Phaedrus*, siue potius loquens inducitur ab auctore epistolae: Ἐμοὶ γὰρ ἥδιον φιλοσοφίας εἶδέν καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων. Ἐτι θνητὴν γὰρ ἐκ νέου ἐτι πάλας Σωκρατικοῖς, ὡς ἂν τις εἴποι, βαυκαλήματιν ἐν παντὶ ἀρμοδίῳ καὶ ἱερῷ τόπῳ, τῷτο μὲν Ἀκαδημία, τῷτο δὲ Λυκαίῳ τε καὶ Ἰλισσῷ ὑπὸ τῇ θεᾷ Πλατάνῳ ἐνισαμένης μεσημβρίας, ἵνα Λυσίας ὁ Κεφάλης τὰ περὶ ξρωτος διωρθετο. Amantissimus sane *Phaedri* *Plato* fuit, (vide *Laertium* III.

xx xx 3.

29. et 31.)

xxxxx) Conf. *Ciceron.* Acad. II. 42. ibique *Dauif. Harl.*



29. et 31.) et eius nomine dialogum suum de pulcro inscripsit. Sed ea cum Phaedro iunior loquutum Socratem, quae Plato fingit, temporum rationi repugnare, notat Athenaeus.

XLI. PRODICVS, patria Ceus fuit, Simonidis; (teste Platone in Protagora,) ciuis, pro quo male Chium <sup>yyyyy</sup>) vocant alii, vel Coum. Iunior autem longe Simonide, claruit circa Olymp. LXXXVI. Protagorae auditor, aemulus Gorgiae, [et sophista, vide *Himerii* orat. IV. §. 4. p. 461. ibique not. Wernsdorfii,] et a Socrate, Theramene, Euripide <sup>zzzzz</sup>), Isocrate, Xenophonte auscultatus, qui postremus, cum carcere detineretur, vadem sistere, quam Prodicti λόγοις non interesse maluit, ut refert *Philostatus* I. Sophist. p. 503. Ingenio quum valeret, licet infirma valetudine vsus, ut monet *Plutarchus* pag. 791. an seni gerenda Resp., eloquentiam ἔμμισθον siue mercenariam per varias iactauit ciuitates, et ad Protagorae exemplum, ut docet *Laertius* IX. 50. certo pretio ab auditoribus exacto, recitauit λόγους siue dissertationes, lectiones et declamationes suas, alias drachmis <sup>aaaaa</sup>) singulis, alias binis, alias quaternis, alias denique, ut idem notauit *Plato*, quinquagenis <sup>bbbbb</sup>). Philosophici argumenti fuisse λόγους ipsius plerosque, e veterum, Prodicum memorantium, testimoniis iure colligas. Et Schol. *Aristoph.* ad *Aues* v. 694. reprehendit Callimachum, quod oratoribus potius, quam philosophis Prodicum accensuerit. Inprimis nihil celebrius est ipsius fabula de Hercule, ante biuium constituto, cuius post Platonem in Axiocho et Conuiuium meminit *Xenophon* II. de dictis Socratis <sup>cccc</sup>), καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τῆς Ἡρακλέους ὅπερ δὴ καὶ πλείους ἐπιδείκνυνται etc. *Philostatus* I. de Sophist. p. 487. Πρόδικος τῷ Κείῳ συνέγραπτό τις ἐκ ἀνδρῶν λόγος etc. *Suidas* in Πρόδικος et Ὄρασι, Φέρεται καὶ βιβλίον Πρόδικου ἐπιγραφόμενον ὈΡΑΙ, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸν Ἡρακλέα τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ κακίᾳ συντυγχάνοντα. Confer Schol. *Aristoph.* ad *Nubes* v. 360. *Cic.* I. *Offic.* cap. 32, 10. et XII. 5, 11. ad famul. *Quintil.* IX. 2. *Clement.* V. Strom. pag. 561. et *Maximum*, *Tyr.* [P] diff. IV. [f. diff. XX. p. 232 sqq. edit. II. *Dauis.* cuius notam conferes.] - E recentioribus, elogia *Fulvii Ursini* p. 60. Imitatus etiam est Philo libro de mercede meretricis et *Silius Italicus* XV. 20 sq. *Dio Chrysost.* Orat. I. de regno p. 14. *Lucianus* somnio tom. I. p. 4. et e recentioribus *Steph. Vin. Pighius* in Hercule Prodictio; vid. *Journal des Savans* 1712. p. 483. Le Spectateur tom. II. p. 337. [et quae notaui in Anthol. graeca prosaica pag. 251 sq.] Notum est, Prodicum hunc accenseri Atheis a *Cicerone* I. de natura Deor. [cap. 42. vbi vid. *Dauis.*] sect. 119. et *Sexto Empirico* IX. contra Math. pag. 318 sq. [sect. 18. vbi vid. *Fabric.* p. 552. ibid. sect. 39. et 52.]

tum

<sup>yyyyy</sup>) Vide *Baelii* Lexicon, vbi de Prodicto erudite disserit, et *Dauisii* notas ad Minucium Felicem cap. 21. pag. 121. [*Fischer.* ad *Platon.* Apol. Socr. sect. 4. not. 3. et 4. p. 78 sq. edit. Lips. 1783. adde *Eudociam* pag. 365.]

<sup>zzzzz</sup>) *Gell.* XV. 20.

<sup>aaaaa</sup>) Drachma idem valebat, quod denarius, pars scilicet quarta, thaleri octaua, 50. drachmae sunt sex thaleri cum quadrante. *Fabric.* conf. *Vossium* de rhetor. natura et constitutione cap. 10. Eius sermo de diuitiis occurrit apud *Aeschinem*, dial. II. f. de diuitiis §. 16 sq. pag. 68 sqq. edit. III.

*Fischeri*, quem videbis. Eius sermo de vitae molestiis, apud eundem dial. III. 7 sqq. vbi *Fischeri* not. consules. *Harl.*

<sup>bbbbb</sup>) *Plato* in Protagora p. 220. edit. *Francos.* *Philost.* V. Sophist. prooem. p. 482 sq. *Olear.* *Aeschin.* dial. III. f. Axioch. §. 6. vbi vid. not. *Fischeri* p. 126. edit. III. *Plat.* Apol. Socr. IV. p. 78. edit. *Fischer.* 1783. *Harl.*

<sup>ccccc</sup>) Cap. I. 21. vbi vid. *Ernesti* atque *Zeune*, qui multos huius fabulae imitatores recenset; et conf. *Hindenburg.* animadu. ad *Xenophontis* M. S. pag. 59. et 63 sq. *Harl.*



tum a Suida tradi, iussum ab Atheniensibus cicutam bibere, utpote qui iuuentutem corrupisset. Prodicum hunc perstrinxerat Aeschines Socraticus in dialogo Callia, ut refert *Athenaeus* V. p. 220. <sup>ddddd</sup>) Alius fuit *Prodicus*, cuius meminit Hippocrates sexto Epidem. ubi ambiguus haeret Galenus, utrum Prodicum intelligat Leontinum, an Selymbrianum. Lib. III. comment. in 6. Epidem. tom. V. p. 488. Alius *Prodicus*, Samius, cui poema Orphicum, quod inscribebatur *ἡ ἐκ αἰδὸς κατὰ βᾶσις*, tributum a nonnullis tradit *Clemens* I. Strom. pag. 333. Alius denique *Prodicus*, haereticus Gnosticus, cuius sectatores iactabant, se possidere libros apocryphos <sup>uuuuu</sup>) Zoroastris, teste eodem *Clemente* I. Strom. p. 334. De hoc *Prodicus* auctore Adamitarum consule *Baslii* Lexicon et *Tillemontii* Memor. Hist. Eccles. tom. II. part. II. pag. 162 sq.

XLII. SIMMIAS, Thebanus, Socratis familiaris, scripserat dialogos XXIII. vno volumine comprehensos, quorum titulos nonnullos Suidas, vniuersos commemorat *Laertius* H. 124. Apud Suidam [et Eudociam pag. 387.] pro *περὶ Φιλίας* legendum *περὶ Φιλοσοφίας* deinde *περὶ ἐπιμελείας* et *περὶ ψυχῆς* pro *ἐπιμελείας ψυχῆς*. Mentio huius Simmiae apud *Platonem*, *Aelianum* I. 16. Var. *Julian.* epist. ad Themistium p. 264. *Plutarch.* de deo Socratis, qui p. 578. A. narrat, eum per longum tempus versatum fuisse cum Aegyptiis. Alius *Simmias*, Syracusanus, cuius meminit *Laert.* II. 114. De *Simmia*, Rhodio, dixi infra libro III.

SIMON, Atheniensis coriarius, Socratis et ipse captus disciplina et primus, ut aiunt, Socraticos edisserens sermones, dialogorum XXXIII. auctor, quos coriaceos a quibusdam per ludibrium vocatos, et perinde, ut *Simmiae*, vnum volumen implese narrat *Laertius* II. 121. ubi tituli eorum referuntur. Conf. *Christiani Thomae* diss. an tutor possit esse philosophus. Halae Sax. 1693. et *B. G. Struuii* fascic. I. actor. litter. p. 182 sq. ubi plura exempla collegit eorum, qui a vilibus opificiis ad doctrinae laudes enituerent. [*Io. Ern. Inman. Walchii* diss. de Simone coriario Act. X. 6. Ienae 1754. 4. in qua plures cognomines, *Simones*, ex antiquitate proferantur, (§. II.) et (§. III.) de nostro Simone philosopho agitur. *Hartl.*] Inter epistolas Socraticorum, ab Allatio, editas duodecima legitur sub nomine huius Simonis, et extrema eius verba laudantur a Stobaeo ferm. XV. de continentia, ex epistola Simonis ad Aristippum. Alios *Simones* refert Allatius libro de Simeonibus.

XLIII. STILPO, Megaris ortus et auditor Euclidis <sup>uuuuu</sup>) Megarici, de quo supra dixi, atque magister, ut aiunt, Zenonis Citiei, [*Laert.* VII. 2.] clarus circa [C] Olymp. CXXI.

<sup>ddddd</sup>) *Heumann:* orae exempli sui adscripsit: „conf. Histoire crit. de la Rep. des lettres tom. XIV. p. 234 sq. *Io. Henr. Maius* not. ad Basilii M. librum de legendis ethnicis p. 31. Fabulae autem vel potius parabola de Hercule biuius auctor est rex Salomo, introducens Prouerb. IX. duas feminas, quarum altera sapientiae, altera stultitiae imaginem gerit.“ — De *Prodicus* vide quoque *Brucker.* hist. crit. phil. vol. I. pag. 525. not. k. et p. 1201. not. b. qui culpat *Epiphanium*, tom. I. oper. p. 1088. male iudicantem, a Prodicus

solem, lunam et elementa pro diis esse habita. — *Prodicus* Hercules biuius e Xenophonte multis aliis libris, e. gr. Cebetis aliquot editionibus etc. adhaeret. *Michael Neander* quoque in Opere aureo, Basil. 1559. *ἔστω* illam p. 48. excerptam dedit, sequutus editionem Xen. Basileensem 1540. cum Melancthonis praefatione. *Hartl.*

<sup>seeeee</sup>) Vide quae supra lib. I. cap. XXXVI. §. 6.

<sup>ffffff</sup>) Male *Διοκλῆδης* apud Suidam in *Στίλπον*. Vide *Reinesii* Var. Lect. pag. 363 sq.



CXXI. vid. *Plutarch.* in Demetrio pag. 893. composuerat dialogos novem, sed iudice Laetio II. 120. frigidos, quorum tituli: Μόσχος, Ἀρίστιππος ἢ Καλλίας, Πτολεμαῖος, Χαιρέμων, Μητροκλῆς, Ἀναξιμένης, πρὸς τὴν αὐτὴν θυγατέρα, Ἀριστοτέλης. Suidas Stilponi tribuit dialogos ~~ἐκ~~ ἐλάττω τῶν κ' non pauciores viginti, nisi κ' irrepsit pro θ'. Alia de eius dogmatibus et vita, tributoque ipsi Atheismo ~~uuuuu~~, vide, si placet, in notis virorum doctorum ad Laetium, et in Lexico praestantissimi *Baehii*: [item in *Bruckeri* hist. crit. philos. vol. I. pag. 617 sqq. ubi interdum discedit a Baylio, et Stilponem a crimine atheismi vindicat *Meiners.* hist. doctrin. apud Graec. etc. tom. II. pag. 641 sq.]

XLIV. Memorantur et alii quidam *Socratici* in veterum scriptis, ut *Apollodorus* apud Athenaeum XI. p. 507. *Aristoteles Mythus*, Aeschini discipulus, de quo Laetius in Aeschine: *Chaerephon*, [de quo supra in notit. tragicor. deperditorum p. 292.] *Corinthus* qui Argis docuit teste Iustino in dialogo cum Tryphone, *Coriscus*, Scepheus, cuius meminit Strabo lib. XIII. *Critobulus*, *Ctesippus*, *Diodorus*, *Dioxippus* apud Gellium XVII. 11. *Ellopius* Peparethius, de quo Plutarch. p. 578. de Daemonio Socratis, *Epigenes* ~~hhhhhh~~, *Erasus* Scepheus, cuius item Strabo meminit, *Euenas et Eumatetus* Phliasius, *Hermogenes*, *Ichthyas*, *Lysanias* Sphettius, *Naleus*, Corisci F. Scepheus, de quo Athenaeus, *Satyron*, de quo *M. Antoninus* X. 31. *Terpsionis* etiam Megarici meminit *Plutarchus* de Daemonio Socratis pag. 581. *Fabric.*

[SILVANVM, philosophum, nescio vero, cuius aetatis et sectae, sed cetera probum et sanctum, moribus simplicem atque apertum, laudant *Suidas* voc. Σιλβανός, tom. III. p. 313. et *Eudocia* ex eo, p. 387. *Küster.* putat ad Suidam, hunc ex Damascio illa excerpisse, et ab illo Silvano diversum fuisse *Silvanum*, cuius meminit *M. Antonin.* lib. X. §. XXXI.

Nuper demum comperi, edidisse *G. G. Fülleborn* Beyträge zur Geschichte der Philosophie, Züllichau, part. I. et nr. 2. inscriptum esse: Ueber die Geschichte der ältesten griechischen Philosophie, et nr. 3. p. 59 sq. de Xenophane. *Harl.*]

Philosophis antiquis, qui adpellati sunt physici, accensendus *Theophrastus* Heracleopolita, de quo *Stephanus Byz.* in Ἡρακλεόπολις. [P]

gggggg) Vid. *Buddei* thes. de atheismo cap. I. §. 17. *Reimanni* hist. atheismi cap. 25. pag. 179. *Harl.*

hhhhhh) *Epigenes* citatur a Theophrasto de lastudinibus, (non itaque aetate Augusti scripsit, ut perperam Clericus in indice ad Stanleii philoso-

phiam orientalem, voc. Berosus,) Plutarcho, Clemente Alexandr. Censorino, qui Byzantium adpellat; grauem auctorem inprimis vocat *Plinius* VII. 56. citat etiam VII. 49. XXXI. 3. et in indice Gnomonicum, h. e. astrologum, adpellat. Apud Chaldaeos litteris studuisse se professus est. *Seneca* VII. 3. nat. quaest. citat etiam VII. 6.



## CAPVT XXV

## DE THVCYDIDE ET CTESIA.

- I. *Thucydidis vita a Marcellino scripta. Ac de Thucydide ipso, eius aetate, exilio et sepultura. Ἰστίον Cenotaphio impositum.* II. *Thucydidis libri de bello Peloponnesiaco. Librorum diuisionum ab ipso auctore. Liber octauus γνῶσις.* III. *Thucydidis continuatores.* IV. *Pestilentia ab eo descripta. Tyrannus Atticae febris.* V. *Thucydidis virtutes, admiratores, imitatoresque.* VI. *Scholia et obseruationes veterum in Thucydidem, ubi etiam de Scholiaste Graeco edito.* VII. *Thucydidis vitia ac virtutes.* VIII. *Epistola Thucydidis praegrans deperdita.* IX. *Alii Thucydidēs.* X. XI. *Codices et Editiones Thucydidis.* XII. *Versiones in linguas vernaculas.* XIII. *Scripta Thucydidem illustrantia.* XIV. *Vitae Thucydidis Synopsis Chronologica ex mente Henrici Dodwelli.* XV. *Catalogus Scriptorum in Scholiis ad Thucydidem et in vita, a Marcellino scripta, laudatorum.* XVI. *De Ctesia et eius scriptis.* [P]

[Cum auctario G. C. Harles.]

## I.

**T**HVCYDIDES, ex Alimufio populo, Atheniensis, ad Miltiadem genus suum retulit, si credimus *Marcellino*, rhetori \*), qui vitam Thucydidis graece composuit. Verum hoc refellitur a *Iano Rutgerso* lib. I. Var. Lect. cap. IX. pag. 27. Summo certe loco natus fuit,

a) De hoc *Marcellino* dixi libro IV. in Hermogene, quem commentariis illustrauit. Vita Thucydidis, quae sub *Marcellini* nomine exstat, ab Aldo primum Graece cum Thucydide edita, a *Bartholomaeo Parthenio*, Benacensi, et postea ab *J. Casaubono* 1588. latine versa, et ab *Aemilio Porto* et *Iohanne Hudsono* illustrata, laudatur a *Suida* in Ἀπὸλαυσε et Ἀπολαύσαν, et manu exarata exstat in biblioth. regis Galliae cod. MCCCCXI. et in biblioth. *Marquardi Gudii*. Mihi videtur esse vel praemissum a *Marcellino* commentariis in Thucydidem, vel esse ἀποσπασμάτιον Operis rhetorici, [aut historici,] in quo de *Demosthene* et aliis viris, eloquentiae laude claris, *Marcellinus* egerat. Neque *Suidas* βίον *Θουκυδίδε* vocat, sed *Marcellinum* laudans, περὶ *Θουκυδίδε*, inquit, *Φησὶν*. Auctor anonymus obseruationum in Thucydidem, quae leguntur in diario litterario *Hagenfi*, (*Journal litteraire*,) tom. IV. p. 429 sq. contendit, ea, quae sub titulo vitae Thucydidis a *Marcellino* scripta, non esse vnus auctoris, sed trium diuersorum scriptorum de Thucydide ἀποσπασμάτια, quorum secundum incipiat p. 7. edit. Oxon. col. I. versu antepenult. ἰστίον δὲ, ὅτι στρατηγὸς ὁ *Θουκυδίδης*. Tertium p. 9. col. I. a verbis: *ἔτι δὲ τὴν ἰδίαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπῆς*. *Fabric.* Hanc *Fabricii* notam, margini exemplaris adscriptam, *Hudson.* secum ab illo communicatam addiderat notitiae

Vol. II.

*Fabric.* litterariae, suae editioni praemissam, vnde in *Duckeri* et editoris *Bipontini* editiones venit. Atqui, vel fugitiuo oculo si perlustraris vitam Thuc. a *Marcellino* scriptam, animaduertes ex repetitione earundem rerum frequenti, et ex diuersa de inscriptione, in columna facta, de scribendi genere Thucydeico, de morte et loco, ubi Thucydidēs defunctus vita dicitur, aliisque rebus narratione, non vnum fuisse illius vitae auctorem. Quod vero *Marcellinus* atque *Hudson.* in notis, et *Dodwell.* alique, ipseque noster *Fabricius* de Thucydide eiusque fati vberius disputarunt, nobis, breuitatis studiosis, pauca addenda videntur. Vitam igitur eius exposuerunt praeter *Marcellinum*, aut quique fuerint auctores, et alium graecum scriptorem incertum; nec non *G. I. Vossium* de historicis gr. lib. I. cap. IV. atque *Camerarium* et *Enenckel*, postea memorandos, auctor *Biographiae classicae*, tom. II. p. 22 sqq. ex anglico sermone in germanicum a *Mursinna* versa, *Menken.* in *Bibl. virorum bello illustr.* p. 454 sq. inprimis *Henricus Dodwell.* *Dublinensis*, in *Annalibus Thucydidis*, et *Xenophonteis* praemisso adparatu cum vitae Thucydidis synopsi chronologica, Oxonii 1702. 4. (conf. *The Life of Mr. Henry Dodwell, with an Account of his Works* — by *Francis Brokesby*, B. D. vol. II. London 1715. cap. 27. pag. 309 sqq.) quos maximam partem subiecit *Duckerus* suae editioni.

Y y yy



fuit, (Cic. Bruto cap. 11.) *Olori*, siue, ut potius scribendum <sup>\*)</sup>, *Orosi* filius, cui de illius ingenio praeclara iam ominatus fuerat Herodotus, cum in Olympiis, recitante se historias suas, obseruasset auscultanti Thucydidi prae admiratione et idem olim faciendi cupiditate lacrimas excidere <sup>\*)</sup>. Natus est anno secundo Olympiadis LXXVII. (ante Christum natum CCCCLXIX.) ut ex Pamphila apud *Gellium* lib. XV. cap. 23. colligitur <sup>\*)</sup>: adeoque sedecim circiter annorum erat, cum Herodotum sua recitantem audiret, [conf. supra in hoc volumine, pag. 329 sq.] ipse Herodoto minor annis tredecim. Praeceptores habuit Anaxagoram <sup>\*)</sup>, philosophum, rhetoremque Antiphontem [n. priorem, Rhamnusium, vid. *Hudson*. ad vit. Thucyd. p. 47 sq. tom. I. edit. Bipont.] <sup>\*)</sup> et propter Anaxagorae disciplinam athei conuicium ipsi quoque impactum esse fertur. Ducis bellici munere functus, ob amissamque Amphipolim <sup>\*)</sup> ab Atheniensibus ann. aetatis XLVIII. Olymp. LXXXIX. 1. [P] exsilio punitus, Scaptēsulam <sup>\*)</sup>, siue *Σκαπτὴν ὕλην* Thraciae ciuitatem, vnde uxorem diuitem duxerat, Timotheumque filium ex ea susceperat, sese contulit, et ibidem, (teste *Plutarcho* lib. de exsilio p. 605. et *Marcell.* p. XIII. ad quem vid. *Hudson*. pag. 48. edit. Bipont.) historiam scripsit, certe in colligendo ad componendam historiam adparatu elaborauit, nullo labori, nullis largitionibus, in Lacedaemoniorum pariter et Atheniensium duces profusis, parcens, quo veriora ab utraque parte edoctus tradere posset. Reuocatum ab exsilio, quod per viginti annos durasse testatur ipse *Thucydides* lib. V. cap. 26. praeter alios auctor est *Plinius* <sup>\*)</sup>, cui succinens *Pausanias* [in Attic. cap. 23.]

mon. Iudicia veterum, Dionysii Halicarnassci, non semper aequi in Thucydidem, Plutarchi, Aphthonii, (qui vitam Thuc. etiam illustrat p. 24. 25. 26. 27. et p. 40. Thucydidem innuit voc. *συγγραφεύς* vid. *Lorichium* in notis et *Camerarium* p. 237.) Hermogenis, Longini aliorumque atque recentiorum collegērunt *Wasse* atque *Hudson*. repetita in edit. Duckeri, *Thomas Pope-Blount* in Censura celebriorum authorum etc. Geneuae 1710. 4. pag. 18 sqq. — Eum cum Tito Livio comparat *Ren. Rapin.* Paris. 1681. 12. rec. in: *Les Oeuvres* du P. Rapin, tom. I. pag. 160. Hagae Com. 1725. 12. *Harl.*

b) Ita Marcellinus, Didymum grammaticum sequutus, scribendum contendit, auctoritate *εἰλης*, quae Athenis cenotaphio eius imposita fuit his verbis: *Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἀλαμέσιος ἐνθάδε κείται.* [vid. de diuersitate *Marcell.* p. IX. et XXIX. edit. Bipont. tom. I. et *Hudson*. not. pag. XLV. ibid. ac pag. LIV sq.]

c) Marcellinus: λέγεται δὲ τι καὶ τοῦτον, ὡς ποιεῖ τῷ Ἡρόδοτῳ τὰς ἰδίους ἱστορίας ἐπιδεικνύμενος παρὰ τῇ ἀκρόασι Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν. Ἐπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τῷτο θρασυμένον ἀπὸν αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα Ὀρόλον, ὃν Ὀλόρου, ὅργῃ ἡ φύσις τῷ νῦν οὐ πρὸς μὴδὲν ἔμελλεν. Idem tradit Photius cod. LX. et Suidas in *Θουκυδίδης*, qui in Olympiis accidisse affirmat. Thucydidem aemulatione historiae He-

rodoteae accensum etiam memorat *Lucianus* de scribenda Historia tom. V. pag. 631.

d) Ex *Gellii* loco colligit *Larcher.* in Chronol. g. Herodotea, Thucydidem natum esse vere a. Period. Julian. 4243. ante Christ. nat. 471. Olymp. LXXVII. 1. V. C. 283. *Harl.*

e) De quo tamen dubitat *Hudson.* p. 47. atque *Eudocia* pag. 233. Antiphontem nominat tantum Thucydidis magistrum. *Harl.*

f) Plutarchus in vita Antiphontis: *Κακῆλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδῃ τῷ συγγραφεύς μὴδὲν* (ita et c. *Caecilio Photius* cod. CCLIX. sed *διδασκαλον* dicere debuit) *τεκμαίρεται γενέσθαι, ἔξ ἐν ἱκανότητι παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφών.* Respicit locum *Thucydidis* lib. VIII. p. 592. cap. 68. [conf. *P. van Spaan* diss. de Antiphonte, orat. attico, in *Reisk.* vol. VII. orator. graecor. pag. 800 sq.]

g) Vide, quae hac de re ipse *Thucydides* lib. IV. p. 323. cap. 106. et lib. V. p. 361. cap. 26. Thasi, insulae fodinis praefectus. adde *Petr. Bellonium* lib. I. cap. 34. *Obff.*

h) De scriptura h. voc. vid. *Vincent. Contaren.* variar. lectionum libr. cap. 29. p. 144 sqq. Traiecti ad Rhen. 1754. 8. *Hudson.* et *Wasse* ad *Marcell.* vitam etc. pag. 46. et 48. *Harl.*

i) *Plinii* verba haec sunt lib. VII. cap. 30. *Thucydidem imperatorem Atheniensis in exsiliū egere, rerum conditorem reuocauerit, eloquentiam*



23.] id decreto Oenobii Archontis factum esse testatur. Addit vero, Thucydidem, deinde re-  
versum in patriam, interemtum dolo, ibique sepultum esse. Alii, notante Marcellino <sup>4)</sup>,  
tradunt mortuum esse in Thracia, maiorem quinquagenario <sup>5)</sup> antequam opus suum absoluis-  
set. Sepulcrum vero ipsius Athenis ostendi, siue, quod ossa defuncti in patriam a cognatis de-  
lata fuerint, siue, quod honori ipsius, (vti Herodoti etiam extra Atticam itidem defuncti,) di-  
catum sit Athenis Cenotaphi in, idque super impositum monumento *κερίον* <sup>6)</sup> tellari, qualia  
inanibus et honorariis tumulis imponi mos erat.

II. Exstat Thucydidis *ΣΥΓΓΡΑΦΗ* <sup>7)</sup> ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΤΩΝ ΠΕ-  
ΛΟΠΟΝΝΗΣΙΩΝ ΚΑΙ ἈΘΗΝΑΙΩΝ, Historia belli Peloponnesium et Athe-  
nienium, distributa iam pridem in libros octo, licet ab auctore ipso hanc diuisionem esse non  
constet <sup>8)</sup> et Marcellinus testetur [P] ab aliis in libros XIII. cuius diuisionis plus simplici vice  
mentionem facit graecus Thucydidis scholiastes, (vide H. Stephani notas p. 553. edit. Hud-  
soni, p. 662. edit. Ducker.), ab aliis aliter, (*Diodorus Sic.* XII. p. 306. [cap. 37. fin. p. 502.  
edit. Wesseling. quem vide et lib. XIII. cap. 42. p. 573. vbi vid. Wesseling.] notat, a quibus-  
dam in libros nouem) distinctum fuisse: *ὅμως δὲ ἡ πλείστη*, addit Marcellinus, *καὶ ἡ κοινὴ  
πεπεράσθη τῶν μέλει τῶν ὀκτὼ διακρίσθαι τὴν πραγματείαν, ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκλη-  
πιος* <sup>9)</sup>. Liber octauus quoque a priorum septem sublimi et elaborato dicendi genere remit-  
tere visus, et contra priorum septem librorum morem *δημηγορίας* siue concionibus destitu-  
tus, quorundam iudicio tributus est Thucydidis *filias*, ab aliis *Xenophonti*, ab aliis denique  
*Theopompo*. Sed Marcellinus [pag. 21.] non dubitat et hunc ipsius esse Thucydidis, verum  
a morbo iam adfecti, adeoque animo quoque iam languentis. Tribuitur etiam sine con-  
trouerfia Thucydidis a *Plutarcho* lib. de garrulitate p. 513. Stephano in *Βολισσός*, *Δρυμῶσ-  
σα* etc.

etiam mirati, cuius virtutem damnaverant. Pau-  
sanias in Atticis p. 55. *ψήφισμα γὰρ ἐτίθησεν Οἰνίβιος  
κατελθὼν εἰς Ἀθήνας Θουκλίδην, καὶ οἱ δολοφονηθέν-  
τι εἰς καὶ ἡσά μνημαῖ ἐστὶν ἐπὶ τῷ πύλῳ Μελιτιδῶν.*

k) Pag. XXIII. idemque Zopyrus et Cratippus;  
quos vero *ληρῶν* (*nugari*) putat alius in vita  
Marcellino tributa, at, diuersius, credo, p. XVI.  
*Harl.*

l) Imo septuagenario maior obisse videtur, cum  
initio belli Peloponnesiaci, teste Pamphila apud  
Gellium lib. XV. cap. 23. fuerit quadraginta annos  
natus, et viginti annos illius belli descripserit, to-  
tumque bellum, quod per XXVII. annos durauit,  
superuixerit. Vide H. *Dodwellum* in Apparatu ad  
Annales Thucydideos; ex quo Synopsis Chronolo-  
gicam Vitae Thucydidis ad calcem huius capituli  
subiunxi.

m) De hoc vocabulo *Lipstus* ad lib. I. de cruce  
cap. 4. [*Hudson.* l. c. pag. L.] Videtur retulisse  
figuram temonis vel litterae T. Thucydidis ico-  
nem veterem in vno marmore iunctam Herodoto,  
post *Fulv.* *Vrsinum* p. 89. eleg. *Boissardum*, alios-

que exhibet *Gronovius* tom. II. Antiqq. Graec. ta-  
bula LXXII.

n) *Ammonius* docet *συγγραφήν* proprie esse nar-  
rationem rerum, quibus ipse, qui eas describit,  
interfuit. *Ἱστοριογράφος συγγραφήν διαφέρει. Ἱστο-  
ριογράφος μὲν ἐστὶν ὁ τὰ πρὸ αὐτοῦ γεγονότα συγγραφέ-  
ματος, ὡς Ἡρόδοτος. Συγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' αὐτῷ  
γεγονότα, ὡς Θουκλίδης.* Sic et *Thomas Magister*  
in *Συγγραφήν*. [vid. interpr. ad Thom. Mag. pag.  
813 sq.] Thucydides *κατ' ἐξοχὴν* dictus veteribus  
*συγγραφεὺς*, vt *Homerus*, *Poeta*, vel *Orator*, *De-  
mosthenes*: ita notatum ab auctore commentarii  
graeci ad *Aphthonium*, *Συγγραφήν τὸν Θουκλίδην  
καλῶ, κατὰ τὸ ἐξαιρέτον. ὡς ποιητὴν τὸν Ὅμηρον φα-  
μεν, καὶ ῥήτορα τὸν Δημοσθένην.*

o) Confer *Meursium* *Atticarum* *Lc&*. lib. V.  
cap. 26.

p) *Asclepius Sophista*, de quo dixi lib. I. cap. 1.  
§. 7. *Fabric.* n. ista discordia forsan inde nata vi-  
detur, quod, quum Thucydides continua ora-  
tione historiam absoluisset, critici eandem in plu-  
res paucioresue libros secuerint. *Harl.*



etc. et ab aliis passim. \*) Ingressus Thucydides opus \*) suum a bello inter Corinthios et Corcyraeos, quod septem annis Peloponnesiacum antecessit, narrationemque per aestates et hiemes, (confer *Theonem* p. 33. progymnasmatum,) diligenter distinctam perducit ad annum belli Peloponnesiaci vicimum, ita, ut quae per VII. postremos belli illius annos gesta sunt, (per XXVII. enim duravit, quod oraculo praedictum, et euentu comprobatum esse, testatur *Thucydides* lib. V. pag. 361. [*Diodor. Sic.* XIII. cap. 107. pag. 629 sq. ed. Wessel.] *Plutarchus* Nicia pag. 529. duravit autem ab extremo [vel potius vere] anni 1. Olympiadis LXXXVII. usque ad annum 3. Olymp. XCIII.) haud attigerit, morte praeventus in Parparo, Aeolicae Asiae regione, ut ex Apollodori Chron. Stephanus in *Παράρρων*. [Verba, *morte praeventus* — *Παράρρων* ab Hudsono omissa sunt in repetita Fabr. notitia, et a Fabricio ipso, uti ex notis eius marginalibus msstis perspexi, ea, quae sequuntur, addita. „De Thucydide est *Libanii* locus de vita sua, tom. II. pag. 49 sq. ubi codicem mstum Thucydidis commemorat. Nomen suum autem non modo in limine operis, sed etiam in historia ipsa subinde posuit, ut: *ἐτελεύτησεν ὁ ἑβδομος χειμὼν τῷδε τῷ πολέμῳ, ὃν συνέγραψε Θουκυδίδης*. Idque vetustissimorum scriptorum exemplo ab eo factum: unde non erat, ut leuiculum hocce potuisset in tam gravem virum incidere, miraretur *Andreas Donnaeus* ad Chrysostomum tom. VIII. edit. Savil. pag. 229.“ Fabr. quoque in nota insta adscripsit: Fastos belli Peloponnesiaci exhibet *Brumoy* tom. III. operis: *Le theatre des Grecs*. pag. LXXII sqq. conf. *Vossium* de arte histor. cap. XI. [*Wesseling*. ad *Diod. Sic.* XIII. 42. pag. 573. 30. inprimis comm. doct. cl. *Mori*, de annis belli Peloponnesiaci numerandis cum tabula, in praef. ad *Xenophont.* histor. gr. pag. XV sqq.]

III. Supplevere historiam postremorum belli annorum *Cratippus*, Thucydidis aequalis, cuius meminit [*Marcellinus*, in vita Thucyd. p. XVII.] *Dionysius Halicarnassensis* libro de iis, quae Thucydidis propria sunt p. 143. *Theopompus* item, teste Marcellino, [et graviore teste, *Diodoro Sic.* XIII. cap. 42. p. 573. ubi v. Wesseling. *Hudson*. ad Marcell. vitam etc. p. LII.] et *Xenophon*, cuius *Ἑλληνικά* etiamnum hodie supersunt, et Thucydidem continuant historia annorum XLVIII. ab Olymp. XCII. anno secundo ad annum secundum Olympiadis CIV.

IV. Libro Thucydidis secundo occurrit disertissima descriptio \*) [P] horrendae pestilentiae, quae Thucydidem ipsum inter alios corripuit, et Athenas misere adflixit aestate anni 3. Olymp.

q) Conf. Ducker. in praef. ad p. 99 sq. ed. Biont. Harl.

r) Vide Dav. Chytraci Chronologiam Thucydidis, Degorum Whear in praef. et hiemalibus, Gueintzium in vita historica, et, qui diligentissime in hoc argumento versatus est, *Henr. Dodwelliam* in annalibus Thucydidis, editis Oxoniae, anno 1702. 4. Ceterum ratio fugit *Edmundum Richerium*, cum in obsterice animorum c. 8. pag. 326. scripsit, Thucydidem in componendo mirabili opere historiarum annos 27. infumisse. Nam 27. annorum

historiam persequi voluit, non totidem annos in illa scribenda infumisse Thucydidem.

s) Separatim haec pestilentiae descriptio vulgata est graece et latine, cum praelectionibus Marcii, sine commentariis Fabii Paulini, Vtinenis philosophi ac medici, Venetiis, ap. Iuntas 1603. 4. Quamquam vero eloquentiae laudem in hac descriptione tulit Thucydidem, a Galeno tamen notatum est, cum ut idiotam et e vulgo aliquem, idiotis, non tanquam medicum, medicis de pestilentia scripsisse. II. 7. de difficili respirat.



Olymp. LXXXVII. memorata [Diod. Sic. XII. 45. p. 508. tom. I. Wessel. et cap. 58. p. 518. vbi v. Wesseling.] Hippocrati III. Epidem. sect. 3. qui ei cum Acrone, medico Agrigentino, interfuit, de quo *Plutarchus* sub extremum libri de Iside et Osiride, quem vide etiam lib. de sera Numinis vindicta, p. 558. [pag. 59. ed. Wyttenb. cuius not. v. pag. 73]. A *Lucretio*, Thucydidis vestigiis insistente, eadem lues egregie describitur libro VI. \*) pag. 229 sq. edit. Gifanii, qui pag. 265. Thucydidis locum cum *Lucretio* contulit. Propter illam descriptionem, notante P. Kithoco, Thucydides in veteri epigrammate p. 63. vocatur *Tyrannus Atticae febris*, i. e. regnum quoddam eloquentiae in illa describenda exercens. [de qua formula v. *Burm.* ad *Valer. Flacc.* I. 418.] Apud *Quintilianum* VIII. 3. male, *Thucydides Britannus*, quod vide, si placet, quomodo explicare conetur *Samuel. Petrus* III. 9. Miscell. [adde *Turnebum* ad loc. *Quinctil.* pag. 688. ed. *Burm.* tom. II.]. Descriptionem pestilentiae Thucydideam cum *Lucretio* etiam confert *Pulsius Vrsinus*, in *Virgilio* cum graecis collato scriptoribus pag. 167 sq. [f. pag. 190 sqq. ed. *Valcken. Gesner.* in *Chrestomathia* sua graec. Cum *Virgilio*, *Ouidio*, *Silio Italico* diligenter comparauit eam *Scaliger* Poetic. lib. V. cap. 10. pag. 670 sqq.] In simili argumento tractando versantur *Virgil.* Georg. III. 478. *Aen.* III. 137. *Manil.* I. 882. *Ouid.* VII. *Metamorphos.* 522. *Silius Ital.* XIV. 582 sqq. *Statius* I. Theb. 630. *Seneca* Oedip. V. 110 sqq. *Ammianus Marcellinus* XIX. 4. et e Graecis *Nicephorus* Constantinopol. in breuiario historico pag. 40 sq. *Procopius* de bello Persico, II. 22 sqq. etc. [conf. *Maxim.* Tyr. diss. XIII. pag. 143. ed. II. *Dauif.* Contulit quoque Thucydidem ac *Lucretium*, et medicis illustrauit observationibus *Io. Ernest. Hebenstreit* in *Anthropologia* forensi, Lipsiae, 1753. pag. 129 — 155. et pag. 167 sqq. *Klopstock.* in tragoedia *David*, poeticis coloribus descripsit pestilentiam. *Harl.*]

V. Ceterum in Attico eodemque graui ac sublimi dicendi genere iam pridem primas visus est tenere hic scriptor rerum gestarum pronunciator sincerus et grandis, ut vocatur a *Cicerone*, cap. 82. de claris oratoribus: Μεγαλόφρωνος ἐὶν εἰς τὸν Photius, Epist. CLEVI. [Quos vero imitatus sit Thucydides; nouinant Schol. pag. 648. ad IV. 133. pag. 317. ed. *Duckeri*, et *Marcellinus* in vita eius, pag. XVIII. ed. *Bipont.* quorum posterior etiam de illius scribendi genere iudicat, idque comparat cum *Herodoto* et *Xenophonte*, it. pag. XXV sq. et conf. notas *Hudsoni*, pag. LI. *Harl.*] Praecipue valet in concionibus \*), quas elaboratissimas et grauissimas passim libris suis Thucydides inseruit, imitandasque sibi proposuit *Demosthenes*, teste *Vlpiano* †), e latinis *Sallustius*, ut *Quintiliano* lib. X. cap. 1. et *Senecae* lib. IX. controuerf. 1. observatum. Quamquam *Cicero* in *Oratore* c. IX. ita multas habere obscuras abditasque sententias queritur, vix ut intelligantur. Et cap. XII. Thucydidem,

Υ γ γ γ 3

ait,

†) Vers. 1136 sqq. vbi v. interpr. in ed. *Hauerkampii*, tom. II. pag. 598 sqq. *Harl.*

\*) De hoc, praeter alios, adeundus *Marcellinus*, in Thucydidis vita. Sunt tamen, qui vitio vertunt *Olori* filio, perinde ut *Trogus* *Liuius* ac *Sallustius*, quod orationes rectas historiae inseruerit. Ita *Franciscus Patricius*, *Paulus Benius*, *Caspar Barthius*, *Sebastianus Maecius*, et personatus *Vignolius* *Marvillius* parte II. Misc. p. 321. Vide interim,

quae pro concionum in historia usu disputat *Vofsius*, in arte historica cap. 20 sq. *Io. Freinshemius* ad *Curtii* III. 2. 11. *Io. Vossius* ad *Iustini* XXXVIII. 3. 11. *Iacobus Perizonius* in *Curtio* vindicato, pag. 92 sq. *Hubertus Foheta* de ratione scribendae historiae. *Nic. Hieron. Gundlingii*, praef. ad *Nic. Burgundi* histor. belgicam, Halae, 1708. 4. recusam.

v) Praef. ad orat. *Demosthenis*.



sit, de bellicis rebus canere quodammodo bellicum. Et cap. LXXI. *Orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent.* [adde Cic. in Bruto, cap. 83. *Ruhnken.* in historia critica orator. graecor. ante Rutilium, p. 38 lqq.] Tanti etiam Thucydidem fecisse dicitur Demosthenes, [P] ut eum manu sua octies <sup>10)</sup> descriplerit: certe hoc refert *Lucianus* aduersus indoctum, tom. II. pag. 380. ac, si veteri famae apud Arsenium, Monembasiae episcopum, <sup>11)</sup> credimus, incensa Athenis bibliotheca, et Thucydidis opere vna absumto, ex memoria illud Demosthenes restituit; sed quod merito falsum ac commentitium videtur *Vossio*, lib. VI. Inst. orat. cap. 8. sect. 2. quis enim, non dicam tantam memoriae Demosthenis vim, sed quis sibi persuadeat, vnicum tantum exemplum fuisse operis Thucydidei, postquam *Xenophon* semel illud haecenus delitescens, cum suppressere posset, protulisset in lucem, verique auctoris gloriae vindicasset, ut refert <sup>12)</sup> *Laertius*, lib. II. sect. 57. Marcellum quoque Syrum tradit *Damascius*, in vita Iliodori, (et ex hoc *Suidas* in Σαλλούσιος,) integros octo Thucydidis libros memoriae mandasse; sed nihilo meliorem oratorem inde produisse. Ceterum tralatitium est, olim extitisse, qui Thucydidem tamquam κανόνα τῆς Ἀττικισμῶς et pressae breuitatis magistrum imitati, siue, ut *Ciceronis* de optimo genere oratorum <sup>13)</sup> verbis utar, *Thucydideos* se professi sunt, non inter oratores tantum, ab ipso *Isostrate* usque, Thucydidis prope aequali, in quo multa communia cum Thucydide obseruant eruditi: sed ex Historicis etiam, in quibus *Philistus* Syracusius, [v. Cic. de Orat. II. 13. sect. 57.] paene pusillus Thucydides <sup>14)</sup> ab eodem *Cicerone* adpellatus, lib. II. ad Quintum fratrem epist. 12. Thucydidis in breuitate ita imitator, ut obscuritatem illius quidem effugeret, in multis vero aliis virtutibus illo inferior esset, obseruante *Quintiliano*, lib. X. cap. 1. et *Dionysio Halicarnasseo*, epistola ad Cn. Pompeium; tum [P] digressiones omnes praecideret, quod notauit *Theo*, in progymnasmatibus p. 33. monens alibi pag. 8. totam belli Attici descriptionem ex Thucydide *Philistum* in Siculam suam historiam transtulisse. Vide et *Plutarchum*, in Nicia p. 523. Thucydidis imitatorem quoque obseruat *Clemens Alex.* VI. Strom. p. 620. ut *Dionem* Cassium Photius Cod. LXXI. et *Dexippum* Codice LXXXII. Ceterum Thucydidi, pariter ac *Philisto*, amatores defuisse, notat *Cicero* in Bruto cap. XVII. [*Antiphon* iunior fuit quoque Thucydideae dictionis aemulus, v. *Hudson.* ad Marcellini vitam, pag.

10) *Turnebi*, qui XXVIII. 22. Aduersar. decies, et *Roberti Titii*, qui IV. 5. adserctionum septies hoc a Demosthene factum adfirmat, memoriae lapsum reprehendit *Vossius*, et ex eo *Theo. Crenius* I. animadu. philolog. p. 75. Videtur itidem Demosthenis erga Thucydidem studium in prouerbiū abiisse, ut colligas e *Suida* in Σταγειρίτης et Χοσρόνης, vbi ex *Agathia* quaedam profert, illustrata ab *Adr. Iunio* libr. I. animadu. cap. 3. Fuere etiam, qui traderent, *Alfonsum* V. Arragoniae regem, octies manu sua Thucydidis historiam descripsisse. Ceterum memoria lapsus est *Mottanus Vayerus*, qui in iudicio de Historicis, vbi de *Tacito* differit, *Tacitum* pariter ac Thucydidem, imitatores Demosthenis, adfirmat.

11) Ita ille in Apophthegmatis graece editis, et *Leoni* X. inscriptis, de Demosthene: ἰσχυρῶς δὲ μί-

λιστα τῶν πρὸ αὐτῶ τὸν συγγραφέα Θουκυδίδην, καὶ τὰ πλεῖστα ἐν τῶν ἰσχυρῶν λόγων εἰς τὸ πολιτικώτερον μεταφράσει. Καὶ ἔτι λέγεται αὐτὸν ἐκμεμαδυνῆσαι, ὥς ἐφίεσθαι τὸ τοιοῦτο περὶ αὐτῶ, ὅτι ποτὶ καύσεως τῆς βιβλιοθήκης ἐν Ἀθήναις καὶ συγκαυσῶν τῶν ἱερῶν Θουκυδίδης, αὐτῶν μόνων ἀπομνημονεύσας παρῶν, καὶ ἔτι ἄντα μεταγραφῆναι ποιῆσαι.

12) *Laertius* in vita *Xenophontis*: λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λαμβάνοντα ἐφελίσσας δυνάμει, αὐτὸς εἰς δίσκον ἤγαγεν. Adde *Dodwelli* apparatus ad *Annales* Thucydideos, pag. 34 lq.

13) In Orat. cap. 9. quem locum conferes. *Hartl.*

14) Confer *Vossium* de Hist. gr. pag. 27. et *Va-vassorem* de ludicra dictione, pag. 167. [Plura v. de *Philisto* in vol. I. lib. II. cap. 11. pag. 730 lqq. adde *Hudson.* ad *Marcell.* vitam p. 49.]



pag. 47 sq.]. Infelicius autem Thucydidis imitatio cessit *Crepertio Calpurniano* Pompeiopolitae, in historia belli Romanorum cum Parthis, quam multis deridet Lucianus libro de scribenda historia tom. I. pag. 612 sq.

VI. Lexicon quoddam in Thucydidem composuerat *Euagoras* Lindius *περὶ τῶν παρὰ Θεκυδίδην ζητημένων κατὰ λέξιν*. [v. Eudoc. p. 163.] *Iulius* quoque *Vestinus*, sophista, de quo Suidas in *Ὀνησίνο*, scripserat *ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Θεκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θερασμάχου τῷ ῥητορῶς*, vt omittam alios lexicorum Atticorum scriptores, quos infra suo loco recensleo. Idem *Euagoras*, teste Suida, scripsit de artificio Thucydidis oratorio: *Θεκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ἐ*. Et *Numenius*, rhetor, temporibus Adriani clarus, composuit τῶν Θεκυδίδου καὶ Δημοσθένους χρειαὶ συναγωγὴν. Eadem aetate vixit *Sabinus*, sophista, cuius *ὑπόμνημα* eis Θεκυδίδην idem Suidas memorat, qui *Heronem* quoque, rhetorem Atheniensem, ait *ὑπόμνημα* in Thucydidem composuisse. [*Orus Milesius*, grammaticus, commentarios in Thucydidem scripsisse videtur Hemsterhusio, in praef. Duckeri pag. 97 sq. ed. Bipont.] Exstant quoque *Dionysii Halicarnassii*, viri *κρητικωτάτης*, scripta praeclara *περὶ τῶν Θεκυδίδου ἰδιωμάτων* et *περὶ τῷ Θεκυδίδου χαρακτήρος*, vt omittam iudicia et elogia, quae de dicendi genere Thucydidico occurrunt apud Ciceronem, Demetrium de elocutione, nr. 40. et 48 sq. Longinum et alios rhetores, Marcellinum item in Thucydidis vita, et *Gellium* lib. I. cap. 11. Ex recentioribus non omittendus eruditus *Renati Rapini* commentarius, gallice editus, quo Thucydidem contulit cum principe historiae Romanae, T. Liuius. *Scholia Graeca*, minime contemnenda, in Thucydidem, quae in melioribus editionibus exstant, a quibusdam tribuuntur *Xenophonti*, nescio cui, ab aliis *Marcello* cuiusdam (an *Marcellino*?) vt ab H. Stephano in animaduersionibus ad libellum de dialectis graecis p. 27. ex cod. vet. Corinthi de dialectis. *Bernhardus* quidem *de Montfaucon* in diario Italico p. 356. inter MSS. Monasterii Florentiae refert codicem saeculo decimo scriptum Historiae Thucydidis, cum commentariis *Marcellini*, in membrana. Alii denique, non vnus illa esse auctoris, arbitrantur, sed, quod de plerisque scholiis in alios scriptores graecos iam multi obseruarunt, enarrationes variorum Grammaticorum, ex *Didymo*, *Euagora*, *Antyllo*, *Phoebammone*, *Asclepio* aliisque [P], qui Thucydidem illustrauerant, excerptas, ad orasque codicum primitus adscriptas, et postea, vt sit, in vnum collectas fasciculum, quae perverissimilis sententia est H. Stephani, viri doctissimi. [In proparasceue in lect. Thucyd. pag. 575. et in adnotation. in scholia graeca pag. 585. ed. Ducker. atque hunc ipsum confers in praefat. stellula 3. aut in ed. Bipont. pag. XCI sq. qui praeterea de antiquioribus quibusdam illis commentatoribus disserit, atque docet ex codd. Mstis Castellano atque Basileensi, in quo etiam Belisarius, qui Iustiniano imperante floruit, laudatur ad pag. 286. scholia ad Thucydidem e plurium interpretationibus esse confuta.] *Caspar. Barthius* tom. II. in Statium pag. 306. queritur, se incendio Sellarhusano cum parte bibliothecae suae perdidisse indicem, tam in Thucydidem, quam eius Scholiastem, qui tamen, inquit, recentior est, quam vulgo attenditur. Christianum agnoscas ex eo, quod Gregorii Nazianzeni sub nomine Theologi meminit in librum III. p. 49. Scholia eiusmodi sunt, vt sine iis, (et cum iis, addit Muretos) difficile sit, Thucydidem intelligere. Colon. tom. II. pag. 734. hist. liter. de Lyon.

VII. Fuerunt quoque Thucydidis nostro iam inde sui reprehensores: nam Suidas testatur, *Claudium Didymum* scripsisse *περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θεκυδίδου*,  
sive



sive de Thucydidis circa analogiam vocum graecarum lapsibus atque erroribus. Alii difficile atque durum scribendi genus,<sup>bb)</sup> alii argumentum nimis particulare, alii adfectatas tot molestas obscurasque conciones, alii narrationum seriem, propter observatum hiemum aestatumque ordinem, ante res integre expositas abruptam,<sup>cc)</sup> alii hyperbata frequentiora, alii alia in eo reprehenderunt, quae videri possunt apud doctissimum et acerrimum censorem, Dionysium Halicarnasense, in epistola ad Pompeium, qua Herodotum Thucydidi praefert. Sed nec contemnendae sunt virtutes huius scriptoris, in cuius opere plura nitent, civilis prudentiae observata ac praecepta plane egregia, historicum iudicium, studium veritatis,<sup>dd)</sup> etiam iis utcumque parcens, a quibus in exilium coniectus fuerat,<sup>ee)</sup> sublimis<sup>ff)</sup> dictio, brevitatis<sup>gg)</sup> denique pro rerum, quas describit, magnitudine: ut nimis sint austeri, qui in tam pulchro corpore leuibus forte aliquot paucisque maculis offendi se patiuntur. [conf. *Quintil.* X. 1, 33, 73 sq. 101. IX. 4, 16.] Ioannis vero *Harduini* suspicionem, qui ex gallicis nonnullis, quos in Thucydeio opere observasse sibi videtur, p. 152. Chronologiae V. T. e numis illustratae, et aliis quibusdam leuiculis argumentis alium a veteri, quem *Plinius* legerit, Thucydide habere nos coniecit, non equidem curo, miror magis in viro docto et argumentorum, quae coniecturae eius opponi possunt, haud ignaro. [P] Contra illius suspensiones, qui gallicismos in Thucyde notasse sibi visus est, vti plures etiam *Henr. Stephanus* in *Herodoto*, ad eundem vir erudit. *M. V. la Croix*, in vindiciis veterum scriptorum aduersus *Harduinum*, pag. 134. et *Alphonse Vignoles* in epistola, quae vindiciis hisce subiicitur. De dictione apta et pressa Thucydidis, (vnde *σειμνός* vocat *Theophylactus* epist. XXX.) insigne *Ciceronis* exstat testimonium, lib. II. de Orat. cap. 13.

VIII. Epistolam Thucydidis vaegrandem et dictione *ὀγκωδενέαν* perstringit auctor libri de elocutione, qui ambulat sub nomine *Demetrii Phalerei* §. 337.

IX. Alios praeterea Thucydides tres *Marcellinus* [pag. XIV. cum nota *Hudsoni*, pag. XLIX.] et *Scholias* *Aristoph.* ad *Acharnenses* v. 703. et ad *Vespas* 941. [ibique v. *Flor. Christian.*] memorat, unum *Melesiae* filium *Alopecensem*, *Atheniensem* demagogum et aduersarium *Periclis*, de quo *Plato* in *Theage* pag. 242. et in *Lachete* pag. 252. *Plutarch.* *Nicia*, pag. 524. [et in *Pericle*, cap. 11. pag. 612. tom. I. *Reiskii*, vbi v. longam *Xylandri* notam.] eundem, cuius filios *Melesiam* et *Stephanum* *Athenaeo* etiam VI. pag. 234. dictum memorat *Plato* in *Menone*, et de quo scripsit aequalis eius, *Stesimbrotus Athenaeo* et in *Periclis* vita *Plutarcho* laudatus; idemque, ut existimo, qui cum *Agnone* et *Phormione* quadraginta naues, in *Samiorum* subsidium, a *Pericle* obsidione cinctorum, *Athenis* adducit, teste *Thucyde*, histo-

bb) In veteri epigrammate pag. 95. *Anthologiae*, in laude ponitur, quod Thucydides sit *ἡ ἀντίστοιχος* *Βαρις* a solis eruditiss et prudentibus legendus atque intelligendus. conf. *H. Stephanum* de instituendis gr. linguae studiis, pag. 72.

cc) Vide *Theonis* progymnasmata pag. 33. edit. *Camerarii*, et pag. 30. vbi de hyperbatis.

dd) *Lactan.* de scribenda historia, tom. I. pag. 630. 631.

ee) Id. pag. 637.

ff) v. quas laudes tribuerit *Pericli*, lib. II. cap. 65. aduersario tamen suo, a quo patria pulsus est, et conf. *Plutarch.* vit. *Pericl.* cap. 4. pag. 623. tom. I. ed. *Reiskii.* *Harl.*

gg) *Suidas* in *Χαμπερτῆς*, *Plutarch.* in *Fabio Maximo* p. 174.



historico, lib. I. cap. 117. pag. 76. Alterum ex Pharsalia, Thessalum, Menonis filium, cuius meminit Thucydides, Atheniensis, lib. VIII. pag. 610. et Marcellinus notat, mentionem factam a Polemone, in libro de arce Atheniensis: tertius Aristonis filius, populo Gargettius, siue Acherusius, poeta, memoratus Androtioni in Historia Antica: his addas quartum, iuniorem, cuius meminit e Dione Suidas in *Μαγνός*, fratrem Martii Veri.

# X. XI. Codd. MSS. et Editiones <sup>hh</sup>) Thucydidis.

[Genuina Thucydidis lectio permultis locis e codicibus msstis vix, ac ne vix quidem restitui poterit. Nath. Philemon, criticus, Alexandri aequalis, apud Porphyrium quaestion. 7, teste *Villoison* in anecdotis gr. tom. II. pag. 136. n. et in prolegomenis ad Homerum pag. 34. observauit, *Thucydides*, Herodoti, Homeri, Philisti aliorumque opera iam antiquioribus temporibus, tum librariorum incuria, tum emendatorum audacia, esse depravatos, v. supra vol. I. pag. 732. Apud *Porphyrium* de Profodia, editum a *Villoison* anecd. gr. II. pag. 104. adnotatum legimus, Thucydidem attice *τετραπύον* scripsisse pro *τερόπαιον*; quod ii, qui de accentuum gr. auctoritate disputare solent, in rem suam conuertent. In scholiis ad Homerum Marcianis, et Eustathii commentariis historici nostri nomen et loca frequenter citantur, ut ex indicibus illorum in vol. I. ad Homerum patet.

MSS. autem codd. quantum mihi notum est, custodiuntur in *Italia*, *Florentiae* in bibl. Laurent. teste Bandinio, vol. II. pag. 622. in pluteo LXIX. cod. II. membran. saec. X. fol. min. caractere paene quadrato scriptus, cum scholiis, ab editis plurimum diuersis, et tam antiqua eiusdem scriptoris, quam recentiori manu exaratis, uti in cod. Casselano. Initium et finem concordare cum Duckeri editione, animaduertit Bandin. et tamen addit, illum ope huius codicis suam editionem potuisse reddere meliorem. — ibid. pag. 638. cod. XVI. chart. saec. XIV. in 4. cum scholiis nonnullis in margine positis. — ibid. pag. 646. cod. XXX. membr. saec. XIII. — et in vol. I. pag. 549. in cod. violar. compos. citatur historicus. — *Venetis*, in bibl. D. Marci, teste catal. pag. 169 sqq. membr. cod. CCCLXIV. fol. min. et pag. 171 sq. egregium variarum sectionum libri VIII. specimen collata Duckeri edit. praebetur. — ib. pag. 174 sq. cod. CCCLXV. chart. saec. XV. et cod. chartac. CCCLXVII. saec. XIV. fol. min. — *Montfaucon* in diario italico memorat codd. Thucyd. pag. 13. duo msst. in bibl. Ambrosiana *Mediolan.* — pag. 47. cod. membr. saec. XI. in bibl. SS. Ioannis et Paulli Dominicorum *Venetis*. — pag. 310. duo codd. recentes bombycinos, *Neapoli* in bibl. St. Ioan. de Carbonaria Augustinianorum. — pag. 365. duo codd. monasterii *Florentiae*. — *Taurini*, in bibl. regia Taurinensis athenaei, teste Catalogo, Taurini 1749. fol. pag. 152. cod. XLVIII. a. 1487. scriptus, cum scholiis nonnullis, margini a recentiore scriba adletis. — *Patauii* in bibl. Corradina, fragmenta Thucydidis, pag. 94. bibl. Patauinae, a *Io. Phil. Tomafino* concinnatae, et in eiusdem bibliothecis *Venetis*, (Vtini 1640. 4.) codd. pag. 23. in bibl. SS. Ioan. et Paulli, (a Montfauc. in diar. ital. quoque indicatus.) — pag. 20. in bibl. Bessarion. — pag. 107. in

<sup>hh</sup>) Praecipuas Thucydidis editiones ante me non indiligenter adnotauit Vir Cl. *Fridericus Rossgard* in scripto, gallice edito, Paris. 1698. fol. Proiect d'une nouvelle methode, pour dresser le Catalogue

d'une bibliotheque: quod inseruerunt quoque Veneti suis ephemeridd. litterariis, Galleria di Minerva, (Musco Minervae Venetae) tom. III. pag. 124. 194. *Fabr.*

Vol. II.

Zz zz



in coenobio S. Francisci a Vineâ. — *Romas*, in biblioth. Vaticana tres codd. chartac. (*Montfaucon*. biblioth. bibliothecarum MSS. tom. I. pag. 4. B.) et ibid. p. 5. B. codex sic designatur „*Marcellini* in Thucydidem scholia, Thucyd. vita eiusque libri octo.“ insuper ultra XL. alii codices, in diuersis bibliothecis lateantes, in indicibus ad vtrumque tomum notantur: quorum multos iam indicauimus.

In *Britannia*, secundum Catal. MSS. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. Oxonii in collegio corporis Christi, cod. MDXLVII. p. 50. — in bibl. Bodlei. tres, particularum quoque, codd. occurrunt, et pag. 264. nr. XIV. vita *Thucydidis* impressa in tribus schedis, cum notis ad oras MSS. Isaaci Casauboni, fol. — in bibl. Norfolciana, nr. MMMCCCCLI. — Quos codd. adhibuerit Hudson. post haec videbimus.

In bibl. regia *Parifina*, teste catal. codd. MDCXXXVI. MDCXXXVII. MDCXXXVIII. MDCCXXXIII — MDCCXXXVI. MDCCXCI. MDCCXCII. MDCCCLXVIII. et conciones, codd. DCCCCLXIII. MDCCXXXVII. MMX. nec non *Laur. Vallae* versio lat. cod. MMMMDCCXIII. et MMMMDCCXIV. — In biblioth. Coisliniana, cod. CCCXVII. teste *Montfaucon*. catal. pag. 430.

*Matriti* in biblioth. regia, teste *Iriarto* pag. 84. cod. XXII.

De cod. *Traiecti ad Rhén.* quem Hudson. vocabat Graeuianum, vid. Ducker. in praefatione.

In *Germania*, *Cassellis*, (de quo cod. egregio egerunt *Duckerus* in praefatione et *Schminke* in: Versuch einer — Beschreibung der — Hauptstadt Cassel. Cassel. 1767. 8. p. 206 sq.) *Monachii* in Bauaria, (vid. Catalog. p. 74.) — *Augustae Vindelicorum*, (vid. *Baueri* praefat. ad vol. I. Thucydidis pag. IV. et eundem p. V. de cod. *Mosquensi*.) ibidem in biblioth. publ. armat. I. inferioris biblioth. nr. LXXV. est cod. *Thucydidis* orat. in Periclem. *Heidelbergae* quondam aliquot fuerunt codd. — De codice *Basileensi* egit *Ducker.* in praefat.

*Vindobonae* in biblioth. Caesarea, cod. cum scholiis marginalibus, secundum *Nesselii* Catalog. part. V. cod. XXXIII. pag. 59. [Varias lectiones eius nuper excerptit Cl. *Alter*, editionique adiecit. *Beck.*] — Suppositus liber, ibid. part. III. cod. XXVII. nr. II. et in *Lambecii* Comment. de biblioth. Caesarea, cod. XXV. tom. VI. p. 266. vbi vid. *Kollarii* notam: *veterum quorundam scriptorum graecorum ethnicorum praedictiones et testimonia de Christo et christiana religione, n. Aristotelis, Plutarchi, Sibyllae, Platonis, Thucydidis et Sophoclis.* Ex libro IX. Comment. *Lambecii* particulam delibatam dedit *Schellhorn.* in amoenitat. liter. tom. V. p. 97 sqq. vbi *Lambec.* p. 100 — 103. codicis chartacei antiqui, qui Thucydidis historias continet, aliquam dedit notitiam, *Harl.*]

### E d i t i o n e s

Aldina, Basileensis Camerarii, et Stephaniana fuggunt fontes reliquarum: quarum plurimas iam Fabricius indicauit.

1) Prima *Aldina*, Venet. ann. 1502. fol. Cum vita Thucydidis duplici, vna breuiore *Anonymi*, (eiusdem forte, qui scholia collegit) altera paullo prolixiore *Marcellini*. Idem Aldus anno post, scholia graeca antiqua in Thucydidem separatim edidit, subiecta Xenophonis libris VII. *Ἑλληνικῶν*, Georgii Gemisti libris II. de rebus, quae post pugnam Mantiacam acciderunt, et Herodiano, ann. 1503. fol.

2) *Florentina*



2) *Florentina* apud *Bernardum Iuntam* [cum Scholiis, 1506. fol. vid. *Maittaire* A. T. indic. voc. Thucyd. p. 289. *Munken.* Catal. biblioth. tom. I. p. 83. et] ann. 1526. fol. Cum scholiis graecis, ad oras paginarum adpositis.

3) *Basileensis* Heruagiana ann. 1540. fol. a *Ioachimo Camerario* recensita et castigationibus quibusdam illustrata ex MSto cod. Basileensi, quo vsus Heresbachius, quemque Eugenius quidam CPoli olim donauerat Iohanni Aretino. [Inscriptio praeclarae huius editionis haec est:

*Θκυδιδης — Thucydides cum scholiis et antiquis et utilibus, sine quibus auctor intellectus multum est difficilis. Accessit praeter ea diligentia Io. Camerarii, in castigando tum textu, tum commentariis una cum annotationibus suis. Basileae, ex officina Heruagiana a. M. D. XL.]*

In hac editione scholia a Camerario emendata, [P] sed ad calcem voluminis reiecta sunt. Praemissus est quoque praeter elogia Thucydidis ex Aphthonio, Marcellino, Anonymo, Suida, Dioysius Halicarnassicus de iis, quae Thucydidis peculiaris sunt, siue *περί τῶν Θκυδιδῆς ἰδιωματῶν*. *Fabric.* [Illa, quae praemissa sunt, excipiunt variae lectiones, siue, ut Camerarius scripsit, ex libris VIII. hist. Thucyd. adnotata loca, quae aliter in aliis exemplis scripta et animaduertenda visa essent, quorum nonnullis Camerarii additum est iudicium. Enimuero Heruagium quaedam non recte vidisse, et pluribus locis aliam, atque in MSto est, scripturam dedisse, deprehendit Wetstenius, qui illum codicem contendit, et varietatem lectionis misit Duckero. vid. huius praefationem. *Harl.*]

4) *Henr. Stephani* cum scholiis graecis, suas in sedes magna ex parte repositis, et integritati suae restitutis plerisque in locis, 1564. fol. Eodem anno et forma etiam latina Vallae versio, a Stephano recognita, lucem vidit, quae solet cum illa coniungi eique subiici.

5) Liber I. [gr. 1548.] II. et III. Paris. 1549. 4. apud Vascofanum. [de qua edit. vid. *Ducker.* praefat.]

6) Liber I. [et secundus, gr. apud Wechel. <sup>ii)</sup>] Paris. 1535. 4. gr. et libri IV. curante *Vito Winslemio*, Witteb. 1562. (1561.). 4. Libri III. graece et lat. Paris. 1626. 12. [libri I. conciones. gr. Paris. apud Christ. Wechel. 1531. 4. (vid. *Maittaire* l. c. II. p. 755.)]

7) *Henrici Stephani*, ann. 1588. fol. [*Θκυδ.* — *Thucydidis de bello peloponnesiaco libri VIII. iidem latine, ex interpretatione Laur. Vallae ab Henr. Stephano recognita. In hac secunda editione, quae amplius, quam in prima, praestita fuerint, extrema ad lectorem epistola docebit.*] in qua [nitida et perrara editione] Thucydides ipse et scholia, singulis paginis subiecta, emendatius ex fide MSS. codd. [opeque interpunctionis paullo facilius] exhibentur, et Vallae latina versio, secundis curis ad graecos fontes castigata, adiecta eiusdem Stephani proparafceue ad lectionem scholiorum, et vberioribus ad librum primum et maiorem secundi partem <sup>kk)</sup> ad-

Zz zz 2

notationibus,

ii) Vid. *Pinelli* Catal. tom. II. pag. 50. atque *Maittaire* A. T. II. pag. 824 sq. secundum librum illius anni et loci memorat. *Harl.*

kk) Testatur H. Stephanus, hanc se telam abru-

pisse, quod ex Gallia et Germania spes ei facta esset emendationum in Thucydidem scholiaque et ad haec etiam accessionum.



notationibus, quibus et Thucydides ipse, et scholia illustrantur. Praemissa est vita Thucydidis ex Marcellino cum H. Casauboni versione et castigationibus, et subiecta lobi Veratii argumenta orationum concionumque Thucydidis, denique chronologia Thucydidis atque argumenta librorum, a Dauide Chytraeo concinnata.

8) *Aemilii Porti*, Francof. apud Wechel. 1594. fol. qui, in graecis nullo MSto cod. vsus, Henr. Stephani editionem expressit, nisi quando, (quod passim accidere notat Hudsonus,) erratis typographicis laborat. Versionem tamen latinam post Stephanum accuratius recensuit, adhibitis in subsidium patris sui *Francisci Porti* <sup>1)</sup>, Cretensis, commentariis, quae huic editioni sunt adiecta. *Francisci Porti* adnotationes in Xenophontem et Thucydidem, 1586. 4. et 1594. fol. Genueae.

9) *Iohannis Hudsoni*, [*Thuc. — libri octo, gr. et lat. cum scholiis antiquis, lectionibus variantibus et adnotationibus virorum doctissimorum, cura I. Hudson.*] Oxoniae e Theatro Sheldoniano, 1696. fol. In hac praestantissima editione graecus contextus Thucydidis [P] accurate et luculenter expressus exhibetur e posteriore recensione H. Stephani, et recens in sectiones distinctus: in vniuscuiusque paginae ora exteriori adnotatur annus et mensis, quo singula acciderunt, ex mente *H. Dodwelli*, chronologorum ista aetate principis. Versio latina *Aemilii Porti* <sup>mm)</sup>, verum ab Hudsono hinc inde emendata, collatis gallica *Ablancourtii* et anglica *Hobbesii*, (vid. *Cleric.* B. V. et N. XIV. p. 242.) non, ut vulgo fieri solet, e regione, sed infra minori charactere ponitur: et in summis paginis notationes chronologicae ex *Dodwelli* rationibus exhibentur. Versioni subiiciuntur variae lectiones et notulae criticae, ex prioribus editionibus et tribus MSS. codd. excerptae. Denique imam paginae partem occupant graeca scholia. Praefixa sunt operi praeter vitam, notis illustrata, elogia et iudicia de Thucydide; pluraque se fuisse daturum ait Hudsonus ex *Dionysio Halicarnasseo*, nisi hic paullo iniquiorem se ostenderet, criticumque calanum in auctorem probatissimum strinxisset iuuenis adhuc iudicii parum subacti, ut notatum *H. Stephano* lib. II. schediasm. 4. et operarum in *Dionysium Halicarnass.* cap. 16. ubi docet, *Dionysium* ipsum imitari deinde dignatum, quae antea reprehenderat. Adiunxit etiam doctissimus editor binas tabulas geographicas, ad Thucydidem intelligendum facientes, vnam Graeciae, quam ex Thucydide et *Edmundi Halleii* chartula delineauit; alteram Siciliae, quam ex *Cluueri* Sicilia antiqua depromsit. Ad calcem subnexa sunt Epitome Thucydidis, a *Georgio Acacio*, et argumenta concionum, a *Iobo Veratio* conscripta, et H. Stephani proparafceue ad lectionem scholiorum. His succedunt prolixiores eiusdem Stephani et *Palmerii*, (ex eius exercitationibus ad optimos auctores graecos,) adnotationes, quae lectionibus variantibus interferi non potuerunt, quibus ex *Porti* et *Acacii* commentariis notae hinc inde delibatae, et Hudson. nonnulla immiscentur. Nec minus *Camerarii* animaduersionibus hic locum dedisset, si quidem eius libellum notarum in Thucydide nancisci potuisset. Accedunt praeterea variae lectiones ex [codd. biblioth. *Norfolciana*], collegii corporis *Christi Oxon.* ex *Barocciano*, qui conciones tantum complectitur,

1) In *Draudii* Biblioth. classica p. 736. male editum *Francisci Petri*, ubi haec editio memoratur. *Iohannem* quoque *Meursium* commentarios in Thucydidis historias molitum, inquit *Dominicus Molinus* in litteris, ad eum datis. Venet. 30. Nou. 1622. Vide epistolas *Gudianas* pag. 130.

mm) Emendandum est, quod in historia operum eruditorum, *Basnagiana* ann. 1695. Augusto mense pag. 549. legas: On acheve à Oxford une nouvelle édition de Thucydide, à côté du Grec, on met la version latine du *Dodwel*.



plectitur, et ex] cod. MS. Hearici, Clarendoniae comitis, et Joh. Georgii Graevii, [seu potius Guilt. van Cleef, quem is utendum dederat Graevio, dein in biblioth. publicam intulit] quos serius inspicere ipsi licuit. Denique indices tres locupletissimi rerum, dictionum graecarum insigniorum, et scriptorum in scholiis laudatorum. Pollicetur praeterea Hudsonus, mantissae se loco adieciurum esse Annalibus H. Dodwelli Thucydideis, siquidem a Rostgaard receperit, collationes scholiorum MSS. in biblioth. regia Parisiensi; sed Annales Dodwelli sine illa accessione lucem nuper adspexerunt. MSum codicem Thucydidis habere se refert et ex eo locum insignem illustrat Marcus Meibomius libro de fabrica triremium pag. 51 sq. [P] [Hudson. tamen neque codd. neque editiones satis diligenter contendit. conf. Acta erudit. 1690. pag. 34L]

[Hudsonianam editionem recudendam curavit, aliquot accessionibus ornatam:]

10) *Θεωρίδα* — *Thucydidis de bello peloponnesiaco libri octo, cum annotationibus integris Henr. Stephani et Io. Hudsoni. Recensuit et notas suas addidit Iosephus Wasse. Editionem curavit, suasque animadversiones adiecit Carolus Andreas Dukerus, cum variis diff. msstorum collationibus et indicibus novis locupletissimis. Amstelæd. apud R. et I. Wetstenior et Gul. Smith. 1731. fol.*

Praeter editiones Vasconianam trium primorum librorum et Basileensem Heruagii, contulit codices Cassellani et, quem Hudson. vocat, nec satis curate contenderat, Graevianum: tum diligentiore codicis Basileensis collationem ab Io. Iac. Wetstenio factam, et in scholia e codd. regio et Rostgaardi ad priores libros V. L. atque Io. Grammii, Dani, cassigationes accepit. Varias lectiones, ad suas sedes revocatas, melius digessit, quam Hudson. fecerat, atque Wassei suasque doctas animadversiones adiecit. At quia tantum quasi suffectus accessit ad hanc editionem curandam, suasque notas omnemque laborem interim, dum chartas operis typographicis tradendas legerat, confecit, critici perfectiorem editionem adhuc desiderant. conf. Acta erudit. 1732. p. 1. Bibl. raisonnée tom. VII. part. I. 126—142. Journ. des Sav. 1733. p. 143. Mem. de Trevoux. 1733. p. 536. german. Acta erudit. 168. tom. 14. p. 837.

11. 12) Recusa tamen est eadem editio Dukeriana *Glasgae* 1758. 8. exc. Robert et Andr. Foulis. VIII. voll. — et *Biponti* 1788. et 1789. VI. voll. 8. in qua tamen posteriore, alias nitida editione, id incommodum venit, quod variae lectiones, ab annotationibus separatae, singulis voluminibus in calce adhaerent et scholia in alteram partem vol. V. notae autem in illa cum Stephani proparasceue in vol. VI. coniectae sunt. Addenda tamen et emendanda, quae in Dukeriana editione in fine leguntur, in Bipontina editione suo quaevis loco sunt inserta. Quaedam etiam novae animadversiones ex Heilmanno et aliis excerptae accesserunt. Duo tantum indices historicus et verborum sunt repetiti, omissis Dodwelli annalibus Thucydideis.

13) *Thucydidis de b. p. libri octo graece ad editionem Dukeri expressi. Viennae typis J. Th. Nobilis de Trattner, 1785. II. 8.* (Editionem curavit Cl. Alter, Prof. Vindob., qui T. I. p. 415. II. p. 363. varias lectt. e cod. Vindob. nr. XXXIII. et iam collatis codd. T. I. p. 462. T. II. p. 377. var. lectiones e Iac. Tufani, Prof. Paris., notis editioni Ald. adscriptis, T. II. p. 381. locos Thucydidis collectos a Stobaeo et e cod. Vindob. nr. LXVII. exscriptos, denique p. 397. specimen (s. Lexicon) Graecitatis Thucyd. et indicem Geographi. addidit. Beck.)



14) *Thucyd. de bello peloponnesiaco libri octo, ad optimas editiones in usum scholarum diligenter expressi*, gr. pars I. Breae, 1791. 8. (curante *Bredenkamp*, Subrectore. v. Bibl. der alten Litter. und Kunst, P. VIII. pag. 120 sq.)

15) Noua editio, cuius tamen basis erit Duckeriana, nuper prodire coepit:

*Θουκυδίδης — Thucydides, Olori fil. de bello peloponnesiaco lib. VIII. ad editionem Andr. Duckeri cum omnibus auctariis reuisti. accesserunt variae lectiones duorum codicum, animaduersiones Io. Christoph. Gottleberi, A. M. rectoris quondam scholae prouinc. misnicae: coeptum opus perfecit, suas notas adiecit, indicem Duckeri et glossarium Gottleberi auxit Carolus Ludow. Bauer, A. M. scholae ad Hirschbergam rector. Lipsiae sumptibus Schwickerti. 1790. 4. gr. et lat.*

Hoc vol. I. continet quinque Thucyd. libros atque contextui sunt subiecta scholia, cum varietate lectionis et animaduersionibus tum Baueri et Gottleberi, (et quidem huius, ab initio vberiores,) tum Duckeri et reliquorum superiorum editorum. Scholia liberius tractata et mutata sunt, quam Thucydidis verba. Bauerus post mortem Gottleberi omnia retractauit et maxime interpretis personam induit: vterque autem in critica falce adhibenda caute versatus est, at bene vsus variis lectionibus codd. Augustani et Mosquensis, de quibus Bauer. in praef. egit, et spem glossarii Thucydidis aliorumque huius editionis nouorum ornamentorum fecit.

Separatim prodierunt:

*Libri I. conciones*, gr. Paris. apud Christ. Wechel. 1531. 4.

*Periclis funebris laudatio eorum, qui in bello occubuerunt ex libro Thucydidis secundo.* Paris. 1605. 4.

*Orationes Thucydidis seorsim excusae*, gr. curante M. Andrea Coruino, in usum auditorum suorum. Lipsiae, 1631. 8.

*Thucydidis funebres orationes.* gr. et lat. Glasgae. 1755. 12.

*Thucydidis orationes cum animaduersionibus et indice Caroli Ludow. Baueri*, Lips. A. M. schol. Laubani. Rect. Lipsiae, 1759. 8. Vt cl. *Bauerus*, qui cum Thucydide familiaritatem quamdam contraxit, in notis saepe rem habuit cum Abreschio; ita diu post crebro fecit ab eo discessionem Gottleberus.

*Thucydidis, Platonis, Lyfiae et Xenophontis orationes funebres*, cum notis anglicis. Oxon. 1768. 8.

*Platonis Menexenus et Periclis Thucydidis oratio funebris, recensuit et animaduersionibus (copiosis doctisque) illustrauit Io. Chr. Gottleber, AA. M. et ill. collegii prouincialis Misnensis Rector.* Lipsiae, 1782. mai. 8.

Nicol. Blancardum in Thucydide recensendo et illustrando XVIII. annos consumsisse absolutumque editioni destinasse, testatur *Andr. Christ. Eschenbath.* epist. ad Georg. Matthiam Koenig, ann. 1688. in tom. V. *Schelhornii* amoenitat. litter. pag. 195. *Harl.*]

## XII. Versiones,

1) *latinae.* *Thucydidis historiarum Peloponnesum libri VIII. a Laurentio Valla a. 1452. traducti.* Editio vetus saec. XV. absque vlla nota typographica: ad calcem legitur: „Epistola Bartholomaei Parthenii Gir. Benacensis Francisco Throno, Ludouici filio, Veneti exercitus



exercitus Pronifori. \* Tum: „Ex Marcellino Graeco Thucydidis Athenienfis vitas ipfo Parthenio interprete, eidem Throno.“ In fol. charactere quadrato venusto.

De hoc rariffimo opere vid. *Bura* Bibl. inſtruct. nr. MMMMDCCL. \* tom. I. Hiftoire p. 495. et adpendicem ſaec. XV. libr. p. 448. in *Io. Bned. Mittarelli* biblioth. codd. mſtorum Monafterii S. Michael. Venetiarum. Venet. 1779. fol. De verſione Vallae iudicarunt H. Stephan. ad Thucydidem et Pet. Dan. Huetius de interpretatione lib. II. etc. Stadae, 1680. 8. pag. 265 ſq. — repet. Pariſ. apud Aſcenſium, 1513. fol. *Harl.*]

Vallae interpretatio recognita a *Conrado Heresbachio*. Colon. 1527. fol. A doctiffimis viris Pariſ. 1528. apud Aſcenſium, fol. Ab Heresbachio Colon. 1543. et 1550. fol. [1564. fol.]

A *Sebaſtiano Caſtellione*, Baſil. 1564. fol. apud Henr. Petri.

Ab *Henr. Stephano*, ann. 1564. fol. et Francof. 1582. 12. 1589. 8. vbi vita Thucydidis ex Marcellino occurrit, latine reddita ab *Iſ. Caſaubono*, et *Iobi Veratii* argumenta concionum Thucydidis, et chronologia Thucydidis auctore *Dauide Chytraso*.

Ab *Henr. Stephano* et *Aemilio Porto*, Francof. 1594. fol. apud Wechel. et ibidem eodem anno forma minore in 13mo.

Thucydides interprete *Vito Winſemio* Patre, Doctore Medico et graecarum litterarum Profefſore, cum eiusdem Scholiis, ex editione filii Viti Winſemii, Witebergae 1569. fol. 1580. 8. [In praefat. de hifloria et Thucydidem diſſeritur.]

Ex noua verſione elegantiffima et cum notis chronographicis ac geographicis *Georgii Acacii Enenckel* Baronis *Hohenecckii*, Tubing. 1596. 8. Argentor. 1614. 8. [praemiſſa vita Thucydidis.] \*

Orationes ex hifloria Thucydidis et inſigniores aliquot Demofthenis in latinum ſermonem conuerſae a *Philippo Melanchthone*, editae a Caſparo Peucero, Witeb. 1562. 8. Conuerſi notisque illuſtrati quidam loci inſignes e Thucydidis hifloria, vt prooemium, conciones quaedam et deſcriptio peſtilentiae et de auctore illo deque ſcriptis eius obſeruata a *Ioaſthio Camerario*, Witteb. 1565. 8.

Plures orationes in linguam latinam conuerſae per *Iohannem Caſam*, Archiepiſcopum Beneuentanum. Inter eius latina monumenta Florent. 1564. 4. pag. 146 ſqq. et ſeparatim Roſtoch. 1584. 4. Helmſtad. 1610. 4. cum praefat. *Ioh. Caſelii*, et Halae Saxon. 1709. 4. cum praefatione Nicolai Hieronymi Gundlingii: inter opera Caſae iunctim excuſa, Florentiae 1707. 4. tomo tertio. — *Io. Caſelii* protegomena in Thucydidis interpretationem. Roſtoch. 1576. 4. — eiusdem Thucydidem, edita ab Io. Henr. Ackero, Ienae, 1714. 8. Ibi pag. 27. laudatur ſcriptum aliquod Melanchthonis, quo quaedam Thucydidis illuſtrari, et p. 28. Camerarii. De ſuperioribus latinis et de Seyſſelio Strozioque, interpretibus, indicat Caſelius pag. 24 ſqq.

Argyropulum, publice in Vaticano Thucydidem legentem, Xyſto III. pontifice, audiſſe ſe teſtatur *Io. Reuchlinus* in vita pag. 213.

*Iobus* quoque *Veratius*, Genuenſis, qui ann. 1571. diem obiit, orationes pleraſque Thucydidis pereleganter latine vertit, notato argumento atque rhetorico artificio. Praetereo orationem



orationem \*\*) Periclis s. Pericli tributam paucorum priuatorum laudationem a Thucydide, ex libro II. Thucydidis latine versam a *Guil. Cantero*, post Aristidis orationes, Basil. 1566. fol. pag. 580.

*Gallicae*, 1) *Claudii Seyssellii* \*\*), episcopi Massiliensis, qui iussu Francisci I. gallice reddidit et Vallae latinam versionem secutus est, ac de quibusdam locis lanum Lascarin consuluisse dicitur. Paris. 1527. apud Badium, tum apud Mich. Valcosanum. 1559. fol. 1545. 12. 1549. 1555. 8. et 16. Ex hac versione Thucydidem libenter lectitavit et in castris comitem habuit Carolus V. imperator. Vide *Vistorini Strigellii* praefat. ad animaduersiones suas in chronicon Philippi Melanchthonis et Erasmi Reinholdi progr. 1550. in scriptis, publice propositis, in acad. Viteberg. ab ann. 1540. tom. I. p. 299. Perstringitur Seyssellii versio ab H. Stephano in praefat. ad Thucydidem et ad introductionem, gallice editam, ad apologiam pro Herodoto.

2) *Ludovici Isaldi Ufci* (Louis Jausaud d'Uzez) Genevae, 1600. 4.

3) *Nic. Perotti Ablancourtii* cum Xenophontis continuatione, et subiectis adnotationibus, Paris. 1662. fol. et 1671. 12. tribus voluminibus; Amstel. 1694. 12. 1713. III. tom. 12. vbi notae paginis sublatatae sunt.

4) *Harangues et Concions de Thucydide et autres Auteurs par Fr. de Belleforest*. Paris. 1572. fol.

*Italica*, *Francisci di Soldo Strozzi*, Florentini, dicata Cosmo Medici. [sine anni nota, in *Maître A. T. indic. p. 289.*] Venet. 1545. 8. 1550. 8. 1563. 4. *Fabrit.* Versiones italicas uberius recenset *Paitoni* in Biblioteca degli autori ant. gr. et lat. vulgarizzati tom. IV. pag. 135 sqq. — Tucidide — nuovamente co' testi greci riveduto e dagli errori emendato colla vita dell' autore da Tommaso Porcacchi descrittta, etc. — E questo è il terzo anello della Collana istorica greca. Verona per Dionigi Ramanzini. II. part. 1735. 4. — cum V. D. eruditis notis. Romae, tom. I. 1789. tom. II. 1790. 4. *Harl.*

*Anglica*, 1) *Thomas Nicolls*, ex gallica Seyssellii composita, Londin. 1550. fol. [1515. fol. vid. *Maître A. T. indic. pag. 289.*]

2) *Thomas Hobbesii*, ex graeco concinnata, vna cum dissertatione de vita et scriptis Thucydidis, et charta chorographica Graeciae, quam sua manu Hobbesius delineavit. Dicitur ea potissimum de causa versionem hanc composuisse, ut ineptias Democraticorum Atheniensium ciuitibus suis patefaceret. Lond. 1628. et 1634. fol. Londini, 1732. 8. II. voll. Vide vitam Hobbesii p. 15. et 41 sq. et *Baylii* Lexicon historico-criticum, vbi de Hobbesio agit nota (BA) editionis secundae. Graecorum fontium, aliquando neglectorum, arguitur Hobbesius in notis ad marmora Oxoniensia.

#### *Hispanica*,

\*\*) *Synefius Dione* pag. 37. Εἰς ἀγνοῖαν τὴν διαφοράν τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν ἡρώων ὑποτίθειν, ἐκείνην μὲν καὶ τὸν Ἀστυνοῦς τὴν (apud Platonem Menexeno) καὶ Περικλῆς ἐκείνην, Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος. Ἐκείνητος οὐκ ἐστὶν καὶ πολλὸν ἐπὶ τοῖς ἰδίῳι κανόνι προτιμῶν. Eandem Periclis orationem inepte imitatus historicus quidam perstringitur a *Luciano* de scribenda Historia tom. I. pag. 619 sq.

*Cicero* in Oratore cap. 44. Sed in populari oratione, qua mos est Athenis, laudari in concione eos, qui sunt in praeliis interfecti, quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit.

oo) Hunc vocat *Chassenacus* Claudium ab Aquis, et ex furtiuo conceptum concubitu adfirmat.



*Hispanica*, Didaci Gratiani de Aldrete, Salmanticae, 1564. fol. *Ioannis enim de Castro Salinas* inedita est, quam memorat Nic. Antonius tom. II. Bibl. Hispan. pag. 305.

*Germanica*, Hieronymi Boneri, praetoris Colmariensis, Augustae Vindel. 1533. fol. *Fabric.* conf. Critische Beyträge etc. part. X. p. 243 sq. — Studiis societatis virorum doctorum, cum figg. Francof. et Lips. 1757. m. 4. (est tom. X. der Neuen Sammlung der merkwürdigsten Reisegeſchichten etc.) haec versio non probata est *Heilmanno*, primum rectori Gymnasii Osnabrug. postea theologo Gottingensi, qui Thucydidis histor. praeclare conuertit in linguam vernaculam et egregiis obseruat. criticis illustrauit, Lemgou. et Lips. 1760. mai. 8. (conf. Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft. p. 173 sqq.) — Minus venusta, quamquam adcurata, versio orationum Thucyd. germanica cum notis criticis latinis in omnes Thucydidis libros est *Io. Jacobi Reiskii*, Lemgou. 1760. 8.

*Belgica*. Thucydides over den oorlog der Peloponnesers en Atheners, vertaald door *H. Friesemann*. Amsterdam, 1786. 8. II. voll. *Harl.*

*Danica*, Francisci Michaëlis Wochelii, pastoris in Aastedt et Scherum dioeceseos in Iutia Aalburgensis, die 19. Nouembr. ann. 1702. denati. Vide noua litteraria maris Baltici et Septentrionis ann. 1698. p. 212. ann. 1699. p. 209. 210. et ann. 1705. p. 47. vbi danicam versionem Homeri, Herodoti, Xenophontis et Diodori Siculi Iohannisque Cinnam ab eodem ad prelum paratas discas. [P]

### [XIII. Scripta, Thucydidem illustrantia.

*Martini Crusii* orat. XVIII. praemissa praelectionibus in Thucydidem. Tubingae, 1566.

In libro: *Scripta, in academia Rostochiensis publice proposita, ab anno Chr. 1560. usque ad Octobr. an. 1563. et inde ad initium an. 1567. partes II.* Rostochii. excudeb. Iac. Transylvanus. 1567. 8. sunt programmata fol. 157 sq. *Dau. Chytrai* in lectionem Thucydidis, et fol. 197 sqq. 234 sq. 264 sq. 288 sq. 334 sqq. eiusdem progr. in libros Thuc. II. III — VIII.

*Lud. le Roy* Oraison sur l'etat d'ancienne Grece depuis le commencement iusqu'à ce qu'elle fut asservie par les Macedoniens. Paris. 1576. 4. maximam partem e Thucydide.

Sunt mihi, (scripsit *Fabric.*) in manibus plures epistolae scriptae ab illustri viro *Dominico Molino* ad *Ioan. Meursium*, quibus non cessauit illum vrguere, vt Thucydidem illustrandum sibi sumeret; sed furdo fabulam narrauit.

Praelectiones marciae s. commentaria in Thucydidis historiam de peste Atheniensium, ex ore *Fabii Paulini Vtinenſis* excepta, Venetiis apud Iunctas. 1603. 4.

*M. Io. Stilicomis*, Hamburgensis, disp. ritus περί τῆς Φευκρωπίας, siue de excubiarum accensis ignibus actione, ad illustrandum Thucyd. lib. III. Wittebergae, 1714. 4.

*Bened. Auerani*, Florentini diss. LVIII. in quaedam Thucydidis loca prodierunt tomo I. eius operum, iunctim post auctoris fata excusorum, Florentiae, 1716. fol. vid. Mem. de Trevoux, 1718. Dec. p. 1045. Giornale d'Italia, tom. 24. p. 425. Bibl. ancienne et moderne tom. 12. pag. 161.



*Io. Grammii* castigationes ad scholia graeca in Thucydidem. Hafniae, 1721. 1722. 4. Miratur vir doctus p. 19. correctionibus Aemilii Porti rarius prioribus libris locum esse datum in editione Oxoniensi.

Incerti V. D. Britanni, sub littera Π. se occultantis, obss. in Miscell. obseruatt. vol. II. tom. I. pag. 60 sqq. et tom. II. pag. 157 sqq. — ibid. vol. III. tom. I. p. 147 sqq. et tom. II. pag. 302 sqq. *H. i. e. Frid. Ludou. Abreschii* animaduersiones in Thucydidem. Idem doct. *Abresch* edidit Dilucidationes Thucydideas, Traiecti ad Rhen. II. part. 1753. et 1755. atque Auctarium dilucidat. in Animadu. ad Aeschylum, Zwollae, 1763. p. 213 sqq. quorum saepe certamen fuisse cl. *Car. Ludou. Bauero* in notis ad oratt. Thucydid. iam supra indicauimus.

*Car. Lud. Baueri* Exercitatio de lectione Thucydidis, optima interpretandi disciplina. Lipsiae, 1753. 4. — Idem in Philologia Thucydideo-Paulina, Halae, 1773. 8. comparat orationes Thucydidis.

De arte interpretandi atque de notatione Thucydidis scribendique genere intelligenter disputat, et locis quibusdam vitiosis scienter medetur *Io. Dau. Heilmannus* in: Kritische Gedanken von dem Character und der Schreibart des Thucydides. Lemgou. 1758. 4. rec. in Opuscul. eius ab Ern. Jac. Danouio editorum vol. II. (Ien. 1778. 8.) pag. 89 sqq.

Multa in contextu nostri acute, interdum audacter, corrigit *Io. Jacob. Reiske* in Animadverss. ad graecos auctores, vol. III. Lipsiae, 1761. 8. pag. 1 sqq.

Thucydides editionis Bipontinae illustratus ac emendatus a *Io. Hyacintho Kistemaker*, pars I. complectens IV. libr. priores. Monasterii, 1791. 8.

*Petri Horrei* Obseruationes ad Thucydidem, Xenophontem, Arrianum etc. inter Eiusdem Obseruatt. critic. in scriptores quosdam graecos historicos, Leouardiae et Harlingae, 1736. 8. pag. 391 — 513.

*Victoris Fausti*, Veneti, notas, in Thucydidem ineditas, memorat Franciscus Grauerol ad Epist. Petri Bunelli.

*Pelloutier* in Histoire des Celtes tom. I. lib. I. cap. 11. locum Thucyd. lib. VI. cap. 2. de origine Siciliae et Siculorum docte et copiose examinat et illustrat. — *Schlosser* de dialogo Atheniensium legatorum et Milesiorum, qui imperium illorum detrectarunt, scripsit apologiam Thucydidis contra vituperationes Dionysii Halicarn., in Neuen deutschen Museum, mense Febr. 1790. part. II. pag. 153 sqq.

*Auger* in Harangues tirées d'Herodote, de Thucydide, des Hist. grecques du Xenophon — traduites. Paris, 1788. mai. 8. tom. II. subiunxit adnotationes, ad emendationem et interpretationem nonnullorum Thucydideorum locorum pertinentes. In discours preliminar. agit de ratione historiae conscribendae ad exemplum Thucydidis et hunc defendit a criminatione Dionysii Halic. Locus Thucyd. de obsidione Sphaeriae integer versus est instar speciminis, quomodo Thucydides narrauerit.

*Aug. Matthiae* Obseruationes in Thucydidis librum primum; in Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer, vol. I. part. II. Bremae, 1790. pag. 423 sq. *Harl.*]



XIV. Sed de Thucydide priusquam dicere desino, en tibi synopsis vitae eius chronologicam, ex mente praestantissimi Dodwelli.

| Ante Christum | Olympiad.        |                                                                                                                                                                                                                 |
|---------------|------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 471           | 77 $\frac{1}{2}$ | natus Thucydides.                                                                                                                                                                                               |
| 456           | 80 $\frac{1}{2}$ | anno aetatis XV. audiit Herodotum, historias suas in Olympiis recitantem.                                                                                                                                       |
| 454           | 81 $\frac{2}{3}$ | — — XVII. primum militiae illius tirocinium.                                                                                                                                                                    |
| 452           | 82 $\frac{1}{2}$ | — — XIX. primae illius militiae ἐν Πελοπόννησος finis.                                                                                                                                                          |
| 444           | 84 $\frac{1}{4}$ | — — XXVII. missus in coloniam Thuriorum in Italiam.                                                                                                                                                             |
| 441           | 84 $\frac{3}{4}$ | — — XXX. Coloniae Thurior. IV. pp) Ostracismus Thucydidis si quis forte. Vide Dodwelli Apparatum §. 21.                                                                                                         |
| 431           | 87 $\frac{1}{2}$ | — — XL. Inde in patria vsque ad exsilium. Et initium belli peloponnesiaci.                                                                                                                                      |
| 424           | 88 $\frac{1}{2}$ | — — XLVII. στρατηγία Thucydidis Amphipolitana coepta ineunte Hecatombaeone.                                                                                                                                     |
| 423           | 89 $\frac{1}{2}$ | — — XLVIII. στρατηγίας abdicatio, mense Sciophorione exeunte: et exilii initium.                                                                                                                                |
| 414           | 91 $\frac{2}{3}$ | — — LVII. Moritur Perdiccas, et succedit in regno Macedoniae Archelaus.                                                                                                                                         |
| 411           | 92 $\frac{1}{2}$ | — — LX. Finis ἡλικίας στρατεύσιμος Thucydidis, siue aetatis ad militiam idoneae.                                                                                                                                |
| 403           | 94 $\frac{1}{2}$ | — — LXVIII. Restitutus patriae Thucydides post annum exilii vigesimum, et finito bello peloponnesiaco. Tum deitum, iudice Dodwello, historiae scribendae incubuit.                                              |
| 399           | 95 $\frac{1}{2}$ | — — LXXII. Mortuus Archelaus, Macedoniae rex, post cuius mortem Thucydides inclaruit.                                                                                                                           |
| 395           | 96 $\frac{1}{2}$ | — — LXXVI. Eruptio tertia Aetnae, cuius meminit Thucydides lib. III. cap. 116.                                                                                                                                  |
| 391           | 97 $\frac{1}{2}$ | — — LXXX. quem superavit, mortuus est in Thracia. Iam erat in Scyllunte Xenophon, scripsitque libros de expeditione Cyri, libros Thucydidis, filiorum eius opera nactus ante Olympiadem 102 $\frac{1}{2}$ . [P] |

A a a a 2

XV. Scriptores,

pp) Ostracismus iubeat exesse vrbe per annos decem Plutarch. Pericle pag. 157. Idem docet in Nicia et Aristide, quemadmodum et Nepos in Aristide et Cimone: licet Diodorus Siculus tom. II. lib. XL pag. 41. adfirmet, tantum per πέντε

χρόνον durasse illud genus exilii, ostracismum Atheniensium fortasse confundens cum Syracusanorum Petalismis; qui per quinque annos a patria removebat, ut docet idem Diodorus pag. 65.



## XV. Scriptores, in Scholiis graecis ad Thucydidem citati, hi sunt:

Aesopus p. 266. edit. Hudson. n. 8.

Antyllus 203. 7. 227. 17. 232. 5.

Aristoteles ἐν τοῖς ἡθικοῖς 174. 15.

Asclepius 32. 2.

Callimachus 99. 5.

Cratinus ἐν Χερώνι 513. 1.

Demosthenes 20. 17. 43. 13.

Dionysius Periegetes 124. 8.

Auctor epigrammatis in Orsippum Megarensem 4. 12.

Eupolis 291. 6.

Euripides 7. 3. 167. 7.

in Medea 365. 12.

Herodes 96. 10.

Herodotus 5. 4. 9. 1. 12. 21. 13. 10. 12. 41. 13.

70. 2. 89. 9. 144. 7. 8.

Hippocrates III. 18.

Homerus saepiuscule.

Lycophron 7. 3. 55. 1.

Orus, grammaticus 96. 10. 291. 6.

Pausanias ἐν τῇ διαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ 364. 7.

Phoebammon, rhetor 30. 11.

Sophocles 290. 10.

Theognis ὁ ποιήσας τὰς ὑποθήκας 109. 4.

Theologus (Gregorius Naz.) 167. 1.

Xenophontis ἀναβάσεως 122. 8.

## In vita Thucydidis, a Marcellino scripta, laudantur

Aeschylus p. 2. edit. Hudson.

Agathos 5.

Androtion ἐν τῇ Ἀττικῇ 5.

Antyllus 4. et 6.

Asclepius 9.

Choeridius (forfan Choerilus vt clariss. Hudsonus suspicatur, cui hunc indicem debet) 5.

Cratippus 5.

Demetrius ἐν τοῖς Ἀρχαῖς 5.

Demosthenes 1. et 9.

Didymus 1. et 3. et 5.

Gorgias Leontinus 6. et 8.

Hellanicus ἐν τῇ ἐπιγεγραφομένῃ Ἀσώπιδι 2.

Hermippus 3.

Herodotus 2. et 6. et 8.

Homerus 5.

Melanippides 5.

Niceratus, poeta epicus ibid.

Pherecydes ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἰσοριῶν 1.

Philistus 4.

Pindarus 5.

Plato, poeta comicus ibid.

Polemon ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως 3. et 5.

Praxiphanes 5.

ἐν τῷ περὶ ἰστορίας 5.

Prodicus Ceius 6.

Theopompus 7.

Timaeus 4. et 5.

Xenophon 4. et 6. et 7.

Zopyrus 5. [P]

XVI. CTESIAS, Ctesiochi filius <sup>99</sup>), ex familia Asclepiadarum, patria Cnido, Cariae vrbe, medicus Artaxerxis Mnemonis, per XVII. annos in honore ab eo habitus, a Salmasio

99) Tzetzes Chil. I. hist. 1. et Suidas, [Eudocia p. 268. vbi dicitur Ctesiarchi aut Ctesiochi filius,] Plutarch. Artaxerxe p. 1012. 1014. Lucian. de scribenda Historia tom. I. p. 630. [cap. 3. p. 71. tom. II. edit. Reitzii, vbi Lucian. ait, Ctesiam ca,

quae de Indis scripserit, neque vidisse, neque fando accepisse, adeoque finxisse. vid. ibi Iensium. adde Lucian. quomodo historia scribenda sit, cap. 39. p. 52. tom. II. ibique Gesner.]



masio <sup>rr)</sup> perperam traditur fuisse aequalis Herodoto, cum iuniorem fuisse clarissimis argumentis constet <sup>ss)</sup>. Mihi hoc loco sufficiet scripta eius tantum commemorare, idque tanto brevius, quod exceptis paucis fragmentis et excerptis Henrici Stephani <sup>tt)</sup>, Andrae Schotti, Gothofredi Iungermanni [et Wesselingii] industria collectis, et Photii Bibliothecae insereri, vel Herodoto subnecti solitis, nullum eorum ad nos pervenit, sed ad vnum omnia interciderunt. Fuerunt autem haec:

ΠΕΡΣΙΚΩΝ βιβλία κγ'. *Historiae de rebus Persarum* libri XXIII. in quo opere dicauerat sex primores libros describendis rebus Assyriacis <sup>uu)</sup> aliisque, quae Persica antecesserunt, facto a Nino et Semiramide initio. A septimo autem libro ad postremum vsque historiam Persicam persecutus est a Cyro et Cambyse regibus, ad annum 3. Olymp. XCIII. <sup>vv)</sup> siue annum Artaxerxis Mnemonis octauum, ante Christum natum CCCXCVI. vsus, [vt ille quidem iactitauit,] arcanis annalibus, quos in membranis <sup>ww)</sup> describi sibi curauerant reges Persarum. Perspicuitatem suauitatemque Ctesiae, dialecto Ionica <sup>xx)</sup> vsi, mire praedicant *De-*

A a a a 3

metrius

<sup>rr)</sup> *Salmasius* ad *Solin.* pag. 871. edit. *Ultraiect.* b. G. e loco *Diodori Sic.* [II. cap. 32. pag. 146. vbi vid. *Wesseling.*] perperam accepto.

<sup>ss)</sup> Ea vide, si lubet, apud *Vossium* de *Hist.* Gr. lib. I. cap. 5. [et *Saxii* *Onomast.* I. pag. 59.]

<sup>tt)</sup> *H. Stephanus* Photii excerpta ex Ctesiae Persicis et Indicis graece primus vulgavit an. 1557. 8. [Habeo exemplum inscriptum: Ἐκ τῶν Μένωνος — — *Ex Memnone excerptae historiae, de tyrannis Heracleae ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia non solum graece, sed et latine, partim ex Henrici Stephani, partim ex Laur. Rhodometri interpretatione. Cum accessione ad ea, quae prius ex illis historiis excerpta fuerant.* Anno M. D. LXXXVIII. gr. (1594.) Excudebat Henr. Stephanus. 8. Infunt quoque, (p. 120 — 228.) *Appiani* lib. Ἀντισσίων et Ἰβητικὴ cum Stephani castigacionibus vsque ad p. 248. tum p. 249 sqq. accessio ex aliquot scriptorum locis: duae *Chionis* epistolae et alia, quae ad *Clearchum*, *Agatharchidem* et *Ctesiam* pertinent. Separatim edita est latina versio, huius sententiae: *Ex Memnone et aliis excerptae historiae, de tyrannis Heracleae ponticae. Ex Ctesia et Agatharchide excerptae historiae. Omnia sum recenti accessione, graeco: nec non latine, partim ex H. Stephani, partim ex Laur. Rhodom. interpretatione.* Anno 1594. Excud. H. Stephanus. 8. Epistolae *Chionis* et quaedam alia sub finem gr. contextus earent versione latina. Exemplar versionis tantum latinae, huius anni, fuit in biblioth. *Bunauiana*; vid. *Catalog.* I. p. 105.] deinde eadem suis *Herodoti* editio-

nibus latine a se translata et disquisitione de Ctesia aliisque nonnullis aucta adiunxit. [vid. supra pag. 338.] Hinc [*Hoeschellius* gr. cum notis suis, in Photii biblioth. p. 52 sq. Aug. Vind. 1601. fol. et gr. ac lat. cum scholiis] *Anarsas Schottus* in sua Photii versione post eod. LXXII. p. 106 sq. Ctesiae fragmenta subnexuit. Idem diligentissime fecerunt in suis *Herodoti* editionibus *Gothofredus Iungermannus*, quam secutus est *Tho. Galeus*, [et *Iac. Gronou.* denique *Wesseling.* cum notis auctisque fragmentis, testimoniis ac iudiciis de Ctesia antiquis, et aliis accessionibus. Repetit *Borheck* vol. II. edit. *Herodoti*, Lemg. 1781.] In *Allatii* apibus vrbani p. 187. legas, etiam M. Antonium Petilium excerpta ex Ctesiae Persicis et Indicis latine vertisse. De Ctesiae scriptis egit praeterea *Io. Meursius* in *Cypro* lib. II. cap. 29. et ad *Apollonii Dyscoli* *Historiam* commentitiam p. 120. *Iohannes Harduinus* fragmenta, quae exstant, supposita Ctesiae esse, coniecit, in *Chronologia* V. T. p. 91. Sed sollempne viro illi erudito παραδοξολογῶν.

<sup>uu)</sup> Hinc *Strabo* pag. 656. lib. XIV. adfirmat, Ctesiam scripsisse Ἀσσυριακὰ et Περσικά. Illis primoribus libris diligenter vsus est *Diodorus Siculus*, libro praesertim secundo.

<sup>vv)</sup> *Diodorus* lib. XIV. cap. 47. pag. 425. [pag. 679. edit. *Wesseling.*]

<sup>ww)</sup> *Diodorus* lib. II. pag. 84. [tom. I. p. 146. edit. *Wesseling.* cuius not. videbis.]

<sup>xx)</sup> *Salmasius* de dialecto, quae vsus est, ionica, videndus p. 29. de *Hellenistica*, et p. 41. vbi Ctesiam gente doricum obseruat, perinde vt *Hippocratem* et *Herodotum*.



*metrius* lib. de elocutione, §. 218. 221. *Dionysius Halicarnassensis*, et *Photius*. In rebus ipsis Herodoto saepe, interdum etiam Xenophonti<sup>yy)</sup> contradixit, obseruante [P] *Photio* cod. LXXII. quo excerpta ex illo opere Ctesiae nobis seruaui. Fabulosus, uanus fideque indignus scriptor uisus iam olim est quam plurimis, Straboni, Plutarcho in Artaxerxis uita, aliisque. Inter recentiores idem contendunt Iosephus Scaliger, et, praeter innumeros alios *Hermannus Conringius* in aduersariis chronologicis de Asiae et Aegypti antiquissimis dynastiis, [cap. 7. p. 161. in Syntagmate variarum disertat. a I. Georgio Graeuio editarum, Ultraieci, 1702. 4.] qui non tantum in narrationibus ceteris, sed praecipue in Persicis, (in quo solo argumento aliquid ei tribuunt veteres<sup>zz)</sup> plerique, et recentiores,) parum fidei mereri Ctesiam, disputat, quod facit etiam *Bernardus de Montfaucon* libro de ueritate historiae Iudith, p. 120 sq. et *Douuaeus* notis ad Demosth. p. 171. item *Goujetus* in diss. inserta continuationi Memoriarum litterariorum *Salengrii* tom. I. part. I. nr. VIII. p. 121 sqq. et contra Herodotum pro Ctesia part. II. p. 349 sqq. 364 sqq. Journ. des Scav. 1726. Oct. p. 235. Ctesiae fidem frangit *Christoph. Cellarius* in Ctesiae hypothesebus suspectis de principio regnorum et historiarum, Hælae Sax. 1694. rec. 1703. [in diss. academicis, a Io. Georgio Walchio iunctim editis, Lipsi. 1712. pag. 54 — 70.] *Iac. Arrhenius* in diss. de Monarchia Assyriorum Ctesiana. Vpsal. 1705. 8. Inter paucos tamen Ctesiae fidem adserere adnissus est *Vlricus Huberus* in dissertatione de temporibus ante Cyrum, quae exstat in historia eius ciuili non procul ab initio. Nec non *Freretus*, bibl. françoise, a. 1726. Sept. p. 138 sqq. *Sam. Schuckford*. in Connex. vet. test. cum scriptor. profan. tom. II. p. 19. Journ. liter. tom. 15. p. 4. *Fabric.* Sed *Schuckford*. libro VII. vol. I. p. 553 sq. version. germ. Dresdae, 1726. 4. minus fauere uidetur narrationibus Ctesiae: cuius tamen partes interdum sequitur *Des Vignoles* Chronol. tom. II. p. 169. Praeferunt ei Herodotum *Iac. Vsserius* in annal. V. T. ad A. M. 2737. *I. G. Walch.* in exercitt. histor. de fabulosa histor. Semiramidis, Lipsiae, 1713. rec. in Parergis academ. p. 27 sqq. ubi de Ctesia eiusque mala fide historica quaedam habet. *L. E. du Pin* biblioth. uniuers. des historiens pag. 209 sqq. Multo tamen plura collegit, examinauit et plurium, tam ueterum, quam recentiorum iudicia diuersa proposuit *Io. Georg. Walther.* in Animaduerss. historicis et criticis, Weisfelsae, 1743. 8. in commentat. historica, qua Herodoti et Ctesiae sententiae de magnitudine atque antiquitate imperii assyriaci et medici coniunguntur, p. 75 — 112. de aetate Ctesiae p. 99 sq. et contra *Wesselingii* Addenda ad tom. I. Diodori Sic. modeste doctaeque disputans, p. 367 sqq. in Addendis: idem *Walther.* ibidem p. 122 sqq. in commentat. de ueterum recentiorumque historicorum inuidencia iudicandi libidine et nimio rerum mirabilium amore. *Iac. de Rhoer* in Feriis Dauentriensibus, Traiecti ad Rhen. 1758. 8. libro II. cap. 1. pag. 137 sqq. contra

yy) Xenophon Ctesiae Persicam Historiam legit, antequam suam scriberet: nam libro I. de expeditione Cyri pag. 157. memorans vulneratum a Cyro Artaxerxem fratrem, Ctesiam auctorem laudat, et vulnus ab illo curatum esse, ipso auctore refert: addit etiam, Ctesiam, utpote regi praesentem, tradidisse, quot tum temporis circa regem ceciderint.

zz) *Diodorus Sicul.* [lib. II. cap. 2. pag. 114. tom. I. *Wesseling.* cuius not. uide p. 115, 8.] Iustius

etc. Hinc *Jf. Vossius* lib. de LXX. interpretibus pag. 334. Ctesiae auctoritati in Persicis plurimum tribuunt ueteres, cum tamen in ceteris fuerit mendacissimus. Persicarum rerum bonum auctorem inprimis Ctesiam uocat *Barnabas Brissotius* lib. I. de regno Persar: Epitomen Persicorum, (nobilissimi ex Ctesiae scriptis,) concinnasse uidetur *Pamphila*, foemina Epidauria: Suidas enim inter eius scripta memorat Βασίλειον τῶν Κρησίων γ.



contra Huberum aliosque disputans atque *Herodotum* I. cap. 95. (vbi Wesseling. laudat *Schroeterum* in Orig. Assy. sect. IV. 5 sqq. et *Leon. Offerhaus* Spicileg. hist. chronolog. pag. 145.) copiose explicans, ita contendit illum cum Ctesiae narratione, ut studeat utrumque in concordiam reducere, Ctesiae manibus suum honorem aliquo modo restituere, atque euincere, Herodotum imperium Assyriorum non coercere intra quingentos annos. Medos denique non fuisse subditos, sed socios Babyloniorum. Compara *Waltherum*, qui loco citato p. 103 sqq. aliam ingressus est viam. adde *De Bougainville*, qui Herodoti et Ctesiae narrationes de monarchia Medorum conciliare studuit in Mem. de Littérat. — I. et B. L. tom. XXIII. p. 1 sqq. et *Abbé Gadoyn* Histoire des Perses, écrite par Ctesias suivant l'Extrait, que Photius nous en a laissé, in iisdem Mem. tom. XIV. p. 247 — 279. Adde supra de Herodoto obseruata, lib. II. cap. 20. §. III. pag. 331 sq. *Harl.*

ἸΝΔΙΚΩΝ βιβλίον ἐν. *De rebus Indicis* liber vnus, cuius excerpta leguntur in *Photii* biblioth. cod. LXXIII. Respicit *Plinius*, Ctesiam laudans, VII. 2. hist. nat. In hoc potissimum opère lectorum credulitate abusus est et fidem decoxit Ctesias, vnde *Aristoteli* lib. VIII. hist. animal. cap. 28. citatis eius Indicis, visus fuit indignus, cui crederetur: ὡς φησι Κτησίας ἐκ τῶν ἀξιοπίστων. Fidem illi quoque detrahit *Arrian.* in Indicis p. 513. Et *Antigonus Carystius* in historiis admirandis [cap. 16. p. 27. edit. Beckmanni, Lips. 1791. 4.] negat, se ex Ctesia quicquam prolaturum, διὰ τὸ πολλὰ ψεύδεσθαι αὐτόν. Vide et *Aristotelem* II. 2. de generat. animal. *Lucianum* de vera Historia lib. I. tom. I. pag. 640 sq. et lib. II. pag. 683. *Aeneam Gazaeum* in Theophrasto p. 23. edit. Barthii, *Aelianum* Hist. animal. etc.

ΠΕΡΙ ὈΡΩΝ. *De montibus* libri, quorum primum laudat Scholiastes Apollonii ad lib. II. agens de sacro monte, etsi ibi legitur Κτησίας ἐν πρώτῳ περιόδῳ, sed περὶ ὄρων legendum, recte monuit *Ioh. Meurfius* in Cypro lib. II. cap. 29. et in bibl. Graeca. Librum secundum adducit Plutarchus de fluminibus et montibus, vbi agit de monte Theutrante pag. 1161. καὶ ὡς ἰσορεῖ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν β'. περὶ ὄρων. Et Schol. Apollonii ad lib. II. agens de montibus Colchorum Amarantis et *Ioh. Stobaeus* serm. 98. περὶ νόσθ. [P]

ΠΕΡΙ ΠΛΟΙ, quorum primum memorat Stephanus Byz. in Σήγυις. Periplum Asiae Harpocration in Σκιαποδες, et Suidas eadem voce. Ctesiam τρίτῃ περιγήσειος laudat idem Stephanus in Κοσύτη.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ἈΣΙΑΝ ΦΟΡΩΝ. *De tributis Asiae* opus laudatum *Athenaeo* lib. X. p. 442. Librum tertium illius operis memorat idem *Athenaeus* lib. II. pag. 67.

ΠΕΡΙ ΠΟΤΑΜΩΝ. *De fluminibus* libri, quorum secundus citatur a *Plutarcho* de fluminibus p. 1160. vbi de Alpheo. Sane Ctesiam simpliciter laudat Plutarchus, non Ctesiam Ephesium, cui libros de fluminibus, nescio qua de causa, tribuit *Manfilius* in notis pag. 81. notatus a Vossio de Hist. Gr. pag. 349. Quamuis Ctesiam Ephesium ἐν πρώτῳ Περόνιδος libro primo Perseidis, siue de Perseo illo, qui Medusam interfecit, memoret idem *Plutarchus* pag. 1161. Citatur Ctesias etiam ab *Eratostrato* in Catasterismis cap. 38. *Fabric.*

[Addi



[Addi possunt alii, licet diuersae aetatis, historici.

ANDROTION, historicus incertae aetatis, scripsit atticam historiam. vid. *Marcellin.* in vita Thucydidis pag. XV. edit. Bipontin. tom. I. aliosque apud *Vossium* de histor. gr. cap. III. pag. 322. vbi plures historici antiquiores incertae aetatis enumerantur.

DAMOCRITVS, historicus, serioris quidem aevi, scripsit Tacticorum libros II. item de Iudaeis, historiam aethiopicam aliaque testibus *Suida* h. v. tom. I. pag. 507. et *Eudocia* pag. 128. vbi et per reliqua litterarum elementa plures historici nominantur, suo quisque loco et ordine.

NYMPHODORVS, Syracusanus, historicus vetustissimus incertae aetatis, auctor fuit libri de Asiae praeternaigatione, siue de Asiae circumnauigatione; tum de Siciliae mirandis: etiam de mirabilibus Sardiniae scripsisse putatur. Diuersus a *Nymphodoro* Amphipolite, quem de machinationibus apud *Vitruuium* praefat. lib. VII. libr. confecisse alii existimant, et qui libros composuit de Asiaticorum legibus ac ritibus. Differt quoque a *Nymphodoro*, medico, de quo vide infra in Elencho medicorum veterum vol. XIII. pag. 351 sq. De prioribus duobus egit vberius *Vossius* de histor. graecis, libr. III. pag. 393 sq. de Syracusano autem adi quoque *Mongitorem* in Biblioth. Sicula, tom. II. pag. 104 sq.

PSAON, Plataeensis, circa tempora Agathoclis, qui *Diylli*, Atheniensis, (vid. supra pag. 355. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. XVI. 14. pag. 93. tom. II. *Casanbon.* ad Diogenem Laert. V. 76.) historiam continuauit, libris XXX. teste *Diodoro Sicul.* lib. XXI. 5. tom. II. pag. 490. *Wesselingii*. Nomen eius saepe corruptum et *Saon* exaratum fuit, quod decepit *Vossium* de histor. graec. lib. III. pag. 410. In Plinio quoque vitiatum restituit *Reines.* lib. II. var. lect. cap. 6. pag. 159. Idem nomen *Dionysio Halic.* de collocat. verborum pag. 5. (pag. 40. edit. Vpton. vbi male adhuc legitur *Σαῶνα*, sed in edit. Reisk. vol. V. Oper. pag. 30. recte editum est *Ψάωνα*.) reddiderunt *Ionsius* de script. hist. philos. I. cap. 2. et *Vales.* emendation. libr. III. cap. 14. pag. 96. vbi et in addendis p. 228. de eo egit, et plures viros doctos laudauit Burmannus II. atque *Ruhnken.* in hist. crit. orat. gr. pag. 62. *Ψάωνα* pro *Πλάτωνα* corrigi apud *Dionys.* *Halic.* in Dinarcho pag. 115.

THRASYALCES, num historicis quoque iure possit accenseri, et quando vixerit, equidem nescio. Antiquissimus fuisse videtur scriptor, historicus forsan; physicus quidem; cuius tamen mentionem per hanc occasionem iniicere volui, quoniam certe Aristotele fuit antiquior. Meminit eius *Strabo* lib. I. pag. 51. et XVII. pag. 1139. edit. Almel. vbi quidem ex Hopperi versione editum legitur, ἐκένον (n. Aristotelem sumsisse) παρὰ Θερασάλκε τῷ Θασίῳ (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἰς ἑστέ.) — Alii antiqui historici infra, lib. III. cap. 8. de Alexandro M. excitabuntur. *Harl.*]



## CAPVT XXVI

DE DECEM ORATORVM VETERVM ATTICORVM SCRIPTIS  
EDITIS AC DEPERDITIS, ET DE ALIIS NONNVLLIS ANTIQVIORIBVS  
ORATORIBVS GRAECIS, QVORVM SCRIPTA VEL OMNIA VEL PLE-  
RAQVE INTERCIDERVNT.

I. *Scripta deperdita de rhetoribus priscis graecis. Decem rhetores antiqui celebriores, tum obiter de Mnestheo, Pericle et aliis antiquissimis oratoribus atticis.* II. *De Antiphonte, et illius orationibus editis ac deperditis, earumque quae exstant editionibus.* III. *De Andocide.* IV. *De Lyfia, ubi simul de Cephalo, eius patre, itidem oratore, et Alcidamante.* V. *De Isocrate, eiusque discipulis, et de eius praeceptore, Gorgia.* VI. *De Isaeo.* VII. *Lycurgo.* VIII. *Demosthene.* IX. *Aeschine.* X. *Hyperide.* XI. *ac Dinarcho, singulorumque horum orationibus editis ac deperditis, et aliis quibusdam oratoribus.* [P]

[Cum auctario G. C. Harles.]

## I.

Claudam hunc librum secundum recensione Oratorum graecorum: quod facturus, doleo perditis pridem πινάξ, Περγαμηνῶς Cratetis et Aristarchi, grammaticorum, et Callimachi πινάξ, ῥητορικοῖς, Dionysio Halicarnass. laudatis, tum Heronis, Atheniensis, libro περὶ ἀρχαίων ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι, de quo Suidas; [atque Theopompi excursu, quem, teste Athenaeo, IV. pag. 166. D. in decimo historiae philippicae περὶ τῶν Ἀθηναίων δημαγωγῶν fecerat], interruptos satisque interceptos etiam conatus Viri praestantissimi Guillemi Canteri, \*) qui libro VIII. novar. lect. cap. 4. promissit, se decem oratorum omnes orationes, quarum pars magna periit, enumeraturum, et simul scriptorum, quae interciderunt, aliquot fragmenta collecturum. Decem oratores, (ἡ Ἀττικὴ δέκατος Luciano in Scythia tom. I. pag. 598. [f. tom. I. pag. 870. ed. Reitz. ubi v. interpret.]) secundum tempora, quibus claruerunt, hoc ordine collocandi videntur: Antiphon, Andocides, Lyfias, Isocrates, Isaeus, Lycurgus, Demosthenes, Aeschines, Hyperides et Dinarchus. [Ita quoque collocati sunt in collectione diuersorum interpretum in Aphthonii progymnasmatibus, in Montfaucon. bibl. Coislin. pag. 593. nisi ut Lycurgus post Aeschinem poneretur: sed pag. 597. nominantur rhetores novem, Demosthenes, Lyfias, Hyperides, Isocrates, Aeschines, Lycurgus, Isaeus, Antiphon, Andocides. Taylor. in vita Lyfiae, initio, pag. 101 sq. post Isaeum ponit Aeschinem etc.] Memorat etiam Suidas in Ἀντιπατρὸς decem oratores, Antipatro Macedoni traditos ab Atheniensibus, Olymp. CXIV. 2. atque inter hos ex prioribus tres, Demosthenem, Hyperidem, Lycurgum, quibus addit Polyestum, Ephialtem, Thrasibulum, Charetem, Charidemum, Diotimum et Patrolem. Nomen undecimum Callandri, quod ibidem alieno loco occurrit, filium Antipatri denotat, neque quicquam cum oratoribus commune

a) Idem Canterus in novis Lectionibus suis et in libro de ratione emendandi graecos auctores, (quem a Grutero tom. III. Lampadis artium lectionibus eiusdem non subiunctum miror,) passim emendat atque explicat loca oratorum graecorum, com-

Vol. II.

plura: quibus illustrandis faciunt etiam, quae ad Harpocratonis Lexicon adnotarunt viri docti, Valesius praecipue ac Maussacus. De Harpocratonem ipso et aliis Lexicis rhetoricis dictum infra lib. IV.



mune habet. Video et, praeter has τῶν δέκα ῥητόρων τὰς Μακεδόσιν ἀνδραπολισμέναις γλώσσας, vt vocat *Lucianus* in amoribus tom. I. pag. 895. [f. tom. II. pag. 430. Reitz.] alios decem iuniores rhetores Atticos memorari ab eodem *Suida* in Νικόστρατος, ex quibus fuerunt: *Nicostratus*, *Dio Chrysostomus*, *Polemo*, Aelii Aristidae magister, *Aristides* ipse, alter *Polemo*, qui sub Commodio vixit, *Herodes Atticus*, et *Aeschines*, Strabonis aequalis. [Adde *Olearium* ad Philostrat. de vitis sophistarum, cap. 14. de Herode attico, pag. 564. *Leontius*, scholasticus, in epigrammate Anthol. lib. III. pag. 412. vocat, obseruante *Oleario*, Chiridium rhetorem, Ἐικόνα ῥητῆρων τῆς ΠΡΟΤΕΡΗΣ δεκάδας. — De quibusdam graecis oratoribus ac rhetoribus docte copioseque egit *Frider. Gotthilf. Freytag*. in libello, ad quem saepius ablegabo lectores:

*Oratorum et rhetorum graecorum, quibus statuae honoris causa positae fuerunt, decas, edita a Fr. G. Freytag, I. C. Lipsiae, 1752. 8.*

In primis commendanda est:

*Davidis Ruhmkennii historia critica oratorum graecorum,*

praemissa illius editioni *P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis* libr. II. — Lugduni Bat. 1768. 8. rec. in *Reiskii* oratt. gr. vol. VIII. quem librum, iustum veluti commentarium in *Ciceronem* in Bruto 7 sqq. et de Orat. II. 22. 23. satis cognitum, quum in manibus plurimorum, qui has litteras amant, esse putem, non compilabo, paucis tantum ex illo excerptis, quae ad augendam emendandamue *Fabricii* nostri bibliothecam, rhetorumque veterum notitiam, praecipue ad ea, quae olim in nota b ad §. II. sequentem scripta erant, et ego huc reduxi, facerent amplificanda. Neque pauca, quae scitu vtilia necessariaue videantur, ipse addam. Ante *Antiphontem* igitur plures alii oratores fuerunt, quos aliosque, qui paullo post floruerunt, paucis recensbo.

MENESTHEVS, qui contra *Theseum* dixit. vide *Libanium* tom. II. pag. 480. in primis *Plutarch.* vit. parall. *Theseus* cap. 32. et 33. vol. I. *Reisk.* pag. 66 sqq. pag. 73. Sed illum, vti *THEMISTOCLEM* et *CIMONEM*, (quem *Plutarchus* in vita *Demosth.* pag. 852. B. oratoribus adnumerat,) nihil litterarum monumentis mandasse constat.

Primus, qui orationes scriptas habuit, fuit *PERICLES*, teste *Cicerone* II. de orat. cap. 22. sect. 93. et *Suida* Παρεμλ. et ex eo *Eudocia*, pag. 353. *Gorgias* disciplina vsus est: vide *Spaam.* diss. de *Antiphonte*, pag. 798 sq. in *Reiskii* vol. II. orator. graecor. Idem *Cicero* in Bruto cap. 7. ante *Periclem*, cuius scripta quaedam feruntur, et *Thucydidem* — littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat, et oratoris esse videatur. Sed parum dignae *Periclis* fama visae sunt *Quinctiliano* III. Instit. cap. 1. pag. 214. ed. *Burm.* Equidem, ait *Quinctilianus*, non reperio quidquam tanta eloquentiae fama dignum: ideoque minus miror, esse, qui nihil ab eo scriptum putent: haec autem, quae feruntur, ab aliis esse composita. Idem lib. XII. cap. 10. §. 65. laudat vim ornandi in *Pericle*, sed cap. 2. 22. et cap. 10. nr. 49. repetit, *Periclem* nihil posteritati mansurisque litteris reliquisse: nec vlla eloquentiae illius monumenta ad *Quinct.* tempora venisse est credibile. Et tamen a *Platone* in *Phaedr.* pag. 354. πάντων τελειότατος εἰς τὴν ῥητορικὴν iudicatus est: in cuius labris veteres comici, etiam quum illi maledicerent, leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, vt in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret, prodente *Cicerone* de Orat. III. cap. 34. (adde



(adde *Quintil.* I. O. X. r. 82. *Plin.* I. ep. 20. pag. 78. ibique interpr. ed. Cort.) Immo vero *fulgere, tonare, permiscere Graciam dictus est*, teste *Cicerone*, in oratore cap. IX. coll. *Aristophane* in *Acharn.* II. sc. V. v. 530. Adde *Quintilian.* I. O. lib. II. cap. 15. fin. ibique notas *Almelou.* ac *Burmanni* pag. 190. *Himer.* Orat. V. II. pag. 490. orat. XXIII. 4. pag. 772. ibique not. *Wernsdorfii*, *Eclog.* XXXVI. 8. pag. 310 sq. Hinc <sup>b)</sup> *Olympius* est vocatus, v. *Plutarch.* vit. parall. *Pericles*, pag. 603. vbi quoque de maiestate et magnitudine orationis *Pericleae*, atque in fin. pag. 670. tom. I. Reisk. *Athenaeum* XIII. 6. pag. 589. *Diodor.* Sic. XIII. 98. pag. 621. vbi v. not. *Wesselingii*. Quae eloquentiae virtutes quum decissent orationibus, quae sub nomine *Periclis* circumferebantur, *Quintilianus* has supposititias habuisse videtur. Atqui *Plutarchus* in vita *Periclis* I. pag. 604. Reisk. negat, ab eo quicquam scriptum esse relictum, praeter decreta: ἐγγράφον μὲν ἔδεν ἀπολέλαιπε, πλὴν τῶν ψηφισμάτων: quamquam *Plutarch.* ex *Periclis* oratione quaedam profert in lib. de sui laude pag. 540. 543 etc. Atque *Lucian.* in *Demosth.* encomio cap. 20. tom. III. pag. 506. Reitz. testatur, se illius quidem fulgura ac tonitrua ac suadae illum aculeum fama accepisse, sed ipsam suadam s. eloquentiam non vidisse. Denique *Sopater* prolegom. in *Aristidem* disertis apud *Ruhnken.* pag. XXXIX. tradit, *Themistoclem* et *Periclem* nullas orationes litteris consignasse. Neque enim *Periclis* *Thucydidei* oratio funebris, quam cum *Platonis* *Menexeno* separatim edidit doctisque illustravit animadversionibus *Gottleber.* Lips. 1782. 8. a *Thucyd.* plane conficta, neque ab ipso *Pericle* sic recitata, multo minus scripta fuit. v. *Gottleberi* disquisitionem pag. 67—72. orationi illi praemissam. Athenienses autem eius memoriam positae statu conseruare studuerunt. Sed h. l. de *Pericle* oratore sermo mihi tantummodo est. Praeter *Plutarchum* vero in vita illius, et passim in operibus, de *Pericle* plura edisserunt *Menckeni* in bibliotheca virorum, militia aeque ac scriptis illustrium, Lipsiae, 1734. 8. pag. 331 sqq. *Freytag.* l. m. pag. 6—13. inprimis *Brelii* in *Lexico* vol. III. pag. 664. etc. qui etiam de atheismo, cuius arguitur, not. C. quaedam adnotauit, eumque ab illo crimine aeque, ac *Reimannus* in historia atheismi pag. 126 sq. liberauit. Baylium autem omisisse filium *Periclis* cognominem, de quo *Xenophon* M. S. lib. III. pag. 767 sqq. animaduertit *Heumann.* in nota msta.

*Pericli* *Cicero* adiungit ALCIBIADEM (inter quatuor Alcibiades *Meurfio* VI. 12. attic. lection. obseruatos celeberrimum, cuius imaginem exhibet *Gronouius*, tom. II. thesauri, tab. LXVII.) Multi scriptores illi laudem eloquentiae tribuunt; sed scriptae eius orationes non videntur extitisse, quamquam *Cicero* et *Pseudo-Plutarchus* de vitis X. orator. id affirmant. *Demosthenes* enim de eo in or. adu. Mid. pag. 139. καὶ λέγειν, αἶτ, ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος. Illius vero eloquentiam celebrant *Plutarch.* in *Alcib.* pag. 196. et in *Nicia* pag. 528. (quem *Niciam*, αἶτ, primum indecoros gestus in suggestum atticum inuexisse), *Himerius* apud *Photium* pag. 595. et aliquot locis in *Himerii* *Eclogis* ac declamationibus, a *Wernsdorfio* editis, e. g. ecl. XVII. 8. (vbi plura de eo testimonia coaceruat *Wernsdorf.* pag. 258 sqq.) Orat. V. 12. — *Niciam* tamen, supparem *Alcibiadi*, ex oratorum catalogo, (apud *Fabr.* infra vol. IV. pag. 485.) esse expungendum, docet *Ruhnken.* pag. XL. De *Nicia*, *Syracusano*, *Lysiae* praeceptore, v. *Mongitor.* biblioth. Sic. tom. II. h. v. pag. 85.

Bb bbb 2

THV.

b) Secundum alios quidem, minus recte, a potentia, quam domi militiaeque habuit.



THVCYDIDEM Cicero inter oratores refert, propter orationes, historiae intextas. Fabricium autem, quando cum *Simfono* in Chronol. ad a. 3534. non Olori filium, sed Periclis aduersarium, Milesii F. Alopecense, (de quo *Plutarch.* pag. 158. f. tom. I. pag. 603. 611. ibique *Xylander*, etc. ed. Reisk.) intelligit, errare, docet *Ruhnken.* pag. XXXIX sq. eo argumento, quod Thucydides, Milesii filius, numquam fuerit in oratorum numerum relatus.

THERAMENES, Agnonis filius, Socratis et (secundum *Suidam*, h. v. tom. II. pag. 194. atque *Eudociam*, pag. 231.) Prodicti Ceii discipulus, et magister Isocratis, vir egregiis moribus excellens, *Cothurnus* cognominatus, (quod utrique factioni, ut *Cothurnus* utrique pedi aptus fuit, v. *Kuefter.* ad *Suidae* locum,) cuius res gestae diligenter recensentur a *Staurer.* ad *Corn. Nepotis* Alcibiad. V. 4. pag. m. edit. 81 sq. vbi praeter ea iam laudauit *Fischerum*, (qui supplet *Stauer.* notam,) in indice ad Aeschini dialogos voc. *Θηραμένης.* *Taylor.* quoque in *Lyfiae* vita pag. 119. pag. 125 sqq. et *Spaan.* in diss. de Antiphonte, oratore attico, in *Reiskii* vol. VII. orator. graec. pag. 816. de illo egerunt. Fuit is orator non mediocris; *Cic.* Brut. cap. 7. de Orat. II. 22. III. 16. qui quidem nullum se eius scriptum vidisse, testatur. Hinc *declamationes* et alia rhetorica, quae a Theramene scripta dicit *Suidas* in hac voce a recentioribus sophistis ficta videntur *Ruhnkenio* pag. XL sq. Forſan *Suidas* atque *Eudocia* perturbarunt historiam, homines et tempora, aut in codice siue *Suidae*, siue illius historici, vel commentatoris antiquioris, quem *Suidas* exſcripſit, de aliis, iisque diuerſis, quaedam diuerſis locis deſecerant, aut aliter ſcripta collocatae erant, ita, ut a librario in libris, ſeriore aeuo manu exaratis, plura confuſa, aut male ſcripta, aut male iterata, transpoſita ordinatae in libros, formulis typographicis deſcriptos, venirent. Nam *Suidas* et, quae cum ſequitur, *Eudocia* memorant *Theramenum* Athenienſem, rhetorem, diſcipulum Prodicti, *Cothurnum* cognominatum, et *Theramenum Ceium*, ſophiſtam atque poſtერიorem (num vere, an falſo, equidem ignoro,) narrant, ſcripſiſſe declamationum libros III. de ſimilitudine orationis, de imaginibus ſ. parabolis et de figuris. Et tamen Theramenes, de quo hic poſſimum ſermo eſt, dicitur non natus ciuis Athenarum fuiſſe, ſed ex inſula *Cea*, et ab Agnone adoptatus, v. ſchol. ad *Ariſtoph.* Ran. 546. *Plutarch.* in *Nicia* pag. 337. tom. III. *Reisk.* Id ſi verum eſt, confuſio, a *Suida* ipſo, vel a librariis facta, eo clarius adparet, et fides *Suidae*, ut in multis aliis, ita h. l. vacillat.

EPHIALTES inter rhetoras, Pericli amicos, celebratur a *Plutarcho* in vita Periclis, tom. I. *Reisk.* pag. 601. vbi dicitur ſenatus Areopagi dicendo fregiſſe potentiam, et ſaepius, atque in praeceptis reipubl. gerundae, *Περικλῆς* — — δι' Εφιάλτε την ἐξ Ἀρείας πάγος βελὴν ἐταπεινώσεν.

CEPHALVS, Athenienſis, rhetor ac demagogus, qui primus prooemia et epilogos compoſuit. v. *Tzetzem* Chil. VI. cap. 34. qui hunc Cephalum Athenienſ. confundit cum Cephalo, Syraculano, *Lyfiae* patre, (de quo *Cl. Wolf.* ad *Demosth.* Lept. prol. p. LXIX.) et *Suid.* II. pag. 305. Recentior et ſophiſta fuiſſe videtur *Cephalus* iſte, cuius ἐγκώμιον *Λαχίδος τῆς ἐταίρας* laudat *Athenaeus* XIII. pag. 592. C. Plura habent *Taylor.* in *Lyfiae* vita pag. 103 sqq. ed. *Reisk.* vol. II. *Lyfiae* ſ. vol. VI. oratorum graecor. et *Ruhnken.* I. c. pag. 42 sq. Atqui *Sigeberto Hauerkampio* ad *Iac. Bonanni* Syracul. antiq. pag. 239. tom. XI. *Theſauri* Siciliae duo Cephalī diſtinguendi videbantur.

ARCHI-



ARCHINVS, (scilicet triplici forma, 'Αρχίνος, 'Αρχίνος, 'Αρχίνος,) ex Coele, Thraſybuli in libertate vindicanda adiutor. Ex eius oratione funebri, quam laudat *Plato Menex.* pag. 403. A. Iſocratem in panegyricum ſuum multa derivaffe, teſtatur *Phitias*, cod. CCXL. pag. 1458. confer *Ruhnken.* pag. XLII. et, quos ille laudat, viros doctos. *Taylor*, in vita *Lyſiae* pag. 140 ſqq. et in *Lectio. Lyſiae*, cap. III. pag. 236 ed. Reisk.

CRITIAS, vnus ex triginta tyrannis, de cuius dictione, qua in orationibus vſus eſt, videndus *Dionyſus Halicarn.*, de aliis eius ſcriptis *Meurfus* in bibl. attica, de interitu temporeque *Cornelius Nepos* VIII. 2, 7. ibique *Stauer.* et, quos ibidem iam laudavi, *Schol.* atque *Hemſterh.* ad *Ariſtophanis* *Plutum* v. 147. pag. 438 ſq. de vita ipſius et atheiſmo, cuius incubabatur, *Batliuſ* in *Lexico*, et *Reimmannuſ* in *hiſtoria atheiſmi* pag. 128 ſq. *Kerriſc* in *Dionyſii Halic.* *Demothiſtene* pag. 167. *Sylburgiuſ* recte legere, pro vulgato: 'Ισάιος, adfirmat *Ruhnken.* in *hiſt. crit. oratorum graec.* pag. 64. fin.

ANDROCLES, Pitthenſis, Alcibiadiſ aduerſariuſ. Laudatur ab *Ariſtotele* *Rhetor.* II. cap. 24. fin. pag. 369. ed. Cantabr. 1728. 8.

CLEOPHON, turbulentuſ demagoguſ, cum ſeditioſis hominibuſ, Cleone Hyperboloe iunctuſ ſaepe, et ab *Ariſtophane*, et a Platone comico integra comoedia, *Cleophontis* nomine inſcripta, exagitatuſ, occurrir. *Cleophontis* orationem aduerſuſ Critiam laudat *Ariſtoteles* *rhetor.* I. pag. 54. (adnotante *Ruhnkenio* pag. XXV. vbi de illo. copioſior eſt,) notatur vero ab eodem *Ariſtotele* *Rhet.* II. cap. 7. fin. v. *Perizon.* ad *Ael.* V. H. lib. XII. 43. *Hemſterhuſ.* ad *Luciani* *Timona* pag. 144. tom. I. *Reitzi* alioſque VV. DD. quos laudat *Ruhnkeniuſ*.

SOPHOCLES, a Tragico diuerſuſ. Eiuſ orationem pro *Euctemone* laudat *Ariſtoteles* *rhet.* I. cap. 15. pag. 178. adde lib. III. cap. 18. pag. 541. *Valeſ.* ad *Harpocrat.* pag. 181. *Ruhnken.* pag. 43.

ARISTOPHON, Azenienſiſ, quod a Quadringentiſ miſſuſ eſt legatuſ ad Lacedaemonioſ *Olymp.* XCII. 1. et *Iphicratem* ac *Timotheuſ* aduſauit proditioniſ, *Ruhnken.* ex eo pag. XLV ſq. colligit, illum vitam vltra *Olymp.* CVI  $\frac{1}{2}$  extendiſſe. Inter viroſ eloquentiſſimoſ refertur a *Demothiſtene* adu. *Leptin.* pag. 55. ad quem locuſ vide *Taylor.* ſiue ſect. 125. pag. 126 ed. cl. *Wolfii*, cuiuſ notam pag. 367. conſuleſ. Plura vide apud *Ruhnken.* l. c. qui, ab illo diuerſoſ fuiſſe, vberiuſ docet, *Ariſtophonta*, *Collytenſem*, et ipſuſ oratoreſ, quo ſeneſcente florere incepit *Demothiſteneſ*, et *Ariſtophonta*, archonta eponymuſ, *Olymp.* CXII. 2. de quo vide *Corſini* F. A. tom. IV. pag. 44. et *Fiſcher.* in indice ad *Theophratiſ* char. voc. 'Αριſτοφών. *Burmam.* ad *Quinct.* I. O. libr. V. 12. pag. 452. treſ illoſ *Ariſtophonteſ* nondum potuit rite diſcernere, quamquam in aetatem illorum ſolerteſt inquirir.

AVTOCLES, *Strombichidaeſ*, eiſ, qui a XXX. tyranniſ interſectuſ eſt, filiſ, a *Xenophonte* *hellen.* VI. cap. 3. §. 7. dicitur μάλα δοκῶν ἐπιτερεφὴς ἤτοι εἴναί, i. e. ſoller- tiſſimuſ orator. Eiuſ orationem contra *Mixidemideſ* laudat *Ariſtoteles* *rhetor.* II. cap. 23.

IPHICRATES, diſciplina militari non minus, quam ſcientia orandi nobilitatuſ, quamquam ipſe, ſe ab *Antiphonte* eloquentia vinci, faſſuſ ſit. Duae orationeſ noſtro ad-



signantur a Dionysio Hal. in *Lysia* et *Aristotele*; ab aliis vero *Lysiae* adjudicantur: altera, *Περὶ τῆς Ἰφικράτους εἰκότος*, quae eadem fuisse videtur, ac ea, *περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς*, et eadem est, quam *Aristotel.* rhetor. II. 24. pag. 355. vbi pluscula ex illa oratione excerpuntur; nominat *πρὸς Ἀγμοδίων*. — altera *περὶ τῆς Ἰφικρ. προδοσίας*, siue *ἀπολογία Ἰφικράτους*. v. *Polyaen.* Strategem. III. 9, 29. Ex posteriore fragmentum est apud *Quintilianum* IV. 12. 10. vbi v. *Gesner.* et *Burmannum.*, qui pag. 452. de *Iphicrate* melius, quam de *Antiphonte*, differit. conf. de graui eius sententia *Vadckenarii* diatriben *Euripid.* post *Hippolytum* *Euripidis*, cap. 20. pag. 211. — *Iphicratem aduersus Nausicraten*, et sententiam acutam laudat *Aristotel.* rhetor. III. cap. 15. pag. 516. ed. Cantabr. Quaedam sententiose dicta refert *Plutarch.* in *Apophtheg.* pag. 708 sqq. vol. VI. ed. Reisk. plura collegit *Muretus* variar. lection. VIII. 22. Propter merita insignia *Iphicratem* Athenienses ornarunt honore statuæ aeneae, victu *Prytanei* aliisque praemiis, teste *Demosthene* in *Aristocrat.* pag. 746. B. et in *Leptinem* §. 69. pag. 78. ed. cl. *Wolfii*, cuius notas pag. 302 sq. conferes. Plura vide apud *Taylorum* ad *Lysiae* fragmenta, pag. 18 — 20. ed. Reisk. interpretes, praecipue *van Staveren* in minore editione ad *Cornelii* vitam *Iphicratis* cap. I. de eius arte oratoria et genere, *Ruhnken.* l. c. pag. LVII sq. et *Freytag.* de statuis etc. §. XII. pag. 38-42. qui plures alios VV. DD. laudat.

**CALLISTRATVS**, *Callicratis* filius, *Aphidnaeus*, eloquentia sic excelluit, ut nemo sui temporis par ei poneretur. Archon fuit Olymp. CVI. 2. Plura de eo dicuntur infra ad libr. IV. cap. 24. §. XIII. Inter ea conf. *Ruhnken.* l. c. pag. LVIII sqq. ac pag. LXIV. de eius oratione *ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ*, et *Wessendorf.* ad *Himerium* orat. VI. 2. pag. 499 sq.

**CEPHISODOTVS**, ex *Ceramico*, tribu *Acamantide*, laudatur propter eloquentiam a *Demosthene* orat. in *Leptin.* §. 125. v. cl. *Wolf.* ad locum illum pag. 368. et *Ruhnken.* l. c. pag. LX. Differt a *Cephisodoro*, *Isocratis* discipulo, de quo infra in *Isocrate* paullo ante editionum enumerationem.

**LYCOLEON**. Fragmentum ex eius orat. pro *Chabria* Olymp. C. 4. habita, seruauit *Aristotel.* rhet. III. cap. 10. fin. pag. 430. ed. Cantabr. v. *Ruhnken.* pag. LXIV.

**EVBUUVS**, *Anaphlystius*, maximae auctoritatis orator et demagogus: per plures annos vna cum *Demosthene*, quocum illi diuturnae intercesserunt similitates, rempublicam administravit, sed ante eam vita decessit. De eius moribus v. *Theopompum* apud *Athen.* IV. pag. 166. D. et apud *Harpocr.* voc. *Εὐβουλος*. Orationem habuit aduersus *Charetem*, vnde dictum seruauit *Aristotel.* rhetor. I. cap. 16. pag. 187. de quo et reliquis rebus, quae ad vitam fataque *Eubuli* pertinent, tum de *Eubulo*, *Spinthari* F. *Probabilisio* et alio, *Muesitheo* F. *Cyprio* vel *Cytherio*, copiosus est *Ruhnken.* pag. LXV sqq.

Hi igitur pertinuerunt ad primam et alteram eloquentiae aetatem. Qui vero potiores decem illi sunt, quorum orationes adhuc supersunt, et quorum vitam scriptaque *Fabricius* vberius exposuit, oratores graeci, de iis agemus. De reliquis, a *Ruhnkenio* celebratis, paullo inferius locus erit differendi commodior. *Harl.*

II. **ANTIPHON**, *Sophili*, rhetoris, filius, *Atheniensis*, pago *Rhamnusius*, (vnde excellentissimi quique rhetores dicti *Rhamnusii*, teste *Suida* in *Ῥαμνέσιος*.) aequalis praestantissimorum



morum oratorum, Themistoclis, Aristidis, Periclis, Gorgia paullo iunior aetate <sup>1)</sup>, primus oratoriae [P] artis praecepta scripto tradidit, <sup>2)</sup> primus etiam dicitur Athenis scripsisse <sup>3)</sup> δικανικὰς.

c) *Plutarch* in vita decem rhetor. γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικά καὶ Γοργίαν, τὸν Σοφιστὴν, ὁλίγη νεώτερος αὐτῶν. Apud *Photium* quidem pag. 792. ὁλίγη πρότερος Γοργία τῷ Σοφιστῇ γεγονώς. Sed *Plutarcho* adsentior. *Suidas* quocumque in Ἀντιφῶν: ἦρξεν τῷ δικανικῷ χαρακτήρῳ μετὰ Γοργίαν. *Fabr.* Atque *Spaan* in diss. mox memoranda p. 797 sq. *Reisk.* in *Photii* loco corrigat ὁλίγη νεώτερος Γοργία, vberiusque rem explicat. *Harl.*

d) *Quintilianus* III. 1. [vbi v. interpret. p. 212. ed. *Burm.*] *Antiphon quoque et orationem primus omnium scripsit, et nihilominus artem ipse composuit.* [*Philostrat.* I. 15, 2. tradit, Antiphonta secundum alios artem oratoriam inuenisse, secundum alios autem inuentam auxisse. v. ibi *Olear.* pag. 498. qui *Quintil.* locum explicat.] *Photius* bibl. cod. CCLIX. πρῶτον δὲ αὐτὸν καὶ ῥητορικὰς συντάξασθαι φασί τεχνάς, ἀρχίναν γεγονότα. Eadem habet *Plutarchus*, et *Antiphontem* ἐν τῇ τέχνῃ laudat *Ammonius* de vocum different. in Σημῶν, [*Antiph.* ἐν τοῖς ῥητορικαῖς τέχναις, *Pollux* VI. 143. conf. *Spaan* pag. 806 sq.] *Apsines rhetor*, et *Ionis* iudice, *Galenus* praef. ad *Glossas Hippocratis*, his verbis: ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν παραλόγως ἔχόντων ἔφατ' ἐπειὶν ὀνόματα καινὰ, δηλοῖ μὲν καὶ Ἀντιφῶν ἰκανῶς, ὅργη, ὅπως αὐτὰ ποιήτων, ἐκδιδάσκει. Videtur etiam respicere *Cicero* in *Bruto* cap. 12. postquam de *Protagorae* et *Gorgiae* locis, veluti communibus rhetoricis, dixisset: Hinc *Antiphontem Rhamnusium* similia quaedam habuisse conscripta etc. *Fabric.* De hoc *Antiphonte*, quem eius discipulus, *Thucydides*, lib. VIII. 68. pag. 545. (coll. *Spaanio* in diss. mox laudanda, pag. 801. et pag. 804 sq. vbi inedita scholia *Tzetzae* ac *Ioan. Siciotae* profert, tum pag. 810 sq.) summum oratorem laudat, eiusque eloquentiam in inventionem rerum grauissimarum, ad persuadendum idonearum, et facultate, eas apte eloquendi, ponit; contra *Plato* in *Menexeno* cap. 3. fin. minus honorifice sentire de eo videtur; e veteribus egerunt *Pseudo-Plutarch.* in vit. X. rhetor. *Philostratus* de vitis *Sophist.* I. 15. pag. 498 sqq. vbi *Olear.* plures laudat. Inter recentiores quaedam annotat *Gottleber.* in nota ad *Platonis* locum pag. 23. Plura dat *Taylor.* in lectionibus *Lyfiae* cap. VII. pag. 268 sqq. *Reisk.* et in vita *Lyfiae* pag. 118 sq. nec non *Hauptmannus* in prolus. de *Antiphonte*, *Gerae*, 1753. copiosius

tamen docteq. disputat *Petrus van Spaan* in dissert. sub praesidio *Dau. Ruhnkenii* ventilata, de *Antiphonte*, oratore attico. Lugd. Bat. 1765. 4. quam recudi fecit *Reiske* in vol. VII. orator. graecor. pag. 795. sqq. Ille vero docet, primum, quantum fuerit orator, tum, qualem se in republica administranda gesserit, denique, quae ingenii monumenta transmiserit ad posteritatem, et alios recentet *Antiphontas*. Ad illum igitur doctissimum libellum, et *Hauptmanni*, *Taylori* ac *Spaanii* vestigia legentis, doct. proluisionem ablegamus lectores. — Natus est *Antiphon* Athenis, patre *Sophilo*, *Olymp.* LXXV. 1. vel 2. Quod e *Cassili*, rhetoris Siculi, commentario de *Antiphonte*, *Photius* in biblioth. pag. 791. et *Plutarch.* in vitis orat. pag. 309. *Thucydidem* fecerint *Antiphontis* magistrum, *Taylor.* in lectt. *Lyfiae* pag. 271. ed. *Reisk.* adprobante *Spaanio* pag. 800. e codd. mssst. *Plutarchi* διδάσκαλον pro μαθητὴν substituit: sed *Gottlebero* in nota mem. retinendum videtur voc. licet vitiosum, μαθητὴν. *Cecilio* autem, vnde *Photius* similiter habet id vocabulum, error tribuendus: quod quidem mihi nondum videtur satis validum argumentum: sed res non est tanti momenti, ut diutius controuersiae inhaeream, quod aliae causae corrupti textus, siue in *Plutarchi*, siue in *Photii* aliquot codd. esse possunt. *Hudson* ad *Marcellini* vitam *Thucydidis* pag. XLVIII. vol. I. ed. *Bipont.* et *Gedöyn.* in obs. ad iudicium *Photii* pag. 364. in suis Oeuvres diverses, opinantur, *Antiphontem* priorem, *Rhamnusium*, fuisse magistrum *Thucydidis*; posteriorem autem, ab *Hermogene* memoratum, verisimilius aemulum *Thucydideae* dictionis, ideoque visum esse discipulum illius historici. *Harl.*

e) Praeter *Quintilianum* *Plutarchi* *Photii*que testimonia ita *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 308 sq. φασί δὲ καὶ τὰς κατὰ διatribὴν λόγους καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα αὐτῶν καὶ μισθῷ συναγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἑκάστην γραφάμενον Ἀντιφῶντα φίλον Ῥαμνύσιον, ὡς φησὶ *Διόδωρος*. — Ἀρχηγὸν τὸ πᾶν πολιτικῷ *Antiphontem* nostrum vocat *Hermogenes* 2. περὶ ἰδιῶν pag. 498. et *Suid.* in v. Μοχθῆρος. *Plutarchus* addit, *Themistoclis*, *Aristidis* et *Periclis* nullas existisse scriptas orationes iudicialis argumenti: *Alcibiadem* vero *Critiam*que, *Lyfiam* et *Archinonum* iuuenes veratos fuisse cum *Antiphonte* iam sene. *Ammia-*



νικῆς λόγους, siue orationes, quibus ciues causas suas in [P] iudicio defenderent. [At enim non tantum orationes iudiciales, sed deliberatiuas quoque, et, Gorgiae exemplo, etiam philosophicas scripsit. v. *Spaan.* l. m. pag. 809 sq. et *Philostr.* pag. 500. nr. 4. Primus ob defensum negotium mercedem exegit, quae res, tum illiberalis, illi auaritiae infamiam contraxit. v. *Philostrat.* pag. 499.] Cum Antiphonte, tragico, et aliis sui nominis<sup>f)</sup> confunditur apud veteres.

*Ammianus Marcellin.* XXX. 4. *Antiphon* ille *Rhamnusus*, quem ob defensum negotium omnium primam antiquitas prodidit accepisse mercedem. [conf. *Spaan.* pag. 808 sqq. l. c.]

f) Tredecim huius nominis enarrantur a *Iosio* lib. IV. 5. de scriptoribus Hist. Philosoph. pag. 322. [pag. 241 sqq. ed. Dornii.] Sed videtur quosdam diuersos facere, qui non sunt inuicem distinguendi. Fuerunt igitur:

- 1) *Antiphon*, pater matris Platonis et pater Pyrilampis. Plato Parmenide et Plutarch. de genio Socratis.
- 2) Platonis, Adimanti et Glauconis frater *ἑμμοχ-τρος*, Pyrilampis F. Plato Parmenide, Plutarch. *περί φιλοδελφίας*.
- 3) *Antiphon*, Atheniensis, *τετρατοσκόπος* et *ὀναροκρήτης*, idemque *ἱποκρίτης*, et sophista atque orator, dictus *λογομύγυρος*, teste Suida. Eius *περί παλμῶν* a *Melampode* citatur. *Περὶ Κρίσεως ὀνάρων* memorat, praeter Suidam, *Seneca* controuers. IX. *Artemidor*, II. 14. *Tertull.* cap. 46. de anima. *Fulgentius* lib. I. cap. 13. Mythol. *Ὀναροκρήτην* vocat etiam Hermogenes 2. *περί ἰδίων*, testatus, eius existimari orationes *περί ἀληθείας*, *περί ὁμοιωμάτων*, *τὰς δημογομίας* et *πολιτικῶν*. [Locum *Hermogenis* de form. orat. II. pag. 496. repetit *Spaan.* in diss. laud. pag. 803. atque pag. 805. cum *Tayloro* in lect. Lyfiac. cap. 7. (qui multus est de hoc Antiphonte, et locum Hermogenis emendat,) *λόγους δημογομίας* ac *λόγους πολιτικῶν* (conf. pag. 824.) *Antiphonti*, *Ὀναροκρήτην*, inuido Socratis obtrektatori, aufert redditque vero auctori, *Antiphonti* Rhamnuso, locumque Hermogenis explicat examinatque. Idem cap. quarto pag. 824 sqq. copiosus est de hoc *τετρατοσκόπῳ*, s. haruspice. Docet, libros II. *περί ἀληθείας* omnium consensu tribui *Antiphonti*, sophistae, in schol. MS. Demosthenis, quod Wolf ad eum adfert pag. 1151. citari quidem librum decimum sextum, sed lectionem esse dubiam; *Antiphontem* in illo opusculo secundum *Origenem* adu. Celsum IV. pag. 176. prouidentiam sustulisse, ad illius doctrinam referendum videri fragmentum

apud *Suidam* voc. *Ἀδύκτος*, ideoque Antiphontem, non Epicurum, fuisse auctorem pestiferæ illius doctrinae etc. *Harl.*] Idem Antiphon, Socratis aduersarius, apud *Laertium* libr. II. sect. 46. quem sophistam vocat, et sermones, cum Socrate habitos, refert *Xenophon* sub extremum libr. I. *ἀπομνημ.* [cap. 6. ad quem locum v. *Hindenburg.* et *Ernesti.*] licet Photius et Plutarchus de Antiphonte Rhamnuso hoc acceperint, et *Hephaestion* grammaticus, teste *Athenaso* XV. pag. 672. F. librum scripsisset *περί τῆ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος*. [Antiphontem *τετρατοσκόπον* *Iosius*, Suidam secutus, minus recte distinguit ab *ὀναροκρήτῃ*, sed eum aeque male confundit *Olearius* ad *Philostratum* pag. 498. cum Rhamnuso.] Sane Antiphon Rhamnusus vt rhetor ineptus perstringitur a Socrate apud Platonem in Menexeno, quo nomine Socratem reprehendit Athenaeus. Respicitur etiam Antiphon *τετρατοσκόπος* a Cicerone II. diuinat. Clemente VII. Strom. pag. 712. Theodorito *Θεραπευτ.* lib. VI. pag. 88.

- 4) *Antiphon*, Andocidis F. pauper, de quo Aristophanes in Vespis, [v. 1262. et 1292. in scholiis ad illius fabulae vers. 108r. innuitur Antiphon haruspex.]
- 5) *Antiphon*, tragicus, a Dionysio, Siciliae tyranno, interfectus. Vide supra cap. 19. in Notitia Tragicor. [ibique not. pag. 284 sq. *Taylor.* lect. Lyfiac. pag. 270. et *Spaan.* pag. 827 sqq.]
- 6) *Antiphon*, Critobuli F. Galen. II. de diebus criticis cap. 5. ex Hippocratis Epidem.
- 7) *Antiphon*, sophista, cuius de quadratura circuli et de rerum *γνῶσις* sententias memorat *Aristoteles*. Vide I. Sophist. Elench. cap. 10. et I. Phys. cap. 2. ibique Themist. et lib. II. Phys. cap. 1. ibique Simplic. Eutocium ad Archimedes de circuli dimensione, [aliasque apud *Spaan.* p. 830.]
- 8) *Antiphon*, a Demosthene orat. pro Ctesiphonte (Olymp. CXII. 3.) accusatus proditiōis.
- 9) *Antiphon*, cuius Georgica laudat *Athenaeus* XIV. 17. p. 650. E. [Antiphon, medicus, qui scripsit *εἰνέσις τῶν κατ' αὐτὸν ὄντων*. *Pollux* II. 224. v. *Spaan.* pag. 829.]

Anti-



veteres quosdam. Forte etiam alteri Antiphonti congruit, quod Plutarchus refert, Corinthi taberna, ad hoc prope forum locata, professum esse *artem solandi tristes*, siue *τέχνην ἀλυπίας*, quamquam Sophili filium quoque Philostratus 1. de Sophistis inter alia tradit, dictum esse Nestorem, quod mirifica vi persuadendi fretus auditoribus promitteret sermones *νηπεν-δῶς*, *ὡς ἔδεν ἔγω δεινὸν ἐρέων ἄχος, ὃ μὴ ἐξέλοι τῆς γνώμης*, nullam nominari ab illis posse tantam vim doloris, quam non oratione levare atque ex animo eiicere valeret. Creditus fuit auctor mutationis, quam reipublicae Atheniensi intulere Quadringenti, Olymp. XCII. 1. [de qua re multus est Spaan. l. m. pag. 813 sqq.] Anno proximo, deiectis illis quadringentis, Antiphon prodicionis adcusatus capitis damnatus\*) fuit Olymp. XCII. 2. ante Christum CCCCXI. [H]

Orationes, [de quibus v. Spaan. diff. cap. 3. pag. 820 sqq.] sub eius nomine olim exstiterent LX. e quibus Caecilius, rhetor, in libro de Antiphonte XXV. spurias esse affirmavit. *Plutarch.* in Vita, et *Photius* cod. CCLIX. Hodie extant orationes XVI. quarum perinde ac deperditarum *Meursio* in bibl. Attica [tom. X. Thes. antiq. gr. pag. 1422.] magnam partem observatarum, titulos alphabeti ordine digessi, sed deperditarum genuinarum tituli nullo praefixo signo descripti sunt, et spuris praefixus asteriscus. Nūmeri romani indicant numerum ordinis in editionibus orationum, quae exstant, quarumque tituli cruce sunt signati. *Fabriz.* Ionisus orationes, quae supersunt, Antiphontes habuit pro declamationibus, a scholastico homine confectis: at *Spaan.* pag. 821. per inductionem veluti contrarium docet, multisque Harpocratiois, Pollucis, Ammonii et Suidae, qui ex orationibus Antiphonteis loca adferunt, testimoniis vindicat illarum antiquitatem et auctoritatem, atque eas, ostendit, ab illis fuisse adhibitas instar normae attici sermonis. *Reiskio* quidem ad Antiphont. oration. pag. 849. prima oratio duaeque postremae earum, quae hodie ex Antiphonteis supersunt, versantes in causis veris, non inali videntur commatis, quae non sine delectatione legantur, satisque sint planae et perceptu faciles: reliquas vero perbreues, prolusiones magis, quam orationes, plus quam par sit, subtiles argutasque esse censet spernitque, ipsumque Antiphonta, acerbius iudicat, fuisse sophistam eundemque patrem quodammodo generis illius dicendi umbratici, minuti, vani, putidi et paene puerilis. *Harl.*

Ὁ περὶ ἀγγελίας In hac oratione seipsum, egregie Atheniensibus, sed incassum, defensitavit Antiphon Olymp. XCII. 2. Laudant Thucydides lib. VIII. Cicero Bruto, Quinctilianus III. 1. et Plutarch. in vita.

Περὶ ἀληθείας λόγοι Β. Harpocratio passim, Galenus in Hippocr. de officio medici cap. 3. et Suidas in *Δεήσεις*, *Γρυπαινεν*, *Διάθεσις* etc. Hesych. in *Ἄβιος*, Etymol. M. in *Γρυπῆται*. *Origenis* IV. contra Celsum pag. 176. notat, titulum operis aduersus Christianos, quod inscribebatur *Φιλαληθής*, Celsum ab Antiphonte, claro oratore, mutatum

*Antiphon*, recentior superioribus, scripsit περὶ τῷ βίῳ τῶν ἐκ' ἀρετῇ προτιναμένων. v. *Diogenem Laert.* VIII. 3. et *Porphyr.* de vita Pythag. pag. 9. v. *Spaan.* pag. 830.]

g) Formulam condemnationis ex Caecilio libro de Antiphonte integram descripsit Plutarchus in *Antiphontis* vita. [adde *Thucyd.* VIII. pag. 545. coll. *Cicer.* in Bruto cap. 12. *Marcellinum* in vita Thucydidis pag. XII. ed. Bipont., vol. I. Oper. Thucyd. et *Spaan.* diff. mem. pag. 817 sqq. *Taylor.* in vita Lyfiae pag. 113 sqq. inprimis pag. 119 sqq. ed. Reisk.]

C c c c c



tuatum esse, qui in suis *περὶ ἀληθείας γεγραμμένοις* providentiam sustulerat. Hermogenes 2. *περὶ ἰδεῶν* p. 496. testatur, λόγος *περὶ ἀληθείας* fuisse Antiphontis *τετρατοστόπος*. [v. ad not. superiorem nr. 3.] *Reinesius* felicem Mauffaci ad Harpocrat. in *Ευεσῶ* improbens coniecturam pag. 128. var. lectt. suam, opinor, ipse iussisset spongiae incumbere, si considerasset loca Suidae in *Λεεσῶ* et *Λίεεσῶ*. — Seuerus quoque Eutychianus librum suum *Φιλαλήθῃ* inscripsit, ut ex Anastasii Hodego aduersus Seuerianos patet, et notatum *Gretsero* pag. 67. de prohibendis libris malis.

**Κατ' Ἀλκιβιάδην, λοιδορίας.** Athen. lib. XII. pag. 525. B. Plutarch. in Alcibiade pag. 192. F. ἐν ταῖς Ἀντιφώντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι πᾶς ὢν etc. Adde *Ionsum* pag. 325. [male de ea oratione iudicantem. v. *Spraan.* pag. 822.]

[*Περὶ ἀνδραποδισμῶ.* Lex. Sangerm. mst. apud *Spraan.* pag. 823.]

**Πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν Ἀπολογία.** Harpocrat. Suid. in *Κελέοντες*.

**Πρὸς τὴν Δημοσθένους ἀντιγραφὴν.** Id. in *Ἀνδρών*.

**Πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν παρὰ νόμων.** Vide infra *παρὰ νόμων*:

**Περὶ τῶ Δικαιογένης κλήρου, α', β'.** Suid. in *Τέως*. Sed ibi Lysiae nomen excidisse videtur, ut doctissimo Küstero pulchre notatum.

**Ἀπολογία δωροδοκίας.** ibid. Lysiae potius est, cuius nomen reponendum.

**Ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα.** Harpocrat. in *Ἀξιοῖ*.

**Ἐπιτροπικὸς Τιμοκράτης.** Harpocrat.

**Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτης.** Harpocrat.

**Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ἰδεῶν.** Plutarch. in vita, *Aelianus* V. 21. de animal. *Fabr. Reiske* in animadu. in Plutarch. pag. 490. coniecit *περὶ τῶν ἐλαίων de oleis.* *Spraan.* pag. 821. reiecta Reiskii opinione, amplectitur Ruhnkennii suspensionem, ex Aeliani loco, ex *Athenaeo* IX. pag. 397. et aliis ductam, *περὶ τῶν τῶν de rauonibus.* *Harl.*

**Περὶ Ἡρόδοτου.** Vide statim infra orat. *Περὶ Ἡρώδου.* [P]

† **Περὶ τῶ Ἡρώδου φόνου** XIV. et XV. quae incipit a verbis pag. 124. edit. Hanou. *Δεῖ δὲ με καὶ ὑπὲρ τῶ πατρὸς ἀπολογήσασθαι.* Prior pars defendit Helum Mytilenaeum, quod socius itineris, Herodes, ab eo non fuerit interfectus. Posterior parentem, quod nec ille fuerit Herodis intersector. Citatur ab Harpocrat. in *Διτείνοντο* et in *Φρεῖδος*. Forte et apud Plutarchum legendum *Ἡρώδου*, pro *Ἡρόδοτου*, quum sit in Antiphontis vita: *ἐπαινεῖται δ' αὐτῇ μάλιστα ὁ περὶ Ἡρόδοτου καὶ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ἰδεῶν.* *Volfium* sane falli non dubito, qui pag. 458. de Hist. graecis existimat, librum de Herodoto, historico, ab Antiphonte scriptum fuisse. [conf. *Spraan.* pag. 821.]

**Κατὰ Ἱπποκράτους στρατηγῶ (non ἱατρῶ, ut in Plutarchi et Photii codicibus).** Vide *Ionsum* pag. 324.

**Πρὸς τὴν Καλλίε ἐνδείξιν.** Harpocrat. Suid. in *Μακεδονήσας*.

**Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτης.** Vide supra *ἐπιτροπικός*.

**Κατὰ Δαμοπαδία.** Harpocrat. Suid.

\* **Κατὰ**



\* Κατὰ Λεωκράτους, Antiphontis oratio laudatur a *Guil. Budaeo* in commentariis Graecae linguae edit. Paris. ann. 1548. p. 570. et p. 943. Oratio Antiphontis κατὰ Λεωκράτους. Sed priore loco Λεωκράτους legendum pro Λεωχάτους, et utrobique *Lycurgus* pro Antiphonte. Vicissim apud *Vossium* de Rhetoricae natura cap. XI. *Andocides iste decem Oratorum, qui vulgo numerantur, antiquissimus est*, legendum *Antiphon*. Similiter in *Koenigii* Bibl. de *Andocide* legitur, facundiam eius praedicari a *Thucydide* lib. VIII. quod verum est de *Antiphonte*.

\* Περὶ τῆς Ἀθηναίων Φόρου. Harpocrat. in Ἀμφίπολις.

Περὶ τῆς Ἀνδίων Φόρου. Harpocrat. pluribus in locis.

Περὶ μεταστάσεως. Harpocrat. Suid. in Στασιώτης.

Ἀπολογία τῆς Μύρου. Suid. in Ἄττα.

Πρὸς Νικοκλέα περὶ ὄρων. Harpocrat. Suid. in Ἑτεράνη.

Περὶ Ὀμονοίας. Suidas in Σκιαποδες, et alibi quatuor locis: Harpocrat. *Philostatus* in vita Antiphontis pag. 503. [p. 500. §. IV. edit. Olear.] qui σοφιστικώτερον fuisse testatur. Etymol. M. in Θεαμδέσματος et Hermogenes II. περὶ ἰδεῶν, qui testatur, esse Antiphontis τερατοσκόπη. [conf. *Spraan*. p. 803. et 805. Etiam apud Suidam in Ἀναδέσθαι pro περὶ προνοίας, Küstero auctore legendum, περὶ ὁμονοίας.

Ὀλιγαρχικός. *Priscian*. lib. XVIII.

Ἡ παρανόμων κατηγορία. Suid. in Δεῦρο. *Plutarch*. καὶ ἐπαινέται ὁ πρὸς Δημοσθένη τον ἐρατηγὸν παρανόμων.

Πολιτικός. *Dionys. Halic.* περὶ συνδέσεως ὀνομάτων. Suid. et Etymol. M. in Εὐσύμβολος. Harpocrat. Athen. lib. X. [P] *Priscianus* lib. XVIII. Hermogenes περὶ ἰδεῶν lib. II. qui testatur, esse Antiphontis Τερατοσκόπη. [vid. *Taylor*. lect. Lys. cap. 7. et *Spraan*. p. 803. et 805.]

[Πρὸς Πολύευνκτον citatur in MS. Antiatticista, apud *Spraan*. l. c. pag. 823.]

Περὶ προνοίας. Vide supra Ὀμονοίας.

Προίμια. Suid. in Αἰσθεσθαι, Ἄμα, Μοχθηρός.

\* Κατὰ πρυτανείας. Harpocrat. et ex eo *Varinus* in Ῥητορικῇ γραφῇ testantur, esse spuriam.

Σαμοθρακικός, siue περὶ τῆς Σαμοθράκων Φόρου. Suid. in Ἀπόταξις et Σαμοθράκη, Harpocrat.

Περὶ τῶν. Athen. lib. IX. p. 397. vbi plura ex ea refert, Harpocrat. *Eustath.* in Iliad. β. pag. 261. adde *Meursium* IV. 5. Atticar. Lect. Ionsium pag. 327. *Spencerum* ad Origenem pag. 52. [est igitur eadem oratio, quae supra corrupte nominabatur πρὸς Ἑρασίστρατον περὶ τῶν ἰδεῶν.]

Ἐπιτροπικός Τιμοκράτης. Vide supra in Ἐπιτροπικός.

† Κατηγορία Φαρμακείας μετὰ τῆς μητρείας. Veneficii accusatio aduersus nouercam. Ex fiat I.

C c c c c

Κατὰ



κατὰ Φιλόν. Harpocrat.

\* Πρὸς Φίλιππον ἀπολογία. Harpocrat. in Δημοτευόμενος spuriam esse testatur. Blancardus existimavit, Antiphontis Φιλιππικὸν laudari ab eodem Harpocrate in Εισφρήσει. Sed neutiquam necesse est, illius verba ita intelligi.

† Κατηγορία φόνος ἀπαράσημος II. ἐκκατηγορίας ὁ ὕστερος λόγος IV. Accusatio duplex super caede, de cuius auctore non liquebat.

† Ἀπολογία εἰς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα III. ἐξαπολογίας ὁ ὕστερος λόγος V. Super eadem caede.

† Κατηγορία φόνος αἰκισίς VI. et VIII. Accusatio duplex caedis, ab inuito perpetratae.

† Ἀπολογία φόνος αἰκισίς VII. et IX. Duplex Apologia eiusdem caedis.

† Κατηγορία φόνος περὶ τῷ λέγοντος ἀμύνεσθαι X. et XII. Accusatio duplex homicidae, qui, se defensurus, alterum interemit.

† Ἀπολογία φόνος, ὃν ὡς ἀμυνόμενος ἀπέκτενεν XI. et XIII. Duplex Apologia eiusdem homicidae. Haecenus memoratae orationes XII. sunt λόγοι illi celebres Φονικοί, quos Antiphonti nostro tribuit Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν. Atque apud Ammonium in Ενδύμαμα legendum Ἀντιφῶν ἐν τοῖς Φονικοῖς. Male enim editur Φονικοῖς, vnde Φωνικά habet Ionsius p. 325. non minus vitiose. Fabric. Sic Isocrates p. 112. περὶ τῶν Φονικῶν ἐγκαλέσαντες. Heumann.

† Περί τῷ χορευτῇ XVI. Defensio choragi, quod non sit auctor mortis, quam obierat vnus ex pueris saltatoribus, cum vocis elegantioris causa pharmacum bibisset. Meminit et Harpocrat. in Διδάσκαλος et Διπρόλια. [U] [Spraan tamen p. 821. monet, Harpocrat. in Διπρόλια memoria lapsus, orationem de Choreuta laudasse pro quinta, in qua pag. 49. Διπρόλια occurrant. Harl.]

Plures Antiphontis sententiae occurrunt in eclogis Iohannis Stobaei. Dictum eius, quod nihil tempore est pretiosius, παλυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος, laudat Phitararchus in Antonio p. 928. Aliud: γηρωτρεφία προσέοικε παιδοτρεφία, Clemens Alex. VI. Strom. pag. 626.

Testatur praeterea Plutarchus, Antiphonti Rhamnusio etiam tributum a nonnullis fuisse Glauci Rhigini librum de poetis. Quod vero auctor Pandectarum Brandenburgie. scribit, Antiphontem comicum vocari a Philostrato, error est, supra in Notitia Comicorum a me animaduertus. Diogeni Laertio VIII. 3. citatur Antiphon, nescio quis, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτεύσάντων, siue, [ut Porphyrus in vita Pythagorae, (cuius locum profert etiam Cyrillus X. contra Iulian.) ἐν τῷ περὶ τῷ βίῃ τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτεύσάντων. Ἀντιφῶν ἐν προαιμίῳ. Suid. in Ἀποθεοθῶν. Cicero in Bruto.

Non adfentior doctissimo Ionsa, existimanti, orationum XVI. quae supersunt, nihil esse Antiphontis, praeter nomen. Scholasticae sunt, inquit, atque fictae declamationes, et Antiphontis nil praeter nomen habent. [adde, ut iam admonui supra, Spraan. pag. 801. et 821.] Sed Philostratus quoque post memoratos eius λόγους δεικνύς, ἐν οἷς δεινότης καὶ πᾶν ἐκ τῆς τέχνης ἔγκειται μᾶλλον ἢ εὐκταται addit p. 500. etiam eundem scripsisse λόγους σοφιστικὰς. [de lectione loci Philostr. vid. Ottonii not. et Spraan. p. 811. dissentientem.] Et iam supra notavi, orationum XII. περὶ φόνος discrete meminisse et Antiphonti Rhamnusio eas tribuere Hermogenem.



mogenem. Denique Cicerō testatur, Antiphontea habuisse conscripta, quibus veluti locis communibus vteretur, rhetorica eiusmodi exercitamenta. De dictione et eloquentia Antiphontis, vt et aliorum, de quibus deinceps acturus sum, oratorum iudicia siue elogia veterum, Ciceronis, Dionysii Halicarnassei, Quintiliani, Hermogenis, Plutarchi, Philostrati, Photii: tum recentium, Vossii, Caussini etc. apud ipsos potius, quam a me descripta legi malim. Περὶ τῶν Ἀντιφῶντος σχημάτων scripserat Caius Harpocration, teste Suida.

*Antiphontis XVI.* quas dixi, *orationes*, primus graece in lucem extulit, cui tot praecarios scriptores debemus, *Aldus Manutius*, cum orationibus Aeschinis, Lysiae, Andocidis, Isaei, Dinarchi, Lycurgi, Gorgiae, Lesbonadæ. Venetiis 1513. fol. [Melior nōtia de hac editione datur in libello: Serie dell' edizioni Aldine. edit. II. cl. Morelli, p. 33 sq.] Aldum sequutus *Henricus Stephanus* est, a quo graeci oratores emendatius et nitidis typis excusi ann. 1575. fol. — Graece et latine cum versione *Alphonfi Miniati*, Bononiensis, (qui suasu *Andreae Schotti* laborem hunc in se susceptum anno 1618. aetatis 73. Antwerpiae absoluit,) *Orationes Antiphontis, Andocidis et Isaei* lucem adspexerunt Hanouiae 1619. 8. [quae editio umbra est, neque illa fida, Stephanicae.] — Quamquam vero laudandus est optimi Miniati conatus, non diffitebuntur tamen eruditi, versionem eius ita esse comparatam, [P] vt pluribus in locis meliorem merito desideres. Nemo felicius hoc stadium decurrere poterat *Laurentio Normanno*, Episcopo designato Gothoburgensi, qui obseruationes et *Indites Atticos* in tres hosce et ceteros Graeciae oratores iam pridem moliebatur: [at relictas schedulas lucem haud visuras esse, colligitur ex iis, quae *Reisk.* in epilogo ad Andocidis orat. vol. IV. orator. graec. pag. 141. de illis scripsit:] atque is antequam Episcopatum capesseret 12. Cal. Iunii ann. 1703. Vpsaliae praematura morte exstinctus atque elegantibus litteris pariter et Ecclesiae suae fuit ereptus. *Fabric.* Locum vnum alterumque Antiphontis illustrat *Iac. Palmerius* in Exercitatt. ad scriptor. graec. pag. 674. adde infra vol. IX. lib. V. cap. 38. de scriptoribus, in Photii biblioth. censurae subiectis, p. 499. *Theophilus Siegf. Bayerus* nouam Antiphontis et Andocidis editionem ann. 1722. molitus erat Regiomonti cum versione noua notisque: atque velut iam edita memoratur in *Memoriis Trevoltinis* 1723. p. 918. Atqui coeptum fuit edi opusculum, et *Bayerus* tum cum I. M. Gesnero de suo conatu egit per epistolas, (quae prostant in *Vhlilii* Sylloge noua epistolarum varii argumenti, tom. I. Noribergae, 1760. 8. a p. 15.) tum ad de la Croze, (vid. thesaur. epistol. Laezianum, vol. I. 42.) scripsit, suis se typis edere Andocidem, Dinarchum, Alcidasmanem, Antisthenem [forsan etiam Antiphontem,] Demadem, Gorgiam et Lexbonadem (sic.) Sed consilium postea abiecit, et schedae peruenerunt in manus Hauptmanni, minores oratores gr. edituri, qui specimen misit ad *Reiskium*. Hic vero *Antiphontis* reliquias recensuit et notis suis explicuit aliaque addidit in vol. VII. *orationum graecorum*, Lipsiae, 1773. pag. 601 — 951. Nimirum adiecit 1) *Spaamii* dissertationem saepe laudatam; 2) *I. G. Hauptmanni* specimen adnotationum Antiphont. immixtis breuibus Bayeri et Gesneri notis; 3) breuem expositionem de Antiphontis editione, a Theoph. Siegf. Bayero coepta nec perfecta, cum locis, e litteris Bayeri ad Gesnerum missis, ex *Vhliliana* sylloge mem. excerptis; 4) *Taylori* adnotatiunculas, exemplari Stephanicae editionis adscriptas, denique suas cyras secundas s. accessiones ad sua Antiphontea, cum indice graecitatis Antiphonticae: idem latine reddidit orationes Antiphontis in vol. VIII. orat. graecor. pag. 199 sqq. In manibus habeo MStum: *Rhetores graeci minores succincte commentario illustrati a Io. Guil.*



*Steinheilio*, in quo Steinheilii cum critice, tum inprimis grammaticè explicuit Lysiae, Aeschini, Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Lesbonactis, Herodis, Demadis, Antisthenis, Alcideamantis, et Gorgiae orationes. Quod controuersia de reliquiis litterariis Steinheilianis nondum composita est, non potui, quod speraram et promiseram, Reiskio spissum illud volumen MStum mittere. *Hark.*

III. ANDOCIDES <sup>h)</sup>, Leogorae F. gente nobili, Atheniensis, natus praetore Theogonida Olymp. LXXVIII. 1. (ante Christum CCCCLXVIII.) Antiphonti pluribus annis super-vixit, superstes adhuc Olymp. XCV. post liberatam, auctore Thrasybulo, rempublicam, in qua ipse varia fortuna ac fide rem gessit, tandem in exilio (quantum e Plutarcho in eius vita licet conicere,) defunctus. *Fabric.* De Andocide praeter Plutarchum et Photium egerunt

*Taylor.* in lectionibus Lysiacis cap. V. p. 247 sqq. edit. Reisk. vbi vitam, genus moresque Andocidis percurrit, Plutarchi Photique loca de nostro comparat, et de alio, quem putat, Andocide agit: capite autem VI. pag. 257 sqq. de orationibus Andocidis, earumque fide differit. At doctum, cautum et modestum aduersarium nactus est cl. *Ruhnken.* qui, in

*Historia critica oratorum graecorum* a p. 47 — 57. de *Andocide* et *Phasac* copiose disputans, Taylori rationes conuellit. Praeter ea egerunt de nostro

*Menkenii*, (pater et filius,) in Bibliotheca virorum militia aequae ac scriptis illustrum, Lipsiae, 1735. 8. pag. 39 sqq.

*Frider. Gotthilf Freytag.* I. C. in *Oratorum et rhetorum graecorum*, quibus statuæ honoris causâ positae fuerunt, decade, Lipsiae, 1752. 8. pag. 14 — 18.

*Io. Gottfried. Hauptmann.* in prolus. qua Andocidem veterem oratorem atticum paucis verbis designat, Gerae, 1754. et in altera commentatione de scriptis atticorum oratoris Andocidae, qua argumentum et historiam orat. II. III. et IIII. persequitur. Vberius de singulis, quarum nouam promiserat editionem, agit idemque historiam et antiquitatem gr. ex illis illustrat in nouem aliis prolusionibus: Orationem primam paucis verbis designat, Gerae, 1755. 4. — de orationibus *Andocidae*, commentat. III. ibid. 1757. in qua obiisse opinatur oratorem, quum Olymp. CI. post multas in vicem calamitates, reconciliatio fieret; idem indicem quoque dedit hominum, ab *Andocide* memoratorum, et editionem siue collectionem Aladinam, tribus tomis constantem, oratorum graecorum paullo curatius describit. — *Historiae gr.* quatenus potissimum ex *Andocidis* orationibus lucem accipit, specimen I. de Pistrato deque filiis illius tyrannis, Gerae, 1757. 4. — *Hist. gr.* specimen II. bella cum Dario Xerxeque complexum, ibid. 1758. — Specimen III. interna liberae Graeciae bella, per *Andocidem* illustrata, contingens, ibid. eod. anno: — rempublicam Atticam *Andocidas* ductu designans, ibid. eod. anno. etc. conf. *Reisk.* Epilogum ad Andocidem pag. 139 sq. vol. IV.

<sup>h)</sup> In veteri statua, sed capite trunca, apud Fulvium Ursinum p. 73. Elog. *Ἀνδοκίδης Λεωγορίης Ἀθηναῖος.* Nauarchus fuit Andocides hic in bello inter Corinthios et Corcyraeos, teste *Thucydide* lib. I. p. 35. De hoc etiam Andocide Harpocrat. Hesych. in *Ἀνδοκίδης* *Ἐγμῆς.* Suidas in *Ἀνδοκίδης* et *Φασακίος.*

Tzetz. Chil. VI. hist. 49. *Plutarchus* in Alcibiade p. 201 sq. vbi ex Hellanico refert genus ipsius ad Vlystem. *Fabric.* Andocidis nomen etiam apud *Plinium* XIV. 5. reponit Freinsheim. ad *Curium* III. 12, 19. *Heumann.*



IV. orator. graecorum, qui in vol. VIII. commentatt. Hauptmanni Andocideas recudendas curauit p. 538 — 611. — Reducam inftar postliminii, ea, quae *Fabricius* vol. IX. lib. V. cap. 38. p. 500. suppleuerat. „Nonnulla Andocidae loca illustrat *Palmerius* in Exercitationibus ad scriptores graecos p. 667 sq. *Oratio de pace cum Lacedaemoniis ineunda* prodit quoque gr. et seorsum latine, *Adriano Puluato*, L. L. doctore et in suprema curia aduocato, interprete, Paris. 1557. [4. apud Andream Wechelum vid. *Maittaire* A. T. tom. III. p. 697. item e. versione *Guil. Canteri*, ad calcem Aristidis, Basil. 1566. fol.] *Valerii Theonis* commentarii in Andocidem, Suidae in Θεων memorati, interciderunt. Idem Suidas in Θεόδωρος refert, contra Andocidem scripsisse olim Theodorum Byzantium. Apud *Plutarchum* in Alcibiade pag. 201 sq. *Hellenicus* Andocidis genus refert ad Vlysem. „Pseudo-Plutarchus quidem et Photius deriuant illius genus a Mercurio: quod tamen Hellenici narrationi non repugnat. Propior generis auctor Vlysses erat, remotior fingebatur Mercurius. vid. *Ruhnken*. hist. oratt. graec. pag. 49 sq. *Harl*.

*Orationes* eius exstant hae quatuor, *Photio* etiam lectae cod. CCLXI.

- I. Περὶ μυστηρίων, quod mysteria non prodiderit. Meminit *Plutarchus* in vita. Andocidem eo nomine accusat *Lyfias* Orat. V. *Fabric.* *Pseudo-Plutarchus* orationem περὶ ἐνδοξέως diuersam facit ab illa, περὶ μυστηρίων, quem etiam sequitur, praeter *Fabricium* nostrum, *Valesius* ad Harpocrat. p. 85; at *Taylorus* vnam eandemque esse contendit, eique suffragatur *Hauptmann*. de ptima Andocidis oratione; sed in tertia commentatione a semet ipse discedere videtur. A Taylora dissentit *Ruhnkenius* p. LI. quod nihil impediat, quo minus Andocides, agitans multos, a multisque vicissim agitatus, plures περὶ τῆς ἐνδοξέως orationes habuerit. *Harl*.
- II. Περὶ τῆς ἐαυτοῦ καθόδου, siue περὶ τῆς αἰδείας, vt *Harpocrat* in Ὀδῶδεν, in hac enim oratione Andocides demonstrat reditus sui αἰδείαν siue impunitatem. Vide *Guil. Canterum* VIII. 4. Nouar. Lect. Fallitur *Meursius*, qui in Biblioth. Attica orationem περὶ τῆς αἰδείας deperditis adnumerat. Apud *Plutarchum* p. 835. male excusum καθόδου pro καθόδου δεομένον.
- III. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. De pace cum Lacedaemoniis ineunda. *Plutarchus* simpliciter περὶ εἰρήνης vocat. [*Dionys.* et *Harpocrat*ion, item *Taylorus* ac *Marklandus* γνησιότητα orationis in dubium vocarunt; *Ruhnken*. vero e *Clem. Alex.* Strom. V. p. 747. eam vindicauit Andocidi. *Harl*.]
- IV. Κατὰ Ἀλκιβιάδου. Contra Alcibiadem, Cliniae F. quod ipse perditus pessime, Andocidem calumniatus fuisset, et in exilium coniciendum suauisset. *Fabric.* Hanc habitam fuisse Olymp. LXXXI. ineunte, ostendit *Hauptmann*. in comm. tertia de orationibus Andocidae. Huius orationem aduersus Alcibiadem *Taylorus* p. 260 sqq. omnibus ingenii et doctrinae praesidiis adhibitis, ab Andocide ad *Phaeacem* traducere studuit: et pae-ne persuasit *Pierfano* ad Moerid. Attic. p. 332. atque *Hemsterhuis* ad Themam Magistr. pag. 810. not. i. fin. Enimvero *Ruhnkenius* l. c. p. LII sqq. Taylorianas rationes diligenter excutit, doctèque et copiose ostendit, illam orationem auctori suo Andocidi relinquendam esse, nec Phaeaci tribuendam, et de *Phaeace*, qui haud obscuro genere or-



tus, et in republica versatus, etiam orationem contra Alcibiadem habuerit, plenius disputat, etiam de hoc secus, ac Taylorus fecerat, iudicans. *Harl.*

ALCIDAMAS, Isocratis Atheniensis aequalis, et Gorgiae discipulus, *Quintiliano* III. 1. 10. (vbi v. *Gesner.* et in ed. *Burmanni* pag. 212. alios interpretes,) et aliis *Electes*; sed in codd. *Quintil.* edit. *Burm.* scriptum est *Eleites*, quod propius abest a vera scriptura; *Cassaubono* pag. 879. ad *Athenaeum*, et *Tzetzæ* Chil. XI. 385. *Ἐλαίτης*, ex *Elaea*, (non *Elea*, quae vrbs erat Italiae,) aeolica Asiae ciuitate. A *Suida* in tom. I. pag. 117. et *Eudocia* pag. 56. vbi idem error in scriptura et nomine *Ἐλεάτης*, pro *Ἐλαίτης*, occurrit, quem *Küster.* ad *Suidam* correxerat, dicitur *philosophus*, (quod quidem voc. sensu antiquo etiam *rhetor* significare potuit, v. *Schirach.* disputat. I. de *Isocrate* pag. 9 sq.) idemque discipulus Gorgiae. Scripsit 1) *Τέχνην ῥητορικὴν.* *Plutarch.* in vita *Demosthen.* cap. 5. fin. pag. 699. ed. *Reisk.* vol. IV. 2) *Encomium mortis*, *Cicer.* I. *Tuscul.* 48. *Menander* rhetor. de encomiis sect. II. cap. 1. pag. 61. ed. *Heeren.* *Tzetzæ* Chil. XI. 747 sqq. 3) *Naidis meretricis.* *Athen.* XIII. 7. 4) *Φυσικόν.* *Diog. Laert.* VIII. 56. 5) *Μεσσην.* Auctor certaminis *Homeri* et *Hesiodi.* Hodie exstant orationes binae sub *Alcidamantis* nomine, vna *Vlyffis contra Phlamedem*, *Προδοσίας*, quae ab *Aldo* graece edita est cum orationibus *Aeschini*, *Lyfiae* etc. Venet. 1513. fol. (v. ad *Lyfiam* ibique de cod. mst. et ad *Isocratem* de edit. *Aldina*, atque in Serie dell' edizione *Aldina* etc. ed. II. cel. *Morelli*, vbi de rhetorum graecorum *Aldina* edit. plura, lectu digna, proferuntur pag. 33 sq., inscribitur oratio in tertia parte rhetorum etc. *Alcidamantis contra dicendi magistros*, quae tamen in altera editione *Aldina* inesse dicitur. Num vera ea sint, an ex *Vngeri* dissert. de *Aldi Manutii* vita, a *Geretio*, *Witteb.* 1753. edita pag. CX sq. hausta, me quidem, qui illa caream editione, aliorum inquisitioni relinquere oportet. — Inde ab *H. Stephano*, cum iisdem oratoribus 1575. fol. et a *Guil. Cantero* translatae latine, cum *Aristide*, *Basil.* 1566. fol. Altera, *contra sophistas*, ab eodem *Aldo* graece edita ad calcem, *Isocratis*, Venet. 1534. fol. Vtraque est in collectione oratorum graecorum *Reiskiana*, vol. VIII. pag. 64 sqq. *Reiske* ad orationem *Περὶ σοφιστῶν* collationem insti *Parisiui* accepit; vide eum not. 13. pag. 80 sq. Multas *Alcidamantis* orationes legisse se, ait *Tzetzæ*; sed encomium mortis



tis ad manus suas non peruenisse, XI. v. 752. Isocratem ab Alcidamante reprehensum testatur idem v. 672. In Onomastico Rob. Stephani, Heidenreichii Pandectis et aliis eiusmodi libris dicitur etiam *musica* scripsisse Alcidamas, ex male intellecto Suidae loco, qui patrem Alcidamantis, Dioclem, *musica* scripsisse testatur, ut recte iam vidit Gesnerus ac repetiit Fabricius. Harl. Cum utriusque edit. Aldinae exempla habeat bibliotheca publ. Vniuers. Lips. equidem adfirmare possum, in ed. a. 1513. Tomo primo (nostri exempli, Prid. Non. Mai. MDXIII. non IV. Non. Mai. ut p. 772. scriptum) haberi Aeschinis, Lysiae oratt., *Alcidamantis or. contra Palamedem*, Antisthenis Aiace et Ulysses, Demadis or. *ὕπὲρ τῆς δωδεκαετίας*, Lysiae vitam auctore Dion. Hal.; Tomo secundo (mense Aprili MDXIII.) Andocidis, Isaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiae, Lesbodactis, Herodis, orationes; sed esse praeterea *tertium volumen*, quod ex ipsius Io. Alb. Fabricii bibliotheca nostra comparauit sibi (mense Aprili MDXIII.) quo continentur Isocratis oratt., *Alcidamantis or. contra dicendi magistros*, Gorgiae de laudibus Helenae, Aristidis de laudibus Athenarum et eiusd. de laudibus Romae; in ed. vero Ald. mense Iulio 1534. praeter hanc Alcid. orationem contra Sophistas (pag. 85.) esse Isocratis oratt. Gorgiae encom. Helenae, Aristidis Panathen. et excerpta e Suida et Harpocr. de glossis Isocratis. Beck.]

V. ISOCRATES \*) Theodori F. Atheniensis, natus est Olymp. LXXXVI. i. Archonte Eysimacho \*\*) ante Christum CCCCXXXVI. Audiuit Prodicum Ceum, Protagoram, Gorgiam Leontinum, Tisiam Syracusanum et [quod tamen Dionys. Hal. tamquam rem dubiam narrat.] Theramenem, rhetorem, (Suid. in *Ἀγέεω υἱός*) quem reipubl. studiosiorem aduersus triginta tyrannos defendere voluit, ni ipse vetuisset. [quod quidem falsum esse videtur.

v) Apud Fuluium Ursinum pag. 77. elog. statuae vetus, capite quod tom. II. tabula 81. thesauri Gronouiani exstat, trunca, cum inscriptione *Ἰσοκράτης Θεόδωρου Ἀθηναῖος*. Fuit et alter *Isostrates* Apolloniates, siue Heracleotes Ponticus, nostri discipulus et successor; quem sugillat Pseudo-Speusippus epistola ad Philippum pag. 65. edit. Allatii. Confer Suidam in *Ἰσοκράτης*, [Eudocia p. 247. scripserat is quinque orationes. conf. supra, inter tragicos, pag. 309. Schirach. in diss. de Isocrate pag. 2 sq. qui pag. 4. corrigit Fabricii errorem de Isocrate tragico, quod supra commemorare oblitus sum.] Tertium quemdam Dionysii Halicarnassensis et Echecratis, eius filii, *Ἰσοκράτης* ex Dionysii arte rhetorica tom. II. pag. 37. lin. 40. ed. Sylburg. confinxit Muretus var. lectt. libro et capite primo. Sed illo in loco Isocratem, Atheniensem, Dionysius *Ἰσοκράτης* suum vocat, perinde ut Philoni, Iudaeo, apud Euseb. XI. 15. praeparat. Zacharias propheta dicitur *Ἰσοκράτης* suum, et Cicero II. 16. ad Attic. Theophrastum *amicum suum*, et Dicaearchum Attici *familialem* appellat. Confer Cotelaeum ad Chrysost. in Daniel. pag. 21. 22.

Vol. II.

w) Plutarch. in vita Isocr. et Laertius III. 2. Dionys. Halicarnass. de antiquis rhetor. Suidas, Photius cod. CCLX. Fabr. Corsini F. A. tom. II. pag. 67 sq. tom. III. pag. 223. De Isocrate egerunt Dionys. Hal. in vita Isocratis, Philostrat. de vitis sophistar. I. XVII. pag. 503 sqq. ed. Olear. qui in notis varia de Isocrate eiusque stylo collegit, Pseudo-Plutarch. in vit. X. rhetor. quem, quaedam perperam tradentem, corrigit Taylor. in vita Lysiae, init. not. 2. Ruhnken. in historia critica oratorum graec. pag. 60 sq. qui maxime emendat duo loca de Isocratis fama meritisque classica. Cicero de Orat. II. 22. et in Bruto cap. 8. — Frid. Gotthilf Freytag. oratorum graecorum, quibus statuae honoris causa posita fuerunt, decas, Lipsiae, 1722. 8. pag. 22 sqq. inprimis Gottlob. Benedikt. Schirach. in II. disputat. de vita et genere scribendi Isocratis, additis nonnullis ad loca quaedam Isocratis observationibus. Halae Magdeb. 1765. 4. in quibus aliquoties corrigit Fabricium nostrum, et in altera diligenter disputat de stilo Isocratis eiusque vituperatoribus. Harl.

F f f f



tur. De Socrate id comprobat Meurf. attic. lectionn. V. cap. 14]. Amicus fuit Platonis, philosophi, (Laert. III. 8.) sex ante illum annis natus (id. III. 2.) privignum habuit Aphareum, rhetorem. (Suid. in Ἀφάρειος.) Audacia et voce destitutum se videns, quod ipse in Panathenaico \*) fatetur, rarius in publico, atque si Lucianum in Parasito [P] tom. II. pag. 257. audimus, numquam in iudiciali foro dixit, nec rempubl. gessit, sed plures orationes, (civiles potius, quam forenses \*) scribendo, et quam plurimos, inque his Hyperidem et Isaeum, Xenophontem, \*) Theopompum Chium, Naucratem, Ephorum Cumanum, Theodectem, Astydamantem, Philiscum, Thrasymachum et Demosthenem, Cratetem item Trallianum, quem Ἰσονκράτεον vocat Laertius IV. 23. Stratonem quemdam id. V. 61. Clearchum, Heraclae tyrannum, teste Memnone apud Photium cod. XXII. 4. et Dionysio prae ceteris laudatum Cephisodorum, qui se Isocrateos videri voluerunt, teste A. Gelio XVIII. 8. in civili eloquentia erudiendo, opes incredibiles et gloriam sibi comparavit singularem, sic, ut domus Isocratis officina eloquentiae haberetur, ut ait Cicero in oratore cap. 13. ubi Platonis de Isocrate testimonium adfert e Phaedro extremo. Idem in Bruto cap. 8. *Isocrates, cuius domus cunctas Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi: magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus.* adde cap. 12. et III. de orat. cap. 35. ubi de aemulo, Aristotele. Hermippum ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσονκράτες μαθητῶν laudat Athenaeus [lib. VIII. pag. 342. C.]. Sed et de discipulis Isocratis pluribus libris diligenter egisse illum, docet tum idem Athenaeus, tum Harpocration in Ἰσάριος, et Dionysius in Isaeo. Docuit Isocrates mercede drachmarum mille, quae quum prima vice ipsi numeraretur, lacrimas misisse, ac se venditum conquestus esse dicitur: ipse decem millia drachmarum dixit daturum se illi, qui audacem et vocalem se redderet. \*\*) Timiditatem eius, quod non plures, quam vnum, vel binos, admittere simul sustineret auditores, perstringunt Plutarchus et Tzetzes. [At enim Plutarchus ipse alio loco et Photius diserte dicunt, Isocratem discipulos habuisse ad centum. Tzetzae narratio fabulam sapit. Alterum igitur locum Plutarchi pag. 937. med. ad quem prouocasse videtur Fabricius, hic male intellexit, quod vberius docet Schirach, Isocratis defensor, in disp. I. pag. 14 sqq.] Pro literis, ad Athenienses mittendis, a Timotheo talentum, pro vna oratione a Nicocle, rege, viginti talenta \*\*\*) accepit. Quod vero ad vim in dicendo attinet, se, aiebat, fungi vice cotis \*\*), acutum

*Reddere quae ferrum valet, exors ipsa secandi.*

Cete-

x) pag. 234 E. et in orat. ad Philipp. pag. 98. C. coll. Valcken. in diatribe Euripidea post Eurip. Hippolytum pag. 255. de abusu eloquentiae, in republ. attica erudite disputante, et in not. ad Eur. Hippol. v. 986. pag. 269. Harl.

y) forenses tamen pro aliis. Harl.

z) Photius. Confer de Theopompo Ciceronem in Oratore cap. 44. De Ephoro et Naucratre cap. 51. De Ephoro iterum cap. 57. *Ephorus, levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina.* [De his et aliis v. Meursium attic. lection. V. cap. 21. Schirach. in disp. I. pag. 12 sqq. et nos post Isocratem plura dicemus.]

aa) Opes vero praeceptis eloquentiae tradendis collegit tantas, ut iuberetur sumtu suo triremem aedificare et instruere armamentis ac militibus, quum bis illud munus, siue genus *λευκῆς*, teste Plutarcho, recusasset. Fabric. De molesto illo olim et sumtuoso munere Atheniensium docte disputat Frid. Aug. Wolf. in eruditis prolegomenis ad Demosthenis orat. aduers. Leptinem pag. C sqq. Harl.

bb) Plutarch. Phot. Budacus lib. II. de asse, duodecim millia aureorum.

cc) Horatius arte v. 304.



Ceterum nimio delectus, collocationis et numeri studio, (de quo Cicero in Oratore cap. 52. et 61.) effecit, ut elegans atque admirabilis quidem, at elumbior frigidiorque videretur eius sermo, <sup>ad</sup>) ipse vero ludibrio esset posteris, quod plures annos <sup>ee</sup>) impenderat uni elaborandae orationi panegyricae, quam Alexander pacandae Asiae infumit, et epistolam <sup>ff</sup>) [P] ad Philippum de pace iussus scribere ab Atheniensibus, nondum illam ad finem perduxerit, cum pax iam cum rege coaluisset. Mortem oppetiit Isocrates, ex aegritudine indicta sibi inedia, quum intellexisset, victos ad Chaeroneam Atticos a rege Macedoniae, Philippo, Olymp. CX. 3. anno aetatis XCVIII. <sup>es</sup>) ante Christum CCCXXXVIII. Sepulchro eius imposita columna XXX. cubitorum altitudine, in cuius fastigio siren septem cubitorum; et e propinquo, mensa, <sup>hh</sup>) in qua parentes eius et praeceptores, atque hos inter Gorgias, qui sphaeram coelestem iatueretur; quod monumentum iam Plutarchi aetate intercederat. [De hoc et aliis ornamentis; in honorem Isocratis positis, v. *Olearium* ad *Philostr.* I. de vitis sophist. 17. pag. 506. not. 7. *Freytag.* de statuis etc. pag. 22 sqq. *Schirach.* disp. I. pag. 26 sqq.

Orationes *Isocratis* LX. ferebantur aetate Plutarchi, ex quibus Caecilius XXVIII. Dionysius Halicarnassensis XXV. tantum pro genuinis habuit. Idem e Plutarcho Photius testatur cod. CCLX. In Suidae codicibus numerantur XXXII. Hodie tantum XXI. supersunt, nec plures legisse se testatur Photius Cod. CLIX. quem, si placet, vide. In his ducunt familiam *tres paraeneticas*, pulcherrimis sententiis refertae:

1) *Πρὸς Δημόνικον, Ad Demonicum*, <sup>ii</sup>) Hipponici F. clarum Atheniensem, fratrem Calliae. Haec sine causa tertio cuidam ac commentitio Isocrati ab elegantissimo Mureto

Fffff 2

tribui-

<sup>dd</sup>) Plinius Hist. nat. VII. 30. Plutarch. Laudat eum *Cyrrillus* VII. pag. 225, sed Salomone sapientiore, quod volebat Iulianus, fuisse negat. *Fabriz.* Quia *Schirach.* in disp. II. omnia collegit, quae ad laudem eloquentiae Isocrateae facerent, et, quae Philonicus, Hiermogenes, Dionysius Hal., Longinus alique in Isocrate culparunt, diligenter congestit, examinavit, atque excussit, plura addere superuacaneum esse videtur. *Harl.*

<sup>ee</sup>) Philonicus et Hieronymus philos. apud Dionysium Halicarnass.

<sup>ff</sup>) Tzetzes XI. Chil. hist. 382. Athenaeus de machinis bellicis pag. 2. — *Timaeus* apud *Longin.* sect. IV. pag. 29. [edit. Tollii, ubi vid. not. Langbaenii.] Tzetzes, Dionysius, Longinus ipse *περί ψφισ* etc. Adde, quod Cato apud Plutarch. pag. 351. ridet *γῆρην παρὰ Ἰσοκράτη τὰς μαθητὰς ὡς ἐν ᾗδε χρησόμενος ταῖς τέχναις καὶ δίκαις ἱρῶντας.*

<sup>gg</sup>) *Lucian.* in *Macrobi.* tom. II. pag. 274 sq. *Fabric.* l. tom. III. pag. 225 sq. ed. Reitz. Enimvero *Lucianus* illo loco tradit, Isocratem vitam reliquisse *circa annum undecentesimum*; v. not. Maii,

qui censet, Isocratem ultra XC. annos vixisse. Pariter *Philostratus* de vitis sophist. I. cap. 17. pag. 506. eum, tradit, diem obiisse *ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη, centenarium fere*, quod probabilius videtur. *Quintil.* Inst. orat. III. 1. 14. eum octauum et nonagesimum impleuisse annum prodit. *Suidas* solus XVI annos, et Pseudo-Plutarch. vit. X. rhet. pag. 837. CXVIII. annos adscribunt Isocrati. conf. *Longinus* de scriptor. histor. philos. I. 9. 3. pag. 51 sq. Plura tamen vide in *Schirachii* disp. I. de Isocrate pag. 25 sq. cum primis in *Corfini* fastis attic. tom. II. pag. 68. collato tom. I. pag. 140 sq. *Harl.*

<sup>hh</sup>) Plutarch. et *Philostratus* de Sophist. [I. pag. 503. ibique *Olearii* not. 2.] Meminit sirenis illius etiam Choricus inedita laudatione *Procopii Gazaei*:

<sup>ii</sup>) Hipponici filium testatur ipse Isocrates in libello orat. *ἀπέσπλκῃ σοι τὸν λόγον ὄντων, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημῶν δὲ τῆς πρὸς Ἰσπονικὸν συνηθείας. Πρέπει γὰρ τὰς παύδας ὥσπερ τῆς δούλης ἄνω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομίαν. Εἰ Dionysius Halicarnass.* hanc orationem laudans, in arte rhetor. cap. 5. vocat *παραίνεσιν πρὸς τὸν Ἰσπονικόν.* Tzetzes memoriae lapsu pro *Ἰσπονικόν* posuit



tribuitur in limine variarum lectionum libr. I. cap. 1. Harpocraton in Ἐπακτὸς ὄρκος Isocrati adscribit Apolloniati, nostri discipulo. <sup>kk)</sup> Sed Atheniensi Isocrati et Hermogenis testimonium et oeconomia tractationis sententiarumque numeri et dictionis vindicat, ut recte notauit Sylburgius, hanc orationem, [P] si non sit Isocratis nostri, esse eam Isocrateo plane filo contextam. *Isidorus* Pelus. IV. 162. Epist. ad Ophelim, grammaticum: καὶ τὸτο ἐγγυᾶται Ἰσοκράτης ὁ ἄνω καὶ κάτω παρὰ σὲ θαυμάζωντος γραφὴν πρὸς Δημόνικον. et III. 84. ad Agathonem, presbyterum, ὅτι καὶ Ἰσοκράτης ὅτε Δημονικῷ τὰς παρανετικὰς ἐπεμπε λόγους. *Harpocrati* in Παράκλησις laudatur Ἰσοκράτης παρανεσεις. [Atque inscriptio huius orationis apud veteres Temper erat Παρανεσεις. v. *Meurs.* lection. atticar. lib. II. cap. 6.] Latine, praeter *Rudolphum Agricola*m, Dauentriae 1512. 4. [Antwerp. 1530. 8. in bibl. Bodleiana v. *Isocrates*,] et tom. II. oper. Agricolae pag. 229. Colon. 1539. 4. [cuius versio lat. est quoque in libello: *Catonis* disticha cum scholiis Erasmi et Baadi, Mimis Publiani et aliis opusculis, Paris. sub praelo Ascens. 1533. 8. Maittaire A. T. tom. II. pag. 792.] et *Philippum Beroaldum* iuniorem, cuius versionem recognouit *Martinus Dorpius*, Lipsiae, 1517. 4. cum Catonis distichis, [Louan. 1518. 4. Franecker, 1660. 12. et praeter aliam lat. forsitan Beroaldi quoque, Argentorati 1519. (1520.) 4. — Londin. 1519. 8. Basil. 1520. 4. quorum exemplorum notitiam debeo Catal. Bodleiano, tom. II. pag. 34.] transtulit explanauitque *Antonius Schorus* libro posteriore de ratione discendae docendaeque linguae latinae ac graecae. Argent. 1557. 1596. 8. [et aliquoties adhuc. Nouissima, eaque commoda, vtilissimi libelli, in quo reperitur orat. gr. cum latina interpretatione et egregiis animaduersionibus, in quibus potissimum vis vocabulorum graecorum, et quomodo verba graeca bene, recte atque eleganter verti possint, praeclare ostenditur, editio est:

*Antonii Schori liber aureus de ratione docendae discendaeque linguae graecae: emendauit et auxit Frid. Wilh. Ion. Dillenius.* Stuttgartariae, 1780. 8. gr. et lat.

Separatim quoque et iunctim prodiit illa oratio admonitoria ad Demonicum gr. et lat. Paris. apud Guil. Morell. 1563. 4. — ad Demonicum or. gr. Louan. 1535. 8. — *Isocr.* orat. ad Demonicum et ad Nicoclem, gr. et lat. *Ottmarus Luscinius*, Argentorati typis Io. Knobloch. 1515. 4. (v. *Am Ende* in: *Strobelii Miscellaneen Litter. Inhalts*, part. IV. pag. 40.) — [Isocratis paraenesis ad Demonicum; eiusd. praecepta, quibus melior euasurus sit princeps; Agapeti sermo exhort.; adiecta sunt Graecorum quorundam epigrammata — Augustae per Simpertum Ruff. 1523. 8.] Paris. apud Sim. Colinaeum. 1529. 8. — *Luciani Icaromenipus*, et dialogus Neptuni et Mercurii, Xenophontis

Hic.

Ἰσοκράτης, Chik. hist. 382. Θανάτος Ἐπαγόρου δὲ γράφηται πρὸς πᾶσα τέτα, ἡ καλῆς ἢ Δημόνικος, πολλὰς τὰς παρανεσεις. Et *Constantinus Porphyrogenitus* themate 15. tradit, orationem scriptam ad Demonicum, *Euaforae* filium, cui sententiae adsentitur *Meursius* II. 12. Cypri. adde *Alcyonium* de Exilio pag. 230. Ad verba Isocratis ἀπὸ σαλῶν σοι τὸνδε τὸν λόγον δῶγον adludit *Gregorius Nyssenus* in epistola, a *Zacagnio* edita, p. 368. Pro ad *Demonicum*, ridicule excusum leges, ad *Daemoniacum*, [in catal. bibl. *Barberinae* tom. I. pag. 578. sic citatur libelli editio:

*Oratio ad Daemoniacum*, latine. Lugd. 1507. 4.]

kk) Isocrati iuniori, Amyclae filio, variis argumentis vsi assignant *Faccioli* in praefat. ad *Monita Isocratea* etc. et *Schirach*. in diss. I. pag. 21 sq. Atque *Heumann*. qui *Fabricio* adsentiri videtur, in nota msta addidit: „Alii Isocrati tribuitur quoque a *Camerario* in notis ad *Aphthonium* pag. penult. *Mureti* sententiam sequuntur *Vossius* instituit. orator. libr. I. pag. 190. et *Menagius* not. ad *Laert.* I. 70. quem refellit *Colomesius* *Cimel. liter.* cap. 9.“ *Hart.*



Hieron. *Ifocratis ad Demonicum*; Demosthenis Olynthiacae; Libanius de Menelao, Helenam repetente — — graece omnia, cum *Francisci Vergarae* praefatione. Compluti, in aedibus Michael. Deguia. 1524. 4. (vid. *Maittaire* A. T. indic. siue tom. V. part. II. pag. 30). — *Ifocratis oratt. duae, ad Demonicum et ad Nicoclem*, gr. Paris. Tiletanus. 1541. 4. — *Ifocr. oratt. duae ad Demonicum et Nicoclem*, Aristidis encomium Romae, Venetiis 1538. 8. in bibl. Hulsian. et Pinell. — 1558. ibid. et ib. 1567. 8. bibl. Pinell. — orat. admonitoria, gr. et lat. interprete *Antonio Schoro*, Paris. apud Io. Bene-natum. 1570. 4. — eadem gr. cum latina *Rod. Agricolae* interpretat. et *ad Nicoclem*, gr. et lat. interprete *Hieron. Wolfio*, Lutet. apud Io. Bene-natum. 1570. 4. (vid. *Maittaire* A. T. tom. II. part. II. pag. 751 sq. *Ifocr. orationes ad Demonicum et Nicoclem*; Plutarchi liber de liberorum educatione; Aesopi fabulae sexaginta; Luciani dialogi selecti; *Ifocratis epistolae, quae extant*; Theocriti Idyllia selecta; cum scholiis *Georgii Syluani*, Panonii medici, Londini, apud authorem. 1684. 1685. 12. gr. et lat. et cum periphrasi lat. (v. Acta erudit. Lips. a. 1686. mensis Maii. pag. 258 sq.) — sexta editio, 1725. 12. — orat. ad *Demonicum*, in lib. scholastico, Τὸ ἑλληνισμὸς Γύμνασιον. Cothen. 1620. 8. — gr. Lugd. Bat. 1618. 8. cum not. msst. in bibl. Vffenbach. IV. pag. 50.

Eaedem crebrius cum aliis, uti postea videbimus. — Hic memorabo adhuc editiones:

*Monita Isocratea ad priuatorum et principum institutionem*, (cura *Iacobi Facciolati*, qui in notis aliorum veterum auctor. siue imitationem, siue loca parallela potissimum contulit,) Patavii, typis seminarii, 1737. mai. 8. — rec. cum observationibus et indice locupletissimo *Io. Frickii*. Ienae, 1764. 8.

*Anglica versio admonitionum* prodit 1557. 8. (secundum catal. Bodleian. voc. *Ifocrates*.) — Carmine latino, *Antonius Meierus*, Flander. Cameraci, 1561. 4. — *Lucas Taccius*, scholae Grypswald. moderator, 1602. 4. — *Ifocratis ad Demonicum oratio preceptiva* est in libro rarissimo: *Domini Simphoriani Champerii Lugdunen. liber de quadruplici vita. Theologia Asclepii, Hermetis Trismegisti discipuli* etc. Lugduni, 1507. 4. vid. *Freytag*. adpar. litter. tom. I. p. 652 sqq. — *Galliae* vertit post Ludouicum Regium, *Franciscus Seraphinus Regnerius*, (*Regnier Desmarais*.) Abbas S. Lauini. Paris. 1700. 8. *Regnerii* interpretatio subiecta est libris Ciceronis de diuinatione, ab eodem Regnerio gallice translatis reculsisque Amstel. 1711. 12. et in: *Recueil de Pieces d'Histoire et de Litterature*. Paris. 1738. 8. tom. IV. p. 129 sq. — cum metaphrasi libri I. Iliados et a Renato Morello de Bretevil, qui totum voluit Isocratem transferre. Nouv. Rep. d. lettr. mens. Septembr. 1702. p. 224. — [duas alias gall. versiones, alteram Tours a. 1594, alteram f. a. memorat Catalogus Musei Brit. Vol. I. h. y.] *Belgice* cum Epicteto et *Cebetis* tabula. Amst. 1632. 12. — *Italicas* versiones recenset vberius *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi gr. et lat. vulgarizzati, tom. II. p. 193 sqq. n. orat. ad *Demonicum* per *Bernard. Crisostum*. Venetiis, 1548. 8. — per F. Francisc. da Trevigi Carmelitan. in *Oracoli, cioè Sentenze e Documenti nobili* — raccolti da tutti gli antichi e principali autori Hebrei, Greci et Latini etc. Venet. 1575. in fine: In Venetia 1574. 16. — per *Ignat. Somis* in *Prose e Poesi dell' Abate Tagliazucchi*, tom. I. p. 227. — per *Alexandrum Rotam*, cum nonnullis notis grammaticis in textum graecum. — duae oratt. ad *Demonicum* et *Nicoclem*, metricae, (in versi sciolti.) Venet. 1584. 4. — per *Frofin. Lapinum*. Florent. 1611.

fffff 3

4. etc.



4. etc. In catal. bibliothecae Barberinae I. pag. 579. memoratur quoque versio italica Ioan. Breuii, Venet. 1542. 8. — *Germanice*. Hamburg. 1744. 4. — Brunsvici, 1717. 8. Der Sittenlehrer, eine Rede des Isocrates an den Demonicus. Frey übersetzt von I. Iac. Meyer. Memmingae, 1790. 8. Harl.] *Zacch. Lundii* comm. mst. in orat. ad Demon. fuit in biblioth. Rostgaardiana, pag. 452.

- 2) Πρὸς Νικόκλεα de regno, ad *Nicoclem secundum*, Euagorae F. Salaminis tyrannum, qui regnare coepit Olymp. Cl. 3. vide *Meursium* in Cypro lib. II. cap. 13. Isocrates ipse sibi vindicat oratione XV. περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἐστὶ δ' (ὁ λόγος) ὁ μέλλων ἐξηγήσασθαι Νικόκλης τῷ Κυπρίῳ τῷ κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον βασιλεύοντι συμβουλευῶν, ὡς δὲ τῶν πολιτῶν ἀέχεν· ἔχ' ὁμοίως δὲ γέγραπται τοῖς ἀνεγνώσμενοις. Et orat. III. sub Nicoclis nomine: τὸν μὲν ἔν ἑτέρῳ λόγῳ ὡς χρὴ τυραννεῖν, Ἰσοκράτης ἠκέσασα. Recte igitur Leo Allatius eandem Isocrati Atheniensi asserit pag. 240. ad Socraticor. epistolas, contra H. Stèphani diatribam II. ad Isocr. [et in praefat. ad Isocrat. oration. sed *Facciolati* in praefat. mem. hanc et sequentem vindicat Isocrati.] Latine vertit *Erasmus*, Basil. 1522. 4. et tomo IV. Opp. p. 611 sqq. et *Rudolph. Agricola* tom. II. Opp. p. 236. Colon. 1539. 4. *Fabric. Isocr. de regno ad Nic.* August. Vindel. 1548. 4. apud Vihard. — Orationes de priuatis moribus et de officio principis, latine a *Baduello*. Lugduni, 1549. 4. — *Bernardi Iustiniani* — orationes. — Eiusdem traductio in *Isocratis libellum ad Nicoclem*. Leonardi Iustiniani epistolae. in calce, Venetiis per Bernardin. Benalium. fol. 1492. de quo libro rarissimo vid. *Goetz.* memor. biblioth. Dresdens. III. pag. 419. De variis huius et superioris orat. editionibus ac versionibus vide paullo ante adnotata, quibus addes: *Isocr. orat. ad Nicoclem*, cum Luciani dialogis etc. graece. Louan. apud Martin. 1522. 4. (vid. *Maittaire* A. T. vol. II. part. II. p. 629.) — *Isocr. ad Nicoclem et de pace* cum Libanii declam. *Lyfiae* oratt. de Eratosth. et funebris, gr. et lat. Basil. apud Froben. 1522. 4. vid. supra ad *Lyfiam*. — *Isocrat. ad Nicoclem, Martino Philisico* interprete, cum multis aliis recent. opusculis, typis Hieron. Victoris et Ioan. Singrenii, Viennae Austriae, 1514. 4. (vid. *Maitt.* vol. II. part. I. p. 257 sq. et *Denis* Wiens Buchdruckergeschichte p. 114 sq. eundemque copiose differentem in Memorab. biblioth. Garell. p. 253 — 258.) — oratt. de institutione principis, Erasmo Roter. interprete et de seruanda pace, Petro Mosellano interprete, gr. et lat. Basil. 1552. 4. — *Isocratis ad Nicoclem* oratio, gr. denuo latine vertit, notis (philologicis, vt plurimum bonis,) illustrauit — *Ioh. Christ. Frider. Bährens*, Halae Sax. 1787. 8. Wolfiana versio latina praestat nouae, oratio vero tarditate operarum saepe vitiose exscripta est. [Idem V. D. antea hanc orat. sine notis adiecit libello suo: *Lehrart der griech. und lat. Klassiker*, 1786. Hal.] — *Italica* versio exstat in: Orationi di diuersi Huomini illustri, raccolte da *Franc. Sansouino*. Venet. 1569. 4. part. II. p. 129 sqq. — *Isocrates von dem Reich, geteutschet* durch *Ioh. Altenstaig*. Augsburg. durch Siluan Otmar. 1517. 4. — *Von den Pflichten eines Monarchen, an Nicocles, König zu Salamin, aus dem Griechischen des Isocrates* — von *I. M. Af-sprung*, (cum quibusdam adnotationibus: libera bonaque dicitur versio.) Vlmae, 1785. 8. — *Institution du jeune Prince*, Paris. apud Wechel. 1544. Anton. Macaultus gallice sub hoc titulo vertit Isocr. orat. quam etiam in linguam gallicam transtulit *Ludou. Regius*. — Alius *Nicocles* ab Aenea Taſtico memoratur, Casaubon. pag. 1755. not. mst. *Fabric. Harl.*

3) Νικόκλης,



3) *Νικολῆς*, siue oratio sub persona eiusdem regis Cyprii, (vnde *Κύπριος λόγος* subinde vocatur apud Stobaeum,) scripta de officio ciuium erga imperantes. [Haec Stephano et Augerio in praefat. ad gr. edit. et ad versionem illius orat. gallicam non videtur scripta esse Isocrateo stilo modoque.] Pro hac aut certe pro Euagora credibile est Isocrati a rege praemii loco data viginti talenta, quod tradunt Plinius ac Plutarchus. Neque insolens videri debet, ab Isocrate elaboratam orationem, quam recitauerit rex. Lysiae enim et aliorum plurimorum, ipsiusque Isocratis exemplo constat, sollemne fuisse, λόγος cum *δικανικὸς*, tum *συμβουλευτικὸς*, ab aliis dici, ab aliis scribi. Sic Romae in Nerone recitante admiratus est senatus, quae Seneca scripserat. Vide *Dionem* lib. LXI. p. 690. *Latine* vertit praeter alios *Ludouicus Vives* tom. I. Opp. pag. 315. *Gallice*: *Ludou. Regius*. it. *Ludou. Meigretus*, Paris. 1544. 8. *Fabrit.* *Italice*: due orationi in materia del Governo del Principe, tradotte dal Greco. Venet. 1552. 8. *Harl.*

Hae tres orationes praelegi solent passim in scholis cum Plutarchi libro de puerorum institutione, itaque saepissime excusae sunt separatim. Latinam earum versionem, adornatam a Lapo Birago Castellianculo habuit Baluzius.

[*Venetis*, 1538. 8. *Isocratis* orationes tres ad Demonicum, ad Nicoclem et de regno, Aristidis encomium Romae. gr.

*Lugduni*. 1579. 12. *Isocratis paroenesis*, h. e. *praecepta de officiis etc. eiusd. oratio ad Nicoclem, de regno, Agapeti expositio admonitoria ad Iustinianum imperatorem. Haec omnia graece cum lat. interpretatione. Sententiae ex diuersis auctoribus collectae, ac in Alphabeti ordinem digestae. Lugduni apud Io. Tornaeum.*

1581. 12. *Libelli aliquot formandis tum iuuentutis moribus, tum linguae graecae, latinae, gallicae, et germanicae utilissimi. — opera et studio Iohannis Cherpontii. Apud Eustathium Vignon.*

Insunt Plutarchi libellus de puerorum educatione; Isocratis oratt. ad Demonicum et ad Nicoclem; Ethices christianae compendium. Cherpontius, Geneuae scribens epistolam dedicatorem, anno aetatis XXIII. in quatuor columnis graecum textum dedit tum vulgarem, cum latina versione ex collatis plurium versionibus concinnata, et gallica atque germanica ab ipso factis. *Harl.*]

*Frantof.* 1585. 8. typis luculentis Wechelianis, ex recensione *Frid. Sylburgii*, qui varias lect. et Gnomas varias *μνοσιχῆς*, e comicis et tragicis veteribus collectas et sub titulis digestas, adiunxit. [P] graece.

[Plutarchi opusc. de liberorum institut. item Isocratis orationes tres ad Dem. ad Nicoclem. Nicocles. *Wittebergae* 1574. 8. graece.]

[*Ihngolstadt*, 1610. 8. *Isocr.* tres illae oratt. et Euagoras. gr. et lat.]

[*Halae*, 1627. 8. cum Plutarchi Paedagogia. gr. et lat. — In biblioth. *Hulsiana* tom. III. nr. 7457. notatur ann. 1628.]

[*ibid.* 1630. 8. cum Plut. Paed. gr. et lat.]

*Amst.* 1643. 8. apud Ioh. Ianfonium. graece.

*Christophori*



*Christophori Neandri*, gr. et lat. cum analysi grammat. Francof. ad Oder. 1605. 8.

[1659 8. cum Plutarchi Paedagogia, gr. et lat. Ienae.

1661. 8. cum Hesiodi Opp. et D. gr. et lat. Bremae.

1694. 8. gr. et lat. Cizae.

1702. 8. gr. et lat. cum Plut. Paedagogia et Pythagorae carm. Numburgi.]

*Ioh. Gerlaci Wilhelmi*, gr. et lat. Heidelberg. 1678. 8. quae ad usus tironum accommodata est editio, et phrasae adnotatas habet. [rec. et inscripta: *Fasciculus graecus siue Isocratis orationes tres, I. ad Demonicum, II. ad Nicoclem, III. Nicocles. Plutarchi lib. de pueror. educat. cum Pythagorae et Phocylidae carminibus, versione latina et cuius copiti phrasibus et sententiis adiectis. olim procurante Io. Gerlach. Wilhelmi, Rect. Gymn. Heidelberg. Editio noua et ab infinitis mendis purgata. Cui accedunt Isocratis epist. I. ad Philipp. reg. Maced. Lyfiae oratt. pro caede Eratosthenis et contra Eratosth., Luciani dialogus Timon. Opera et studio Io. Iac. Schudt, Gymnas. Moeno-Francof. Conrect. Francof. ad Moen. 1702. 8.] Tum Guil. Diezii cum notis haud contemnendis, gr. et lat. 1678. 1709. Vlmæ, in 8. — *Isocratis oratt. tres ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicocles, Plut. de liberorum educatione, edit. Christiani Iunckeri*, cum versione, paraphrasi, et vocabulorum difficiliorum analysi. Lips. 1704. 8. [quae puerilis editio saepius typis est repetita.]*

Prodierunt etiam oratt. illae et epistolae cum versione interlineari. Paris. 1621. 8.

[*Isocr. oratt. tres ad Dem., ad Nicoclem, Nicocles*, cum Plutarcho de educat. puerorum, et cum notis philologicis, philosophicis et historicis german. Io. Christian. Clemanni. Hamburgi, 1745. 8.

*Ἰσοκράτους διδασκαλικοὶ λόγοι*. edit. I. C. Mefferschmidii, cum indice. Lipsiae, 1760. 8.

— oratt. cum Plut. de liber. educ. Hesiodi Opp. et Theognid. sentent. gr. cura Kretschmar. Dresdae, 1750. 8.

*Isocr. oratt. tres memoratae et Theognidis sententiae*, gr. Lipsiae, 1776. 8.

*Isocratis orationes quatuor ad Demonicum, Euagorae laudatio, ad Nicoclem, Trapezitica. In usum graecae linguae studioforum separatim editae*, Coburgi, 1790. 8. graece.

Editor est cl. *Facius*, Prof. linguae graecae Coburgensis, in textu exhibendo editionem Parisinam Augeri, paucis tantum mutatis vel aliter interpunctis, sequutus. — Praecepta de virtutibus ex Isocr. III. orationibus per Io. Heidenreich. cum Christoph. Neandri grammatica analysi earundem orationum. in 8. f. a. Harl.]

Vt ad alias Isocratis orationes pergam, *συμβουλευτικῆς* quidem, siue *deliberatiui generis*, exstant:

- 4) *Παινηγυρικός*, qua Atheniensibus, quorum merita prae-Lacedaemoniis effert, suadet, vt domesticis dilidiis omissis Persas bello petant. Hinc suasionem vocat *Cicero* in *Oratore* cap. XI. et *Syrianus* in *Hermogenem* p. 18. obseruat, constare duplici genere, panegyrico ac deliberatiuo, perinde vt Isocratis Euagoram et Thucydidis *ἐπιτάφιον*. *Marcel. lin.*



lin. p. 23. Decem vel quindecim annos in hoc componendo infumissis dicitur <sup>11)</sup>, nec ex suo ingenio, sed ex Gorgiae, Archini, Thucydidis ac Lysiae scriptis pleraque protulisse. Quod ex Plutarcho, Philostrato, aliisque lectum iudicium merito malignius Photio visum est, recte notanti, in eodem argumento plurium virorum eximiorum similes posse esse cogitationes. Ne dicam, quod Theo velut imitandum eloquentiae studiosis proponit, cogitata Lysiae ex eius epitaphio atque Olympico tanta cum arte ab Isocrate translata. Confer *Int. Thomafium* de plagio §. 476. Tunc cum Lacedaemonii Graecis imperarent, hoc est intra Olymp. XCII. et XCVI. scriptum panegyricum Isocrates ipse demonstrat oratione *περὶ ἀντιδόσεως*. In Olympiis dictam ab Isocrate, *Philostratus* auctor est, [l. I. p. 505. adde *Aelian*. V. H. libr. XIII. cap. 11. vbi vid. Perizon. quibus locis vitur *Schirach*. in disp. I. p. 16 sq. ad crimen timiditatis ab Isocrate depellendum, et *Lucian*. in Macrobiis cap. 23. pag. 225. tom. III. edit. Reitz. vbi vid. Maii et M. du Soul not. Quando *Lucian*. tradit, Isocratem scripsisse panegyricum, quum sex et nonaginta annorum esset, Soul monet, *Lucianum* oportuisse scribere XCIII. adde *Schirach*. in disp. I. p. 22 sq. qui, non recte quidem, ut postea adnotabimus, de tempore consentit cum Fabricio, et suspicatur, illam orationem primam omnium Isocratearum orationum fuisse.] Nihil certe illa elegantius elaboratusque, ut omnes confitentur, licet contra eandem scripserit Aristoteles Siculus, rhetor, teste *Laertio* lib. V. sect. 35. Nec defunt, qui tradant, hac primum oratione Philippum et Alexandrum M. reges ad evertendum Persarum imperium fuisse concitatos. vide *Benedicti Aueranii* diff. X. ad *Ciceron*. tom. II. oper. p. 222. *Fabric*. Separatim editus est *Panegyricus* graece. Paris. 1538. 4. [lat. translatus per I. Mar. Catanaeum, Rom. 1509. 4.] tum bis e recensione et cum praeclaris adnotationibus cel. mihiq. amicissimi *Mori*:

*Isocratis Panegyricus. recensuit et animaduersionibus illustravit Sam. Frid. Nathan. Morus.* Lipsiae, 1766. 8. — — maiore V. L. cura adhibita, iterum idem V. D. recensuit, recognouit, notasque auxit, ibidem 1786. mai. 8.

Haec editio est praestans exemplum diligentis, adcuratae et ad intelligentiam tam rerum, quam verborum utilissimae editionis. Codd. et editt. vir cel. sagaciter usus est ad textum repurgandum a mendis atque constituendum, et ex historia erudite apteque explicuit res totamque orationem. Praefixit coniecturam de tempore, quo editus videtur *Panegyricus*, et docte ostendit e loco classico, cap. 39. huius orationis, *Panegyricum* editum esse sexto aut septimo anno belli, ab Artaxerxe Mnemone cum Euagora gesti, s. Olymp. vel XCVII. vel XCVIII. monetque, Fabricii et Schirachii iudicium temporum rationi minus conuenire. — — *Panegy.* gr. et lat. Glasgae Foulis. 1778. 8. *Harl.*]

- 5) Φίλιππος, siue πρὸς Φίλιππον, *Ad Philippum*. Paullo ante mortem scripta, ut praeter *Ciceronem* in *Oratore* cap. 52. et Plutarchum graecus auctor argumenti ex Hermippo adnotauit. Suadet regi, (confer epistolas Isocratis 1. 2. 3. ad Philipp.) ut graecas vrbes, inter se dissidentes, conciliet, et Persas bello petat, quod postremum Philippi [P] filius, Alexander, lecta Isocratis oratione, (non hac quidem, sed *Panegyrico*, ut affirmat *Aelianus* XIII. 11.

<sup>11)</sup> Vid. *Quintil.* I. O. X. 4. 4. vbi Gesner. adhuc laudat *Plutarchum* in vita pag. 1540. et adde supra in nota g citatos. *Harl.*



- XIII. 11. Variar.) fecisse dicitur. Inter Socraticas epistolas, ab Allatio editas, duodeuigesima sub Antipatri Magnetis nomine inuidiam Isocrati facit, tamquam ieiuno et maligno Philippi laudatori. p. 59 sq. Latine hanc orationem vertit *Georgius Sabinus*, ann. 1531. 8. Vide eius elegias IV. 5. in deliciis poetarum germanorum, tom. V. p. 1009. — cum expositione grammatica singularum vocum. Paris. 1662. 8.
- 6) *Ἀρχιδάμος* sub Archidami persona, (nondum regis Laconici.) suadet Lacedaemoniis, ne ex mandato Thebanorum, quos in Leuctrica pugna victores ad Mantineam Olymp. CIV. 2. represserant, Messenam vel instaurent, vel liberam esse patiantur. Vehementer hanc orat. laudat Philostratus. Separatim edidit illustrauitque *Victorinus Strigelius*, Lipsiae, ann. 1564. 8. typis Voegelianis, adde nr. 8. [et infra nr. 21. Archidamus translated by Th. Barnes. Lond. 1624. 4.]
- 7) *Ἀρεοπολιτικός*. In senatu Areopagítico suadet, vt Democratia siue Anarchia potius, in quam circa illud tempus resp. Atheniensis erat prolapsa, reduceretur ad meliorem formam, a Solone et Clisthene prius constitutam. Scripta post rogatos a Lacedaemoniis Athenienses, ne se a Thebanis funditus excindi paterentur, hoc est, post Olympiadem CII. Latine, praeter alios, transtulit *Ludouicus Viues* tom. I. Opp. p. 308. Graece et lat. separatim edidit *Io. Breusecius*. Helmstad. 1638. 4.
- 8) *Περὶ εἰρήνης ἢ συμμαχίας*. De pace cum Chiis, Rhodiis et Byzantiis ineunda, et deponendo ab Atheniensibus maris imperio. Scripta Olymp. CV. 4. Memorat hanc orationem ipse Isocrates *περὶ ἀντιδόσεως*. Posteriori parti suum *ἀντιῤῥητικὸν εἰρήνης* opposuit Aelius Aristides. De pace et Archidamum Isocr. seorsim edidit *Io. Posselius* gr. Rostoch. 1583. 4. *Isocratis de pace* cum al. opusculis, latine vertit *Petrus Mosellanus*. Lipsiae, 1518. 4. Basil. apud Froben. 1519. 4. — Basil. 1522. 4. *Georg. Sabinus*, Melanchthonis gener., Paris. 1531. 8. *Philippus Melanchthon*. Hagenoae, 1533. 8. *Fabrit. Isocr. orat. de pace, graeco. excudebat Christian. Woehel*, sub scuto Basileensi. Paris. 1529. 8. — cum Libanii declamatt. — *Isocr. ad Nicocl.* Luciani tyrannicida, Lysiae N. oratt. de Eratosthene et funebri, gr. et lat. Basil. ap. Froben. 1522. 4. — de pace, gr. et lat. Helmstad. 1640. 4. — orat. de bello fugiendo et pace seruanda, Petro Mosellano, Protegense, interprete. 4. (epistola praefixa data est Lipsiae idibus Aug. 1518.) — Gallice vertit *Philipp. Robert*, Ictus. Paris. 1579. 8. *Harl.*
- Iam sequuntur λόγος ἐγκωμιαστικός.*
- 9) *Εὐαγόρας* siue oratio funebris in laudem Euagorae, regis Cypriorum, interemti a Thra-sydaeo Eunuchō, Olymp. CI. 3. [Ab Harpocrate voc. *Εὐαγόρας* in edit. Mediolan. Aldina II. aliisque inscribitur *Εὐαγόρας ἐγκώμιον* in Aldina I. aliisque solum *Εὐαγόρας*. vid. not. Findeisen. p. 1.] Huius Euagorae, (de quo consules *Meursum* in Cypro lib. II. cap. 12.) filius fuit Nicocles, a quo per insidias interfectum Euagoram praeter rem tradit *Diodorus Sic.* libro XV. p. 363. Vide *Vsserium* ad an. Period. Iul. 4340. Latine vertit hanc orat. *Petrus Sabatius*, Paris. 1549. 4. Prodiit et Mediolani graece et latine, 1563. 8. — et graece ad calcem vitarum parallelarum Plutarchi, 1519. edit. Aldinae. — Atque ex *Guarini Veronensis* translatione [aetate omnes libros oration. Isocr. editos superante, ideoque auctoritate cod. mst. pari.] — in antiquis latinis vitarum Plutarchi editionibus.



editionibus. [tom. II. edit. rariss. Venetae per Nic. Ienson Gallicum. 1478. fol. mai. vid. Goetz. Mem. biblioth. Dresd. tom. III. p. 394 sqq.] — *Isocr. Euagor.* edidit *Arngrim Vidalinus*, Islandus; cum breuibus notis, Hafniae. 4. Illius Vidalini commentarius et indices in Euagoram MS. in biblioth. Rostgaardiana p. 452. *Fabric.* [Isocratis oratt. tres, Euagoras, in Philippum et de pace. graece. Paris. Iod. Badius. in 4. Catal. bibl. reg. Paris.] Separatim prodit illa oratio graece, ex officina *Rutgeri Rescii*, Louan. 1538. 8. — gr. in vsum scholarum, edita ab *Ernestio*, Lipsiae, 1767. et antea quoque, nescio, quo anno. Optima et plenissima est editio:

*Ἰσokράτης Εὐαγόρης Ἐγκώμιον graece, ex recensione Hieronymi Vuolfii, cum varietate lectionis, animaduersionibus et indice verborum graecorum copiosissimo, addita versione Guarini perantiqua. edidit Christian. Godofred. Findeisen.* A. A. M. Lipsiae, 1777. 8. *Harl.*

*Francisci Cicereii* in Euagoram Helenamque Isocratis commentarius ineditus fuit apud Marquardum Gudium<sup>mm</sup>). [P] — Principium imitatus est Cicero in laudando Sernio Sulpicio Philipp. IX. vt obseruauit *Muretus* VII. 19. varian. lection.

10) *Ἐλένης Ἐγκώμιον* variis episodii iucunde productum. Nam quod argumentum natura sua sterile foret, magnam orationis partem consumit in reprehensione Sophistarum, laudatione Thaeſei, excusatione Paridis, ac laude pulchritudinis. Confer de illa Isocratis et Gorgiae ratione argumenta demonstratiua amplificandi, *Vossius* Institutt. Orat. lib. I. pag. 51. Separatim haec oratio recusa cum H. Wolfii versione ann. 1566. 4. *Fabric.* Et ad calcem Aristologiae Euripideae *Mich. Neandri*, Basil. 1559. 4. — antea graece, Paris. apud Guil. Morelium, 1550. 4. — gr. Paris. apud Wechel. 1551. [1557. Cat. bibl. Reg. Paris.] 4. — *Helenae et Buſiridos* laudatio, gr. et lat. per Wolfium. Hanou. 1619. — *Encomium Helenae*, gr. et lat. Venetiis. 1566. 4. — Orat. de laudibus Helenae e graeco in latinum traducta, *Io. Petro Lucense* interprete, — Herodoti libri IX. e gr. in lat. traducti Laurentio Vallensi interprete, Venet. 1494. fol. al. editionem s. l. et a. indicat Goetz. in Memor. bibl. Dresdenf. tom. III. p. 66. — Martini Philetici versio ad Pium II. mst. in bibliotheca Rostgaardiana, pag. 470. *Harl.* Hanc orationem Gorgiae Leontino tribuit Gesner. in Biblioth. *Heumann.* Gallica versio Enc. Hel. et Buſir. Paris. 1640. 12. *Beck.*

11) *Βούσις*, siue laus Buſiridis, crudelissimi Aegyptiorum tyranni, ab Hercule interemti, scripta ad Polycratem, Atheniensem, sophistam, redarguendum, qui idem argumentum infelicius tractauerat, et Socratis praeterea accusationem scripserat, cuius mortem Olymp. XCV. acerbè tulit Isocrates, ita, vt altera die pullatus prodiret, teste Plutarcho. Quicquid vero pro celebrando Buſiride siue Polycratis, siue Isocratis attulerint ingenia; tamen illaudatum dixit *Virgilius* III. Georg. v. 5. quasi falsis et alienis cumulatam laudibus. [Neandro placuit haec oratio in praefat. ad erotemata gr. pag. 232. maiore iure aliis ea, nec non oratt. ad Nicoclem, contra Sophistas et Panathenaica displicuerunt. vid. *Schirach.* diff. II. p. 44 sq. neque omnes ingenii lusus fauente Minerua emittuntur in lucem. Propter hanc orationem *Valesius* de critica I. cap. 11. p. 158 sq. Emendatt. a Burmanno

Ggggg 2

editt.

mm) Transiit cum reliquis Gudianis mstis in biblioth. Guelferbytanam. *Harl.*



editt. Isocratem inter criticos commemorandum censet, et ipsam orationem vocat elegantissimam.]. Exstat haec et superior Isocratis oratio etiam graece et latine ex vers. H. Wolfii in Amphitheatro Socraticae sapientiae iocosariae *Dornauiano* tom. II. pag. 5 sqq. pag. 14 sqq.

- 12) Παναθηναϊκός, anno, vel (vt alii <sup>nn</sup>) apud Plutarchum et Photium) quadriennio ante mortem, adeoque Olymp. CIX. 2. ab Isocrate scriptus, extollit Athenienses eorumque in Graecos beneficia prae Lacedaemoniis, quod argumentum etiam in panegyrico tractasse se commemorat. Aemulatus Isocratem in Panathenaico suo Aelius Aristides est, de quo ita *Tzetzes* Chiliad. XI. v. 662.

Καὶ τὸν αἰ Παναθηναῖον τὸν μέγιστον τὸν λόγον  
Οὐκ ἐπεὶ τὸν νῦν ἐτύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστίδης.

Fallitur idem Tzetzes, quum auctore *Lysia* adfirmat, decem integris annis vix absolutum Panathenaicum ab Isocrate, quod de Panegyrico eiusdem praeclari scriptores tradiderunt. Tribus foliis in media parte p. 271. B. edit. Stephan. auctiorem Panathenaicum habuit *Michael. Nicol. Sophianus*, vt [P] ex *Iosephi Scaligeri* epist. 431. ad Gruterum et Petri Victorii ad Aristot. rhetor. p. 718. notauit *Paulus Colomesius* in Opusculis p. 36 sq. Separatim, graece, Coloniae Agrip. 1588. 8.

- 13) Κατὰ τῶν Σοφιστῶν, aduersus Sophistas, lucro inhiantes, et falsae eloquentiae doctores, quos inter alia hoc quoque nomine reprehendit, quod, odiosissima eius parte delecta, promiserunt, se tradituros rationem tractandarum litium iudicialiarum, quum longe plura sint <sup>oo</sup>), in quibus longe cum maiore dignitate orator versari possit, et praecepta rhetorica nihilo magis ad causas forenses, quam ad quodlibet aliud orationis genus pertineant. Haec oratio graece recensita a *Frid. Sylburgio*, prodiit cum tribus paraeneticis, de quibus supra. *Fabric.* Prodiit separatim graece et lat. Paris. apud Ioann. Lodoicum Tiletanum, 1542. 4. — graece, ibid. apud *Guil. Morelium*, 1552. 4. — latine, Hieronymo Wolfio interprete, apud *Guil. Morel.* Paris. 1559. 4. *Harl.*

*Supersunt λόγοι Isocratis δικανικοὶ sive iudiciales:*

- 14) Πλαταικός, nomine Plataeensiun, a Thebanis solo pulforum, ad Athenienses, pro restitutione in integrum.

15) Περὶ

<sup>nn</sup>) His accensendus *Cicero*, qui libro de senectute, cap. V. est enim, inquit, quies et pure et eleganter aetate placida ac lenis senectus: qualem accepimus Isocratis, qui cum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. [Ex hoc loco et quod Isocratis mors incidit in Olymp. CX. 3. *Corfin.* in fast. atticis, tom. IV. p. 35. colligit, orationem illam edi-

tam fuisse Olymp. CIX. incunte anno tertio. adde *Schirach.* disp. I. de Isocrate pag. 23 sq. *Harl.*] Idem *Cicero* in Oratore cap. 12. notat, Isocratem in hac oratione studiose consecratum concinnitatem sententiarum, et argutos certosque ac circumscriptos verborum ambitus, non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat.

<sup>oo</sup>) Confer Aristotelis locum, quem cum Isocrate confert *Muretus* lib. IV. cap. 11. Var. Lect.



- 15) Περὶ τῆς ἀντιδόσεως, siue de permutatione facultatum, cum a Lysimacho dies dictus esset secundum legem Atheniensem <sup>pp)</sup> vel permutandarum cum Lysimacho facultatum, vel obeundae, (quod fecit,) trierarchiae. Multa de studiis suis in hac oratione Isocrates, multa de improbitate fycophantarum. Scripta post Olympiad. CV. *Fabric.* conf. cl. *Wolf.* prolegom. ad Demosthenis orat. aduersus Leptinem p. 123. de antidosi, et not. 118. de anno, quo scripta est haec Isocratis oratio, circ. Olymp. CVI. *Harl.*
- 16) Περὶ τῆς ζεύγους, de bigis equorum, quod eas in Olympiis a ciuitate Argiuorum emerit, non Tisiae eripuerit Alcibiades. Dicta est a filio Alcibiadis, iam defuncti, cuius defensionem ac laudes, populiue inuidiam persequitur. Citatur a *Plutarcho*, Alcibiade pag. 196. et *Athenaeo* V. p. 215. Sed apud Photium cod. CLIX. mentio huius orat. excidit.
- 17) Τραπεζιτικός, oratio, a Sopaei siue Sinopaei, filio dicta, pro summa argenti apud <sup>π)</sup> Pasionem, trapezitam, deposita, cum pater apud Satyrum, Ponti principem, de regno affectato delatus esset, quam Pasio postea accepisse se negauit. Hac oratione vitur Dionysius aduersus Aristotelem atque Aphareum, qui orationes Isocratis vllas iudiciales fuisse negarunt, quibus contradixit Isocratis discipulus *Cephisodorus*. In Isaei oratione VII. quae est de Cironis hereditate [P] et in trapezitico Isocratis plura eadem legi, notat Porphyrius apud *Eusebium* X. 3. Praeparat. vbi male Κύλωνος pro Κίρωνος.
- 18) Παραγραφικός πρὸς Καλλιμάχον, contra Callimachum quemdam, qui praeter legem ἀμνηστίας a Thrasybulo latam, ac praeter fas, nescio cui, diem dixerat de ereptis sibi sub triginta tyrannorum imperio pecuniis. Hanc orationem *Isaei* esse, ex Harpocracione in Πίνων obseruat *Fuluius Ursinus* in Virgilio cum graecis scriptoribus collato, p. 230. et ab Isocrateo dicendi genere valde dissidere. Id videre se negat *Schurzsteischius* cap. III. Obseruat. ad Longinum. Maussacus apud Harpocracionem pro *Isaeo* contra fidem codicum reposuit nomen Isocratis, et Maussacum sequutus est Iacob. Gronouius. [Schol. ad *Aristophanis* Nub. 1134. diserte *Isocrati* tribuit illam orationem.]
- 19) Αἰγινητικός. Oratio, apud Aeginetas dicta, pro amico et adfina Thrasylochi, cui hic opes suas legauerat, altera sorore semigermana impugnante testamentum. Locus, vbi deesse nonnulla notantur in margine, ita est legendus: ὅτε δὲ Πασίνος πατρὸν κατέλαβεν etc. Vide *Iac. Gronouium* ad Harpocrat. p. 106 sq. 134 sq. *Fabric.* Correctio et explicatio loci cuiusdam reperitur in *Histor. acad. Paris. Inscript. edit. Amstel. tom. VI. pag. 279 — 282. Harl.*
- 20) Κατὰ τῆς Λοχίτης, sub persona eius, qui a Lochita quodam verberibus mulctatum se conqueritur. Neque hoc ferendum esse in democratia, licet pauper et tenuis conditionis sit, qui vapulauit.

Gg ggg 3

21) Ἀμάτρυες

<sup>pp)</sup> Vide *Sam. Petitum* ad leges Atticas p. 269  
sq. *Schefferum* de militia nauali IV. 6.

<sup>qq)</sup> De hoc Pasione Demosthenes orat. pro  
Phormione et orat. contra Callippum.



21) Ἀμάρτυρος pro Nicia, qui sub XXX. tyrannis apud Euthynum consobrīnum sine testibus talenta deposuerat, Euthyno deinde bina tantum restituere volente, Photio incritur *πρὸς Εὐθύνην ὑπὲρ Νικίης*. Hanc et Archidamum inter praestantissimas Isocratis orationes excellere adfirmant *Philostrophus* I. de vitis Sophist. [cap. 17. sect. 3. p. 505. Olear. conf. *Dionys. Halic.* in iudicio de nostro §. 6. et 9.] Contra eam scripserat Antisthenes Cynicus, teste *Laertio* VI. 15.

Isocrates, (an "?) Socrates?) ἐν τοῖς πρὸς Ἐιδοθέαν laudatur a Suida in *Χιάζεν*. At apud Etymologum in *Ἐπίδικος* legendum *Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λισύβιον*, pro eo, quod editum est *Ἰσοκράτης πρὸς Λυσίαν*. Vide *Meursium* V. 2. Attic. Lect. Plutarcho si credimus ἡγωνίσσατο καὶ τὸν ἐπὶ Μανυσώλῳ τεθέντα ὑπ' Ἀρτεμισίας ἀγῶνα. Τὸ δ' ἐγκώμιον ἐ σώζεται. *Decertavit etiam Isocrates noster in iis ludis, quos Artemisia (Olympiade CVII. confer Viscerium ad ann. Period. Iulian. 4362.) Mausolo (Cariae regi) fecit: sed ea laudatio non exstat.* [adde *Gellii* N. A. X. cap. 18.] At Suidas ab *Isocrate Apolloniati* hoc factum tradit, Callistratum, rhetorem, auctorem, ut videtur, secutus. [vid. supra in Catal. trag. deperdit. voc. *Isocrates*, et *Taylori* Lect. Lysiac. cap. 3. p. 232 sqq. edit. Reiskii.] Eidem *Apolloniati* tribuit orationes quinque: 1) Ἀμφικτυονικόν, 2) Προτρεπτικόν, 3) Περὶ τῷ τάφῳ μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ, 4) Περὶ τῷ μετρικισθῆναι, 5) Περὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας. Paraenesis ad Demonium huic quoque Apolloniati adscribi ab Harpocrate, supra a me est adnotatum. In *Aristotelis* rhetoricis III. 14. pro *Σωκράτης ἐν ἐπιταφίῳ* legendum *Ἰσοκράτης*. [vid. *Taylor* l.c.] Similem errorem lib. I. rhetor. cap. 9. castigavit *Meursius* lib. V. cap. 14. Attic. Lect. et lib. IV. cap. 4. docuit, apud *Dionysium Halicarnasense* in arte cap. 6. perperam legi ὁ τῷ Σωκράτης ἐταῖρος Ναυκράτης pro ὁ τῷ Ἰσοκράτης. Apud [P.] *Laertium* quoque lib. II. sect. 55. ubi Socrates Grylli laudationem funebrem composuisse legitur, pro Socrate Isocratem legendum esse, duxerim, nisi quis Naucratem malit cum Gotfrido Oleario in diss. erudita de Heraclito.

Τέχνην ῥητορικὴν Isocrati tribuunt nonnulli apud *Plutarchum* [vit. Demosthen. pag. 699. edit. Reisk. vol. I.], Photiumque, tum *Tzetzis* audacter: ἔτος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε βιβλίον, ῥητέρων τέχνην, Chil. XI. v. 654. et IX. v. 935. Ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ μὲν ὁ καὶ τὴν τέχνην γράψας, et 941. ὁ μὲν λόγος βασιλικὸς, τέχνας καὶ παραινέσεις. Confer epist. 28. inter Socraticas ab Allatio editas, et schol. *Hermogen.* p. 297. *Fabric.* *Tzetzis* tamen sententiae subscribere dubitat *Schirach.* in disput. I. de Isocrate pag. 24. Enimvero *Quintil.* Instit. orat. III. 1. 14. *Isocratis*, ait, praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eoque iam seniore — pomeridianis scholis *Aristoteles* praecipere artem oratoriam coepit. — Ars est utriusque; sed pluribus eorum libris *Aristoteles* complexus est. Idem vero *Quintil.* III. 14. 15. nominat artem, quae disciplina percipi debet. Paucis igitur praeceptis vno libro complexus videtur Isocrates artem rhetoricam; at propter maiorem, quam consequutus est *Aristoteles*, auctoritatem, fieri potuit, ut Isocrateus libellus rhetoricus minus notus ex memoria hominum vsuque excideret, et tandem evanesceret. *Harl.*

[De

rr) Schol. ad Apollon, lib. I. Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς ἀλέξανδρον φησὶ τὸν ὕμνον etc.



[De *epistolis* pauca sunt notata supra, vol. I. lib. II. cap. 10. p. 678. Huc referam eas, quae ibi omittenda duxeram, de editionibus, et, quae addenda sint, intexam adiiciamque. confer etiam *Schirach*. disp. I. p. 19 sq. Epistolam nonam nullatenus esse Isocratis, arbitrat *Augerius* in praefat. ad Isocratem p. IV. atque abbas *de Vatri* in commentariis regiae inscriptionum academiae contendit, eam esse Theophylacti cuiusdam, monachi, qui scripsit sub Mauritio imperatore: quam sententiam Augerius eo argumento firmat, quod illam epistolam reapse inuenit inter alias plures illius epistolas sub nomine fictorum hominum ad homines fictos. Quibusdam editionibus singularum orationum, e. g. ad Demonicum, adhaerent epistolae. *Hieronymus Wolfius* in sua Isocratis editione et aliam translationem, a se elaboratam, et nonam Isocratis epistolam ad Dionysium iuniorem, Siciliae tyrannum, adiunxit, et leguntur ad calcem *Phraeologiae Isocrateae Mich. Neandri*. Basil. 1558. 8. — *Isocratis* epistolae aliquot, graece. Paris. apud Wechel. 1550. 4. (in Pinelli catalogo, tom. II. p. 176.) — ibid. 1557. 4. (notante Fabricio,) graece, una cum epistolis Demosthenis, Aeschinis, Platonis et Bruti. — Graece et lat. per Renatum Guillonium. Paris. 1554. 4. — Epistolae quaedam, gr. Paris. 1546. 4. (catalog. biblioth. Bernens. tom. I. p. 307.) — *Epistola ad Archidamum*, Lacedaemoniorum regem, Photio laudata, primum e codice Fuluii Vrsini descripta ab *A. Schotto* est et edita graece ab Hoefchelio in notis ad Photium. Deinde eandem latine *A. Schottus* vertit ad cod. CLIX. Photii. Separatim cum Schotti et noua sua versione excudi curauit, emendationesque adiunxit *Io. David. Koelerus*, Coldicensis, (postea Professor historiarum primum Altdorfinus, dein Gottingensis,) Wittebergae, 1706. 4.

(Decem) *Isocratis*, *Demetrii Cydonē* et *Michaelis Glycae* aliquot epistolae, nec non *Dionis Chrysostomi* oratio περὶ λόγου ἀσκήσεως partim e codice Helmstad. partim ex codicibus Mosquensibus edidit et animaduersiones adiecit C. F. Matthaei, Vniuersitatis Caesareae Mosquensis Professor, (in praesenti Professor L. Gr. Wittebergenfis.) Typis vniuersitatis caesareae Mosquensis. 1776. mai. 8. Ex libris scriptis et editis, de quibus intelligenter fuseque disputat, ad codicem Helmstad. et Aldinam editionem denuo recensuit vir doctissimus epistolas Isocrateas notisque res ac vocabula docte explicuit. — *Epistolam ad Archidamum* recepit in Anthologiam meam graecam prolaicam, Noribergae, 1781. 8. pag. 109 sqq. — Reperiuntur quoque Epistolae in *Collectionibus variarum epistolarum gr. Aldina*, Venet. 1499. II. voll. et octo quidem in vol. I. nona vero in vol. II. inter epistolas Sophistarum variorum; atque *Cuiactana*, quae tota pendet ex Aldina, Aureliae Allobrog. 1606. fol. tum in editionibus Wolfii, H. Stephani et Battie, qui vero epistolam, quam Hoefchelius primus vulgauit, ad Archidamum omiserunt. Alius autem epistolarum ordo est in codice Helmstadiensi; alius in edit. Aldina, alius in Wolfiana. — *Gallico* vertit epistolas Isocrateas *Ludouicus de Maltha*, Antwerp. 1558. apud Christoph. Plantinum. — et *Claud. Gruget* cum epistolis Phalaridis. Antvers. 1558. 12. in catalog. biblioth. Bünaui. I. pag. 107. — Epistola IX. est in cod. *Mosquensi*. In cod. *Helmstadiensi*, in quo praeter ea exstant *Aeschinis* Opera, *Socraticorum* epistolae, et *Dionysii*. *Halicarn.* de Lysia. — Epistola ad Archidamum est vnica in cod. regio Paris. MMDCCCXLIV. at in cod. MMMLIV. inter alias eiusdem auctoris epistolas, teste *Augerio* in praefat. pag. IV. — In bibliotheca regia *Matritensi*, teste *Iriarte*, est cod. XCVIII. pag. 384 sqq. qui praeter alia continet *Isocratis* oratt. ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicoclem, *Bursin* ad Polycratem, laudationem Helenae, contra Sophistas, Laudationem ad Euagoram, contra



tra Lochitem de verberatione et nouem epistolas, in his epistolam ad Archidamum: deest vero epist. ad Dionysium: prima enim, ad Philippum exarata, in codice falso inscripta est Dionysio. *Harl.*]

*Laertius* de Speusippo IV. 2. καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλέμενα ἀπόρρητα ἐξήνεγκεν. Intima artis rhetoricae de numero oratorio, quae *μεροθήκιον* Isocratis videtur vocare Cicero lib. II. Epist. ad Atticum. Vide *Mericum Casaubonum* animaduers. ad laudatum Laertii locum. [Menagium ad eundem Diog. Laert. et *Schirach*. disp. II. p. 14. qui Casauboni et Fabricii sententiae subscribit.]

*Isocratis* orationes prolixiores et πολιτικώτερες Damascio exposuit *Seuerianus* ἐ τὸν τεχνικὸν τε καὶ σοφιστικὸν, ἀλλὰ τὸν ἔμφρονα καὶ φιλόσοφον τρόπον vt legas apud Suidam in *Σεβηριανός*. [Κλήμης, *Clemens*, historicus, cuius rara fit apud veteres mentio, scripsit ad Hieronymum de figuris Isocratis, teste *Suida* h. v. tom. II. vbi vide Küster. pag. 328. et ex *Suida*, *Eudocia* pag. 267.] Contra Isocratem scripserat olim *Zoilus*, Amphipolites, teste *Suida* in Ζώϊλος [et *Eudocia* p. 203.] Tum *Aristoteles Siculus* et *Aelius Aristides*, vt iam dixi ad Orat. IV. et VIII. Denique *Aristoteles Stagiritis* quoque eum perstrinxit <sup>ss)</sup>, confutatus a *Cephisodoro*. *Dionysius Halicarnassensis*: Μη δ' ὅτι δεσμός πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεισθαι φησὶν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης — — καὶ ἔτ' Ἀριστοτέλης πείθομαι, ἐνπαίνειν τὸν ἄνδρα βελομένῳ — — ἱκανὸν δ' ἠγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον, Κηφισόδορον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτους καὶ γνησιώτατος ἀκροῆς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογία τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιεῖτο. *Cephisodori* <sup>tt)</sup> libros IV. contra Aristotelem memorat *Athenaeus* libro II. p. 60. licet ibi legatur *Cephisodorus*, ex quo loco colligitur, contra philosophum Stagiritam, non contra rhetorem Siculum scripsisse, quod clarissime etiam testatur Aristocles, Peripateticus, ob hanc ipsam causam *Cephisodoro* insultans apud *Eusebium* XV. 2. Praeparat. p. 792. et *Numenius* apud eundem XIV. 6. p. 732. Mentio *Cephisodori* iterum apud *Athenaeum* libro III. pag. 122. et VIII. pag. 354. et lib. IX. p. 407. fin. et apud *Themistium* in *Sophista* p. 235. *Dionysium* in *Isaeco* p. 111. et in Epist. ad Pompeium et alia ad Ammaeum p. 120. vbi *Cephisodorum* refert inter παραγγελμάτων rhetoricorum scriptores. *Gregorii Nazianzeni* dictionem ad structuram accedere *Isocraticam*, notauit *Erasmus*. [P] [De his aliisque laudatoribus aequae ac obtrectatoribus Isocratis copiose disputat *Schirach*. in diff. II. pag. 50 sqq]

[De codicibus mssis atque editionibus.

Codicum *Helmstädtensis*, *Mosquensis* atque *Matritensis* iam paullo ante memini, quum de Epistolis Isocratis agerem. Codices *Fuggeranum*, quo leuiter vsus est Wolfius, aut potius ex quo excerpta descriptaque, cum vulgatis codd. non consentientia, ab *Eduardo Henrico-Scoto* acceperat, (vid. eius praefat. ad castigationes in Isocratem pag. 860. edit. 1570.)  
biblioth.

ss) Cicero in Oratore de numerosa et apta oratione, atque de Aristotele et Isocrate differens, cap. 51. sect. 172. quis, ait, *Isocrati est aduersarius impenitus* (Aristotele)? *Harl.*

tt) Vide supra ad §. I. infra lib. IV. cap. 32. in elencho rhetor. graec. h. v. *Ionsium* de scriptor. hist. phil. I. 13. p. 96. *Ruhnken*. histor. crit. orat. gr. pag. 82. *Harl.*



biblioth. collegii noui *Oxonienfis*, quem diligenter contulit editor Cantabrig., alium cod. collegii *Oxonienfis*, et cod. *Bauaricum* cl. *Morus* in praefat. ad secundam Panegyrici editionem indicauit.

In *Anglia* sunt quatuor codd. mssti in bibliotheca *Bodleiana*, qui duntaxat habent duas primas orationes, ad *Demonicum* et ad *Nicoclem*; n. cod. collegii noui, MS. Baroc. MS. *Laudianus*, et MS. cui nota NE A. 3. 10. et duo codd. Harleiani, qui praeter illas continent quoque *Nicoclem*. Illos contulit *Battie*. In catalogo librorum MSSt. *Angliae* et *Hiberniae*, *Oxon.* 1697. fol. numerantur codd. mssti in biblioth. coll. *Oxon.* vnus, in biblioth. *Bodleiana*, sex: atque in cod. MMDCCXVIII. nr. X. inest quoque *Ifocr.* oratio altera ad *Nicoclem* de regno, cum praefatione *Guarini Veronensis*, latine: *Cantabrig.* in collegio S. *Benedicti* est nr. MDCXXVII. et in biblioth. eccles. *Westmonast.* nr. MCXXXIX. *Ifocrates* ad *Demonicum*: in biblioth. *Gale* nr. MMDCCCLXXX. argumenta orationum *Ifocratis*: — in biblioth. *Iacobaea* nr. MMDCCCLXXXIV. *Ifocr.* oratt. aliquot a *Lumley* translatae: in biblioth. *Mori*, episcopi *Norwic.* nr. MMDCCCLXXXIII. *Ifocr.* ad *Demonicum* et *Nicocles*, et *Guarini* epistola in orat. *Ifocratis*, qua regem in subditos instituit.

In bibliotheca *Leidensi*, teste Catalogo p. 340. cod. XXIX. chart. *Ifocratis opera*, quorum postremum est *παραγγαφικὸς πρὸς Καλλιμάχον*.

In biblioth. regia *Parisiensi*, secundum tom. II. Catalogi, in cod. XIV. est orat. ad *Demonicum*; in sex codd. orat. ad *Nicoclem*; in tribus, *Nicocles*; in tribus, panegyricus; in quinque, orat. ad *Philippum*; in sex, *Archidamus*; in quatuor, *Areopagiticus*; in quinque, orat. de pace; in quinque, *Euagoras*; in quatuor, *Helenes encomium*; in quinque, *Bufiris*; in tribus, *Panathenaeus*; in quinque, aduersus *Sophistas*; in quinque, *Plataicus*; in tribus, orat. de permutatione; in duobus, de bigis; in tribus, *Trapeziticus*; in quatuor, exceptio aduersus *Callimachum*; in duobus, *Aegineticus*; in tribus, orat. contra *Lochitem*; in vno, orat. contra *Euthynum*: de epistolis iam paullo ante fuit sermo. — At catalogum in designatione orationum aliquoties peccasse, docet *Augerius* in praefatione pag. XI lqq. vbi sedecim, quos contulisse se ait, codices illius bibliothecae paullo fufius recenset. — In eadem bibl. *Parisi.* secundum vol. III. est inter codd. msst. interpretatio lat. oratt. ad *Demonicum*, *Nicocles*, et ad *Nicoclem*, cod. MDCXVI. nr. XVII — XIX. et orat. ad *Demonicum* cod. MMDCCCLXXXV. nr. VII. denique *Nicocles*, a *Magdaleno Briensi* versus, cod. MMDCCCLXXXIX.

In biblioth. *Veneta* D. *Marci*, teste Catalogo, cod. CCCCXV. membran. omnes *Ifocratis* orationes. — *Ibid.* secundum *Tomasini* bibliothecas *Venetas* msstas, p. 16. in biblioth. S. *Antonii*, *Ifocr.* orationes: pag. 42. in biblioth. *Bessarionis* plut. 21. eadem. — In biblioth. *Ambrosiana Mediolan.* auctore *Montfaucon* in diario italico p. 16. pauca *Ifocratis* et eodem auctore pag. 367. *Florentiae* in monasterio.

In biblioth. *Medicea Florent.* teste *Bandinio*, tom. I. pag. 547. cod. XXIV. plut. IV. oration. XI. — ad *Demonicum* tom. II. p. 261. cod. XIX. et p. 381. cod. VIII. et p. 568. cod. VII. cum vita auctoris, et tom. III. p. 104. cod. VIII. — ad *Nicoclem*, tom. II. p. 381. cod. IX. — *Nicocles* p. 382. cod. X. — oratt. XIII. cum argumentis etc. tom. II. p. 442. cod. V. — oratt. XXI. tom. II. pag. 447. et 449. cod. XII. et XV. — oratt. III. tom. II. pag. 541. cod.

*Vol. II.*

Hh hh h

XXIV.



XXIV. — orat. contra Sophistas ibid. p. 568. cod. VIII. — laudatio Archidami ibid. p. 678. cod. III. — oratt. XI, quarum vltima de permutatione longior est, quam in editis, et aliena forsan habet inserta; tom. III. p. 395. vbi specimen exhibetur, cod. XIV. — Epistolae octo, tom. II. pag. 678. cod. IV. Sententiae, ex orat. ad Demonicum excerptae, tom. III. pag. 325. cod. XXI. et cod. XXII.

In biblioth. *Scorialensi* in Hispaniis teste *Plüer* in itineralio etc. pag. 178. Isocr. oratio ad Demonicum.

In biblioth. *Vindobonensi*, secundum *Lambecii* commentar. vol. VII. p. 232. cod. LXVI. nr. VI. Isocr. ad Demonicum. — indice autem *Nessio* in Catalogo, part. IV. p. 4. cod. III. membr. *Isocr.* oratt. ibid. p. 144. cod. CCXCVI. anonymi exegetis in II. oratt. ad Demonicum et *Nicolem.* ibid. p. 149. cod. CCCXI. or. ad Demonicum.

In biblioth. *Breslauensi* multa esse Isocratis, tradit *Kranz.* in Memor. biblioth. publ. *Wratilau.* pag. 88.

In biblioth. *Augustae Vindel.* *Isocr.* paraenesis. — *Noribergae* in biblioth. *Solgeriana*, nunc publica, *Isocratis* scripta varia, latine facta, cod. membran. saec. XIV. vid. *Solgeri* Catalog. biblioth. tom. I. pag. 221.

In biblioth. *Bavarica*, *Monachi*, teste catalogo, in cod. CCXXVIII. *Isocr.* orat. ad Demonicum et excerpta ex orat. de pace, et in cod. membr. CCLXII. *Isocr.* orationes. Quia plurimos, credo, codices, quos *Montfaucon* in Bibliotheca bibliothecarum MSS. nominat, iam enumeravi, satis erit, eos, quibus videbitur necessarium, ad illum ablegare. Progredior ad enumerationem

#### e d i t i o n u m.

Princeps illarum et posterioribus editoribus parum cognita, est ex codice biblioth. *Laurent. Mediceae*:

*Isocratis orationes, graece, curante Demetrio Chalcondyla. Mediolani per Henr. Germanum et Sebastian. ex Pontetremulo, sumptibus Barth. Scyafi et Vicentii Halipranti, Barth. Rozoni. 1493. fol.*

Vid. Catal. *Bünau.* vol. I. tom. I. p. 106. Catal. bibl. *de la Valliere* nr. MMCCXXXVII. *Bandinium* in Catal. MSS. graec. biblioth. *Laurent.* vol. II. p. 446. *Creuennae* Catal. vol. III. pag. 61 sq. *Bure* bibliographie instructive, B. L. tom. I. nr. MMCCCXLIII. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. I. p. 64 sq. not. 5. et part. II. pag. 559. vbi notat, in calce describi typographicum symbolum cum litteris *V. S.* quo symbolo vsum fuisse *Vlodericum Scinzenzeler* obseruat; atque *Saxius* in historia litteraria typograph. *Mediolanensi* pag. 592. idem obseruat et putat, *Henricum Germanum* non alium esse, ac *Vlodericum Scinzenzeler.* In epistola *Graeuii* tom. IV. *Sylloges* *Burmanni.* p. 671. *Chalcondylas* male vocatur *Georgius.* — *Ibidem*, n. *Mediolani*, eodem anno, 1493. eodem curante *Demetrio Chalcondyla* prodiisse editionem in forma, quam vocant, octaua, s. *octonis*, quae nihil differat ab editione in forma maxima, sed raritate illam superet, putabant *Riue* et *Auger.* eaque se vsum esse profitetur *Augerius*, in praefat.



praefat. pag. V. at valde deceptos fuisse illos, docuit *Bure*, ut in fine huius paragraphi indicabitur pag. 799. [add. Periergi Deltophili f. Com. Rewiczky Bibliotheca pag. 33 sq.]

*Isocratis orationes, Alcідamantis contra dicendi magistros, Gorgiae de laudibus Helenae, Aristidis de laudibus Athenarum, eiusdem de laudibus urbis Romae.* In calce: Venetiis apud Aldum et Andream Socerum. Mense Aprili. 1513. fol. graece.

Addita sunt excerpta ex Lexico Harpocratonis. Aldina edit. sic discrepat quibusdam locis a Mediolanensi, ut non potuerit ex eodem fonte provenire, et ex alio codice ducta sit. Neque vero aequae correctae, ac Mediolanensis, exiit praelo. Haec est secundum quorundam indicium, tertia pars rhetorum graecorum, ab Aldo editorum, et separatim quoque vendita. Attamen Alcідamantis oratio, in fronte primae et tertiae partis nominata, exstat tantum in prima parte. vid. Serie dell'edizioni Aldine — II. edizione, (cura cel. Morelli,) in Padova, 1790. 12. p. 33 sq. adde supra, ad editionem *Lysiae* Aldinam ex Hauptmanni libello adnotata: de *Bure* Bibliographie instructive, belles lettres, tom. I. nr. MMCCCXXXIX. p. 93 sq. *Crevenna* in Catalogue raisonné, vol. III. p. 60. qui in descriptione tomorum discedit a *Burio*, et formam atque seriem orationum aliter designat. — *Bure* l. m. nr. MMCCCXLV. et *Goetz* in Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 336. memorant aliam eamque diuersam editionem Aldinam, quae fuit quoque in biblioth. Askew. et Fabriciana part. I. pag. 115.

*Isocratis orationes, nec non Alcідamas, Gorgias, Aristides et Harpocraton.* graece. Venetiis. Aldus, 1534. fol.

*Isocratis orationes* latine: *Io. Lonicero interprete*, Basil. apud Andream Cratandrum. 1529. fol. — Marpurg. 1540. 8.

*Isocr.* de regis muneribus, lat. vers. a *Stephano Nigro*, cum aliis opp. Mediolan. 1521. vid. Maittaire A. T. tom. II. pag. 613.

Ex Aldina editione fluxerunt *Isocratis orationes* Hagenoae, ex officina Seceriana, 1533. 8. (in bibl. *Pinell*. tom. II. p. 177. ubi plures *Isocratis* Opp. editt. indicantur:) — *Oper.* gr. Francofurti, 1540. 8. — *Isocr.* oratt. cum *Gorgia* et aliis, gr. Hanou. 1543. 8. apud Alterum ad Harwood. — gr. Venetiis ex officina Farreana, 1543. 8. (num sit eadem, quae in Catal. biblioth. Barberinae v. *Isocrates* signatur Venet. 1534. et operae in anno peccarint, nec ne, et omnino diuersae, equidem nescio,) — Basil. 1546. 8. gr. — Venetiis, cum *Aristidis* encomio, Romae, 1544. 8. in biblioth. Sarraz. pag. 83. — ibid. gr. Petr. Nicol. Sabiens. 1549. 8. Vide *Goetzii* Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 356.

*Isocratis orationes, partim doctorum virorum opera, partim meliorum exemplarium collatione, nunc demum multo quam antea emendatiores excusae; quibus iam quoque praeter aliorum editionem acceperunt eiusdem Isocratis epistolae; atque Harpocratonis et Suidae difficultiorum apud eundem locorum explicatio; graece.* Basileae apud Michael Isingrinum. 1550. 8. [In Catal. bibl. Paris. reg. 1555. 8.]

Notitiam edit. debeo *Maittario* in Annal. typogr. tom. III. p. 590. quare, non et quatenus editor officio satisfecerit, et steterit a promissis, definire nequeo. Sed critica esse videtur. confer infra, de edit. Basil. 1565.

*Hieronymi Wolfii*, Oettingensis, merita aduersus *Isocratem* haud leuia sunt; nam non solum bis vertit *Isocratea*; sed etiam textum graecum e codice Fuggeriano et antiquioribus editt.

Hh hh h 2



editt. praeter Mediolanensem, collatis, emendauit, aut e cod. praecipue multas lectiones adtulit, multasque castigationes et coniecturas, editori futuro perpendendas, suppeditauit: id tamen illi vertitur vitio, quod contextum frequenter mutauit ex ingenio, et contra editiones antiquas abusus est apostrophis. Ex eius autem recensione toties excusus est et repetitus contextus gr. isque modo versione destitutus latina, modo locupletatus, ut non solum usus et amor maiorum nostrorum erga Isocratem insignis inde pateat; sed ego quoque verear, ut omnes indicare possim editiones; neque tamen, quia plerumque sunt merae, nec raro vitiosae, repetitiones, ex omissione vnius alteriusque plurimum editt. Wolfianarum magna, credo, iactura enascetur.

Primum versionem Isocratis latinam edidit Basileae apud Oporinum 1548. fol. eo tamen orationum ordine, qui est in editt. Mediolanensi atque Aldina, seruat, addita epistolarum versione, castigationibus et commentario: quam versionem postea sic correxit, ut omnino noua dici potuerit. vid. *Hier. Wolf.* in commentario scripto ann. 1570. de vita sua, in *Reiskii orator. graecor.* vol. VIII. p. 833. vbi ipse iudicat de hac prima sua versione, et deinceps aliquoties, p. 847. de altera edit. graeco-latina, p. 867. de editione noua minus correctae, et commentariorum praetermissione, p. 869. p. 874. de VI. edit. agit, et cel. *Morus* praefat. in notitia codd. et editt. Isocratis p. XIII sq. — Atque emendata illa *verso* una cum *textu graeco*, primum, ordine orationum ad argumenti similitudinem mutato, adiectisque epistolis, prodiit, ut ex praefatione, Lutetiae Parisiorum scripta, tom. I. p. 694. adparet, anno 1551.

Melior latina versio, (quam tamen postea iterum iterumque correxit, ut ex eius commentariis de sua vita et narratione, editt. minoribus subiecta, de Isocrate, eiusque versione latina cognoscitur) separatim exiit praelo:

*Isocratis orationes et epistolae, de graeco in latinum pridem conuersae, nunc recognitae per Hieronymum Wolfium, Oettingensem*, Lutetiae, ex officina Michael. Vascosani, 1553. 8. — Basil. 1558. 8. — de integro conuersae et quartum editae: addita vita auctoris et index. August. Vindel. 1566. 8.

*Isocr. graece* prodiit Basil. 1553. 8. (v. *Goetzi* memor. bibl. Dresd. tom. II. pag. 356 sq. vbi plures Isocratis editt. recensentur.) 1555. et 1561. — gr. et lat. apud Oporin. sine anni nota.

*Isocratis orationes, partim doctiorum virorum opera, partim meliorum exemplarium collatione, nunc demum multo, quam antea, emendatiores excusae. Adieci quoque Hieronymi Wolfii, Oettingensis, non omnium modo orationum argumenta, sed et marginum annotationes. Quibus iam quoque, praeter aliorum editionem, accesserunt eiusdem Isocratis epistolae atque Harpocratonis et Suidae difficiliorum apud eundem diffionum explicatio.* Basileae, per Thomam Guarinum. 1565. 8. graece.

Eadem esse videtur et iterata editio, quam ad an. 1550. 8. memorauimus, nisi ut huic accesserint Wolfii argumenta et adnotationes, tum rhetoricae, tum, quae paucae sunt, criticae s. Wolfii coniecturae. Ex Aldino autem exemplo est textus graecus, ut videtur, plerumque repetitus. — *recul. mendis typographicis maximam partem sublatis*, ibid. 1571. 1579. 8.

Wolfia.



Wolfiana recensio frequenter exercuit praela Oporini: gr. et lat. 1558. 8. — gr. 1561. — gr. et lat. — 1565. — 1567. Tom. II. — 1570. 8. in bibl. Bodleiana, et Pinell. — 1571. 8. graece 1579. 8. — gr. et lat. 1582. 8. in fine: vita Isocratis e Plutarcho, Dionysio Halicarn. et Suida, gr. ac lat. tum Wolfii narratio de vita Isocratis et orationum eius diuisione suaque interpretatione; multa de suis fatis acerbis immiscuit, et aliorum enumerat versiones latinas, easque plures, quam commemoravi, denique subiecit veterum et recentiorum de Isocrate iudicia, atque indicem. — 1587. 8. — 1594. 8.

Inter ea *Wolf.* maiorem editionem, cum commentario grandi, saepe nugaci, in quo aliquoties res plane alienae pertractantur, molitus, eam luci exposuit:

*Ἰσοκράτους ἅπαντα.* *Isocratis scripta, quae quidem nunc extant, omnia, graeco-latina, postremo recognita: adnotationibus novis et eruditis illustrata, castigationibusque necessariis exposita. Hieronymo Wolfio, <sup>u)</sup> Otingensi, interprete et auctore. Additi sunt rerum et verborum locupletissimi indices.* Basileae, ex officina Oporiniana. 1570. fol.

Prior tomus continet opera Isocrateae, gr. et lat. posterior primum adnotationes, tum a pag. 804. castigationes, ad quas scribendas vsus est edit. Aldina, Haganoensi Seceriana, Francofurtensi Brubachiana et Oporiniana Basileensi, at in plerisque consentientibus, et lectionibus cod. Fuggeriani. Paucis proponit suas emendationes atque coniecturas. conf. *Io. Fabricii* histor. bibliothec. Fabric. part. III. p. 228 sq. *Schirachii* disp. I. de Isocrate p. 28 sq. — Praetermisso commentario crebrius prodit Isocrates ex recensione Hier. Wolfii, vt paullo ante iam vidimus. Praeter ea, gr. Francofurti, 1598. 8. — gr. et lat. *Basil.* 1602. 8. 1613. (1614. in Catal. Vffenbach. tom. I. pag. 647.) 8. Paris. 1603. 1615. 8. — *Geneuae*, 1618. 1621. 8. 1636. 8. — sumt. Samuelis Crispini, Geneu. 1609. 8. — Paris. 1621. 8. gr. et lat. quam edit. valde laudat Harwood. — Geneu. apud fac. Crispinum, 1642. 8. — *Cantabr.* apud Io. Hayes, 1686. 8. (al. 12.) — Aliis, vt videbimus, editionibus adhaeret interpretatio Wolfiana.

Recensionem Wolfianam *Stephanus* interdum reliquit, et vel Aldinam reposuit lectionem, vel singularia admisit in nitida editione:

*Isocratis orationes et epistolae (IX.) cum latina interpretatione Hier. Wolfii, ab ipso postremo recognita.* *Henr. Stephani in Isocratem diatribae VII. quarum una observationes in eundem examinat. Gorgiae et Aristidis quaedam, eiusdem cum Isocraticis arguunt, Guil. Cantero interprete.* Excudebat *Henr. Stephanus.* 1593. fol.

*Isocratis oratt. et epistolae, gr. et cum latina H. Wolfii interpretatione.* *Geneuae*, apud Paul. Stephanum. 1604. 8. (*Maittaire* A. T. III. p. 845. in bibl. Akmelouenii pag. 283 in Comitibus Thott. bibl. tom. IV. pag. 258. quam editionem Thom. Popeblount atque Hallerfordius in bibliotheca curiosa adfirmant esse optimam) — rec. *Geneuae* 1651. 8. — cum *H. Stephani* praef. ad Marc. Fuggerum, Geneu. 1618. 8. — *Oratt. et Epist.* gr. London. apud Hh h h h 3 haere-

<sup>u)</sup> *Matthaeus Dresserus* in oratione de Hieronymo Wolfio, edita Lipsiae 1582. 8. narrat, illum pro Isocratis interpretatione a senatu Augustano tu-

lisse praemium centum Ioachimicorum, vti pro commentario in Cic. de officiis Aureos quinquaginta. consules quoque Wolfii commentar. de sua vita.



haeredes Io. Norton. 1615. 8. haud pulcra est editio, quamuis habeat H. Stephani insignem: meum quidem exemplar caret latina versione; quare, num *Harwood* in: Uebersicht etc. recte scripserit, additam esse versionem latinam, valde dubito. — Idem *Harwood* vituperat editionem *Isocr.* Colon. Allobrog. 1618. 8. —

*Eaedem*, eodem interprete, Paris. apud Io. Libert. 1615. — 1621. 8.

*Eaedem*, gr. et lat. cum interpretatione interlineari, cura I. T. A. Paris. apud Sebast. Chappellet. 1621. 8. — 1631. 8.

Feruor quantus fuit superioribus saeculis in Isocrate certatim edendo interpretandoque, tam cito deferbuit, vt integrum seculum admodum paucas proferret editiones nouas.

*Isocratis* orationes selectae, (Paraen. ad Demonic. ad Nicodem de regno. Nicocles, Panegyricus, Euagoras, Panathen.) gr. per Phil. Fletcher. Oxon. 1726. 8.

*Isocratis oratt. VII. epistolae (IX.) graece et lat. codicibus mstis nonnullis et impressis melioris notae exemplaribus collatis, varias lectiones subiecit, versionem ucuam, notasque ex Hier. Wolfio potissimum desumptas, adiunxit Guil. Battie.* Cantabrig. typis academ. 1729. 8. (v. supplement. Act. erudit. Lips. tom. X. sect. 2. pag. 52 sqq. vbi de quibusdam locis differitur.) — secundis curis, Londin. 1749. 8. Eodem anno prodiit vol. II. quod XIV. comprehendit orationes. Duo autem volumina communem sortita sunt inscriptionem:

*Isocratis Opera, quae quidem nunc extant, omnia. Varias lectiones, versionem nouam ac notas adiunxit Gulielm. Battie.* Londini, C. Davis etc. vol. I. II. 1749. 8.

Battie ad manus quidem habuit quinque Oxoniens. et duo Harleianos codd. mstos, ac eruditus parum probauit facultatem, operam atque doctrinam suam: Wolfianam sequutus est recensionem; apostrophos crebro posuit contra libros vetustos: notae autem sunt plerumque ex Wolfii adnotationibus excerptae. Versio noua est minus culta.

*Isocratis opera omnia, gr. et lat. cum versione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et notis, edidit Athanas. Auger.* — Paris. sumtibus editoris excudebat Franc. Ambr. Didot l'ainé. III. tom. 1782. 8.

Multa bene praestitit: plura tamen debuerat praestare tot subsidiis editorum omnium meliorum, et scriptorum Isocratis opusculorum, de quibus in praef. ad vol. I. differit, egregiis instructus. Saepe mutauit e libris suis contextum gr. et nouam dedit recensionem; nouam quoque versionem latinam, in qua concinnanda nec Wolfium, nec Battie penitus sequutus est, aut plane deseruit. In notis breuibus de varietate lectionis et critica vnice propere odum sollicitus, res ex antiquitate atque historia, vnde tamen saepissime lucem desiderant, et, vti Morus praeclarum dederat in Isocratis panegyrico specimen, vnicum auxilium editor petere debuit, explicare atque interpretari, plane neglexit. Bene autem fecisset editor, si ex suo et editoris Cantabrigiensis adparatu omnem lectionis varietatem notasset. — Epistolam ad Archidamum recepit; at editionem Matthaei ignorasse videtur. Censor in *Ephem. litt. Lips.* 1785. pag. 15. multa culpae in hac editione.

Findeisen. spem nouae editionis fecerat.

H. Ste.



*H. Stephani* diatriben de nonnullis vocabulis et loquendi generibus, ab Harpocracione et Suida apud Isocratem obseruatis, suae Harpocracionis editioni subiecit *Iac. Gronouius*, Lugd. Bat. 1694. 4. *Harl.*]

*Michael Neander* in phraseologia Isocratis graeco-latina. Basil. 1558. 8. sub titulis CCLXIII. phrasas ac formulas loquendi, Isocrati familiares, digessit.

*Ioh. Paludani* sententiae ex Isocrate selectae, Gandavi 1551. 8.

Phraseologiam Isocratis graeco-latina edidit in 8. *Georgius Murbachius*, S. I.

[*Isocratis sententiae graeco-latinae*, additis, vbi operae precium visum fuerit, annotationibus, notatisque locis, ad quos illae, (quantum quidem necessaria breuitas passa est) non incommode referri posse videantur. Accessit et vetus gnomologia, latina tantum, in eorum gratiam, qui, neglectis Graecis, breuitatem amant; vna cum gemino indice locupletissimo. Basileae, ex officina Heruagiana, per Eusebium Episcopium, 1572. 8.

Prolegomenis Hieronymi Wolfii, Augustae Vindelicorum XIX. Maii 1571. exaratis, subscripserunt *Georgii Vuolfii* filii, *Hieronymus*, vtriusque linguae in Augustana schola Professor, et *Hainricus*, philos. et medicinae doctor, physicus Noribergensis. *Harl.*]

Isocratis orationum omnium analysi, auctore *Conrado Clausero*, Basil. 1558. 8. ex officina Oporini.

[*Augerius* libro mensiuo, *Journal des Scavans*, mens. Februar. 1781. 12. pag. 336 sqq. inseruit dissertat. de insigni lacuna quadam in oratione, Panathenaicus, quam *Sophianus* in suo codice, (vide supra in recensione orationum nr. 12.) habuisse pleniorē fertur, auctore *Scaligero*. Sed *Stephanus* in sua editione nihil de illa dicit. *Auger.* igitur excitat V. D. ad inuestigationem codicis illius *Sophiani*. Idem in memorata dissertatione pag. 345., dein in praef. ad suam editionem Isocratis, tom. I. pag. 5. narrat, Abbatem *Rive* communicasse cum ipso exemplar editionis in *offauo*, item *Mediolani*, a. 1493. eodem curante *Demetrio Chalcondyla* factae, quae nihil prorsus ab ea editione, quae est in folio, differat, et hucusque plane incognita fuisset. Eaimvero et *Rive* et *Augerius* decepti fuerunt. Nam est circumcisum exemplar maioris editionis in forma maxima, vt clare commonstrauit *Guill. de Bure* in: *Avertissement*, s. programme, quod praefixum est tom. I. Catalogue des Livres de la bibliotheque de feu M. le Duc de la Valliere, (Paris. 1783.) pag. XXI sqq. — adde de Isocrate *N. Krieger* de incalescendi modis §. 7. *Reusch.* de Cicer. partitione, pag. 41.

Versiones latinas et alias singularum orationum iam supra, suo quaque loco, indicavimus. *Italicam* omnium orationum a *Petro Carrario*, Doctore Patauino, Venetiis 1555. 8. factam, cum versionibus singularum oratt. italicis vberius recenset *Paitoni* in: *Biblioteca degli autori antichi etc.* tom. II. pag. 192 sqq. — *Gallica* orationum ad *Nicoclem*, *Denion*. *Nicoclis* et partis *Xenophontae* *Cyrop.* traductz de Grec en François par *Loyse le Roy*, cum notis Paris. par *Vasosan.* 1558. 4. antea eadem cum *Demosth.* tribus oratt. *Olynthiac.* ibid. per eundem 1551. 4. — per eundem *Ludouicum* regium. Paris. apud *Fred. Morel* 1579. 8. vid. *Maitt.* A. T. III. pag. 744. et indicem tom. V. part. I. pag. 525. et tom. II. pag. 201. — *Gallicam* operum Isocrat. versionem cum dissertationibus confecit et euulgauit Abbas *Auger.* Paris. 1781. tom. III. mai. 8. Idem edidit: *Pensées morales d'Isocrate*, extraites de ses Oeuvres et traduities, Paris. 1782. 12. Comparauit libellum ad *Demonicum* cum *Epicteto*, et in notis



notis sententias Isocratis exemplis historiae, tum antiquioris, tum recentioris illustravit. adde *Goujet* bibl. franc. part. III. cap. I. tom. II. pag. 273 sqq. — *Anglice* quaedam orationes conuersae prodierunt 1557. 8. [cf. cl. de Blankenburg. ad Sulzeri Theor. Art. tom. IV. p. 27 sq. vbi Dinsdali versio aliquot orat. anglica 1752. laudatur, et Gillies Lyfiam et Isocratem (nisi is sit Isaeus) vertisse 1778. 4. dicitur; et de deperditis Isocr. orat. *Vatry* Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XIII. pag. 162 sqq. idemque Hist. de l'Acad. d. Inscr. T. XII. *Beck.*]

Ex Iudo *Isocratis*, quem amplissima schola floruisse iam vidimus, prodierunt oratores aliique, ingenii doctrinaeque laude insignes: neque incommodum, immo vero propter temporis ordinem opportunum esse videtur, aliquot praeclaros, aut memoratu dignos homines hic producere. Plures quia iam enumeravit *Ruhnken.* in historia critica oratorum gr. co breuioribus esse nobis licebit.

APHAREVS, Isocratis privignus et per adoptionem filius, orationes quasdam scripsit. Suid. in v. Eius orationem *προς Μεγακλείδην περί της αντιδόσεως* laudat *Dionys. Halicarn.* in *Isocrate* pag. 102. *Ruhnken.* pag. 67.

ASTYDAMAS maior, Isocratis discipulus, qui postea ad scribendas tragoedias se contulit. vid. Suidam h. v. supra in Notitia Tragicorum deperditorum h. v. pag. 289.

COCCVS, Atheniensis, Isocratis discipulus. Suid. in voc. De loco *Quintil.* I. O. lib. XII. cap. 10. pag. 1090. ed. Burm. v. ibi Turneb. et *Ruhnken.* pag. 64.

De CEPHISODORO iam supra paullo ante recensitionem codd. et edd. quaedam notauimus.

CRATES, Trallianus. *Diogen. Laert.* IV. 23. *Ruhnken.* pag. 86.

EPHORVS, Cumanus, v. *Cic.* Orat. 51. et 57. *Strabon.* XIII. pag. 924. ed. Almel. vbi Ephorus, patria Cumanus, vir memoria dignus et auctor historiae atque de inuentionibus dicitur. Idem saepius memorat, laudat et culpat Ephorum. Scripsit autem de Homero, v. supra, lib. II. cap. 1. §. 3. pag. 321. vol. I. et lib. II. cap. 5. L. pag. 512: vbi alia historica et philosophica litteris consignasse dicitur. Idem scripsit de Heraclidis, v. cl. *Heyne* ad *Apollodori* biblioth. pag. 494. ex libris historiarum, quarum librum XXX. citat *Athenaeus* VI. pag. 232. cuius locum emendat *Heyne* l. c. pag. 650. adde eundem pag. 927. de iis, quae notauit *Ephorus.* Scripsit quoque de inuentis, *Περὶ ἐυρημάτων*, v. supra, libr. II. cap. 15. pag. 150. vol. II. ad quae pertinuisse videntur ea, quae ille de origine litterarum apud Atticos reliquisse dicitur a Schol. Marcian. ad Homer. *Iliad.* η. 185. Epitomen Herodoti concinnasse illum, refert quidem, at male, Suidas voc. *Θεόπομπος*, nam locus fuit corruptus, ideoque a Meursio et *Ruhnkenio* l. c. pag. 88 sq. correctus. conf. vol. II. pag. 333. not. t. Num autem peripateticis philosophis accenseri possit, incertum videtur Fabricio infra lib. III. cap. 11. in catalogo Peripateticorum h. v. Plura vide de *Ephoro*, eiusque filio *Demophilo*, item historico, apud *Ionsum* de scriptor. histor. phil. lib. I. cap. 9. §. 2. pag. 50 sq. et *Heynium* Commentatt. Soc. Gött. VIII. pag. 107 — 109. adde supra pag. 355.

LEODAMAS, Acharnensis, insignis orator, qui et alios in iudicium vocauit, et ipse aduersatus est: de quo copiosius *Ruhnken.* pag. 63 sq.

NAVCRATES, vel NAVSICRATES, (non *Naucratis*) Erythraeus, magistri sui, Isocratis, exemplo excitatus, orationes confecit funebres. v. *Cicer.* de Orat. II. 23. III. 44. *Dionys. Halic.* in arte pag. 39. et de Isaco pag. 111. aliosque, a *Tayloro* in lectionn. *Lyfiac.* cap. 3. pag. 232 sqq. ed. Reisk. et *Ruhnkenio* l. c. pag. 83 sq. citatos, partimque emendatos.

PHI



PHILISCVS, Milesius, discipulus Isocratis, et Timaei, historici, magister: scripsit, iudice *Ruhnken.* pag. 83. *Διμυνογίας* et Lycurgi vitam, ab Olympiodoro in commentario msto in Platonis Gorgiam laudatam. Ab aliis dicitur *Philistus* et commiscetur cum *Philiso*, siue *Philisco* Syracusano, vid. vol. I. lib. II. cap. 11. pag. 730. inprimis pag. 732. et in Catalogo Pythagoricorum vol. I. pag. 861.

POLVS, Agrigentinus, philosophus, sophista et orator celebris, discipulus Gorgiae Leontini, a quo non sine magno pretio eruditus est. v. *Philostrat.* in vitis Sophistarum libr. I. cap. 13. pag. 496. vbi *Olearius* in notis plura veterum de eo eiusque arte orandi loca congestit, *Meursium* ad Apollonium Dyscolum, *Vossium* de rhetorices natura et constitutione cap. 10. infra, libr. IV. cap. 32. vol. IV. pag. 486. inprimis *Mongitor.* in bibl. Sicul. rom. II. pag. 188 sqq. Scripsit *Τέχνην*, et, secundum Suidam aliosque apud Mongitor. de vocabulis librum, et genealogiam Graecorum ac barbarorum, qui ad Ilium militarunt, et quomodo unusquisque eorum illic obierit; nauiumque catalogum. — De *Polo* pythagorico v. in Catalogo Pythagoricorum h. v. vol. I. pag. 865.

THEODECTES, Phaselites, Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulus, scripsit *Apologiam Socratis*, quam laudat *Aristoteles* rhet. II. pag. 490. et 495. et aliam orationem, *Νόμος* inscriptam, apud *Aristotel.* ibid. pag. 994. aliaque. Conf. *Wormerium* in Polymathia cap. 9. pag. 61. et *Ionsum* de scriptor. hist. philos. I. 10. 2. pag. 57. *Ruhnken.* l. c. pag. 83. De eius certamine cum aliis in laudando Mausolo v. *Taylori* Lectionn. Lysiac. pag. 232 sq. ed. Reisk. plura vide de eo supra in catalogo Tragicorum deperditorum h. v. pag. 323 sq. infra libr. III. cap. 11. in catal. Peripateticorum pag. 312. lib. III. c. 7. pag. 201.

THEOPOMPVS, Damastirati filius, Chius, Isocratis discipulus celebratissimus. De eius et Ephori diuersis ingentis vid. *Ciceron.* de Orat. II. 23. ibique not. libr. III. cap. 9. sect. 36. *Quintil.* I. O. II. 9. 11. X. cap. 1. 74. Nam Isocrates de Ephoro atque Theopompo sic iudicauit, vt Theopompo frenis, Ephoro calcaribus opus esse diceret. Antea vero quam ad historias conscribendas se contulit, in palaestra oratoria se exercuit. Hinc in historiis componendis retinuit eloquentiae colorem. *Quintilianus* quidem I. O. X. 1. 74. *Theopompus*, ait, *his* (n. Herodoto et Thucydidi,) *proximus, vt in historia praedictis minor, ita oratori magis similis: vt qui, antequam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator:* idem igitur lib. IX. 4. 35. nimiam eius curam vitandi concursus litterarum insuauis culpat. Eius tamen scribendi genus mire laudat et ab infamia maledicentiae eum defendit *Dionys. Halicarn.* in Epist. ad Cn. Pompei. cap. 6. pag. 782 sqq. vol. VI. ed. Reisk. Vixit vero Philippi Macedonis, (cuius munificentiam erga illum inmemorat Sozomenus praef. historiae,) Alexandri et successorum aetate, secundum *Saxium* in Onomast. I. pag. 73. A. O. C. 3647. Olymp. CV. 3. ante C. N. 356. V. C. 396. *Ionsum* vero de script. histor. phil. I. cap. 9. §. 3. vbi et §. sq. de aetate scriptisque Theopompi agit, demonstrare studet, Theopompum floruisse quidem iam ante Olymp. C. sed vixisse adhuc Olymp. CXI. quod cum *Anaximene*, Lampsaeno rhetore, comite Alexandri M. qui patri, Philippo, Ol. CXI. 1. occiso, successit, teste *Pausania* El. II. et *Suida* in *Ἀναξίμενης*, magnas gessisset inimicitias. Maius tamen pondus addet iudicio, de illius aetate epistola ad Alexandrum. Causas forenses non attigit (*Cicer.* de Orat. II. 13.), sed multas demonstratiui ac suaserii generis scripsisse eum orationes; testatur *Dionys. Halic.*

*Vol. II.* liiii epist.



epist. ad Pompeium pag. 131. pag. 782. ed. Reisk. Ad suavorii generis orationes refert *Ruhnken.* in hist. cit. laudata pag. 87. (vbi de Theopompo agit) τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαίς, memoratas a *Cicerone* ad Attic. XII. 40. et ab *Athenaeo* VI. pag. 230. F. quas, quia formam epistolae aliquam haberent, vocauit *Athinaeus* XIII. pag. 595. A. ἐπιστολὴν πρὸς Ἀλέξανδρον, de qua tamen antea iam disputarat *Ionfius* de scriptor. hist. philos. I. 9. 3. pag. 53. Illa ipsa epistola referenda videtur *Ruhnkenio* inter ἐπιστολας ἀρχαίαις γραφομένας apud *Dionys. Hal.* loco cit. iterumque pag. 785. vbi *Sylburg.* malit ἀρχαίαις ex codicibus, quod probat *Vossius* de histor. graecis lib. I. cap. 7. pag. 30. intelligitque epistolas, quae missae essent ad Achivos. Enimvero *Ruhnken.* vnice veram esse iudicat *Valckenarii* emendationem, ἐπ. τὰς ἀρχαίαις γραφομένας, quo altera vulgatae lectionis interpretatio *Sylburgii*, antiquo stilo scriptas, ducere potuit. De Theopompi epitome *Herodoti* iam supra in cap. de *Herodoto* pag. 333. not. i sermo fuit. Eum ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς citat *Athen.* XI. p. 508. — Alia, in his quoque falsa, habet *Meursius* ad *Hesychium* Milesium pag. 185 sqq. Ceterum hic inserere atque amplificare commodum erit, quae *Fabricius* lib. V. cap. 38. vol. IX. pag. 434 sq. de scriptoribus in *Photii* bibl. censurae subiectis cod. CLXXVI. de Theopompo adnotarat. „Theopompi Ἱστορικοὶ λόγοι, *historiarum* de rebus Graecorum barbarorumque libri ex LVIII. tres et quinquaginta, quum iam *Photii* aetate non extaret liber sextus, septimus, nonus, vicefimus et tricesimus. [*Diodorus Sic.* lib. XVI. cap. 3. fin. tradit, Theopompum *historiarum* libros LVIII. confecisse, et addit, ἐξ ὧν πέντε διαφωνῶσιν, quod *Ionfius* et *Vossius* locis citatis interpretantur, ex quibus quinque interciderunt; *Rhodomanus* autem vertit, de quinque tamen inter haec discrepatur, hoc sensu, discordiam de vero eorum auctore intercessisse: quam expositionem *Wesseling.* in nota ad *Diodori* locum, 43. pag. 84. parum abest, quin amplectatur, et obseruat, *Diodorum* in *Philippi* rebus describendis Theopompi vestigia potissimum legisse. Atqui *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 92. περὶ Βακιδῶν citat nonum librum, qui locus est notandus, eademque iudicium de Theopompi ingenio narrandique ratione praebet: Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ ἐννιάτῃ τῶν Φιλippiκῶν, ἀλλὰ τε πολλὰ περὶ τῆς Βακίδος ἱστορεῖ παραδόξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανέσας ἐκάθην etc. Novus igitur liber *Diodori Sic.* aetate periisse nondum potuit, si *Eudocia*, aut is, ex quo auctor *Violarii* hausit, illum legit. Scholiastes ad *Luciani* Timona cap. 29. tom. I. pag. 142. ed. *Reitzii* citat Theopompum ἐν δεκάτῃ Φιλippiκῶ. Lib. XLIX. *Polybius* loco paullo post a *Fabricio* prolato; librum LV. *Stephanus* in Καρύα, libr. LVI. *Athenaeus* libr. XIII. 9. pag. 639. libr. LVII. *Stephanus* in Μεσσαπία laudant. Vario igitur modo inscriptio libri citata est, τὰ Φιλippiκὰ, Φιλippiκὸς etc. quod est argumentum, illam inscriptionem non a Theopompo ipso profectam esse, sed ab aliis, qui vel a maiore parte operis integri, Ἱστορικοὶ λόγοι inscripti, vocantur opus *Philippica*, vel libros, in quibus *Philippi* gesta potissimum exposita fuerunt, sic appellarunt. In *Eudociae* *Violario* pag. 230. Φιλικά ἐν βιβλίῳ 08 error typographicus pro Φιλippiκὰ esse videtur, et error numeri perperam repetitus. Historiae suae de rebus a *Philippo* gestis intexuit, teste *Diodoro Sic.* XVI. cap. 71. pag. 138. Olymp. CIX. 2. tres libros, qui res Siculas complectuntur, iidem tres libri, eodem auctore, numerabantur a quadragesimo primo vsque ad quadragesimum tertium. At primum, vt *Ionfius* l. c. et *Wesseling.* ad locum *Diodori* animaduverterunt, Theopompum, si, quod tradit *Theodorus*, cum ipso tyrannidis *Dionysianae* principio exorsus fuerit, non L. annorum, sed plus sexaginta, ambitum complexum esse; tum *Athenaeus* lib. VI. pag. 261.

A. et



A. et X. pag. 435. F. ex Theopompi lib. XXI. et lib. XXXIX. ac XL. talia citat, quae Dionysium maiorem eiusque familiam praecipue tangunt. Quae quum ita sint, res quidem dubia videtur. At enim nonne ex hac discrepantia colligere, aut suspicari licebit, libros, exceptis tribus intextis et a Diodoro significatis, reliquos, in quibus res Siculae aliaeque exponebantur, numero quinque, a nonnullis in dubium iuisse vocatos, ideoque a Diodoro Siculo haud numeratos, indeque Rhodomanni versionem robur aliquod accipere? Sed, qui, quid omnino verum sit, dicat, is nobis erit Apollo. Neque, illis deperditis, ex vltiore rei inquisitione multum auxilii lucrique est quaerendum. Ab historia philippica diuersa, aut initium integri operis fuisse videtur *Historia Graecorum*, *Σύνταξις Ἑλληνικῶν*, *XII libris contexta*, in qua, vbi desit Thucydides, inde scribendi exordium sumsisse, ab Olymp. XCII. 2. et cum praefio nauali, ad Caidum gesto, Olymp. XCVI. 2. absoluisse dicitur, teste *Diodoro Sic.* XIII. 42. pag. 573. (vbi Wesseling. in nota 37. quaedam contra Photium potissimum docte monet), et libr. XIV. 84. pag. 709. — Intexta quoque fuit narratio de demagogis atticis. v. supra ad §. 1. init. — Liber tamen, vel oratio *περὶ εὐσεβείας*, quam ex vulgari lectione schol. ad *Arifoph.* Au. 1354. Meursius ac Vossius Theopompo adscribunt, huic abiudicandus est, et Theophrasto, inter cuius libros ille a *Diogene Laert.* V. 50. recensetur, vindicandus, ideoque verba Scholiae sic corrigenda: *ὡς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας*, vt acute vidit *Ruhnken.* pag. 87 sq. Sed redeat oratio ad Fabricium et historiarum Theopompi libros.] Hodie vniuersos illos libros historiarum desideramus, quos Theopompus ipse quindecim *συχῶν* myriadibus computauit. *Menophanes*, (*Μηνοφάνης δὲ τις ὁ τὰ Θεοπόμπου διεξιών ἀρχαῖος δὲ καὶ ἐκ εὐκαταφρόνητος ἀνὴρ*) duodecimum Theopompi librum pridem scripsit excidisse, sine periisse, quem tamen lectum a se Photius testatur, atque argumenta eius exponit. [At Photium libri titulo deceptum esse, suspicatur *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* lib. XIII. pag. 573.] — De hoc Theopompo multa erudite, [quaedam falso] *Vossius* lib. I. de historicis graecis cap. 7. cui tantum addo, quod *δαιμόνιος μυθολόγος* adpellatur ab *Aeliano* III. 18. sine Variar. [ad cuius capitis initium conf. Schefferum et Kühn. pag. 242 sq. et ad finem, vid. notam Perizonii, pag. 252. ed. Abrah. Gronou.] et *Clemens Alexandr.* in limine Stromatum, Theopompum ac Timaeum ait, *μύθος καὶ βλασφημίας συντάττεν*. [Nec mirum; ipse enim Theopompus, teste *Strabone* lib. I. pag. 43. l. pag. 74. ed. Almel. disertè professus est, se in historia *fabular*, *μύθος*, narraturum rectius, quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellenicus et indicarum rerum scriptores, quod ridet Casaubonus ad Strabonis locum, et miratur, ab *Athenaeo* III. 8. eius fidem verique amorem tantopere commendari. Atqui ex Eudociae aliorumque locis patet, eum in narrandis fabulis historiisque et iudicio de rebus hominibusque ferendo saepe discessisse ab aliis.] Elatione atque altitudine orationis suae officere Theopompum, scripsit *Cicero* in *Bruto* cap. 17. Res Graeciae inde, vbi desinit Thucydides, coepisse persequi, praeter alios [e. gr. *Diodorum Siculum*, vti paullo ante vidimus,] docet *Polybius* lib. VI. in Excerpt. Peiresc. pag. 26. qui in eo reprehendit, quod, vbi ad Leuctricae pugnae tempus peruenit, rebus Graeciae valere iussis, sola Philippi, regis, gesta porro pertenuit. Idem libri XLIX. initium adponit pag. 21. ex quo scriptoris *ἀτοπία*, *ἀδυστολογωσίαν* atque in Philippum acerbiteratē perspicue cognoscere liceat, quam maledicentia Timaei solis inimicis asperioris longe maiorem, et ratione omni destitutam arguit, pag. 25 sq. quod de rege, quem in principio operis fuit adulatus, deinde in ipsius decursu et de ipso atque de eius amicis propudiosissima quaeque tradere non erubuit. De Theopompi plagis *Porphyrus* apud



*Eusebium* X. 3. praeparat. Ipse Theopompus, quum Isocratem, Atheniensem, et Theodetum Phaselitem, quos angustia rei familiaris coactos orationes pretio vendidisse, ait, Nancratemque Erythraeum et se, principatum eloquentiae in Graecia, non modo longe supra priorum temporum, sed suae quoque aetatis homines tenuisse adfirmasset, etiam tribus illis haud obscure se praetulit, magnamque laudem vbique per Graeciam publice verba faciendo partam a se, fuit gloriatus. Photius tamen longe aliter iudicat, statuitque, eloquentia ipsum licet nulli discipulorum Isocratis cederet, tamen non modo antiquioribus, Herodoto et Thucydide, quin et Hellanico ac Philisto, maxime vero Isocrate, cui plurima ipse et sodalis eius, Ephorus, debent, longe esse inferiorem. [Secus sentit in quibusdam Dionysius Halicarnassensis loco citato.] *Duris* quoque *Samius*, licet nec ipse eum superioribus comparandus, Ephorum ac Theopompum venustate carere prae antiquis illis scripsit. *Cleophanis Myrleoni*, (ita enim ex Strabone et aliis videtur legendum pro Cleochare Smyrleano,) in Συγκρίσεισ Isocratis cum Demosthene hoc fuit iudicium: τὰς μὲν Δημοσθενεῖς λόγους τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἰσικνέοναι μάλιττα σώμασι, τὰς δὲ Ἰσοκρατικὰς τοῖς τῶν ἀθλητῶν, hoc est, Demosthenis eloquentiam natua virtute, Isocraticam arte et studio praestare. Theopompi historias, rescissis, quibus abundabant, digressionibus, in libros sedecim Φιλίππειων contraxit *Philippus* iunior, rex Macedoniae, cui bellum illatum a Romanis A. V. C. 552. ante Christum 200. de quo multa *Liuius* XXXI. 6 sqq. — De *Theocrito* Chio, sophista, Theopompi aduersario, *Valesius* ad excerpta Peiresciana, pag. 4. — Haftenus *Fabricius*. adde *Taylor*. in lectt. *Lyfiacis* cap. 3. pag. 232 sq. de *Theopompi* laudatione *Mausoli* et *ectamine* cum *Isocrate*, quem vicisse se gloriatus fertur, et cum aliis; sed *Gellius* X. noct. attic. 18. dubitanter de ea re scripsit. *Gédoyn* in: *Mém. de littérature* — de l'acad. royale des Inscr. tom. XIII. pag. 235 — 246. dedit ex Photio *Abrégé de Théopompe*, cum notis, subiecta versione iudicii *Dionysii Halic.* de Theopompo gallica cum adnotationibus, in quibus pag. 243. ἐπιστολάς ἀρχαῖας Theopompi interpretatur epistolas, in quibus de rebus agitur antiquissimis): at nil novi, aut, quod ab aliis non iam dictum fuerit, siue criticam artem, siue historicam illustrationem spectes, adtulit. Labor autem ad fructum plenus foret, si quis et Theopompi fragmenta, quae in scholiis et commentariis ad Homerum aliosque, aut apud veteres historicos et alios sparsim occurrunt, diligenter et colligeret atque, quantum fieri potest, ordinaret face critica adhibita, et ea, quae veteres de eo tradiderunt, congereret, compararet atque legitime examinaret. Nam vel de eius fide atque iudicio dissentit antiquitas. *Maledicentissimum* eum vocat *Cornel. Nep.* in Alcibiade cap. 7. 1. *Dionysius Halicarn.* eum excusat. Stilum eius alii vituperant, (v. *Longinum* de subl. sect. 42. 3 sqq. vbi longum est fragmentum, et interpretes pag. 224. ed. Tollii quaedam adnotarunt,) alii laudant. conf. *Vossium* l. c. pag. 32 sqq. *Saxius* quidem in *Onomast.* I. pag. 74. prodit, *Franciscum Oudendorpium* olim collegisse atque illustrasse Theopompi fragmenta, eorumque editionem *H. Verheykium* in praefat. ad *Lexicon Batavo-latinum*, *Hannotio-Hoogstratenicum*, Amstel. et Lugd. Bat. 1771. 4. pag. 11. pollicium esse; sed, quantum equidem scio, ea in scriptis adhuc latent. adde supra in *Catalogo Comicorum deperditorum* h. v. et *Heringae*, *Observatt.* pag. 296. supra in *Thucydide* cap. 25. §. 2. Add. *Heyns* *Commentatt. Spc. Gött.* vol. VII. cl. philol. pag. 110 sqq.

THRASYMACHVS, Chalcedonius, Platonis et Isocratis discipulus, si fides est *Suidae*, sophista et rhetor. Scripsit rhetoricam et orationes. Eius *Dionys. Halicarn.* in libris  
rhetor.



rhetoricis aliquoties meminit. Pauca de eo dabit *Philostratus* de vit. Sophist. I. 14. plura vero *Olearius* in notis ad *Philostr.* p. 497. adde infra, libr. IV. cap. 32. circa fin. vol. IV. p. 488. *Harl.*

Antequam ad *Isacum* descendam, tribus verbis agere placet de GORGIA<sup>vv)</sup>, *Leontino*, *Siculo*, (vnde *Luciano* tom. II. pag. 313. dicitur *ῥητορὶς*, notante *Græuio*), principe *Scepticorum* ac *Sophistarum*, discipulo *Empedoclis*, [a quo non modo philosophiam, sed, id si verum est, artem quoque magicam accepisse fertur. vid. *Diogen. Laert.* VIII. 58. et quæ tum supra p. 808 sqq. in vol. I. de *Empedocle*, tum in proluss. de *Empedocle* disputavi.] *Iso-*cratis vero et *Alcidamantis* [aliorumque apud *Philostratum*, *Suidam*, *Eudociam* ac *Mongitorem*.] praeceptore, quem perstringit [P] *Plato* in *Gorgia*, [p. 281. B. coll. *Cicerone* de *Orat.* III. 32. et de *Finib.* II. 1. vbi. addit: *audax negotium; dicerem, impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset.*] Laudat *Philostratus* I. de *Sophist.* p. 496 sq. [p. 492 sqq. vbi plura congeffit *Olear.*] et p. 487. [481.] testatur, eum *Athenis* in theatro primum auditoribus dicere ausum *προβάλλετε, proponite, quodcumque vultis, dicendi argumentum*<sup>vvv)</sup>. Concinnitatem soni numerique in periodis confectatum notat *Cicero* in *Oratore*

l i i i i 3:

cap. 49 sq.

vv) *Gorgiam*, poetam, oratore vetustiore, ab *Aristotele* III. rhetor. innui, falso tradit *anonymus* *Græcus* scholiastes *Parisiis* editus pag. 51. b. Fuit vero alius *Gorgias*, rhetor, iunior, *Ciceronis* tempore, de quo vide *Plutarchum* in *Cicerone* p. 873. [*Ciceron.* filium ad *Thronem*, inter patris *Epist.* ad diuers. XVI. 21. ex hoc *Rutil.* *Lupus* p. 121. de quo *Gorgia* eiusque ætate librisque vide infra lib. IV. cap. 32. p. 483. doctèque disputat *Ruhnken.* in præfatione ad suam *Rutilii Lupi* editionem. *Harl.*]

vvv) De *Gorgia* quædam vide apud *Suidam* h. v. apud *Aelian.* V. H. lib. I. 23. vbi vid. interpret. p. 41 sq. edit. *Abr. Gronou.* (qui ex *Haimii* thesauro *Britan.* tom. II. p. 59. nummum memorat, a *Leontinis* in *Gorgiae* honorem cûsum, in cuius anteriore parte caput *Apollinis*, in posteriore vero cygnus conspicitur cum hac inscriptione *ΓΟΡΓΙΑΣ ΔΕΟ.*) tum lib. XII. cap. 32. de *Gorgia*, qui vestibus purpureis amictus in publico progredi suevit, coll. *Perizonii* nota, apud *Isidorum* *Pelusiota.* lib. II. epist. 42. plura apud *Eudociam* in *ῥητορ.* p. 100 sq. quæ quidem fere omnia hausit ex *Philostrato* de *Soph.* I. cap. IX. In primis consules *Mongitorem* in *Biblioth. Sicula* tom. I. p. 258 sqq. qui, quæ de *Gorgia*, eius ætate, ingenio, arte vera falsaque et *sophistica* ornandi, auctoritate, qua floruit, discipulis atque imitatoribus scriptisque notatu digna viderentur, paene occupauit copioseque exposuit. Idem haud paucos, qui de nostro egerunt, viros doctos, excitauit. Quare

lectores ad eum ablegamus. Eius ætatem refert *Porphyrius* apud *Suidam* ad *Olymp.* LXXX. sciendum tamen esse, scribit *Suidas*, eum esse antiquiorem: *Olymp.* LXXXVI. 1. eius ætatem adsignat *Hieronimus* in *Chronico* *Eusebiano*; sed vide notam *Vallarsii* pag. 509. Atqui ante illam *Olympiadem* floruisse, certum est, quoniam *Olymp.* LXXXVIII. 2. *Athenienses*, *Gorgiae*, legati, oratione permo, 250. triremes in *Siciliam* miserunt, ut *Leontinis*, aduersus *Syracusanos* bellantibus, opem ferrent, eoque consilio *Sicilia* potirentur. vid. *Diodor. Sic.* XII. 53. (vbi de eius vi variisque dicendis artibus inuentis nonnulla notat *Diodorus*; sed *Wesseling.* pag. 514. tom. I. not. 65. animaduertit, *Gorgiam* iam ante, quam legationem illam obiret, *Athenas* fuisse profectum; quod verum esse, postea perspicimus,) item *Corfini* fast. attic. tom. III. p. 235. et *Edw. Simson.* in *Chronico* cathol. ad illam *Olymp.* s. A. M. 3578. A. C. 425. Quare *Dodwell.* exerc. II. de ætate *Pythagoræ*, p. 218. haud rectè subducit rationes, *Gorgiam* natum esse *Olymp.* LXXX. Nam *Gorgias* fuit magister *Periclis*, qui teste *Diodoro* *Sic.* XI. 85. iam *Olymp.* LXXXI. 2. præfuit exercitui. Tum, quod ex *Philostrato* pag. 493. patet, *Gorgiam* *Athenienses* contra *Persas* incitasse, et eos, qui in pugna cecidissent *Salaminia*, facta *Olymp.* LXXV. 1. oratione celebrasse funebri, colligitur, veram esse opinionem *Wesselingii* de priore ante legationem *Gorgiae* *Athenas* profectio- ne. Hinc efficit *Petr. van Spaan* in diss. de *Antiphonte*



cap. 49 sq. et paullo intemperantius quidem hoc fecisse id. cap. 52. vbi testatur, Isocratem iuvenem auditorem fuisse in Thessalia Gorgiae iam senis. Imitatores eius fuere non pauci, ut Aeschines Socraticus, Proclus Naucratis, alique Philostrato notati; *Scopelianus* quoque, Sophista, quem idem *Philostratus* p. 519. [p. 518. edit. Olearii,] ait ὁμιλῆσαι Γοργίᾳ, hoc est, familiaria sibi eius scripta reddidisse, vbi interpret minus luculenter reddit: *cum Gorgia versatus est*: [Olearius vertit, *Gorgiam triuit.*] De dictione et charactere Gorgiae eiusque vitiis ac virtutibus vide [*Diodor. Sic. XII. 53.*] *Demetrium* περὶ ἐρμηνείας §. 12. 15. 29. et alios rhetores, tum *Menogium* ad Laertii lib. VIII. sect. 65. [*Vossium* de natura et constit. rhetoric. cap. XI. et passim in commentariis rhetoricis, *Mongitor. l. c. p. 259. Olear. ad Philostr. l. 9. Soph. de Gorgia, et cap. 13. de Polo p. 497. nr. 4.]* *Gerardum* item *Langbaenium* ad Longinum pag. 16 sq. editionis praeclaræ Tollianae, vbi inter alia e Troili, sophistae, prooemio rhetoricae MS. refert, Athenienses tamquam dies festos habuisse, quibus Gorgias dixisset, et orationes eius lampadas: Τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἐορτὰς ἐκάλεον, τὰς δὲ λόγους αὐτῷ λαμπάδας, ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ ἐκκρέεται τὸ σκοτὸς, ἕως καὶ συνετοὶ λόγοι τὴν ἀνοιαν. [Idem narratur a scholiaste ad *Hermogenem*, qui de Gorgia breviter agit, in Reiskii vol. VIII. orator. graecorum, p. 198. et infra lib. V. cap. 39. vol. IX. p. 592. tum in Prolegomenis in Aphthonium, editis a *Montfaucon*. in Bibl. Coisliniana pag. 593. vbi quoque p. 595. Gorgias πανηγυρίζων μόνον, (panegyricae solum peritus,) ἐήταε ἐκαλεῖτο. *Synes.* vero ep. 82. et 133. ψυχρὸν εἶπεν καὶ Γοργιάων. Ab illo autem ortae sunt formulae γοργιάζειν, Γοργεῖν et Γοργιάειν, de quibus vide *Cresoll.* theatr. rhetor. lib. I. p. 40 sq. et III. p. 333. *Schaeffer.* ad Ael. H. V. lib. II. 21. *Olear.* ad Philostrat. p. 493. Atque eloquentia sua insignem fecit quaestum. vid. *Plinium* H. N. XXXIII. cap. 4. et *Schaeffer.* ad Aelian. H. V. lib. I. cap. 23.] *Nicephor. Gregoras* p. 409. ad *Synesium* de insomniis ait, ἀρχαίαν Ἀσθίδας incipere a Gorgia, νέαν politiore ab Aeschine et Demosthene. conf. *D. Io. Cuvr. Danhauseri* Gorgias in Valeriano Magno Mediolanensi rediuvio. Argentor. 1652. 4. Orationes eius binae

ἙΛΕΝΗΣ ἘΓΚΩΜΙΟΝ et ΤΗΕΡ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥΣ ἈΠΟΛΟΓΙΑ exstant graece editae ab Aldo <sup>22</sup>) et H. Stephano [ac Reiskio vol. VIII.] cum aliis Oratoribus, latine autem redditae a Guil. Cantero ad calcem Aristidis. Basil. 1566. fol. [Canteri versio cum gr. textu edit. ab H. Stephano cum Isocrate, 1593. fol.] Confer *L. Strebacum* ad Oratorem Ciceronis p. 822. Gorgiae orationes tres legisse se Florentiae in biblioth. S. Marci ordin. praedicat. testatur *Constantinus Lascaris* apud Maurolycum. Meminit etiam Facellus. *Fabric.* ex *Mongitore* pag. 261 sq. *Gorgias* orat. de laudibus Helenae, graece. Venet. 1534. (teste *Catalog. biblioth. Barberinae* I. p. 844.) De codd. vid. ad Antiphonem, Lysiam etc. — Codicem mstum laudationis Helenae in biblioth. reg. Matrit. exstare, testatur *Iriarte* in *Catalogo mstorum* gr. illius biblioth. p. 384 sq. vbi addit, orationem illam quoque adhaerescere

Aphonte pag. 5. 6. f. in vol. VII. orator. graecor. edit. Reiskii, pag. 798 sq. adprobendam esse *Plinius* hist. nat. XXXIII. 4. narrationem, Gorgiam iam floruisse Olymp. LXX. quas rationes sequutus est *Saxius* in *Onomast. liter.* I. p. 32 sq. Gorgiae aetatem confert ad Olymp. LXXI. i. A. M. 3509. ante C. N. 494. V. C. 258. *Harl.* Egit de Gorgia copiose *Hardion.* diss. XI. de origine artis rhetor.

in Graecia, *Mém. de Litt. Tom. XIX. pag. 203 sq. Beck.*

xx) In edit. Aldina 1513. cum Isocrate est orat. de Helenae encomio: at inter orationes veter. rhetor. mens. April. eiusdem anni et in Stephani edit. veter. rhetor. 1575. pag. 187 sq. est apologia pro Palamede; vtraque in collectione Reiskiana. *Harl.*



rescere Isocratis orationibus, apud Morellum 1550. 4. editis et latinam *Vincentii Morinerii*, Hispani, versionem adhuc latere in seriniis. — Apologia pro Palamede num Gorgiae sit, addubitat *Fulvius Vrsinus* in Virgilio cum graecis scriptoribus collato, pag. 386. f. 450. ed. Valcken. *Harl.*

*Memorantur praeterea:*

Ὁ ἐπιτάφιος λόγος ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων Ἀθήνησιν πεσῶσιν. *Philostrat.* p. 497. [493. ibique Olear.]

Ὀλυμπικός, quem e gradibus templi dixit, fuasurus Graecis, ut missis intestinis dissidis arma communia in Medos et Persas conuerterent. *Philostr.* pag. 497. [p. 493. edit. Olear. cuius notas conferes.] et in Epistola ad Iuliam Augustam p. 887. et in Isocratis vita pag. 506. vbi notat, quod panegyricus pulcherrimus Isocratis orationum e Gorgia sit expressus. *Hieronymus* I. in Iovinianum: „Gorgias, rhetor, librum pulcherrimum de concordia Graecis, tunc inter se dissidentibus, recitauit Olympiae. Hic nobis, inquit, de concordia praecipit, qui se et uxorem et ancillam tres vna in domo concordare non potuit.“ Idem ad Pammachium tom. II. p. 73. „Legimus in scholis pariter et Aristotelea illa, de Gorgiae fontibus manantia; simul didicimus, plura esse dicendi genera: aliud esse γυμνασικῶς scribere, aliud δογματικῶς.“ *Fabric.* Citat illam, fragmento praeterea paruo ex ea seruato, *Aristotel.* Rhetor. III. cap. 14. p. 506. edit. Cantabrig. item *Pausan.* Eliac. II. siue lib. VI. cap. 17. (vbi nonnulla de Gorgia prodit,) pag. 495. *Harl.*

Πυθικός λόγος, quem dixit ex ara, vnde aurea ipsi statua posita in Pythii templo esset, cuius praeter *Philostratum* [p. 493. vbi vid. Olear.] meminit *Athenaeus* lib. XI. p. 505. *Fabric.* [Statuam illam auream plures celebrarunt, *Cicero* de Orat. III. 32. *Valer. Max.* II. 8. dictor. factor. memor. cap. 15. ext. 2. alique. *Plinius* igitur aliis errare visus est, qui lib. XXXIII. hist. nat. cap. IV. scribit, Gorgiam ipsum illam sibi Delphis in templo posuisse. *Pausan.* quoque in Phocicis, siue lib. X. cap. 18. fin. (vbi vid. Kühn. p. 842.) scribit, Delphis esse inauratam statuam, ἀνάθημα Γοργίᾳ τῇ Λεοντίῳ, ipsamque Gorgiae effigiem. Denique eundem sibi posuisse auream statuam, innuere videtur *Hermippus* in libro περὶ Γοργίᾳ apud *Athenaeum* XI. pag. 505. D. Sed Ciceronis narrationem, statuam illam vniuersae Graeciae decreto et publicis Graecorum impensis fuisse positam, amplectuntur *Maiores* in epistolicis, quaest. ult. et *Victor.* var. lection. lib. V. cap. 9. De alia Gorgiae statua, quam Olympiae dedicauerat Eumolpus, Gorgiae adfinis, vid. *Pausan.* in Eliac. II. siue lib. VI. 17. p. 494. ibique Kühn. adde *Mongitor.* l. c. et *Freytag.* in Decade oratorum et rhetor. graecorum, quibus statuae — — positae fuerunt p. 18 19.

Scripsit quoque *artem rhetoricam.* vide *Quintil.* I. O. lib. III. 1. 8. *Diogen. Laert.* VIII. 58. *Vossius* de rhetorices natura cap. 9.

Ἐγκώμιον εἰς Ἡλείας, encomium in Eleos memorat *Aristotel.* Rhetor. III. cap. 14. fin. p. 514. edit. Cantabrig.

*Iambos* a Gorgia scriptos fuisse, somniarunt *Mongitor.* et alii, quos est hic sequutus, decepti falsa interpretatione latina verborum apud *Philostratum* l. c. p. 493. πολλὰ γὰρ τῶν ἱερῶν βαίων



Βείων γοργιάδες n. Agathon; olim enim male vertebantur, iambicis plerumque Gorgias utitur, quum verti debeant cum Oleario, passim in iambis suis Gorgiam imitatur Agathon. Harl.]

Eius περὶ φύσεως σύγγραμμα, compositum Olympiade LXXXIV. laudat Olympiodorus MS. in Platonis Gorgias, apud Allatium p. 116. de scriptis Socratis. Idem liber praeterea titulum habebat περὶ τῆ μὴ ὄντος, illo enim Gorgias conatus est ostendere, nihil esse, vel si aliquid sit, ab homine non posse comprehendi, vel si possit, exponi [P] aliis non posse. Vide Sextum Empiricum VII. contra Math. pag. 149 sq. [sect. 65. et Tiedemann's Geist der spekultativen Philosophie pag. 362.]

[Ὀνομαστικόν τι βιβλίον a Gorgia Sophista conscriptum esse, Pollux libr. IX. sect. 1. statim ab initio prodit. Harl.]

Singularum rerum laudes, vituperationesque conscripsisse Gorgiam, testatur Cicero in Bruto cap. 12. quod oratoris iudicaret hoc maxime esse proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus adfligere.

Vitam produxit vsque ad annum aetatis CVIII. <sup>yy)</sup> quo cum iam flicernius finem sui temporis exspectaret, etsi morti non potuit, tamen infirmitatibus insultauit, ut ex Cincio Alimento refert Fulgentius in expositione antiquor. verborum p. 117. Hermippum <sup>zz)</sup> ἐν τῷ περὶ Γοργίου laudat Athenaeus lib. XI. p. 505. qui et libro XIII. p. 596. meminit alterius Gorgias, Atheniensis, qui scripserat περὶ τῶν Ἀθηνησὶ ἐταιρείων.

VI. ISAEVS, Atheniensis, siue Chalcidensis, ut alii, certe Athenis dicendi facultatem edoctus a Lysia et Isocrate, ipse Demosthenis magister, vnde de tempore, quo floruit, utcunque constat, quoniam accuratius aliquid de vita atque aetate eius, et quando obierit, tradere nec Dionysius Halicarnass. [in iudicio de Isaeo p. 586. (vbi vide notam Sylburg.) et sqq. vol. V. edit. Reisk.] valuit, nec Plutarchus, nisi quod aiunt post bellum peloponnesiacum claruisse, vsque ad regnum Philippi Macedonis <sup>aaa)</sup>. Fuit et alius Isaeus, iunior, iidem rhetor,

<sup>yy)</sup> Cicero de senectute cap. V. refert, Gorgiam centum et septem complens annos. Sed CVIII. tribuunt illi Philostrat. l. c. p. 494. Censorin. de die natali cap. 4. Lucianus in Macrobiis cap. 23. p. 225. tom. III. Reitz. vbi M. du Soul et Maius in motis plurimum diuersas de ultimo vitae illius annos narrationes congescerunt. CV. annos vixisse eum, prodit, addita tamen nota φασὶν, Pausan. Eliac. II. siue lib. VI. cap. 17. p. 495. alii plus minusue annorum eius aetati assignant: hinc, quando lucis usura frui coeperit, ad liquidum perducere nequit. Adde Mengitorem l. c. p. 261. vbi de eius frugalitate, cruda senectute placidoque obitu plura congest. Harl.

<sup>zz)</sup> Hic Hermippus composuit plures de vitis et viris illustribus libros, e. g. de Theophrasto, de

Isocratis discipulis, de Pythagora etc. vid. Menagium ad Diogen. Laert. II. 55. pag. 102. edit. Meibom. Harl.

<sup>aaa)</sup> Cl. Frid. Aug. Wolf. in prolegomenis ad Demosthenis orat. aduersus Leptin. p. CIX. adfirmat, plura fidem facere, Isaeum adhuc primis annis Philippi regnantis, i. e. Olymp. CV. non modo superstitem fuisse, sed et caussis scribendis operam dedisse, laudatque Iones. not. ad Isaeum anglice translatus, p. 162 sq. Saxius in Onom. litter. tom. I. p. 65. suspicatur, Isaeum vixisse circiter A. M. 3607. Olymp. XCV. 3. ante C. N. 396. V. C. 356. Hamberger in: Zuverlässig. Nachricht vol. I. collocat illius aetatem intra annos ante C. N. 431 — 359. Harl.



tor, patria Assyrius, de quo aequalis eius *Plinius* lib. II. epist. 3. [vbi vid. *Catan.* et *Corte*] *Philostratus* I. Sophist. [cap. 20. vbi conf. *Olear.* p. 512 sqq.] *Suidas*, et *Schol. Iuuenalis* ad Sat. III. 74. *Isaeo torrentior*. — Sub *Isaei* prioris nomine LXIV. olim lectae sunt orationes a *Plutarcho* et *Photio* cod. CCLXIII. sed qui quatuordecim ex illis spurias fuisse testantur. Quinquaginta genuinarum tituli, a *Meurfio* in *Bibliotheca Attica* collecti et a me ordine alphabetico dispositi hi sunt, e quibus decem [nunc undecim], crucis signo notatae et vniuersae in causis iudiciariis circa haereditatem adeundam versantes, adhuc exstant, et numerum ordinis, in editionibus obseruati, adscriptum habent.

† Περὶ τῆ Ἀγνίς κλήρε. X.

† Πρὸς Ἀγνόθεον. III. Vide infra in Ὑπὲρ τῆ Νικοστράτε κλήρε.

Περὶ τῆ Ἀλεξάνδρε κλήρε. *Harpocrat.* in Ὅτι παιδί. Sed Ἀριστάρχου pro Ἀλεξάνδρε legendum, docet *Meursius* II. 4. *Attic. Lect.*

Πρὸς Ἀνδοκίδην. *Pollux* VII. 2.

Πρὸς Ἀνσίβιον. Vide infra Πρὸς Λυσίβιον.

Πρὸς Ἀπολλοδώρον. *Harpocrat.*

† Περὶ τῆ Ἀπολλοδώρε κλήρε. VI.

Κατὰ Ἀριστάρχου. *Pollux* II. 4.

† Περὶ τῆ Ἀριστάρχε κλήρε πρὸς Ξεναίνητον. IX. Vide supra Περὶ Ἀλεξάνδρε κλήρε. [P]

Πρὸς Ἀριστογείτονα καὶ Ἀρχιππον. *Dionys. Halic.* in *Isaeo*. *Harpocrat.* in Ἐνσκευασμένην.

Περὶ τῆ Ἀρχιπόλιδος κλήρε. *Pollux* X. 1. sect. 15.

† Περὶ τῆ Ἀσυφίλε κλήρε. VIII. [*Harpocrat.* voc. Θιάσος.]

Πρὸς Βοιωτόν. *Harpocrat.* [voc. Κεραϊάδης. Quoties vero *Harpocrat.* oratt. *Isaei* laudauerit, indicatur in *Elencho* vett. scriptorum, ab *Harpocrat.* citatorum pag. 362 sq. edit. *Blancardi*.]

Πρὸς δημότας περὶ χωρίε. *Dionys. Halic.* in *Isaeo*. *Harpocrat.* in Σφηττός.

† Περὶ τῆ Δικαιογένεος κλήρε. IV.

Πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως. *Pollux* VII. 22. sect. 151. *Harpocrat.* in Ὅρον, Τοπῶν ibique *Blancard.* p. 332. Τρίπτηρα, et Σταφυλοβολῆον.

Πρὸς Διοφάνην ἀπολογία. *Harpocrat.* in Ἱερὰ ὁδὸς et saepius.

Πρὸς Δωρόθεον. *Harpocrat.* in Οὐσίας δίκη.

Κατ' Ἑλπαγόρε καὶ Δημοφάνε. *Harpocrat.* in Σύνδικοι et saepius, et *Etymol. M.* in Σύνδικοι.

Πρὸς Ἑρμῶνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία. *Dionys.* in *Isaeo*, *Harpocraton* et *Suidas* pluribus locis.



Ὑπὲρ Εὐμαθῆς. Dionys. Halic. in Isaeo, *Harpocraton* in voc. ἄγας etc. *Apostolius* VIII. 20. Prouerb.

Ὑπὲρ Εὐφιλήτε πρὸς τὸν Ἐρχιμένων δῆμον. Dionys. in Isaeo.

Περὶ Ἡρώωνος κλήρης. *Harpocrat.* in *Eis ἔω*. sed legendum *Κίρωνος*, [et sic prostat in edit. Blancardi. vid. *H. Valesii* not. ad loc. *Harpocrat.* pag. 24.]

Κατὰ Θεοτίμω. *Harpocrat.* in *Περγασῆθεν*.

Πρὸς Ἰσχόμαχον. *Harpocrat.* in *Χίλοις διακόσιοι*.

Πρὸς Καλλιμαχίαν. *Harpocrat.* in *Διασκευάσασθαι*.

[Πρὸς Καλλιμάχον παραγραφή. sed vide supra inter Isocratis orationes, nr. 18.]

Πρὸς Καλλιππίδην. *Harpocrat.* in *Ἀνεπιτίθῃσιν*.

Κατὰ Καλλιφῶντος α΄.

— — β΄. Etymol. M. in *Ἐπιτείτας*, vnde *Harpocrat.* in *Ἐπιτείταις*, et *Suidam* supplendum monuit *Meurfius* V. 2. Lect. Attic.

Πρὸς Καλυδῶνα. *Harpocrat.* [in *Ἀνθεμόκερτος* et alibi, *Eudocia* ead. voce, in *Ἰωνιᾷ* p. 43.] *Apostolius* V. 20. Prouerb.

† Περὶ τῆς Κίρωνος κλήρης. VII. Adde, quae in *Ἡρώωνος* et *Κύλωνος* et supra in *Trapezitico* *Isocratis*.

Κατὰ Κλεομέδοντος. *Harpocrat.* in *Κλητῆρες*.

Περὶ τῆς Κλεωνύμης.

Περὶ Κύλωνος κλήρης. *Porphyrius* apud *Euseb.* X. 3. Praeparat. sed legendum *Κίρωνος*.

Πρὸς Λυσίβιον. *Harpocrat.* in *Ἐπίδικος*, et *ισθῆα*. *Pollux* X. 1. sect. 15. *Suid.* in *Ἐπίδικος*, apud quem male in *τέως πρὸς Ἀνσίβιον*, et apud *Etymol.* in *Ἐπίδικος*, *Ἰσοκράτης* πρὸς *Λυσίαν* pro *Ἰσαῖος* πρὸς *Λυσίβιον*. Vide *Meurf.* V. 2. Attic. Lect.

Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ἐκθέντων. *Harpocrat.*

Πρὸς Μέδοντα. Dionys. Halic. in Isaeo. [P]

† Ὑπὲρ τῆς Μενεκλέης κλήρης. *Harpocrat.* in *Ἀγενής* [edita est haec oratio, ut paullo post significabitur.]

Πρὸς Μενεκράτην. *Harpocrat.* in *Περιοίκιον*.

Περὶ Μετοκισμῶ. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Μνησιθέος θυγατρὸς. *Harpocrat.* in *Ἀπορώτατος*.

Πρὸς Νεοκλέα. *Harpocrat.* in *Κλητῆρες*.

Ὑπὲρ Νικίης. *Harpocrat.* in *Ἀπορρέξαντες* et *Χίλοις διακόσιοι*.

Πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου. *Harpocrat.* in *Ψευδοκλήσια*, *Συργωνίδα* *Τιτακίδα*.

† Ὑπὲρ τῆς Νικοστράτης κλήρης. III. A Dionysio Halicarnasseo haec oratio inscribitur πρὸς Ἀγνώθεον.

Πρὸς



- Πρὸς Ξεναίνετον. Vide supra Περὶ τῆ Ἀριστάρχου κλήρου.  
 Πρὸς Ὀργεῶνας. *Harpocrat.* in Ἀποφορῶν et saepius.  
 Περὶ τῆς ποιήσεως. *Harpocrat.* in Οἶον.  
 Κατὰ Ποσιδίππου. *Harpocrat.* in Θόρικος.  
 Πρὸς Πύθωνα. *Harpocrat.* in Διαμαρτυρία.  
 Ὑπὲρ Πύθωνος, ἀποσάσις. *Harpocrat.* et *Suid.* in Κλητῆρες.  
 † Ὑπὲρ τῆ Πύρρου κλήρου. II.  
 Πρὸς Σάτυρον. *Harpocrat.* in Ἐπίδικος. In *Meurfii* Biblioth. Attica p. 1525. per librarii errorem bis laudatur Hephæstion pro Harpocratiōne.  
 Πρὸς Στρατοκλέα. *Harpocrat.* voc. Διωλύγιον et crebrius.  
 Τεμενικός. *Harpocrat.* in Ἀμιπποι.  
 Πρὸς Τιμωνίδην περὶ χωρῆς. *Harpocrat.* in Οὐσίας δίκη. *Suid.* in Διάθεσις.  
 † Περὶ Φιλοκτήμονος κλήρου. V.

Tituli sunt non L. sed LII. at forte apud Harpocratiōnem in Κλητῆρες debet legi πρὸς Νικοκλέα, non πρὸς Νεοκλέα, et ex aliis duplex vnius orationis titulus positus pro duabus: ut dixi in ὑπὲρ τῆ Νικοστράτου κλήρου, et in περὶ τῆ Ἀριστάρχου κλήρου. De quatuordecim suppositis Isaeo orationibus ne tituli quidem aetatem tulerunt, praeter harum trium:

- Κατὰ Μεγαρέων. *Harpocrat.* in Σφοδρίας.  
 Πρὸς Εὐκλείδην. *Dionys.* in Isaeo, *Pollux* VIII. 6. sect. 48. *Priscianus* lib. XVII. pag. 1089.  
*Harpocrat.* pluribus locis. *Suid.* in Τρικέφαλος.  
 Κατ' Ἀριστοκλέους. *Harpocrat.* in Ὑπερήμεροι.

Isaeum inter παραγγελμάτων τεχνικῶν siue *praeceptorum rhetoricorum* scriptores refert *Dionysius Halicarnassensis* epistola ad Aminaeum, [p. 120. edit. Sylburg. aut p. 723. edit. Reiskii vol. VI. opp. *Dion. Halic.*] nisi legendum est Ἰσοκράτην pro Ἰσαῖον. *Fabric.* Enimvero vana est Fabricii coniectura. En verba *Dionysii Halic.* εἰ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης — — τοσούτος ἂν ἐγένετο τοῖς Ἰσοκράτης καὶ Ἰσαῖς κοσμήμενος παραγγέλμασιν etc. Hinc neque in vocc. paullo antecedentibus, si ea in contextu legeris, Ἰσοκράτην pro Ἰσαῖον substituere licet: namque Isaeus et reliqui dicuntur Isocratis aliorumque aequales. Contra *Ruhnken.* in historia critica orator. graec. in *Dion. Hal.* de vi dicendi *Demosth.* (edit. Sylb. p. 167. lin. 30. f. p. 974. edit. Reiskii,) probat Sylburgii coniecturam Πολυκράτης καὶ Κριτίας, (qui etiam ab eodem in Isaeo pag. 111, 40. aut edit. Reiskii p. 627, 7. coniunguntur,) pro vulgato Πολυκρ. Ἰσαῖος. *Harl.*

Editiones orationum decem Isaei, quae adhuc exstant, retuli supra in Antiphonte. [Edit. vero sunt Aldina, Stephan. Hanou. et Reiskiana, in Reiskii oratt. graec. vol. VII. gr. et lat. cum notis, addito *Dionys. Halic.* iudicio de Isaeo, cum animaduersionibus. — Ex cod. Med. primum editus est Ἰσαῖς λόγος περὶ τῆ Μενεκλέους κλήρου. Londin. 1785. mai. 8. Kkkkk 2 pagg. 22.



pagg. 22. — rec. pluribus locis emendatior, in Bibliothek der alten Litteratur und Kunst, part. III. Götting. 1788. p. 1 sqq. ineditorum. — Codd. MSS. sunt in biblioth. *Paris*, regia, cod. MMDCCCCLXXXIX. orat. de Nicoftrati hereditate et de Cleonymi hereditate: *Florentias* in *Bandini* catal. graec. MSS. Medic. tom. I. p. 532. et alibi cum graecis aliis oratoribus, de quibus iam egimus in superioribus. — *Anglice* vertit Isaei orat. notasque criticas p. 153 — 164. (in quibus Reiskii meritis iustam tribuit laudem,) et historicas cum commentario adiecit, ius atticum hereditarium praecipue illustrans, *W. Iones*. Oxoniae, 1779. mai. 4. — *Gallica* versio Isaei, Lycurgi, Andocidis, Dinarchi et Demadis prodiit *Paris*. 1783. 8. — Loca Isaei nonnulla illustrat *Palmerius* in *Exercitt.* in script. graecos pag. 669 sqq. Isaeus vero ipse erat felix Lysiae, quem diligentia et sublimitate orationis superauit, imitator, atque fons grauitatis et magnificentiae Demosthenicae. *Harl.*] De versione latina *Miniati* ita Iacobus Perizonius, vir clariss. in triade dissertationum diss. I. p. 60. *Inscitissime utilissimas* [P] *has orationes, quas turpiter adeo neglectae iacent, latino sermone reddidit indoctus earum interpretes Alphonsus Miniatus.* Adde diss. II. p. 122. et 125. *Didymi Alexandrini*, Grammatici, ὑπομνήματα in Isaeum, quae laudat Harpocration in *Γαμήλια*, perinde vt quam plurimae ipsius Isaei orationes interciderunt

VII. LYCVRGVS <sup>bbb</sup>), Lycophronis F. e nobili genere, Atheniensis, Platonem, Philosophum, initio audiuit, vt praeter *Laertium* III. 46. et alios tradit ad Gorgiam Platonis Olympiodorus, e *Philisco*, qui Lycurgi vitam scripsit. Confer *Lambecium* lib. VII. de Bibl. Vindob. pag. 127. [Natus est circiter Olymp. XCIII. vid. *Taylor*. praefat. ad Lycurgi orat. p. 105. edit. Reiskii.] A Platone venit ad Isocratem, et magnas inde res in rep. gessit, magnis honoribus functus est: in iure dicendo seuerissimus <sup>c</sup>, in vita sobrius et in magnis opibus continens.

<sup>bbb</sup>) Plures fuisse *Lycurgi*, vt legislator Lacedaemoniorum, de quo supra cap. XII. et *Lycurgus*, Thraciae rex, quem Osiris interemit, teste Diodoro Sic. lib. I. *Lycurgus*, Solonis tempore clarus. *Plutarch.* in Solone pag. 94. *Lycurgus*, nostri auus, qui cum Anaxilao Byzantium Alcibiadi tradidit: (*Plutarch.* in Alcibiade pag. 208.) quemque XXX. tyranni Athonis interfecerunt, teste eodem *Plutarcho* in *Lycurgi* rhetoris vita. Denique inter filios quoque nostri vnus fuit patri cognominis.

<sup>ccc</sup>) *H. Valefius* ad verba *Ammiani Marcellini* XXII. 9. *indicibus Cassiis tristior et Lycurgis*: non assentior *Lindebrogio*, qui *Lycurgum* hic intelligit Legislatorem Spartanorum. *Lycurgum* enim Atheniensem, rhetorem, arbitror intelligi, cuius in reos seueritas celebrata est. *Didorus Siculus* in lib. XVI. de eo dixit: ἦν δὲ πικρότατος ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος. Vnde etiam *Ibis* cognominatus esse videtur, quod scilicet, vt *Ibis* angues, sic ipse noxios ciues et peregrinos expelleret. *Aristophanes* in *aubus* \*), *Ἴβης* Λυκέρῳ, Χαλεφῶντι συνεργεῖς. Quamquam scio, Scholiasten aliam adferre causam, quod scilicet Aegypto oriundus, aut

quod longis cruribus esset *Lycurgus*. Sed nostram sententiam confirmare videtur *Plutarchus* in *Lycurgi*, rhetoris, vita, vbi et versum illum *Aristophanis* adducit, sed mendosum: Ἔσχε δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὴν Φυλακὴν καὶ τῶν κακέρῳ τὴν σύλληψιν, εἰς ἧλυσεν ἅπαντας, ὡς καὶ τῶν Σοφιστῶν ἐνὶς λόγος Λυκέρῳ ἐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ χροῖστα τὸν κύλαρον κατὰ τὴν πονηρῶν ἔτα συγγράφαν. Ab hoc *Lycurgo* viri, qui in gerenda rep. seueri essent, *Lycurgi* dicebantur. *Cicero* *Epist.* X. lib. I. ad *Atticum* *Nosmetipsi*, ait, qui *Lycurgei* a principio fuisse mus, quotidie dimitigamur. [conf. *Bayle* l. c. not. A.]

\*) v. 1296. at h. I. *Lycurgus orator* intelligi non potest, quum fabula ista acta esset Olymp. XCI. 2. et *Lycurgus* ortus Olymp. XCIII. vid. *Taylor*. l. c. vbi de *Lycurgo* agit, p. 109 sqq. et not. doctam cl. *Beckii* ad *Aristophanis* locum p. 136. Alius igitur, nescio quis? *Lycurgus* debet intelligi. Sensit quoque malam loci *Aristophanei* interpretationem *Bayle* in *Diction.* tom. III. voc. *Lycurge*, orateur, pag. 113. not. *B. Harl.*



continens. Ciuibus vero suis ita gratus, vt postulanti Alexandro regi eum tradere omnino recusarent. Vestigialia ciuitatis a sexaginta talentis ad mille ducenta intendisse testatur *Plutarchus*, [de vit. X. orat. tom. II. p. 842. E. *Taylor*. praefat. ad Lycurgi orat. *Wesseling*. ad Diodor. Sic. XVI. 88. *Frid. Aug. Wolf*. prolegg. ad Demosth. orat. contra Leptin. pag. 60. not.] Idem notat, in dicendo minime fuisse extemporalem, sed quum diceret, numquam non causam vicisse, ac quo facilius ad nocturnas etiam meditationes excitaretur, vsu lectulo duriore, in quo villus tantum et puluinus, quod *Theoni* itidem in progymnasmatibus <sup>ddd</sup> relatum memini. [P] Xenocratem, philosophum, in carcerem ducendum, quod μετοίκιον soluere non posset, e publicanorum manibus eripuit, vt narrat *Plutarchus* in T. Flaminio p. 375 sq. In Metroo orationem administratae reip. paullo ante mortem reddidit, Menesaechi criminationibus dilutis ac confutatis. [Quibus honoribus et statuis viuus adhuc et postquam satis interceptus erat, ornatus sit, vberius ostendit *Freitag*. in decade oratorum et rhetorum graec. quibus statuæ positæ fuerunt etc. p. 32 sqq. *Harl.*] Diem obiit supremum ante Demosthenem, qui in exilio per litteras pro defuncti liberis, apud Athenienses delatis, intercessit. Vide Demosth. Epist. 3. *Fabric.* Pluribus persequitur vitam Lycurgi *Hauptmannus* in comment. I. editioni suae praemissa. *Harl.*

Lycurgi orationes quindecim ferebantur aetate Plutarchi, totidemque Photius quoque cod. CCLXVIII. commemorat, sed lectas a se negat. Λυκέργης δὲ ἕτερος τῶν ἄλλων ὅσα γὰρ τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγὸς τὸ ἐλαττον φερόμενος, ἔπειτα παρέσχετο ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνώσας. Φέρεσθαι δὲ αὐτῷ ἐξ ἰσορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. Ex his vnica exstat hodie praeclarissima aduersus *Leocratem*, (*Plutarcho* in Lycurgi vita male *Κλεωνεράτην*), qui, neglecto populi decreto, quo post cladem ad Chaeroneam Olymp. CX. 3. Athenienses patriam deferere et in alium locum se conferre prohibebantur, Rhodum atque inde Megaram cum rebus suis migrauerat, denique, postquam Alexandri M. in Asiam expeditio Olymp. CXI. tranquillae patriae res fecisset, Athenas redierat. Graece ab *Aldo*, Venet. 1513. fol. et ab *H. Stephano* edita est Paris. 1575. fol. cum aliis graecis oratoribus. [In catal. biblioth. *Barberinae*, quando Lycurgi orat. edita fuisse dicitur, gr. Venet. 1513. et gr. ac lat. Hanou. 1619. intelligendae esse videntur collectiones orator. gr. Aldina et Hanou.] Seorsim graece vulgavit cum praefatione sua *Philippus Melancthon*, Witteb. apud Io. Luft. graece, 1545. 8. recusam ibidem ann. 1568. 8. [vid. *Hamberger*. *Zuverläss. Nachricht*. I. pag. 253.] In libro *Greg. Richter*, qui inscribitur *Criseis Melancthoniana*, p. 532. aliquid adfertur e Melancthonis praefat. ad Lycurgi orat. a se conuersam 20. August. 1548. Plus simplici vice Melancthon publicis praelectionibus interpretatus fuit Lycurgum, et latina versione donatum in lucem edidit *Francos*. 1548. 8. ex officina P. Brubachii, [quae editio quoque notatur in *Catalog. biblioth. Fabricii* nr. 1814. et ibid. nr. 1813. editio Wittebergensis, cuius exemplar ego quoque vidi, et est inscriptum: *Oratio Lycurgi contra Leocratem, desertorem patriae, dulcissime de officiis patriae debitis differens. Cum praef. Phil. Melancthonis. Wittebergae edita in officina Io. Luft.* MDXLV. graece, et in *Catal. Fabric.* ann. 1545. graeca tantum designatur: et tamen in catal. biblioth. *Schadeloock*. tom. II. nr. 8603. occurrit orat. *Lycurgi contra Leocratem* cum praef. *Phil. Melancth.* 1545. graece et latine. In eiusdem *Schadel.* catalogo tom. II.

Kk kk k 3

p. 201.

ddd) Pag. 140. edit. Camerar.



p. 201. nr. 11115. et in biblioth. Salthen. p. 357. occurrit *Lycurgi orat. contra Leocratem gr. cum lat. versione Melanchthonis item Homerocentra*, gr. et lat. Francof. 1554. 8. — Alia editio: *Oratio Lycurgi — differens. Eadem conuersa in latinum sermonem a Phil. Mel. Item Homerocentra* — — una cum interpret. latina. Witteb. exc. Zachar. Lehmann. 1587. 8. In exemplo tamen cel. Strobelsii deest versio lat. Homerocentr. — Nitida est editio, quam *Matthaeus Dresserus* gr. typis Voegelian. curauit, Lipsiae, 1589. 8. Idem *Dresserus*, quemadmodum *Christophorus Pezelius* quoque] post Melanchthonem eandem in concione iuuenum studioforum exposuit. [Ex latina versione Melanchthonis *Lauterbeck* in Regenten-Spiegel, lib. IV. cap. 20. germanice vertit orationem: vide *Goetzii* Memor. biblioth. Dresdens. vol. III. pag. 569. *Harl.*] Latine vertit etiam *Iohannes Lonicerus*, cum Demosthenis Orat. pro pace. Basil. 1548. 8. Postea cum *Loniceri* versione, orationibus Dinarchi, Lesbonactis, Herodis et Demadis iuncta lucem vidit Hanouiae ann. 1619. 8. graece et latine. *Fabric.* Praestans ea- que critica est editio:

*Orationes duas: una Demosthenis contra Midiam; altera Lycurgi contra Leocratem. Graece et lat. recensuit, emendauit, notasque addidit Ioannes Taylor.* Cantabr. typis acad. 1743. 8.

Ex recensione Taylorig, prodit oratio, notis et commentationibus onusta:

*Lycurgi oratoris attici, quae una restat, contra Leocratem oratio, ad editionem Io. Taylorig — recensuit, huius atque aliorum selectas cum suis observationibus subiicit, nonnullas commentationes Lycurgi de vita et scriptis, praeceptis morum, rhetorica eloquutione, attica dialecto, stilique potissimum cum N. T. comparatione, itemque dispositionem orationis, nec minus sex indices adiunxit ac praefatus est Io. Gottfr. Hauptmann, ill. Ruthen. Director, graece. Lipsiae, 1751. 8. — iterum recensuit ibid. 1753. 8. de qua editione seuerè iudicat Schulze in praefat. ad suam edit. p. 35 sq. — e noua recensione I. Iac. Reiske cum illius et Io. Taylorig adnotationibus, in vol. IV. Oratorum graecorum pag. 103 — 242.*

*Lycurgs Rede wider Leokrates. Griechisch, recensit, und mit Anmerkungen zum Gebrauch der Schulen herausgegeben von Io. Henr. Aug. Schulze, der Schule zu Osterode Rectör.* Brunsvici. 1789. 8.

Non solum textum ex Taylorig, Reiskii suisque emendationibus recensuit, sed sensum quoque et nexum orationis explicuit, et, duce inprimis Fabricio nostro, vitam oratoris praemisit una cum suo aliorumque veterum de oratore iudiciis et litteraria Lycurgi orationum, et huius, quae superest, editionum notitia. Haud tamen pauca culpantur et in contextu graeco emendantur in censura illius editionis in Ienens. Allgem. Litteraturzeit. mens. Oct. 1789. nr. 319. pag. 113 sqq. adde biblioth. vniuers. Berol. vol. 93. part. II. pag. 573 sqq.

*Gallice versa est cum Andocide, Isaeo, Dinarcho et Demade. Paris. 1783. med. 8. — Loca Lycurgi nonnulla illustrant Muretus var. lectt. XVII. 6. et Palmerius Exercitt. ad graec. script. pag. 675 sq. Harl.*

*Orationum deperditarum tituli, a Meursio III. 3. Attic. Lect. et in Bibliotheca Attica obseruati, hoc loco a me subiicientur alphabetico ordine digesti, ad inueniendi facilitatem.*

1) Kær



- 1) Κατ' Αἰσχυρίῃς. Harpocrat. in Στρωτήρῃ. Suidae πρὸς Ἰσχυρίαν, quod praefert Meursius. [P]
- 2) Ἀπολογισμὸς ὡς πεπολίτευται, siue ἀπολογία πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. Suid. in Λυκῆργος. Plutarch. Photius, Harpocrat.
- 3) Περὶ Ἀριστογείτονος. Suid. [in Μητρώων et Eudocia, p. 281.] Plutarch. Harpocrat. Libanius in argumento orat. Demosthenis contra eundem Aristogitonem.
- 4) Κατ' Αὐτοκλέες. Suid. in Μηλόβοτος. [si lectio sana est in Suida.]
- 5) Κατ' Αὐτολύκῃς, δελέας. [scrib. δελίας, vid. ipsam Lycurgi orat. cap. XIII. 4.] Plutarch. [Eudocia l. c.]
- 6) Κατ' Αὐτολύκῃς τῇ Ἀρεοπαγίτῃ, περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. Suid.
- 7) Κατὰ Δημάδῃς τῇ Δημέῃς, περὶ ἱερῶν. [Eudocia l. c.] Plutarch. Harpocrat. Athen. lib. XI. Scholiastes Comici ad Plutum, [v. 690. vbi tamen Hemsterhuf. pag. 230. ex Harpocrate in Παρεῖαι ὅφεις Hyperidem loco Lycurgi praefert.]
- 8) Περὶ διοικήσεως. Suid. in Λυκῆργος et Ὀχῆον. Harpocrat. pluries.
- 9) Κατὰ Διφίλῃς. Plutarch.
- 10) Περὶ τῆς ἱερείας. Harpocratio frequentissime, et Priscianus lib. XVIII. et Suidas non vno loco, qui tamen, vti Eudocia, in Λυκῆργος legit ἱερατείας, quod praefert Gish. Cuperus p. 96. Var. Obseruat. Respicit etiam Suidas in Τραπεζοφόρος.
- 11) Πρὸς Ἰσχυρίαν. Suid. [et Eudocia l. mem.] sed Harpocrati κατ' Αἰσχυρίῃς.
- 12) Κατὰ Λυκόφρονος α'. Athen. lib. VI. Harpocrat. Theo progymnasim. Etymol. M. in Ἐμποδῶν. Apostolius VIII. 20. Prouerb. Suid. in Μοχθηρία.
- 13) — — β'. Suid. et Harpocrat. in Ὀρκάνῃ. [Eudocia l. c.]
- 14) Κατὰ Λυσικλέες στρατηγῷ περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. et Suid. vbi, [vti in Eudocia] male Πασικλέες.
- 15) Πρὸς τὰς Μαντείας siue περὶ μαντειῶν. Suid. in Λυκῆργος et Κανχᾷ.
- 16) Κατὰ Μενεσαίχμῃς. (Suid. in Πραγματεία, Dinarchum κατὰ Μενάχμῃς, et Pollux Μενεσέμῃς, vitiose,) περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocratio saepius. Suid. in Πρωηρόσια. [vitiose κατὰ Μενέχμῃς, Eudocia l. c. et p. 20. citatur Lycurgus ἐν τῇ κατὰ Μενέσχμῃς λόγῳ.]
- 17) Κατὰ Πασικλέες. Suid. sed legendum Λυσικλέες.
- 18) Κατὰ Τιμοκράτης. Suid. in Πεπορημένος.

Quatuordecim tantum esse debebant, sed i. et ii. eadem est, vti 14. et 17. Nec dubito 8. esse dimidiam partem tituli vnius ex reliquis: atque idem de ro. puto iudicium esse ferendum. His si oratio aduersus Leocratem addatur, numerus quindecim λόγων Lycurgi constabit. Fuerunt praeterea dubiae nonnullae, vt

Διαδικασία κροωνιδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. Hanc Philino a nonnullis tributam testatur Harpocrat. in Κοιρωνίδα.

Κατὰ



*Κατὰ Δεξιππευ.* Id. in *Σύνδοκoi. Fabric.* {*Eudocia* pag. 281. plura, quae quidem dubia esse incertaeque, aut confusa videntur. Omissis oratt. quas ab Eudocia memoratas iam adnotavi, pergit illa: — *Κατὰ Δημάδου. Πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εὐθύνων. Πρὸς Ἰσχυρίαν.* (v. nr. 11.) *Πρὸς τὰς μαντείας. Περὶ τῆς διοικήσεως. Περὶ τῆς ἱερατείας. Περὶ τῆς ἱεροσύνης,* (quam quoque citat Suidas in *Ἡεροχαρακτηρίᾳ.*) *Ἐπιστολαί. Καὶ ἄλλα τινά. Harl.]*

VIII. DEMOSTHENES Paeaniensis, Atticus, lucem vidit Olymp. CI. 2. <sup>ccc</sup>) de-  
ditus

<sup>ccc</sup>) Plutarchus et Dionysius Halicarn. valde dissentiunt de anno Demosthenis natali. Prior in decem vitis orator. tom. IX. Opp. ed. Reiskii pag. 361. supputat annos Demosthenis a Dexitheo: hic vero archon erat Olymp. XCVIII. 3. *Dionysius* autem *Halic.* in epist. ad Ammaenum pag. 724. natum fuisse Demosthenem Olymp. XCIX. 4. Demophilus archonte, narrat. Dionysii rationes sequuntur *Schottus* in libro, mox memorando, cl. *Saxius* in *Onomast. litter.* I. pag. 70. et alii. v. *Taylor.* in prolegomenis ad Demosthenem a Reiskio vol. VIII. orator. graec. editis, pag. 737 sqq. vbi quoque de eius patre matreque, tribu vitaeque agit. Enimuero *Plutarchi*, siue quisquis auctor vitarum fuerit, rationes esse veras et proprias, adeoque annum Demosthenis natalem incidisse in Olymp. XCVIII. 4. (Ineuntem, aut exeuntem tertium annum, ex mente Corsini) operose doctaeque euicerunt *Samuel Petitus* in Commentario ad leges atticas lib. III. tit. 1. pag. 266 sq. ed. Wesseling. et *Corsini* in Fastis atticis diff. IX. n. 18. tom. II. pag. 26. tom. III. pag. 295. inprimis tom. II. diff. XI. n. 6. pag. 137 sqq. locis ipsius Demosthenis diligenter comparatis. Atque Petiti et Corsini rationes atque sententiam iure sequuntur *Hamberger.* in *Kurzen Nachrichten etc.* tom. I. pag. 117. qui contendit cum anno M. 3600, ante Chr. nat. 384. et cl. *Frider. Aug. Wolf.* in prolegg. ad Demosth. orat. aduersus Leptinem p. 62 sq. in nota 35. *Hambergeri* vero sententia in maiore opere: *Zuverlässige Nachrichten etc.* tom. I. pag. 287. nimium differt, qua Demosthenes natus fertur Olymp. CV. 2. A. M. 3609. a. C. N. 375. Demosthenis autem vitam, cum reipublicae atticae vniuersaeque Graeciae temporibus artissime coniunctam, plene persequi, foret, partem historiae Graeciae memorabilem concinnare. Quod quum ab instituto nostro sit alienum, et alii, modo latius, modo angustius, modo vitam publicam cum priuata enarrarint, modo cum potius, quatenus tantus euaserit orator, considerarint, scriptores, in expli-

canda illius vita, versatos, appellabo. E veteribus huc pertinent *Dionysius Halic.* qui *περὶ Δημοσθένος δεινότητος* grauiter sciteque scripsit, tum *Plutarchus*, tam in vitis parallelis, vol. IV. ed. Reisk. vbi compares velim Bartoni adnotata, quam in decem orator. gr. atque Plutarchus passim alios excitat veteres, qui de Demosthene scripserunt, in his Theopompum, qui more suo interdum in Demosthenem iniquus fuisse videtur; denique *Luciani* encomium Demosthenis, inter eius opera, *Libanius*, *Photius* cod. CCLXV. col. 1465—1480. et *Suidas*. *Zosimus* quoque *Ascalonita* et alius ignotus composuerunt vitam Demosthenis: quae duo opuscula, a Schweighäusero, Professore Argentoratensi, ex codice regio Parisino MMDCCCCXXXV. exscripta, *Reisk.* in vol. IV. orator. graecorum, pag. 145 sqq. praemisso epilogo, primus euulgauit, et prius cum cod. romano, cuius exemplum acceperat, contulit, interdum emendauit, atque *Zosimi* opusculum iudicauit, vt orationis infantia et spurcitie, ita nugis quoque anilibus et commentis in veritatem rerum historicarum enormiter impingentibus, putidisque fabellis scatere. Vita illa fuit commentariorum *Zosimi* ad Demosthenem praefatio. At *Reiske*, Roma opera Bianconii et Spaletti, ex codice Vaticano commentarios ad primam Olynthiacam, speciminis ergo, exscriptos nactus, coniicit, istos *Zosimi* ad XVIII. priores Demosthenis orationes commentarios, qui in bibl. Vaticana latent, si reliqua sunt similia misso specimini, nihil continere, quod in editis Vlpianicis haud legatur; prodesse tamen forsan posse, putat, illum codicem, vt primum loci quidam, in vulgatis corrupti, inde emendentur; deinde, vt ex eo conslet, quid ille *Zosimus* ad Demosthenem compilauerit, et quid aetas posterior eius operi addiderit. — E recentioribus conferri possunt:

*Edonis Hilderici oratio de vita Demosthenis.* Wittebergae, exc. Laur. Schwenk. 1562. 8.

*Io. Possellii oratio de Demosthene*, inter eiusdem



dem orationes. Francof. ad Moenum, 1599. 8.

*Vitae comparatae Aristotelis ac Demosthenis, Olympiadibus ac Praetoris Atheniensium digestae ab And. Schotto. Antwerp. S. I. Augustae Vindelicor. apud Christoph. Mangum 1603. 4. qui liber inprimis est memorabilis.*

*Vita Demosth. Olympiadibus ac Praetoris Atheniensium distincta, ex parallelis Andr. Schotti, accessionibus locupletior, atque vita Dem. ex Plutarcho, Luciano et Suida, Hieronymo Wolfio interprete, cum eiusdem adnotationibus, et eruditorum de Demosthene elogiis. Quae praemissa sunt Dem. et Aeschini operibus, Francof. 1604. fol.*

*Tourellus* in prolegomenis ad orationes quasdam Demosthenis, gallice ab ipso translatae.

*Iulius Nigronus*, S. I. in oratione XVIII. comparauit Demosthenem et Ciceronem, et *Anton. Gnaerengus*, (a Fabr. in not. msta memoratus,) de iudicio Longini in comparat. Demosthen. et Ciceronis.

*René Rapin Comparaison de Demosthene et de Ciceron*, (quam etiam germanice, nescio quis? vertit) in *Rapini* operibus, tom. I. pag. 1 sqq. edit. Hagae Comit. 1725. 12.

*Petri Eckerman*. Specimen academicum, parallelismum Demosthenis et Ciceronis, oratorum, exhibens. Vpsaliae, 1746. 4.

Anglus quidam in Biographia classica, germanice versa a *Sam. Mursinna*, (Halaë Sax. 1768.) part. II. pag. 45 sqq.

*Frid. Gottl. Freytag*. in Decade orator. et rhetor. graec. quibus statuac positae fuerunt §. 13. pag. 43 sqq.

*Rocheport* de Demosthene, qua oratore et qua homine, in republica versato, in: *Mémoir. de litter. — de l'Acad. Paris. des Inscr.* vol. XLIII. Paris. 1786. p. 21 sq.

*Georgii Frid. Seifleri* Leben und Charakter des Demosthenes, praefixi eius versioni orationis de corona germanicae. Coburg 1768. 8.

*Taylor* vberiore et criticam vitae et orationum Demosthen. atque Aeschin. expositionem aliaque, quae ad vtrumque oratorem pertinerent, promiserat: sed morte abreptus consilium exsequi non potuit. Fragmenta autem ea, quae scripta reliquerat, erudita et copiosa, at nondum digesta elaborataque, Reisk. ab Askew accepit, et publicauit in vol. VIII. orat. graec. Indicem rerum memorabilium, aetate De-

Vol. II.

mosthenis gestarum, secundum annos Olympiadum cum adnotatione, quo anno et Olymp. et aetatis Demosthenicae singulae orationes habitae sint, Reiskius ex obseruatis Schotti et Corfini schedisque Taylora congeffit, et subiunxit indicibus suis. De genere vitae Demosthenis odiosa tradit *Aeschines* in orat. contra Ctesiphontem pag. 561 sqq. ed. Reisk.: at Demosthenes in orat. de corona diluere studuit crimina, et par pari retulit. Atque falsa quaedam, quae de Demosthene traduntur, recensuit et refutauit *Brodæus* in Miscellan. IV. cap. 26. De matre eius, Cleobule, filia Gylonis, qui ortu quidem erat Atheniensis, sed exul in Scythia uxorem duxerat, vnde per opprobrium Demosthenes *Scythia* adpellabatur. v. *Rutil. Lupum* de fig. sentent. lib. II. pag. 117 sq. ibique *Ruhnken*. Ex sorore illius natus et filius Lachetis, Leuconensis, fuit *Demochares*, ipse orator celebris, democraticae studiosus, et viuis mortuusque variis honoribus ornatus. v. *Aelian*. V. H. libr. III. cap. 7. ibique *Schefferi* et *Perizonii* notas, et *Taylor*. in collectaneis s. prolegomenis ad Demosthenem, a Reiskio editis, vol. VIII. oratorum graec. p. 743. *Ruhnken*. Hist. cr. Or. p. XCI. et ad *Rutil*. p. 7. *Herodianus*, grammaticus, *Ἡερὶ σχήματος*, (quod opusculum cel. *Villoison*. in Anecdotis graecis tom. II. pag. 86 sqq. e codice Veneto primus e tenebris in lucem protulit,) fragmentum cuiusdam *Cleocharmi* pag. 93. seruauit: Δημοσθένης ἵππῃ Φίλωνος Δημοσθένης πένης μὲν ὁ βίος, μεγάλη δ' ἡ κατ' ἑστίαν Δημοσθένης πολλὰν διδομένην, εἰδὲν, ἔτε πλεονέξας, ἔτε κάλλος ἄξιον ἐφάνη προδοσίας Δημοσθένης Ἀλέξανδρος ἐζητήτο διὰ τί; παρ' αὐτοῖς λογιζέσθαι ἄδικως ἀπέθανε, ὡς Δημοσθένης. Atqui *παρρησία* in eo magna erat, et cum tanta vi, vt *Philippus* apud *Dionem Chrysostomum*, orat. II. de regno pag. 22. s. in ed. Reiskiana tom. I. pag. 79. iocans diceret, se pro Demosthenis eloquentia permittere velle Atheniensibus *Amphipolin*. Et tamen coram *Philippo* in Macedonia obmutuit, testibus *Aeschine* de falsa legatione pag. 251. et *Philostrato* de vitis *Sophisti*. lib. II. 1. nr. 14. pag. 565. et lib. I. 18. nr. 1. pag. 508. vbi vide *Olearium*, nec non *Aeliano* H. V. lib. VIII. cap. 12. vbi *Scheffer*. et *Perizonius* plura congefferunt. Neque ab omni culpa *προδοσίας* immunis fuit: saltem eum corruptum esse a Persarum rege atque ab *Harpalo* accepisse L. talenta, illi dabatur crimini: vide, praeter *Plutarchum* in vita *Demosth.* pag. 725 sq. tom. IV. edit. Reisk. *Timoclem Comicum* apud *Athenaeum* VIII. pag. 341. et *Philostrat.* de vitis *sophisti*. lib. I. nr. 18. §. 1. pag. 507. ibique *Olearium*, et lib. I. nr. 25. §. 7. pag. 538.

LIlll



ditus primum philosophiae sub Platone <sup>mm</sup>) et Euclide, Megarenfi, verum audito semel Callistrato, oratore, qui cum magna populi [P] admiratione causas agebat, vnice accensus est ad eloquentiae studium, atque inde sub Isaeo aliisque dicendi magistris et Andronico <sup>ss</sup>), histrione, a quo actionem didicit, tantos fecit progressus, vt per impigrum studium emendata naturaliter <sup>hh</sup>) balbutie, princeps orator *ἐντέρων δυνατώτατος* (*Plutarch. Alcibiade* pag. 196.) euaderet, omnibusque admirationi esset, atque plurimum in rep. posset. Sed et hodieque *commemorato eius nomine, maximae eloquentiae consummatio animo oboritur audientis*, vt verbis vtar *Valerii Maximi* VIII. 7. At remp. pariter et se denique perdidit dicendo: itaque Alexandro quidem, qui puerum se ab illo vocatum indignissime tulit, (*Plutarch. Alex.* pag. 670.) <sup>iii</sup>) flagitanti Demosthenem sibi dedi, (*id.* Phocione pag. 749. et in vita Demosth. pag. 730. rom. IV. Reisk.) negatus est, verum regi Macedoniae, Antipatro, ab Atheniensibus cum Hyperide tradendus <sup>mm</sup>) venenum sumsit in Calauria, <sup>iii</sup>) insula, Olymp. CXIV. 3. aetatis LXII. (*Gulius* XV. 28. tribuit annos sexaginta.) ante Christum CCCXXII. [conf. *Schotti* vitas par. pag. 240 sq. sec. *Hamburg.* in: *Zuvel. Nachr.* Olymp. CXV. 3. A. M. 3671. a. C. N. 319. Sed in eiusdem *Kurzen Nachr.* tom. I. pag. 118 sq. Olymp. CXIV. 3. A. M. 3662. a. Chr. nat. 322. sec. *Saxium* onom. lit. I. pag. 70. Ol. CXV. 2. Post obitum illi in foro iuxta XII. deorum aram statua aerea posita est. v. *Schottum* l. c. pag. 142. et *Freitag.* l. c. pag. 52 sqq.]

In panegyrico dicendi genere parum valuisse *διὰ τὸ ἀτρεβὲς καὶ ἀμελέτητον*, legas apud *Syrianum* pag. 17. ad Hermogenem. Cicero quoque in epistola quadam scripsit, Demosthenem in orationibus quandoque indormire, vt refert *Plutarchus* in Cic. pag. 872 <sup>mm</sup>). Et

538. Casa, siue domicilium Demosthenis Athenis vel hodie celebratur, et ostenditur iuxta aedem Capucinatorum, teste *Sponio* Voyage etc. tom. II. pag. 185. Quanta olim in celebritate fuerit ea, patet ex *Himerii* orat. XVIII. 3. pag. 709. vbi v. *Wernsdorf.* Iudicia de Demosthene collegit *Thomas Pope-Blount* in: *Censura cel. authorum*, Geneu. 1710. 4. pag. 29 sqq. *Harl.*

fff) Vide ad Laetium II. 108. et III. 46. *Cicer.* I. de offic. cap. 1. *Theodoret.* epist. 21. [*Taylor.* in Prolegom. ad Demosth. editis a Reiskio vol. VIII. orator. gr. pag. 745 sqq. vbi de praeceptoribus Demosthenis plura veterum loca collecta sunt.]

ggg) Satyrus vocatur a Plutarcho in vita Dem. p. 701. Reisk: *Neoptolemus* autem ab eodem Plut. in Opp. mor. pag. 1552. conf. *Barton.* ad Plutarchi vit. Dem. pag. 907. edit. Reisk. *Taylor.* Prolegg. a Reiskio editis pag. 748. et 754. *Harl.*

hhh) *Cicero* II. de diuinat. [cap. 46. vbi v. *Davis.*] cum R. dicere nequiret, exercitatione fecit, ut planissime diceret. id. de Finib. V. 2. Adde *Hieron.* 1. in *Rufin.* et *Plutarchum* an seni gerenda respubl. pag. 795. vbi refert, Demosthenem ini-

tio non probatum in orationibus, atque ideo animo propemodum concidisse: sed iterum excitatum confirmatumque verbis senis alicuius, qui Periclem audiuerat, iubebatque Demosthenem, indole Pericli similem, haudquaquam de se ipsum desperare. [*Βάκλος* per conuiuium ab Aeschine dictus est; vide *Demosth.* orat. de corona cap. 55. et quae ibi pag. 395. adscripsi. addit *Taylor.* in prolegomenis ad Demosth. editis vol. VIII. orator. gracc. pag. 742. et §. 14. pag. 748.]

iii) Perinde vt a Cicerone Augustus. v. ad Dionem pag. 318.

kkk) *Plutarch.* in Phocione pag. 753. 754.

lll) *Plutarch.* in vita Dem. pag. 888. *Tzitzes* Chil. VI. v. 170. 186. [*Pompon.* Mela II. cap. 7. 89. pag. 226. ed. II. Abr. Gronou. *Pausan.* in Attic. pag. 19. A Suida male vocatur insula *Καλαβρία*. v. *Menken.* l. c. vbi vero falsa est narratio, Demosthenem decessisse aetatis anno LXXII. quamvis *Photius* ex aliis ei LXX. annos tribuerit. *Harl.*]

mmm) Vt graecas orationes Demosthenis omnes Ciceronem manu sua descripsisse, ita omnia Ciceronis Sebastian. Berettarium Florentinum, S. I. eloqua-



Et in Oratore cap. 29. negat, Demosthenem sibi semper satisfacere, et si cap. 31. in quouis dicendi genere docet fuisse excellen-tem. Demosthenem libenter sequitur Sallustius, ad quem vide Wasse pag. 325. In iocis ridendum se praeuisse, notat *Longinus* pag. 190. edit. Tollii, quod a Cicero in Oratore cap. 26. confirmatur. Vide tamen *Plutarchum* in eius vita pag. 850 sq. et *Benedict. Aueranum* diss. 27. ad Ciceron. tom. II. Opp. pag. 252 sqq. Cato- nem maiorem e lectione Demosthenis redditum esse disertio-rem, notat *Plutarchus* in Catonis vita pag. 337. et romanum Demosthenem dictum pag. 338. Idem in Pyrrho, Cineam, Thessalum, fuisse Demosthenis auditorem, refert. *Fabr.* [Plura scripsi de vi dicendi, ingenio laudibusque Demosthenis in Introduct. in histor. linguae graecae §. 72. Id adhuc no- tandum est, eum, quod argumentum est et prudentiae, et artis, et ingenii, probe nouisse sty- lum adcommodare argumento. conf. *Dionys. Hal.* de vi dicendi in Demosth. pag. 974 sqq. tom. VI. edit. Reisk. et cel. *Frid. Aug. Wolf.* prolegg. ad Dem. orat. aduersus Leptinem pag. 40 sq. Quantum vero lectio oratorum graecorum, cum primis orationum Demosthenicarum ad accuratam reipublicae aticae rerumque graecarum et temporum illorum cognitionem fa- ciat, quilibet historiae antiquae vel parumper gnarus facile intelliget. Confer quoque *Roche- fort.* comm. de utilitate oratorum in republica Atheniensi, in: Mém. de Litterature — de l'acad. Par. des Inscrip. vol. XLIII. Paris. 1786. p. 154. *Hart.*] Praelium aliquando ingressus abiecto clypeo aufugit, teste *Luciano* in parasito tom. II. pag. 258. [tom. III. pag. 866. ed. Reitz. ubi v. interpr. *Plutarch.* in vita Dem. pag. 724 sqq. tom. IV. edit. Reisk. *Menkenios* in bibl. virorum militia aeque ac scriptis illustrium §. 81. pag. 171 sqq.] [P]

Exstant sub Demosthenis nomine orationes LXI. tum prooemia [ex quibus Macarius Chrysoceph. quaedam excerptit,] ad orationes LXV. (tot enim orationes illius legisse se testa- tur *Photius* cod. CCLXV.) et sex epistolae. De epistolis posthaec disputabitur. Orationes praesenti loco ordine literarum recensebo, perditarum etiam mentionem factururus, praefixo asterisco, editis vero praemissurus numerum ordinis, quem in Hieron. Wolfii editione obti- nent. <sup>nnn</sup>) Temporis notationem adposui ex cap. IV. vitae Demosthenis, scriptae ab Andrea Schotto, ita tamen, ut ipse *Dionysium Hal.* ex quo ille hausit, consuluerim, et nonnulla subinde adiunxerim. LXV., ut dixi, orationes Demosthenis genuinas fuisse, *Photius* testa- tur, neque vero vniuersae ad nos peruenerunt, nec vniuersae, quas habemus, sunt genuinae, [nec omnes a Demosthene ipso habitae, sed aliis, qui eas in suggestum adtulerunt, ab ipso scriptae sunt, ut Androtiana, Aristocratea, Timocratea etc.] Ecce Tibi utrarumque suc- cinctam notitiam.

- 22) Contra Aeschinem. v. infra Περὶ τῆς σεφάνης. Nam de illa quidem oratione h. l. nihil di- cere attinet, quam *Himerius* sub Demosthenis nomine scripsit, quem inducit de Aeschi- ne revocando consultantem, quum rumor vulgatus esset, Alexandrum esse exules reuo- caturum, v. *Photius* cod. CLX. et CCXLII.

LIIII 2

8) Περὶ

quentiae Ciceronianae colorem aliquem ut inde du- ceret, refert *Iulius Niger* pag. 493. histor. scripto- rum Florentinorum. *Fabr.* De diuitiis Dem. v. *Budaeus* de asse pag. 528 sqq. *Heum.*

<sup>nnn</sup>) Quaedam in τῶν λόγων καὶ ἐπιστολῶν τῆς Δη- mosthenis excerptit *Macarius Chrysocephalus*. v. d. *Villoison.* in Anecd. graec. tom. II. pag. 10. *Hart.*



8) *Περὶ τῆς Ἀλονήσε.* Vide infra Philippicam VIII.

17) *Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν.* De foedere Alexandri cum Atheniensibus, violato a rege, cum Messenam Philiadæ, tyranni, filiis restituisset. *Hyperidi* tribuitur a Libanio Photioque. Habita praetore Euaeneto Olymp. CXI. 2. aetatis Demosth. XLV.

25) *Κατὰ Ἀνδροτίωνος.* Prima haec oratio scripta in causa publica, anno aetatis XXV. [al. XXVII.] (in *Gellii* codicibus lib. XV. cap. 28. est XXVII. [atque *Taylor.* in notis ad hanc orat. tom. III. pag. 239. scribit docetque, anno aet. XXVII. aut XXVIII. esse habitam; idem animaduertit, multa ex his etiam legi in Timocratea, paucissimis immutatis. addit *Vulken.* ad Theocriti Adoniaz. pag. 239. qui super illis II. orationibus multa dici posse, et variorum errores, ipsiusque Valefii, corrigi obseruat. *Harl.*] Olymp. CVI. 2. praetore Callistrato. Dionysius Halic. Epist. ad Ammaecum: δημοσίης τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιζράτῃ ἀρχόντος εἰκοσὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτῷ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρὰ νόμων. [*Macarius Chrysost.* habet ex illa oratione excerpta, teste Villois. l. c.] Latine vertit, praeter Wolfium, *Bassianus Landus*, Placentinus, qui a. Chr. 1563. obiit. Schol. Hermogenis pag. 401. Ἰσοκράτης μαθητὴν λέγουσιν εἶναι τὸν Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν, ὥς φησιν, ὁ ἑπτὰς τεχνίτης τῷ λέγειν. Ἐπετήδευσεν ἔν ὃ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος ἀντιφιλοτιμύμενος πρὸς Ἰσοκράτην ἑήτορα παρίσοις ἐπιγνώμενον κατὰ ζήλον τῷ διδασκάλῳ.

39) *Πρὸς Ἀπατέρειον παραγραφή.*

\* *Πρὸς Ἀπολλόδορον.* Contra *Apollodorum* pro Phormione. Plutarch. in Demosthene pag. 887. testatur, eum, quaelus cupiditate ductum, clam scripsisse orationes aduersarias Apollodoro ac Phormioni. Oratio pro Apollodoro contra Phormionem exstat.

28 et 29) *Κατὰ Ἀριστογέτονος α', β'.* Orationes duae aduersus Aristogitonem, accusatum eodem tempore a Lycurgo: [et habitae post Olymp. CX. 3. et ante Olymp. CXIII. 2. iudice *Tayloro* in not. pag. 512. tom. III.] Dionysius e dictione colligit, has non esse Demosthenis, saltim non posteriorem, quam ab aliis etiam reici testatur Libanius in argumento. [Priorem habere auctorem Hyperidem, contendit *Reisk.* pag. 1199. vol. III. adpar. crit. ad Demosth.] Priorem vertit *Philippus Melancthon*, posteriorem *Vitus Winshemius*. Demosthenis esse, negat etiam *Casaubonus* ad Theophrasti Characteres pag. 198. [*Taylor* in not. ad illas orat. pag. 509. idem sentit et plures in vtramque partem disputantes producit. item Duportus ad Theophr. Char. pag. 318.]

26) *Κατὰ Ἀριστοκράτους.* Habita praetore Aristodemio, Olymp. CVII. 1. aetat. Demosth. XXVIII. [al. XXX.] Actor Euthycles. [v. *Taylor.* ad orat. contra Androktionem, tom. III. pag. 239. inprimis ab init. not. in hanc orat. pag. 337 sq.] [P]

\* *Κατὰ Ἀριστέλους.* Syrianus in Hermogenem, cuius locum produxit Meursius in Bibl. Attica.

\* *Περὶ τῶν Ἀρπαλείων χρημάτων.* *Isidorus* Pelus. lib. IV. epist. 205.

\* *Πρὸς Ἀρτάβαζον.* *Priscianus* lib. XVIII.

23) *Περὶ*



- 23) *Περὶ τῶν ἀτελεῶν*, f. de immunitate, aduersus Leptinem. Habita Olymp. CVI. 2. praetore Callistrato, aetatis Demosth. XXV., iudice *Dionysio*, [ep. ad Amin. pag. 724. tom. VI. ed. Reisk.] *χαριέσματος ἀπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος*. licet Apſines et Aspasia hanc Demostheni abiudicarint, quod *τραχύτης* et *σφοδρότης* experts esset. v. Schol. Hermogen. pag. 402. De Leptine v. *Casaubon*. pag. 1731. ad Aeneae cap. X. [De virtutibus huius orationis late atque intelligenter iudicat cl. *Wolf*. in prolegomenis ad suam illius editionem pag. XL sqq. et pag. XLII sq. sentit, hanc orationem secundum orat. de corona proximam esse ponendam, ex *Plutarcho* in Demosthene pag. 852. A. docet, illam inprimis placuisse Panaetio, Stoico, qui ad honestatem ex praeceptis disciplinae suae omnia referre suevit. *Wolfius*, posteaquam multa de Leptine, eius lege, consilio fatisque praeclare disseruit, copiose demonstrat pag. LVI — LXII. orationem hanc habitam esse Olymp. CVI. 2. A. V. C. 399. a. Chr. 355. anno aetatis Demosth. 30. adde *Taylor*. in notis ad illam orat. pag. 63. tom. III. qui ab Demosthene anno aet. 27. orationem esse pronuntiatam, cum Dionysio Halic. autumat. *Harl.*] Latine vertit *Petrus Nannius*, *Alcmarinus*. [gallice, *Le Cointe*, de qua v. *Valcken*. ad Herodotum pag. 398. italice, Ven. apud Manut. 1555. 8.]
33. 34. 35) *Κατὰ Ἀφόβου* α', β', γ'. aduersus Aphobum, tutorem suum, orationes 3. Actio decem talentorum, a Demosthene, XVIII. annos nato, (hoc est Olymp. CIV. 3.)<sup>ooo</sup>) teste *Libanio* in Demosthenis vita, qui addit, aliis persuasum, Iſaeo has orationes deberi ut auctori, vel saltem ut correctori. adde *Plutarch.* vita Dem. pag. 848. *Isidorus Pelusiota* IV. 205. epist. tradit, Demosthenem tutoribus suis patria bona post victoriam, aduersus eos reportatam, reliquisse. [Titulo tertiae orationis *Reisk.* adiecit *Ὑπὲρ Φάνου*. vid. eum in Adpar. critico ad Dem. III. pag. 1274 sq.] Latine vertit *Ioh. Lalamantius*, *Hedusus*.
- 47) *Πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος*. [Alii hanc orat. *Lyſiae* tribuunt. v. *Mauffac.* ad Harpocrat. pag. 40.]
- 48) — — — ὑπὲρ προικὸς μητρώας. <sup>PPP</sup>)
- 62) *Κατὰ Διονυσιοδώρας, βλάβης*.
- \* *Ἀπολογία περὶ τῶν δώρων*. Habita praetore Anticle Olymp. CXIII. 3. aetat. LIV. *Dionys.* *Halicarn.* Epist. ad Ammaeum p. 125.
- Περὶ τῆς εἰρήνης*. Infra sexta philippica.
- 19) *Ἐπιτάφιος* in eos, qui in Chaeronea clade fortiter pro patria pugnautes obissent. Habita Olymp. CX. 3. aetat. Demosth. XLII. Meminit *Plutarchus*, et sane habitam aliquam huius argumenti, omnes fatentur, sed hanc, quae exstat, *Dionysius*, *Libanius*, *Photius*, [*Taylor*. in Lectt. *Lyſiac.* pag. 234 sqq. cap. III. ed. *Reisk.* vide quoque *Taylor* LIIII 3 ri
- <sup>ooo</sup>) Secundum *Corſin.* F. A. tom. IV. pag. 15. Olymp. CIV. 1. inprimis conf. eum tom. II. p. 138 sqq. *Harl.*
- <sup>PPP</sup>) De argumento harum orationum adi *Desiderium Heraldum* animadu. aduersus *Salmast.* VI. 14. pag. 481. *Fabr.* cl. *Wolfio* l. c. pag. 109 sq. not. 96. habita fuisse haec oratio videtur Olymp. CVIII. *Macar. Chryscephalus* ex altera oratione quaedam excerpſit, de cuius opere inedito v. *Villoſon.* anecd. gr. II. pag. 10 sq. *Harl.*



ti prolegom. pag. 725. tom. VIII. R.] Demostheni abiudicant. Latine vertit *Ioh. Lonicerus*. Lapi Biragi Castelnuccii versionem habuit Baluzius.

\**Ἐπιτροπικοὶ* aduersus tutores suos, quos Hæcæum composuisse Demostheni legis apud *Photium* cod. CCLXIII. [Sunt, ut videtur, oratt. κατὰ Ἀφόβου. *Beck.*]

29) Ἐρωτικὰς, siue laus Epicratis. Hanc, veluti languidiorem et vi tanti oratoris destitutam, Demosthenis esse negant Dionysius, Libanius, hisque succinens Photius pag. 801. [*Wesseling.* ad Herodot. pag. 13. Androktionem huius orationis facit auctorem. *Macar.* Chrysoceph. fecit ex illa excerpta.]

32) Πρὸς Εὐβελίδην ὑπὲρ Εὐξέτης. *Fabr.* *Villoison.* in Anecd. græcis tom. II. pag. 11. scribit, in cod. Veneto legi *Macar. Chrysoceph.* excerpta ἐκ τῆς πρὸς Εὐβελίδην ἐφάσεως. Sic quoque apud *Harpocratem*. voc. Ταμήλια. conf. *Taylor.* not. ad hanc orat. tom. III. pag. 653. qui præterea credit, et ex *Harpocrat.* v. Ἐξένισε atque Ξενίζειν etc. probatum it, argumentum et pauca, quæ supersunt, scholia conscripta esse a *Didymo*, veteri Demosthenis critico et commentatore. *Harl.*

53) Κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβέλου, ψευδομαρτυριῶν *Fabr.* Teste *Harpocrat.* in Ἐκαλί-  
-τρην, nonnulli hanc orationem abiudicarunt Demostheni, et ipsi videtur ea potius *Dinarchi* esse. *Harl.*

38) Πρὸς Ζηνόδεμον παραγραφή. [Scripta nomine Demonis, qui patruus erat Demosthenis, ut constat e fine orationis. adde *Taylori* Prolegg. pag. 725.]

39) Κατὰ Θεοκλέους. Actor Epichares. Oratio a Callimacho tributa est Dinarcho. Vide *Dionysium* in Dinarcho, et *Harpocratem*. in Θεοκλέους. Apostolium XIX. 49. proverb. Anonymus in argumento: τὸν δὲ λόγον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν εἶναι Δεινάρχου, καίτοιτος ἐκ ἀπεικίότα τῶν τῷ Δημοσθένει, [habita post Ol. CIX. 1. conf. *Taylor.* in notis tom. III. pag. 553.]

61) Πρὸς Καλλικλέα, περὶ χωρίου. [Excerpta in cod. *Macarii* Chrysoceph. teste *Villoison* anecd. gr. II. pag. 11.] [P]

58) Πρὸς Κάλλιππον. [actor fuit *Apollodorus*.]

60) Κατὰ Κόνωνος, αἰκίας. Actio iniuriarum ob verbera: [pro *Aristone* scripta] Apud *Plutarchum* de gloria Atheniens. legas ἀνοίας, vitiose, ut notatum *Meursio* III. 6. Attic. Lectt. Ex hac oratione multa ad verbum transulisse *Dinarchum* in priorem suam aduersus *Cleomedontem*, notauit *Porphyrus* apud *Eusebium* lib. X. cap. 3. præparat.

21) Ὑπὲρ τῷ Κτησιφῶντος. Pro *Ctesiphonte* \*) aduersus *Aeschinem*. Vide infra Παρὶ τῷ  
σεφάνει.

41) Πρὸς τὴν Λακρίτη παραγραφή. [scripta nomine *Androclis* *Sphettii* et *Nausicratis* *Carystii*.]

52) Πρὸς Λεοχάρην περὶ κλήρου.

23) Πρὸς

qqq) *Ctesiphon* iste orator et ipse fuit. Vide *Tzetzæ* Chiliad. V. hist. 35.



- 23) Πρὸς Λεπτήνην. Vide supra Περὶ ἀτελειῶν, siue Περὶ ἀτελείας.
- 51) Πρὸς Μακάριον, περὶ τῆς Ἀγνίας κλήρης. [scripta est nomine Sofitheï, qui, pater, pro filio, Eubuide, causam agit.]
- 16) Ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν. De ope ferenda Megalopolitanis, (Arcadiae haec ciuitas fuit,) aduersus Lacedaemonios. Dicta Olymp. CVI. 4. aetat. Demosth. XXVII. (al. XXIX.) praetore Eudemo, siue Theodeimo. [Macarii exc. apud Villois. l. c.]
- \* Κατὰ Μέδοντος. Pollux VIII. 6. *Ἡεροστ.* in *Δεκατεύειν*.
- 24) Πρὸς Μειδίαν, περὶ κονδυλῆς. Contra Midiam, qui Demostheni Chorago in Dionysii alapam inflixerat, et ab eo accusatur impietatis. Hac oratione propter aduersarii potentiam nihil effecisse Demosthenem, auctor est *Isidorus* Pelus. IV. 205. epist. *Fabric.* — Haec oratio citatur a *Plutarcho* paedagog. cap. IX. §. 14. *Heum.* Ἐκ τῆς κατὰ Μειδίαν citatur in Excerptis *Macarii Chrysocephali*, teste Villoison. h. c. Sic quoque in *Plinii iunioris*, qui imitatus est in libellis de uitione Heluidii, lib. VII. epist. 30. Et tamen fuerunt, (vt *Reisk.* ait ad hanc orat. pag. 915. tom. III. adparatus critici ad Demosth.) qui, negantes, hanc orationem a Demosthene perfectam, affirmarent, in aduersariis relictam esse. v. *Photii* bibl. pag. 800. Habita est oratio, saltem causa Midiana agitata, Olymp. CVI. 4. Dionys. refert eam ad Olymp. CVII. 4. conf. *Frid. Aug. Wolfii* prolegom. ad orat. Demosth. aduersus Leptin. pag. 107 sq. et *Taylori* not. ad h. orationem tom. III. pag. 167 sq. qui Dionysii computationem sequitur, et quaedam de Demosthenis aetate, plura de actione publica, *προβολῇ*, et de Midia ipso differit, idemque locum *Isidori*, a Fabricio laudatum, emendat. *Hark.*
- 46) Πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπέδην παραγραφή.
- 31) Κατὰ Νεαίρας, contra Neaeram, Stephani cuiusdam Atheniensis, uxorem. [Ab initio actor causae est Theomnestus, gener Apollodori; inde Apollodorus ipse]. Demostheni abiudicat Dionysius Halicarnassensis. Dubitat etiam *Athenaeus* XIII. pag. 573. 586. Photius cod. CCLXV. languidiorem esse notat. [Subscribit *Taylor.* not. p. 611. tom. III. quem tamen meras nugas egisse putat *Reisk.* pag. 1684. vol. III.]
- 59) Πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς Ἀρεθασίε, [pro Apollodoro scripta.]
- 54) Κατὰ Ὀλυμπιοδῶρε, βλάβης.
- 1) Ὀλυνθιακὸς α', siue tertia potius:
- 2) — — β. Secundam primo loco ponendam, res ipsa suadet et Dionysii Halic. testimonium:
- 3) — — γ' secunda. De ope, Olynthiis ferenda, aduersus Philippum, orationes tres, habitae praetore Athenis Callimacho, Olymp. CVII. 4. aetatis Demosth. XXXI. [al. XXXIII. et sic in reliquis differunt anni Demosth. secundum diuersas rationes annis natalis.]. Latine verterunt *Io. Metzlerus* 1527. Vratislaviensis, v. *Hank.* de Silesiis eruditus indi-

rrr) Aduersus Olynthios dixit Demostheni ad Olynth. excerpta habet *Macarius Chrysoceph.* re-  
versatus Demades. Suid. in *Δημάδης*. [Ex tribus ste-Villois. l. c.]



indigenis p. 245. *Phil. Melanchthon*, Anonymus quidam, et *Nic. Carrus*. Lond. 1571. 4. Primam praeter *Bessarionem* <sup>sss)</sup> qui notas addidit accendendis aduersus Turcas [P] Christianis principibus, Paris. 1470. 5. etiam *Ioach. Camerarius* et *Ioh. Sturmius*, (cum commentariolo eiusdem et scholiis Martini Crusii in 1. et 2. Argent. 1554. 8.), secundam *Christophorus Hegendorphinus*, tertiam alius Anonymus. Gallice, Ludou. Regius, et cum notis *Tourrellus*, Paris. 1691. 8. 1702. 4. [et in Tour. Oper. Paris. 1721. 8.] Singulas quasdam ex Olynthiacis etiam latine transtulere *Vitus Amerbachius* et *Iac. Grifolus*, Luciniahensis. <sup>uu)</sup> Analyſi dialectica, rhetorica, historica, ethica et politica vniuersas illustrauit *Marcus Beumlerus*, Francof. 1585. 8. addita latina versione *Rudolphi Collini* perspicua, ad voluminis calcem. [vide infra, catalog. edit.] Artificium rhetoricum explicauit etiam *Steph. Caroli*, Bonon. 1533. 4. *Olai Slangendorffii*, Dani, commentar. in Olynthiac.

36. 37) Κατὰ Ὀνήτορος α', β'. aduersus Onetorem, Aphobi fundos et bona, Demostheni addita, per nefas inuadentem. Harpocr. et Suid. in Ὀνήτωρ.

45) Πρὸς Πανταίνετον παραγραφή. De argumento orationis conf. *Desiderium Heraldum* pag. 212. animaduers. in *Salmaf. Fabr.* Macarius Chrysocephalus excerpta ex hac et sequente oratione fecit, quae latent in cod. Veneto. v. *Villoison*. l. c. *Harl.*

21) Περὶ τῆς παραπροσβέας. De legatione ad Philippum, male ab Aeschine obita. Dixit Demosthenes aduersus Aeschinem, praetore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. an. aetatis XXXVII. De responsione Aeschinis infra suo loco. Demosthenis orationem transtulit anonymus quidam. *Francisci Porti*, Cretensis, argumentum et notae prodire Morgiis, 1584. 4. cum eius prolegomenis in tragoedias Sophoclis pag. 37. *Fabric.* Quomodo titulus huius orationis nobilissimae et decantatae scribi soleat, indicat *Taylor*. in not. ad h. orat. pag. 307 sq. et veriore esse debuisse inscriptionem, censet, Κατ' Αἰσχίνε παραπροσβέας, vti scholiast. *Thucyd.* VI. 91. et alii, in his *Cicer.* orat. 31. qui, multae sunt, ait, eius totae orationes subtiles — multae totae graues — multae variae: ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem, pro causa Ctesiphontis. Tum idem fuisse persequitur varia, quae de oratione hacce iam olim disceptata sint, et ad historiam, aut intelligentiam illius pertineant: scil. fuisse apud antiquos, qui aut negarent, aut ad dubitarent certe, hanc orationem esse habitam, antiquiores aliquot in dubium vocasse, hanc, quam tractamus, orationem consummatum esse et sincerum opus auctoris, et a manu eius vltima profectum; ad Demosthenicam scripsisse *Apollonidem* quemdam *Nicaensem* (vide *Ammon.* voc. Ὀφλεῖν), et ad Aeschineam aduersariam orat. *Didymum*, (v. Harpocrat. in Προσασία,) illum probabiliter, qui ad Demosthenem quoque et Isaeum commentatus est; *Dionem Prusaeum*, Platonis et Demosthenis aemulum, (*Philostr.* in vit. Sophist. §. 7.) maximi semper fecisse hanc orationem, et *Maussacum* in bigam orationum lectiones, adhuc, quantum scimus, ineditas, conscripsisse. De miro, quo usus est

sss) A. Chevillierus de origine typographiae Paris. p. 57.

tti) *Demosth.* oratt. III. Olynth. lat. et I. ac II.

contra Phil., interprete *Iac. Grifolo*, — Flor. 1550. 4. *Harl.*



est orator, artificio et summa vafritia aliisque rebus agit *Dionys. Halicarn.* in arte rhetor. VIII. 5. *Harl.*

\* Πρὸς Περικλέα. Priscianus Lib. XVII.

56) Πρὸς Πολυκλέα περὶ τῆ ἐπιτηδεύσεως, siue de sumtibus, post finitum tempus praefecturae naualis factis. [nomine Apollodori scripta.]

18) Προοίμια δημηγορικὰ. Exordia, siue prooemia orationum LXV. a Demosthene per otium elaborata, quibus in tempore vteretur. Sic *Cicero* ad Atticum Lib. XVI. epist. 6. testatus est, se habere librum prooemiorum, ex quo eligere solitus, cum aliquod σύγγραμμα instituit. Adde IX. 18. ad Paetum. Sed et Plato in Menexemo notat solemne fuisse rhetoribus, habere eiusmodi λόγους παρεσκευασμένους. Latine vertit prooemia Demosthenis *Ioh. Bernhardus Felicianus*.

15) Περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας, de ope, Rhodiis, licet non optime meritis, ferenda aduersus Mausolum: qui ciuitatem eorum pauciorum imperio subiecerat. Habita praetore Thessalo siue Theello Olymp. CVII. 2. aetat. Demosth. XXIX. Latine vertit *Christoph. Hegendorfinus*.

22) Περὶ τῆς σεφάνης, aduersus Aeschinem pro Ctesiphonte, qui decretum fecerat de Demosthene aurea ornando \*\*\* corona in Bacchanalibus, quod Athenas mure cinxerat. Latine verterunt post Ciceronem, cuius operis superest anteloquium, quod inscribi solet *de optimo genere oratorum*, *Leonh. Aretinus*, [P] *Hier. Wolf*, Anonymus quidam, *Dionysius Lambinus*, *Ionchimus Perrionius*, de quibus et de gallica versione du Varii iudicium Iac. Tourelli, qui etiam ipse cum magna laude orationes contrarias Aeschinis et Demosthenis gallice est interpretatus, v. ephemerid. eruditorum Paris. 1722. Aug. pag. 142. [Aesch. et Dem. contrariae oratt. in Ctesiph. et pro corona *Ioach. Perrionio* interprete. Lutet. apud Vascosan. 1554. 4. *Du Vair* gallice vertit Aeschinis or. contra Ctesiph. et Dem. or. pro eo. Paris. 1606. 8.] De Ciceronis versione deperdita, cuius meminit *Hieron.* 2. in *Rufin.* et *Sidon.* Lib. II. ep. 9. et de editionibus postea sermo erit. Confer *Ciceronis* oratorem c. VIII. Idem Cicero ad hancce videtur respexisse, quum rogatus, quamnam orationum Demosthenis maxime omnium probaret, longissimam respondit, vt narrat *Plutarchus* in Cicerone p. 872. Ceteris Demosthenis orationibus praelatam docet quoque *Plinius* VI. epist. 33. fin. Artificium huius orationis exponit *Franciscus Portus*, Cretenfis, oratione VI. pag. 88. sq. ad calcem prolegomenor. in *Sophoclem*, Morgis 1584. 4. En tibi, lector! quod mireris: *Rog. Ascham* in epistola ad Sturmium a. 1555. Libr. I. pag. 101. „Regina Elisabetha et ego vna legimus graece orationes Aeschinis et Demosthenis περὶ σεφάνης. Illa praelegit mihi, et primo adspectu tam scienter intelligit non solum proprietatem linguae et oratoris sensum, sed totam causae contentionem, populi scita, consuetudinem et mores illius vrbis, vt summo opere admirareris.“ [Ecquis non

\*\*\* De more, bene meritis aurea corona donandi, consule *Io. Harduinum* ad Themistii orat. III. p. 386. [cf. *Dorville* ad Charit. I. 5. pag. 59. sq. *Carol. Paschalius* in libro: Coronae Lib. I. cap. 17.

Vol. II.

fin. Lib. V. c. 5. 6. 12. et alibi, *Taylor* in notis ad h. or. Tom. II. pag. 595. sq. Habita est Olymp. CXII. 3. *Harl.*

M m m m m



non laudauit hanc orationem, quae ipsa reliquarum corona dici potest? v. quoque cl. *Wolffii* Prolegg. ad orat. Dem. aduersus Leptinem pag. 41. sq. pag. 46. sq. not.] Decretum Byzantinorum cap. 27. illustratur ab *Antonio van Dalen*, pag. 779. sqq. cap. 3. Diss. IX. Antiquitat. a Viro quodam docto in Miscell. obseruatt. anglice editis, Londini 1731. 8. n. XI. p. 347 sqq. (et latine versis, Amstelod. 1733. Vol. II. Tom. III. pag. 354) sqq. cum animaduersionibus *Doruillii*; ab *H. Valesio* Libr. IV. Emendation. 9. pag. 109. sqq. a *Tourellio*, gallico interprete, et *Tayloro* in notis, et a *Io. Tob. Kresbfo*, rectore quondam scholae Grimmenfis, in singulari prolusione scholastica, Lipsiae 1775. 4. rec. in eiusdem Opusculis academicis et scholasticis, denuo recognitis, Lipsiae 1778. mai. 8. pag. 455 — 478. De tempore, quo perorata sit illa oratio, contra Corfinum late disputat *Taylor*. in initio notarum suarum, pag. 598 sq. edit. Cantabrig. et pag. 20. sqq. meae editionis. Idem pag. 78. sqq. meae edit. docet, ab vltima vetustate duas exiisse Demosthenis, quae vocantur, *ἐκδόσεις*, quae aliquando per iniuriam describentium, aut quavis alia ex causa forsan conflarentur ad hanc nostram, quae sola hodie obtinet, concinnandam. *Harl.*] In hac oratione sese passim laudat Demosthenes, sed tam scite, vt propterea reprehensionem facile effugiat. Confer eundem *Plutarch.* de laude sui pag. 541 seq.

57) *περὶ τῆς Στεφάνου τῆς τετραρχίας* pro Apollodoro et in gratiam eiusdem de corona praefecturae naualis.

43. 44) *Κατὰ Στεφάνου, ψευδομαρτυριῶν, α', β'.* [scriptae nomine Apollodori, filii Pasionis. Excerpta *Macarii*, saepe citata, latent in Cod. Veneto.]

13) *Συμβουλευτικός, ἥτοι ὁ περὶ τῆς συντάξεως.* *De ordinanda rep.* et veteri virtute ac libertate amplectenda, habita praetore Eudemo Ol. CVI. 4. aetat. Demosth. XXVII. Latine vertit *Ioach. Camerarius*. Ineditam *Politiani* translationem memorat *Labbeus* Bibl. MSS. p. 372. *Fabric.* Reiske inscripsit: *Δημ. ὁ περὶ συντάξεως λόγος*, omisissis vocc. *συμβουλευτικός ἥτοι*, quoniam orator plures scripsisset consultorias, vel suaforias, et *σύνταξιν* h. l. intelligit de pecuniaria contributione, seu censu collatio, cui cuique pro modo fortunarum indicto, quae pecunia militi conscripto, aut conscribendo in manus daretur, vnde sibi vestem, arma, conmeatum compararet. Vide eius not. in Adparatu critico ad Demosth. Vol. II. pag. 349. sq. Cel. *Frid. Aug. Wolf.* in prolegg. ad Demosthenis orat. adu. Leptinem pag. 74. not. suspicatur, hanc orationem non esse Demosthenis, sed ex aliis eius, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo declamatore confutis pannis confectam. Ex τῇ περὶ συντάξεως citatur illa in Excerptis *Macarii*, frequenter iam memorati. *Harl.*

14) *Περὶ συμμοριῶν.* De classibus. Est autem *συμμορία*, notante *Libanio*, ordo eorum, qui Athenis munera publica subibant. [Rectius inscriberetur *περὶ βασιλικῶν*, iudice *Tayloro* in prolegg. a Reiskio editis. p. 753.] Habita Archonte Diotimo, Olymp. CVI. 3. aetat. Demosthen. XXVI. [al. XXVIII.] Prima *δημιογοία*, siue oratio ciuilis, quam dixit Demosthenes. Latine vertit *Iohannes Lonicerus*. [conf. cl. *Wolf.* l. c. pag. 109. sq. in primis pag. 113. sq. de anno et archonte.]

55) *Πρὸς*



55) Πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρεῶν. [v. *Athen.* p. 486. *Harpocr.* v. *Κακοτεχνίων*. quidam orationem illam videntur abiudicasse Demostheni; sed vide *Reiskii* adpar. crit. ad Dem. Vol. III pag. 1553. sq.]

27) Κατὰ Τιμοκράτους. Contra Timocratem, actor Diodorus. Habita eodem, quo oratio contra Aristogitonem, anno, Olymp. CVI. 4. Vide Gellium XV. 28. *Fabr.* conf. cl. *Wolf.* l. c. pag. 130. sqq. inprimis *Taylor.* not. pag. 443 sq. *Harl.*

50) Πρὸς Φαίνοππον περὶ ἀντιδόσεως.

Φιλιππικοὶ ββ. Orationes duodecim in Philippum<sup>vv)</sup>, regem Macedoniae, lectae olim sunt a Dionysio Halicarnasseo, et Demosthenis imitatione Cicero quoque quatuordecim suas aduersus Antonium orationes [P] Philippicas inscripsit, teste Plutarcho in Cic. Hodie quatuor tantum hoc titulo inter Demosthenis orationes exstant, et alio longe quam Dionysius legit ordine. Sed plures haberi, sub aliis licet titulis, ab Andrea Schotto obseruatum est, ex cuius sententia Philippicas duodecim recensabo.

1) Prima apud Dionysium Philippica etiam in nostris codicibus *Prima* est, habita praetore Aristodemo, Olymp. CVII. 1. aetat. Demosth. XXVIII. *Petrus Victorius* IX. 16. varr. lection. „erratum, ait, librarii est in *quarta* philippica Demosthenis, vt ipsam veteres vocare consueverunt, quae tamen iure *prima* inscribitur“. *Fabr.* Latina Melanchthonis versio exstat in eius declamationn. Tom. II. pag. 694 sqq. *Heum.*

2) Secunda. In editis est Olynthiaca secunda.

3) Tertia, vulgo Olynthiaca 3.

4) Quarta, vulgo Olynthiaca 1. Vide quae supra in Ὀλυνθιακός. *Fabr.* Hanc suspectam habet cum Valckenario *Wolf.* in Prolegg. cit. pag. 60.]

5) Quinta in editis primae Philippicae adnectitur sub titulo πόρος ἀπόδειξις, et incipit αὐτὸς μὲν ἡμεῖς etc. habita praetore Themistocle, Olymp. CVIII. 2. aetat. Demosth. XXXIII. [al. XXXV.] Apud *Dionysium* Epist. ad Ammaeum p. 123. vocatur ἕκτη τῶν κατὰ Φιλίππου δειγμάτων, sed legendum πέμπτη, vt patet ex iis, quae ipse subiungit. [conf. *Valcken.* ad Ammon. p. 171. *Taylor.* in Prolegg. a Reiskio editis pag. 720. Vol. VIII. Or. gr.]

6) Sexta hodie exstat sub titulo περὶ τῶν εἰρήνης, *de pace*, cum Philippo utcumque, nec satis consulto, inita, haud temere tamen abrumpenda, habita praetore Archia, Olymp. CVIII. 3. aetat. Demosth. XXXIV. [al. XXXVI.] Latine verterunt *Iustinus Goblervs*, *Iacobus*

M m m m m 2

*Grifo-*

vvv) *Polybins* in Excerptis Peiresc. p. 90. seq. reprehendit Demosthenem, quod viros praestantissimos, qui in Arcadia, Messenae, Argis, in Thessalia et Boetia rebus periculosis ad Philippum confugere non dubitarunt, tanquam proditores Graeciae tradidit. Aliud Demosthenis dictum, *actiones ex euentu iudicandas esse*, merito reiecit *Nicephorus Gregoras* XII. 5. Hist. p. 365. Idem diu ante damnauerat *Ouidius*: careat successibus opto, quis-

quis ab euentu facta notanda putat. *Fabr.* Ex Philippicis aliquot oratt. excerpta fecit *Macarius Chrysocephal.* quae in Cod. Veneto latent adhuc inedita. *Villoison* anecd. gr. II. pag. 10. De ordine orationum philippicarum, et quo quacuis anno habitae sint, nec non de reliquis orationibus multa collegit *Taylor.* in fragmentis s. prolegomenis in Demosth. post mortem illius a Reiskio editis, Vol. VIII. oratt. graecor. pag. 716 sqq. pag. 753 sqq. *Harl.*



*Grifolus* Lucinianensis, et *Petrus Bracchus* Placentinus. Quinta philippica dicitur ab Harpocrate. *Fabric.* Reiske in adparatu critico ad Dem. Vol. II. pag. 148. hanc orationem, quam *Hier. Wolf.* in adnotatt. or. de falsa legatione pag. 375, 20. Aeschinem habuisse auctorem suspicatus est, docet, esse Demostheni adserendam. *Harl. Andr. Dounaci*, professor. Cantabrig. praelectiones eruditae in hanc orat. prodire Londini 1621. 8. [conf. *Paul. Leopard.* Miscell. III. 15, 16. Emend. IX. 15. *Wesseling* ad Diod. Sic. II. 129.]

- 7) Septima, in editis et iam Photii tempore *secunda*, habita Lycisco praetore, Olymp. CIX. 1. aetat. Demosth. XXXVI. [al. XXXVIII.] A nonnullis auctor septimae orationis Philippicae existimatus *Hegesippus Crobylus*. Confer Suid. et Etymol. M. in 'Ηγήσιππος. Sed videntur loqui de oratione, quam octauam mox dicam, de Haloneso.
- 8) Octava, hodie exstat sub titulo orat. de *Haloneso*, περὶ τῶν Ἀλονήσων, sed Libanio iudice rectius inscribetur πρὸς τὴν ἐπιστολὴν Φιλίππου, habita praetore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. aetat. Demosth. XXXVII. [aut XXXIX.] *Hegesippi* esse, qui collega Demosthenis fuit, non Demosthenis ipsius, Libanio, Photio, Suida et auctore Etymologici magni testibus contendit *Tan. Faber*, quem vide sis ad Longin. p. 202. edit. Tollii. Sed vide et *Athenaeum* VI. p. 223. Hermogenem, Plutarchum in vita Demosth. p. 850. *Quintil.* III. 8. pag. 273. *Fabr.* Hegesippo etiam aut alii cuicumque potius, quam Demostheni adscribit hanc orationem *Valcken.* in diatr. Euripid. post Eurip. Hippolytum p. 253. C. vbi locum quemdam orationis cum versibus Eupolidos comparat. *Harl.*
- 9) Nona hodie exstat sub titulo orat. de *Chersoneso*, περὶ τῶν ἐν χερρόνησῳ <sup>www</sup>), habita praetore Sosigene Olymp. CIX. 3. aetat. Demosth. XXXVIII. [XL.] [P] Latine vertit *Petrus Bracchus* Placentinus. Suidas in *Κατάγειν* octauam laudans *Φιλίππικῶν*, locum ex hac oratione producit.
- 10) Decima, in editis *tertia*, anno eodem.
- 11) Undecima, in editis *quarta*, habita praetore Nicomacho, Olymp. CIX. 4. aetat. Demosth. XXXIX. [al. XXXXI.]
- 12) Duodecima hodie exstat sub titulo [qui etiam est in *Macarii Chrysoceph.* excerptis mem.] ὁ πρὸς τὴν Φιλίππου ἐπιστολὴν ad *Philippi epistolam*, Atheniensibus bellum indicentem, quae integra orationi praemittitur, habita praetore Theophrasto, Olymp. CX. 1. aetat. Demosth. XL. [al. XLII. confet *Casaubon.* ad Theoph. char. p. 77. et ad Athen. VI. 24. *Meurf.* L. A. III. 6.] Latine vertit *Robertus Britannus* Par. 1643. 4. adiectis aliquot locis, quos Cicero ex Demosthene vertit vel adumbravit. Primam et secundam germanice Io. Reuchlinus, v. vitam scriptam a D. I. H. Maio pag. 554. italice vertit *Luc. Paullus Rosellus*, Patavinus, qui a Ch. 1556. obiit.

In vniuersas hactenus enumeratas duodecim orationes et *Libanii* argumenta et *Vlpiani* commentarios habemus. *Vlpiano* tamen tribuere non vult scholia illa *Casaubonus* propter errores varios, quos in illis sibi videtur obseruasse pag. 218. ad Theophrast. „Absit vero a nobis

<sup>www</sup>) Sic quoque in *Macarii Chrysoceph.* excerptis in *Villoisonii* anecd. gr. Tom. II. p. 10. *Harl.*



nobis, vt haec et alia huius farinae, qualia nonnulla in illis scholiis obseruauimus, Vlpiano tribuamus. " *Henr. Valefius* ad Harpocrat. p. 92. quum notasset, Vlpianum esse Christianum quia in secundam Olynthiacam laudat Theologi prooemium in Basilium, addit: „sed in Vlpiani scholiis multa sunt, a recentioribus temere adfuta, quale et hoc esse existimo.“ *Fabric.* Latius docteq. differit de commentariis, qui vulgo adscribuntur Vlpiano, *Io. Chapman.* in Obseruationibus ip. commentarios vulgo Vlpianos, quae praefixae sunt *Mounteney* editioni Demosth. selectarum orationum. *Chapman.* igitur *Valefii* iudicium examinat p. 27 sq. et reiiicit, et posteaquam ab initio primum inquisiuit, quis fuerit iste commentator, quae illi patria, quod literarum studium, et quibus indicibus externisque, quae vocantur, testimoniis, Vlpiani rhetoris nomen et personam induat, argumenta, quibus Vlpiano abiudicentur, colligit et persequitur. *Suidas* autem Tom. II. pag. 738. quatuor memorat *Vlpianos*, sed de commentariis in Demosthenem ne verbum quidem. Sunt vero apud illum 1) *Vlpianus*, Emesenus, sophista, qui de patria Emesa, de Heliopoli, de Bosporitis aliisque plurimis, progymnasmata et artem rhetoricam scripsit. 2) *Vlpianus*, Antiochenus, Syrus, sophista, tempore Constantini, imperatoris, auctor declamationum, disputationum et aliorum quorundam. Huius meminit quoque *Eunagrius* hist. eccles. lib. I. cap. 20. et *Eunapius* in vita Proaeresii, eumque, sed, iudice Chapmano, minus recte tutoque, opinatur Küster. in notis, conscripsisse commentarios in quasdam Demosthenis orationes. 3) *Vlpianus Gazaecus*, cuius mentionem quoque facit *Marinus* in vita *Procli*, cap. IX. 4) *Vlpianus*, frater Isidori, philosophi. Quae de hoc multa tradidit *Suidas*, ea desumpta esse ex Damascio de vita Isidori colligit Küster ad *Suidam*, magnam quidem partem legi apud *Photium* in Excerptis e Damascio pag. 1072. 1073. docet. — In Codd. MSSis apud Hier. Wolfium inscriptio his verbis designatur: Οὐλπιανὸς Ῥήτορος, (qui quidem Antiochenus esse videtur,) προλεγόμενα εἰς τὰς Δημοσθένους Ὀλυνθιακὰς καὶ Φιλίππικὰς λόγους. De *Vlpiano* igitur, rhetore Antiocheno, *Chapman.* agit §. 2. et ex locis *Eunapii* in vita *Proaeresii* ostendit, Vlpianum illum Antiochenum diu ante Constantini tempora floruisse Antiochiae, circ. a Chr. 293. nec ideo potuisse commentarios in Dem. conficere. Commentator enim perstringit *Zenonem* Citieum, etiam Cyprium dictum, rhetoricum, (de quo multus est *Chapman.*) tempore Iuliani, circa a Chr. 350. Idem commentator ad orationem contra Timocratem citat *Athanasium*, et ad exordium orat. Olynthiacae secundae confert principium *Theologi*, h. e. *Gregorii Nazianzeni*, in laudatione sancti Basilii: at nullus a *Suida* memoratorum Vlpianorum professus est doctrinam christianam, nullus sophista, deorum cultor, *Nazianzenum* vocauit Theologum et Basilium ἁγίον, atque *Basilius Caesariensis* mortuus est circ. a Chr. 378 vel 379. *Gregorius* autem *Nazianzenus* habuit orationem longum post tempus. Idem commentator ad or. contra Midiam καὶ δες, vasa muliebria, interpretatur τὰς νῦν σίτλας: hoc autem vocabulum, a *Meursio* inter vocabula graeco-barbara relatum, ostendit *Chapman*, incognitum fuisse vel veteribus lexicographis, et diu post Vlpianum rhetorem, ab *Alexandro Tralliano*, (circa an. Chr. 530,) vel primum, vel inter primos vsurpatum. Sic *Chapman.* alia adfert loquendi genera, quae in illis commentariis occurrunt et actatis sunt multo ferioris, quam Vlpianus rhetor vixit, immo vero romanum potius, quam graecum referunt sermonem. Denique §. 14. sq. commonstrat, argumenta illa longiuscula, quae incerti auctoris nomine feruntur, ab eodem profecta fuisse, a quo ipsos commentarios, et vitam illam Demosthenis breuem, quae *Plutarcho* inscribitur, non alii, quam nostro esse tribuendam. Rebus sic se habentibus incerti censendi sunt auctoris, qui labente



græca lingua compilauit, illi commentarii. An idem accidit, quod veteribus Homeri enarratoribus euenisse scimus? Forſan aliquis celeberrimus Vlpianus commentatus eſt in Demothe-nem. Huius liber grammaticis ſerioribus erat quaſi fundus, ita, vt collectanea ſua adſcribe-rent: alius, indoctus, leuiores tantum in ſuo exemplo inde excerperet, nomine Vlpiani in fron-te retento: alius alias quiſquilas citataque adderet. Ex veterum igitur forſan commentato-rum, etiam Vlpiani, adnotationibus, ita commentarii fuerunt conſarcinati, ab ipſoque auctore pluribusque inferioris æui homunculis aucti et interpolati, vt meliora omitterent, in leuiori-bus rebus, etiam nugis, acquieſcentes. Multa tamen loca librariorum manu deprauata cor-ruptaque medicam periti hominis exſpectant manum. Plura de parente horum commentario-rum et de Vlpiano aliisque eiſdem nominis ſcripturus erat *Taylor*, vt ex doctis eiſ collecta-neis, a *Reiskio* Vol. VIII. oratorum græcorum publicatis, pag. 711. ſq. adparet. Nominat ibi præterea *Domitium Vlpianum*, Ictum, *Vlpianum* Damascenum, Icto æqualem, *Vlpia-num* Tyrium, rhetorem, dictum *κεττέκεστον*: hunc Fabric. in nota miſta adnotauit, Pancra-tem poëtam, velut notum et æqualem nominasse, itaque Hadriani imperatoris vixiſſe ætate, diuerſum ab Icto Vlpiano longe iuniore. Idem Fabric. memorat *Vlpianum* comitem, ad quem Theodoretus epiſt. 22. *Harl.*

Quatuor Philippicas gallice *Ludou. Regius*, latine verterunt *Chriſtophorus Hegendor-phius*, Anonymus quidam, et *Paulus Manutius* Venet. 1549. 4. qui male *Claudius* vocatur in Bibl. Philoſophica Pauli Bolduani p. 471. [Apud eundem P. Manut. quinque oratt. De-moſth. et vnus or. Aechiniis verſio italica prodiit. 1557. 8.] tum *Nic. Carrus* Lond. 1571. 4. Binas ex illis etiam *Jacobus Grifolus* Lucinianenſis. De difficultate, bene transferendi græca in L. L. inſignis locus eſt P. Manutii in præſat. ad Philippicas pag. 845 etc.

Gallicam verſionem elegantem IV. Philippicarum III. Olynthiacarum, orationis de pace, de Cherſoneſo et ad Philippi epiſtolam, cum notis eruditis debemus *Tourello* Pariſ. 1691. 8. 1701. 4. recuſam Amſtelod. 1706. 12. <sup>xxx</sup>) Philippicas poſt *Io. Lalemantium* Pariſ. 1549. 8. gallice quoque vertit *Maucroëus*, (Mr. de Maucroy, canonicus Rheinenſis,) cuius trans-latio exſtat inter opuscula proſaria atque poëtica Maucroëi et Fontani, tom. I. atque in-ter opuscula Maucroëi poſtuma, Pariſ. 1710. 8. De argumento harum orationum conf. *Defid. Heraldum* in *Animadu.* in *Salmaſ.* p. 180. ſqq.

40) Πρὸς Φορμίωνα, ὑπὲρ δαρείου. [ſcripta eſt nomine Chryſippi.]

42) Ὑπὲρ Φορμίωνος, παραγραφή. Male audiſſe Demothe-nem hoc nomine, refert Plutar-chus, quod ita ex eadem officina duobus pugiones vendiderit aduerſariis, quibus ſe mu-tuo confoderent.

[De

<sup>xxx</sup>) *Tourellus* in Demothe-ne gallice expri-mendo præclariffimum poſuit ſtudium. Namque non ſolum poſteriores eiſ editiones a prioribus 1691 et 1701. longe ſunt diuerſæ, et cultiores; ſed eiſ quoque editor *Guil. Maſſieu* teſtatur, nullam eſſe in orationibus, ab eo verſis, periodum, quam non ſexties ſeptiesue reddendo eleganter expreſſerit, vnâ denique ceteris præferens, atque ex illis tot verſionibus, velut delectu factis, excerpens inter-

pretationem. Editio poſtrema, aut poſtuma in Ope-ribus *Tourelli* Pariſ. 1721. 4. Journ. des Sav. 1722. II. pag. 85. vide, quæ in *Tourelli* laudem 1692. pag. 236. adde infra in recenſione verſionum. In eo tamen maſculam Demothe-nis eloquentiam deſide-rat *Oliuetus*, qui nouam duarum cum Ciceronis Catilinariis edidit verſionem. Pariſ. 1727. 12. conf. Journ. des Sav. 1728. Mai. pag. 109. Bibl. anc. et moderne, tom. XXVIII. pag. 444.



[De epistolis Demosth. vide supra Lib. II. c. X. nr. 15. Vol. I. pag. 682. et quos citat *Taylor*. in prolegomenis ad Demosthenem, a Reiskio editis, in Vol. VIII. oratorum graec. p. 724. Demosthenis epistolae citantur in vetere lexico bibl. Coisl. pag. 483. *Harl.*]

*Codices MSSi et Editiones Demosthenis.*

[Codices manu exaratos permultos tum Demosthenis, tum Aeschinis, qui post mortem in pluteis scriniisque coniunctiores, quam in vita fuerunt, iam contulerunt praeter Manutium et Morelium ad editionem Lutetianam, Taylor. Reisk. et Auger. Praeter ea Taylor, quorumcumque notitiam aut mentionem nancisci potuit, eos omnes recenset in prolegomenis s. potius illorum fragmentis, quae Reisk. post illius mortem edidit in vol. VIII. orator. graec. pag. 697—706. Paucis igitur, ne otio et charta abutamur, nobis expedire, et, quos scire iuuat, cuius aetatis et quot et quas orationes singuli comprehendant codices, eos ad triumuiros illos laudatos ablegare licet. Quos codd. Parisin., qui octo fuerunt, adhibuit Morelius, eos Taylor. in praefat. ad Demosth. tom. III. recenset. Praeter ea ille ibidem codd. Pannonium, exemplar admirandae vetustatis, et Augustanum, quorum lectiones Hieronymus Wolfius adtulit, et eos, e quibus ipse Taylor. hauserat, aut lectiones acceperat, paulo fusius describit. Sed Taylorianae tamen recensioi mentionem nonnullorum msstorum adiiciemus, et breuiter enumerabimus codices, in diuersis bibliothecis latentes.

*Romae* in biblioth. Vaticana et olim reginae Sueciae, modo plures, modo pauciores orationes et epistolae iunctae Demosth. et Aeschinis, interdum scholiis stipatae, etiam versiones quarumdam orationum, manu exaratae, custodiuntur. Taylorianae notitiae, ex Montfaucon. Biblioth. — msstorum haustae, addas a me in Prolegom. introductionis in histor. L. Gr. edit. II. pag. 61. memoratos codd. in biblioth. *Barberina*, (in qua etiam seruatur Demosthenis editio 1549. 8. cum notis msstis,) variarum oratt. Aeschinis, Demosthenis orat. de corona, it. de legatione. — in biblioth. *Angelica*, Demosth. variae oratt. — in biblioth. *Chigiana*, Demosth. oratt. Olynthiacae.

*Florentiae* in biblioth. Laurent. teste *Bandinio*, tom. I. plut. IX. cod. XXX. *Demosth.* oratt. tres olynthiacae, prima philippica et de corona. — plut. IV. cod. XXIV. pag. 547. et cod. XXXIII. p. 555. Demosth. orat. funebris. — tom. II. plut. LVI. cod. III. p. 299. fragm. orat. Demosth. de falsa legatione, plut. LIX. cod. IV. pag. 490 sq. sedec. oratt. Demosth. — cod. VIII. p. 494. oratt. 29. — cod. IX. p. 496. octo oratt. cum scholiis. — cod. X. ib. 20. oratt. Demosth. — plut. LIX. cod. XIX. p. 536. oratt. 23. cum Libanii argumentis et Vlpiani in septem enarrationibus. — cod. XXV. pag. 544. oratt. 21. et VI. epist. Demosth. — cod. XXVII. p. 546. oratt. 17. cum Libanii argumentis. — cod. XXIX. p. 549. tres oratt. — cod. XXXIX. p. 571. decem oratt. — cod. XLI. tres oratt. Demosth. — cod. XLVI. p. 577. orat. de falsa legatione contra Aeschinem. — ibid. cod. XLVII. septem oratt. Demosth. — in vol. III. plut. XC. p. 419. cod. XVI. oratt. decem. — ibid. cod. LXII. p. 420. Demosth. (sic) orat. contra Ctesiphontem, et fragmentum orat. de corona. Citatur quoque Demosth. in floril. sentent. tom. I. pag. 253. et cum Aeschine in viol. compos. ibid. pag. 549. — *Aeschinis* epistolae IV. in vol. II. pag. 351. nr. 19. tres oratt. cum scholiis ibid. pag. 423. nr. 8. et p. 444. nr. 3. — oratio contra Ctesiphontem et apologia de perfide obita ad Philippum legatione,

cum



cum XII. epistolis, ibid. cod. IV. p. 588. — Epistolae sex, ibid. pag. 425. nr. 27. Epist. XII. pag. 444. nr. 3. pag. 491. nr. 20. pag. 618. nr. 2. et pag. 678. nr. 2.

*Florentiae* in biblioth. Monasterii Benedict. b. Mariae tres codd. Demosth. et II. codd. Aeschinis oratt. atque epistolarum. — Ibid. in biblioth. S. Marci Dominicanorum Demosth. oratt. contra Aeschinein, item philippicae. Leon. Aretinus transtulit cum praefat. ad Nic. Medic.

*Cesena* in biblioth. fr. Minor. Demosth. oratt. in duobus codd. vid. Catalog. tom. I. pag. 98. et pag. 107.

*Mediolani* in biblioth. Ambros. tres codd. Demosth. oratt. tres codd. oratt. Aeschinis, vnus eiusdem epistol. vnus, in quo sunt Harpocrat. Lexicon et decem oratt. oratorum.

• *Venetis* in biblioth. D. Marci secundum catalogum pag. 201 sqq. cod. CCCCXVI. et CCCCXVII. et CCCCXX. omnes, quae exstant, oratt. Demosth. epistolaeque. pag. 203. cod. CCCCXVIII. continet 32. oratt. item exordia et 6. epp. Dem. — pag. 204. cod. CCCCXIX. oratt. 14. [de hoc praestantiss. Cod. v. Cl. Morelli praefat. ad Aristid. Orat. Lept. 1785. p. XVII sq.] — cod. CCCCXXXVIII. p. 214. duas oratt. — cod. DX. p. 274. orat. I. contra Philippum et tres Philippicas. — in cod. CCCXLII. pag. 230. sunt tres oratt. Aeschinis. — pag. 314. cod. DCIX. Aeschinis et aliorum epistolae.

In biblioth. Cardin. *Bessarionis* tres codd. oratt. et epist. Demosthenis. De codice Fulvii Vrsini Taylor. citat P. Fabri agon. I. 30. init.

In biblioth. *Parisi* regia tanta est codicum, in quibus Demosthenis et Aeschinis orationes atque epistolae cum scholiis atque Vlpiani commentariis et sine illis reperiuntur, copia, ut verear, ne enumeratione singulorum a Taylora p. 699 — 701. iam repetita, lectoribus molestiam creem. Quorum lectiones Lambinus et Morellus atque Taylor. habuit, eos Taylor. in Conspectu MSS. et editionum tom. III. recenset. Augerius XXXIX. codd. euoluit aut lectiones ex illis, ab Morello et Lambino excerptas, adhibuit. Nonnullis codd. scholia, in his nondum edita, sunt adscripta. Ille inprimis laudat cod. MMM. qui fere omnia habet Demosthenica, a lectionibus bonis. Plurimi codd. sunt saec. XV. aut XVI. Antiquissimi nominantur nr. MMDCCCCXXXIV. membr. saec. XII. in quo omnia quae supersunt, Demosthenis, inveniuntur, LVIII. oratt. V. epistolae ac *πεποιμένα*; nr. MMDCCCCXXXV. membr. saeculi partim XI. partim XIII. in quo pauca desunt Demosthenica; nr. MMDCCCCXXXVI. membr. saec. XIII. praebet omnes orationes Demosthenicas; nr. MMDCCCCXCIV. membr. saec. XII. plura habet Demosthenica; MMMII. cod. chart. saec. XVI. in quo sunt III. oratt. Demosth. et epistolae Aeschinis, bonas exhibet lectiones. Idem Auger. vsus est quatuor codd. bibl. *du St. Germain*; nr. CCXLIX. cod. saec. X. continet III. oratt. et XII. epist. Aeschinis; nr. CCXXXIII. bombye. saec. XIV. et nr. CCCXXIV. bombyc. saec. XV. praebet quasdam oratt. Demosth. nr. CCCXXXIX. membran. saec. XIII. habet omnia fere Demosthenica. — In bibl. *Colbertina*, hodie regia, sunt cod. MMMDX. Aesch. adu. Ctesiph. MMMDCLIV. Aesch. quaedam et tres codd. complectentes Aesch. epistolas. — In biblioth. *Coisliniana* cod. CCXLIX. membr. saec. X. comprehendit tres Aesch. oratt. cum scholiis graecis et XII. epistolis. — In biblioth. Cardinalis *Radulphi* II. codd. oration. trium et II. epistol. Aeschinis.

In



In *Anglia Oxonii*, tres Demosth. *Barocciani*, quibus usus est Taylor. vid. eius Conspectum, et Prolegom. pag. 702. *L. udianus*, complectens XII. oratt. Demosth. In biblioth. *Bodleiana* est exemplum Aldinum, collatum cum codice Veneto, in catal. biblioth. Bodleian. voc. Demosth. dicitur cum codd. MSS. collat. manu P. Pithoei, et exempl. Aldinum 1554. cum emendatt. msstis, et Heruag. I. ad cuius oram sunt obseruatiunculae scriptae: in biblioth. *Bernardi* exemplar Aldinum cum scholiis gr. in tres Aeschinis oratt. et V. L. atque coniecturis Scaligeri. — *Cantabrigiae* exemplar Aldinum cum adnotatt. Claudii Groulardi: item notae ineditae Iac. Duporti seu Thomae Stanleii ad Demosth. oratt. — adnotatiunculae ad Aeschinem ex ora exemplaris Aldini rhetorum graecorum, in biblioth. Mori. — *Londini* codd. *Harleianus*, Demosth. Philippicae etc. et contra Aeschinem, *Mead.* complectitur oratt. tres Aeschinis cum schol. gr. et epp. 12. *Lock.* Demosth. Olynth. 1. et 2. Aesch. in Timarchum. *Rawlinson.* Demosth. orat. funebrem. *Askew.* orat. Demosth. pro corona. Ex cod. *Iac. Harris* Taylor. nactus varias lectiones Philippicarum IV. tum codd. episc. Noruic. Ashmole, collegii Lincolnienf. Edu. Bernardi, et alia, de quibus vid. Taylor. in relictis prolegomenis, (diuersis ab iis, quae dedit Reisk. in vol. VIII.) quae etiam ab Askew accepit et vol. II. Adpar. crit. ad Demosthenem publicauit *Reisk.* p. 14 sqq. atque p. 16 sqq. scholia *Moschopuli* ad tres Olynthiacas e cod. Barocc. nr. CLIX. a *Tayloro* exscripta promulgauit, idemque memorat, in cod. Bavarico ad orat. pro corona etiam adscripta esse *Moschopulea*. Idem Taylor. habuit varietatem lectionis ex antiquo codice olim a Lindenbrogio ad oram posterioris Heruag. adnotatam.

In *Germania.* Codices *Vindobonens.* Demosthen. et Aesch. XII. secundum Lambecium et Nesselium a *Tayloro* fusius describuntur. De reliquorum, qui in Germania seruantur, plurimis intelligenter copioseque disseruit *Reisk.* in praefat. ad tom. I. §. 16 sqq. pag. LIX sqq. Sunt vero sex in biblioth. *Augustae Vindelicorum*; vnus *Monaci* in Bauaria, cui multum post accessit cum bibliotheca Petri Victorii ab electore Bauaro-Palatino emta, cod. mst. recens scriptus chartac. in min. fol. quo uti nondum potuit *Reiskius*, et qui continet Demosthenis Olynthiacas et Philippicas, cum P. Victorii commentariis in illas anecdotis. Praeter ea nominantur a *Reiskio* p. 58. praefat. codex *Wratislauenfis*, *Doruillianus*, tum is, quem possedit quondam *Elias Obrechtus*, alius, quem, ut scribit *Reiskius*, habuit Petr. Possinus, Decanus S. Gudilae Bruxelliens. (*Pantinus* nominatur a Fabricio, qui lib. VI. cap. 5. pag. 311 sqq. vol. XII. catalogum MSS. gr. P. Pantini exhibuit: ibi nr. 5. nr. 15. inprimis nr. 16. sunt plurā Demosthenica et Aeschinea.) Codex *Sambuci*, schedae *Scrimgeri*, Scoti, professoris Heidelbergenfis, in quas ille coniecerat varias codicis cuiusdam lectiones, cum suis coniecturis. Denique recenset *Reisk.* pag. 73 sq. praefat. librum *Weimaranum*, siue exemplum Aldin. in biblioth. publica Vinariensi, cum variis trium codd. lectionibus, librum *Lessingianum* s. exemplar Aldinum; quod misit *Lessingius* *Reiskio*, cum variis lectionibus diuersarum manuum et cum scholiis ineditis orae adscriptis: et cod. bombyc. e biblioth. *Gerardi Meermannii* acceptum. — In biblioth. *Dresdensi* est cod. membr. Demosth. oratt. in L. L. translatae a Leonhardo Aretino, in 4. et cod. gr. chart. saec. XV. qui continet oratt. Olynth. et Philippicas cum epistola Philippi, nondum, quantum scio, collatus. — *Helmstadiensis* biblioth. seruat membranas Aeschinis praestantissimas, de quibus vid. *Reisk.* praefat. ad Aeschinis oratt. et epistolas, p. XIII sq. — In biblioth. *Bernensi* Demosth. oratt. philippicae cod. chart. in 8. vid. *Sinneri* catalog. codd. msst. biblioth. Bernensis pag. 368.

Vol. II.

Nnnn

In



In biblioth. publica *Leidenfi*, teste Catalogo, p. 335. nr. XXXIII. oratt. quaedam Dem. cum scholiis Libanii, p. 394. nr. LVI. Dem. oratt. iudiciales, et Aesch. epistolae, cum Platonis et Chionis epistolis. — p. 398. nr. LI. Aeschinis et aliorum epp. ibid. nr. LXV. Dem. aliquot orationes. — pag. 399. nr. VI. Dem. sermo amatorius, cod. ann. 1515. Venetiis scriptus. — p. 494. inter codd. Perizonianos, nr. IV. Dem. oratt. cum Libanii argumentis, et vna Lyfiae rhetoris. — pag. 396. nr. XVIII. Comparatio Demosthenis et Aeschinis.

In biblioth. regia *Matritensi*, teste Iriarte, in catal. codd. gr. msst. cod. XLIX. p. 165. nr. 139. et 152. Libanii declamatt. pro Demosthene. — cod. LXIII. p. 223 sq. Aeschinis vita, Apollonii de Aeschine rhetore, et *Aeschinis* orationes atque epistolae. — cod. CXVII. pag. 475 sqq. *Demosthenis* orationes XVIII. cum eius vita, a Libanio alioque auctore conscripta, Libanii in eas orationes praefatione et argumentis, nonnullisque a Libanio, Vlpianoque adnotationibus. — In biblioth. *Escurial.* teste Plüero in itinerrario p. 165. sunt quatuor codices mssti, qui plures paucioresue continent orationes. Excerpta sunt in Macarii *Podavici* secundum *Villoisoni*. Anecd. gr. II. pag. 10.

### *E d i t i o n e s.*

Antiquioribus iam temporibus duplex exstitit editio, ἡ ἀρχαία, et ἡ δημοδής, et id nominis in scholiis occurrere, docet Taylor. in proleg. a Reiskio editis cap. III. pag. 709 sq. — De editionibus omnium, quae exstant, orationum Demosthenis atque Aeschinis a viris doctis curatis, diligenter copioseque disputat aperteque iudicat *Reiskius* in praefat. ad tom. I. Demosth. §. 2 sqq. p. IV sqq. ad quem igitur ablegabimus lectores. adde *Taylor.* prolegg. a Reiskio edita vol. VIII. orator. gr. cap. II. pag. 706 sqq.

Princeps est *Aldina*, ex cuius officina primum prodierunt:

*Vlpiani commentarioli in olynthiacas philippicasque. Enarrationes sane quam necessariae in tredscim orationes Demosthenis. Harpocratonis lexicon. omnia graece. Venetiis apud Aldum, mense Octobri. 1503. fol. — Postea*

*Demosthenis orationes duae et sexaginta. Libanii Sophistae in eas ipsas orationes argumenta. Vita Demosthenis per Libanium et Plutarchum, omnia graece. Venetiis in aedibus Aldi mense Nou. 1504. fol. min.*

Lentae fuerunt operae in describenda illa editione. Ipse Aldus laudat illam a pulcherrimis characteribus et perquam decenti formae habitu, et castigatissimam esse gloriatur. Aldus primus indicem editioni suae subiecit variarum lectionum e tribus codicibus ab Aldo, seu Musuro forsan, aut Carteromacho, qui operis probabiliter praefuit, excerptis. Reiskius iudicat et probare sustinet, Aldum vno eodemque anno binas curasse editiones Demosth. inter se diuersas et discrepantes. Primum videtur illi Aldus pauca tantummodo exemplaria curasse excudi; tum eodem anno iterum Demosthenem praelo suo subiecisse, sed diligentius et e melioribus codicibus emaculatum. Enimvero dum omnia folia plagellaeque praelo exierunt, euenire potuit, vt Aldus, meliora antiqua exemplaria nactus, hinc inde foliis excisis, textuque passim recto correctoque, noua substitueret. Quare, diuenditis iam quibusdam exemplaribus prioris recensiois, fieri potuit, vt in diuersis eiusdem editionis exemplis oriretur lectionis



ctionis diuersitas. Duplicis editionis exempla fuerunt quoque in bibliotheca Pinelli: vid. Catalogum illius biblioth. tom. II. p. 172. ibique notam cel. Morelli.

*Vlpiani commentarioli in olynthiacas philippicasque Dem. orationes. Enarrationes in tredecim orationes Demosth. Arpotrationis dictionarium decem rhetorum.* Graece. Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Asulani focer. 1527. mense Iunio. fol. vid. *Creuennae catal. libr.* vol. III. p. 65. Serie dell' Ediz. Aldine etc. edit. II. Patau. 1790. pag. 62.

Aldinam excepit prima *Heruagiana*: (nam quatuor editiones prodierunt ex officina Heruagiana, Basileae.)

*Δημοσθένες λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα.* Habes lector Demosthenis Graecorum omnium facile principis orationes duas et sexaginta et in eisdem Vlpiani commentarios, quantum extat: Libanii argumenta. Tum collectas a studio quodam ex Des. Erasmi Rot. Guil. Budari atque aliorum lucubrationibus annotationes. Adhaec ipse, Plutarcho Libanioque authoribus, vitam. Et lectionem denique variam adiectam. Basileae per Io. Heruagium mense Sept. 1532. fol. graece. (edit. ann. 1536. in Tylori proleg. vol. VIII. Reisk. p. 708. falso nominata typothetae culpa videtur.)

Fundus quidem est exemplar Aldinum: nonnulla tamen, curante forsan Grynaeo, aut Oporino, aut alio, melius leguntur. Commentarios Vlpiani Heruag. in hac editione commodius ad marginem iunxit, vbique textui adaptatos. In exemplo, quod in manibus habeo, post p. 533. etiam deest argumentum orationis in Aristogitonem primae, quod Reiskius in suo desiderauit exemplo, et tamen habet edit. Aldina: quare typographi culpa id omissum fuisse videtur. In calce sequuntur variae lectiones, et farrago adnotationum opera Iacobi Ruberi collectarum. Promissa collatio exemplaris Danesiani postea non integra quidem prodiit; at tamen in minore editione adhibita. — Praestans, correctæ, collatis, (vt scribit Fabric.) octo ad minimum codicibus mssis et admodum rara est editio:

*Demosthenis orationum nunc diligenti recognitione emendatarum pars prima.* In qua et vita ipse oratoris et deliberatiuae sexdecim eius orationes una cum exordiis deliberatiuis et duae demonstratiuae continentur. *Pars secunda.* In qua iudiciales nouem eius publicae orationes continentur. *Pars tertia.* Quae iudiciales tres et triginta priuatas eius continet orationes. (graece.) Venetiis apud Franc. Bruciolum et fratres eius. 1543. 8. III. tom.

Variae lectiones singulis tomis adhaerent: alius quoque ordo orationum: vid. Memorabil. biblioth. Dresdens. tom. III. pag. 257. Atque illa editio [quam Io. Bern. Felicianus curauit] basis facta est aliquot editionum. Fluxit enim ex ea ita, vt, adnotante saltem Tyloro in conspectu editt. et codd. ne litterula quidem sit immutata:

*Δημοσθένες λόγων τμήμα πρῶτον,* Demosthenis orationum, nunc longe diligentiores, quam umquam hactenus recognitione emendatarum, pars prima, in qua deliberatiuae sexdecim eius orationes una cum exordiis deliberatiuis et duae demonstratiuae continentur. — *Pars secunda,* in qua iudiciales nouem eius publ. orationes continentur. Basileae per Io. Heruagium. (in fine praefationis scriptum est Basileae Kal. Ianuarii 1547.) 8. graece.

Sine notis et Vlpiani commentariis. Fabricius et ex eo probabiliter Harwood memorant quoque editionem, siue repetitionem, Basileae 1550. 8. III. tom. factam. Meum exemplum, vt quoque id, quod possedit Reisk. et id, quod est in biblioth. Dresdensi, (vid. Goetz. Me-

Nnnn 2

mor.



mor. biblioth. Dresd. II. pag. 157.) constant duobus tantum tomis: sed plenum, (quod est in biblioth. Ienensi et in biblioth. Pinelliana etc.) tribus tomis: in tertio igitur tomo esse debent iudiciales tres et triginta Demosth. orationes. In biblioth. Barberina est exemplar cum notis mssis. At nūm mera exempli Feliciani fuerit repetitio, dubitare licet, si vera sunt, quae Heruagius in praefatione scripsit: „Quum nos in nostro hoc Demosthene edendo, duorum clarissimorum virorum, *Petri Danesi* Galli et *Vincentii Obsopoei* Germani exemplaria castigationesque sequuti simus, iam existimare debetis, qualem vobis exhibeamus Demosthenem, nitidum certe et innumeris erroribus repurgatum.“ Singulis tomis adhaeret variarum lectionum congeries.

Mera autem, eademque permultis turpibusque mendis typographicis depravata exempli Feliciani repetitio est editio, quae, ut cuicumque tomo subscriptum est, *corrigente Paulo Manutio, Aldi filio*, tribus tomis, quorum cuilibet eadem inscriptio, quam habet editio Heruagiana minor, modo memorata, est praefixa, prodiit *Venetis. 1554. 8. graece.*

*Demosthenis orationes olynthiacae tres et quatuor Philippicae cum quibusdam aliis* (VI. adhuc) *eiusdem argumenti nunc primum adiectis, in usum puerorum recte graece discere cupientium separatim editae Argentorati. Excudeb. Theodorus Rihelius. in 8. sine anni nota.*

Nitida est editio, et margini passim adscriptae sunt variae lectiones. — Successit *Hieronymus Wolf*, Oettingensis, de Demosthene immortaliter meritus; primum latine vertit plurimas orationes:

*Demosthenis oratorum Graeciae principis Opera, quae ad nostram aetatem peruenerunt, omnia, una cum Vlpiani rhetoris commentariis, e Graeco in latinum sermonem conuersa, per Hieronymum Wolfium et in quinque diuisa partes etc. Basileae per Io. Oporinum. sine anni nota, fol.*

*Morhof.* in Polyhist. litter. lib. VI. cap. 1. (vbi sectione 7 fqq. de Aeschine; cum primis de Demosthene multus est,) p. 962. edit. ann. 1714. scribit, illam versionem primo prodiisse 1545. tom. V. in forma octaua, additque, „quum ille doctissimi Wolfii labor eruditorum calculis adprobaretur, factum est, ut mox secundum atque item tertium, ederetur etc.“ *Goetzius* in Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 260. adsignat editionem versionis latinae in forma maxima anno 1549. et dubitare videtur, num editio graeco-latina Wolfii, de qua statim erit sermo, hoc anno lucem viderit. Atque in catal. biblioth. Bernensis tom. I. p. 276. discrete citatur haec editio: *Demosthenis Opp. cum Vlpiani comment. latine per Hieron. Wolfium. Basil. apud Io. Oporin. 1549. fol. Reisk.* in praefat. ad I. tom. Dem. opinatur, opus splendide impressum prodiisse primum Basil. 1544. fol. In catal. biblioth. Thottianae, tom. IV. pag. 14. citatur: *Dem. Opera lat. cum Vlpiani commentar. gr. interprete Hieron. Wolfio. Basil. Io. Oporinus. sine anni nota: fol.* In quinto vero tomo versiones orationum Demosth. a Philippo Melanchthone, Ioach. Camerario, Christophoro Hegendorphino, Goblero, Lonice-ro, Leonardo Aretino, Petro Nannio, Bassiano Lando, Vito Winshemio, Io. Lalamantio et anonymis factae reperiuntur. vid. Goetz. l. mem. — A *Wolfio* autem *Dem. graece et lat.* editum esse 1549. fol. *Basileae* apud Oporinum cum notis et Gnomologia Hier. Wolfii, scripsit Fabricius; et „quinque partibus, ait, quarum quarta Demosthenis vita, Wolfii notae et Gnomologia, Vlpiani commentarii cum Wolfii versione: et quinta translationes quarum-

dam



dam orationum Demosthenis, ante Wolfium per varios latine redditum, continentur. Wolfii interpretationem aliquot locis castigat Casaubonus ad Theophrasti characteres (char. 6.) "*Harwood* in: Uebersicht verschiedener Ausgaben etc. ex vers. Alteri germanica pag. 37. premium huic editioni statuit vnam libram anglicam et vnum Schilling. et in Pinelli versione Harwoodiani libelli italica celebratur correctior, quam altera editio ann. 1572.

*Wolfii* interpretatio prodiit rursus Venetiis 1550. 8. tribus voll. — In Catal. biblioth. Thottianae, tom. IV. p. 259. nr. CCLXIX. citantur *Aeschinis et Demosthenis orationes quatuor inter se contrariae. graecae*. Venet. Ald. 1549. 4. Nulla huius editionis fit mentio in Serie dell' ediz. aldine etc. edit. II. p. 89. h. 2. sed versionis orationum IV. contra Philippum *latinae*, a Paulo Manutio factae. at in catal. biblioth. Askew. pag. 32. bis indicantur *Aesch. et Dem. oratt. graecae*. Venet. apud Aldum. 1549. 8. — Alia Wolfianae interpretationis editio postea exiit in lucem, quam Goetzius in Memor. biblioth. Dresd. II. pag. 261. ita citat:

*Demosthenis et Aeschinis orationes atque epistolae, quae ad nostram aetatem pervenerunt, omnes: partim recens conuersae; partim diligenter recognitae: summo adhibito studio, ut sententiae veritas cum latini sermonis puritate, quantum quidem fieri potuit, coniungeretur: et Demosthenicae atque Aeschineae dictionis genius aliquo modo appareret: per Hieron. Wolfium. Basileae per Io. Oporinum. mai. 8. sine anni nota. II. tom.*

Quod altera praefatio scripta est ann. 1553, Goetzius, hanc emendatiorem editionem eodem anno praelum reliquisse, suspicatur: atque in Catal. biblioth. Thottianae IV. pag. 260. citatur haec editio ann. 1553. signata: quare dubito, Reiskium et Fabricium recte prodidisse, *Basileae*, 1554. in 12. ex *Wolfii* recognitione. Absunt vero ab hac editione interpretationes reliquorum virorum doctorum. — Idem *Wolfius* ann. 1569. Basileae specimen Demosthenis a se rursus recogniti dedit in 8. apud Heruagium, continens tantum *orationes olynthiacas tres et vitam Demosthenis et Aeschinis graecae et lat. cum adnotationibus copiosissimis*, quae omnia sunt in editione tertia 1572. curata, de qua postea dissetetur, verbotenus repetita. — *Demosthenis orationes quatuor contra Philippum a Paulo Manutio latinitate donatae*, Venetiis, 1551. 4. apud Aldi filios prodidisse, iam supra indicatum est.

Quoniam vero interpretationes quorundam virorum doctorum laudati, commemoratio editionis sequentis loco opportuno hic fiet:

*Demosthenis Atheniensis orationes Olynthiacae tres, Philippicae quatuor, contra Aristogitonem duae. Cum argumentis earundem graecae et latine separatim editae*. Francofurti in officina Petri Brubachii. ann. 1547. 8. sine villa praefatione. In contextu graeco loci dubii rarius notantur stellula, et semel tantum lectionem aldinam in margine notatam deprehendi. Versio latina separatim edita additaque sic inscripta est:

*Demosthenis — —. Latinae factae per doctiss. viros, singulaeque orationes diligenter illustratae sunt argumentis et oeconomia dispositionis*. Francof. in offic. P. Brub. 1547. Olynthiacas et priorem contra Aristogitonem vertit *Phil. Melanthon*; (sic ipse scripsit,) Philippicas *Christoph. Hegendorfinus*, et posteriorem contra Aristog. *Vitus Vuinschmius*.

Δημοσθένους λόγοι καὶ προοίμια δημογραφικὰ καὶ Ἐπιστολαὶ σὺν ταῖς ἐξηγήσεσιν ὠφελιμωτάταις τῷ Οὐλπιανῷ ῥήτορι, τῇ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων βασιλικῶν ἐπιμερίᾳ αὐξήσεως  
Nnn nn 3 Δείσας



δείσεις καὶ διορθώσεις, διὰ φιλοπονίας καὶ ἐπιμελείας τῷ Γαλιέλλω Μορελίῳ, Τυπογράφῳ βασιλικῷ. Ἐκ βιβλιοθήκης βασιλικῆς fol. In exemplo, quod habuit Hambergerus, notatum est — *Lutetiae* 1570. apud *Iac. Dupuy*. et in calce, *Lutetiae Paris. Kal. Febr. 1570. Ioannes Benenatus absoluebat.* In biblioth. Thottiana, tom. IV. catal. p. 14. fuerunt II. exempla, alterum apud *Iac. Dupuy*, alterum apud *Io. Benenat.* In exemplo Dresdeni apud Goetz. l. c. p. 257 sq. vti quoque Fabricius citarat: *Lutetiae apud Mich. Sonnum*, 1570. Aliud exemplar, quo vsus est Reiskius, habet insigne *Adriani Turnebi*, *Lutetiae*, M. D. LXX. apud *Io. Benenatum.* Atque Reiskius, in cuius notitiam exemplum primi generis non venerat, et qui in praefat. ad tom. I. §. 7. pag. XXII — XXIX. copiosus est de praestantissima hac edit. Parisina, ex prima Heruagiana ducta, exempla utriusque notae et tituli versans, putat, *Sonnum* illum partem impendiorum ad istam editionem perficiendam de suo contulisse, eo-que ius impetrauisse, nomen suum in fronte operis proscribendi: testatur tamen, conuenire haec duo exemplaria inter se quam perfectissime: interdum vero obseruasse inter ambo discrepantiam quamdam lectionis, inde forsan natam, quod corrector operis, currente adhuc praelo, cerneret aliquod vitium, idque tolleret, parte exemplarium iam excusa, nondum omnibus. Exemplum primi generis, quod e biblioth. Gottingensi Hambergerus nouerat, cum eo, quod *Sonni* nomen in fronte habet, quam maxime conuenire, adnotat censor edit. Reiskianae in biblioth. philologica, Gottingae, 1770. part. II. p. 41. et suspicatur, tres illos bibliopolas communes sumtus erogasse ad illam editionem formulis typographicis describendam. Coepta fuerat haec editio 1558. a Guil. Morelio, sed morte eius ann. 1564. et bellis ciuilibus interrupta, postquam Benenatus viduam Moreli in matrimonium duxerat, ann. 1570. curante *Dionysio Lambino*, at impari successu, imparique diligentia sollertiaque atque elegantia typorum ad finem perducta prodiit. Atque pars, quam curauit Morelius, (qui ordinem orationum Aldinum reduxit, octo contulit codd. Paris. msstos aliosque et forsan quoque editt. ex iisque notauit V. L., Vlpianis commentariis ad latus positis, sine vlla discriminis nota, immiscuit, quidquid scholiorum in codd. Parisinis inuenisset, notasque in fine, mantissae loco, adiecit in orationes Dem. et in scholia Vlpiani,) multis modis habitu externo non minus, quam cura in tollendis peccatis typographicis atque colligendis notandisque variis lectt. adhibita, praestat parti a Lambino absolutae. vid. Reiskii iudicium l. c.

*Demosthenis et Aeschinis — Opera cum utriusque auctoris vita et Vlpiani commentariis, nouisque scholiis, ex quarta eaque postrema recognitione, graeco-latina: sex codicum impressorum, et inter hos Parisiensis nuper editi: duorum manuscriptorum, alterius Pannonii, alterius ex Augustana bibl. fidelissimi collatione, a mendis repurgata, variis lectionibus adiecta, annotationibus illustrata: Per Hier. Wolfium, Oettingensem — Indices II. adiecimus, catalogum operum praefationi subiecimus, Gnomologiam Demosthenicam seorsim ad scholarum usum excudimus.* Basil. ex offic. Heruagiana per Eusebium Episcopium. 1572. fol. mai.

Conf. quae ipse Wolfius in Comment. de vita sua p. 871 sqq. in Reiskii vol. VIII. orat. gr. de sua opera scripsit et conquestus est; vnde patet, confusionem potissimum typographi inertia esse ortam. Wolfius cum ex duobus codicibus msstis et vett. editionibus, tum maxime, prauo consilio, nec lectore admonito, ex ingenio multa correxit aut immutauit: at notae sunt mire perturbatae. Totum opus est in sex tomos distributum, alius orationum ordo.



ordo. Enimuero virtutes, quae plures sunt, et vitia, commoda et incommoda huius editionis copiose docteque persequitur *Reiskius* l. c. §. VIII. pag. XXIX — XXXII. et p. XXXIII. recenset libellum, qui primum seorsum prodit, et a Wolfio in tomo IV. p. 143 sqq. renovatus est huius sententiae:

*Castigationes ac diuersae lectiones per Vincentium Obsopem, vetustissimi cuiusdam exemplaris subsidio collectae non tantum editioni Aldinae, verum etiam Basileensi, quae postrema est, non sine fructu adhibendae. Nam in neutra, quae hic emendantur, recte habent.* Fabric. scripserat, editum esse illum libellum *Noribergae*, 1534. 4. Reisk. vero citauit, et plenior, quam repetimus, dedit titulum, *Basileae*, 1533. in quarto minimo. Ceterum Fabricius ita describit huius editionis dispositionem: Quarta recognitio ex *Hernagiana* officina per *Eusebium Episcopium*, exhibet *Demosthenis* et *Aeschini* opera integra, graece et latine, ita digesta in tomos sex, (qui in duo, vel tria volumina possunt compingi,) ut in quatuor primoribus contineantur orationes vtriusque et epistolae cum Wolfii translatione, et eiusdem argumentis, ubi *Libaniana* deficient: tomo quinto *Vlpiani* commentarii et seorsim accessiones quaedam ad *Vlpianum* ex editione *Parisiensi*, cum versione Wolfii: Wolfii notae in *Vlpianum*, vita *Aeschini* et *Demosthenis* e variis scriptoribus, graece et latine cum notis: et anonymi adnotationes in quaedam *Demosthenis* loca ex edit. *Hernagiana* ann. 1532. Tomo sexto *Gnomologia*, et adnotationes Wolfii in *Aeschinem*, *Demosthenem* et *Libanii* argumenta. Varias lectiones, e quatuor codicibus a Wolfio collectae. *Vincentii Obsoposi* castigationes in *Demosthenem*, ex prisco codice decerptae, quae seorsim lucem viderant *Norimbergae* ann. 1534. 4. Varias lectiones ex editionibus graecis *Demosthenis* *Feliciana* et *Parisiensi*. Tum ex codice *MS. Augustano* varias lectiones et scholia in *Demosthenem* inedita, quae inde excerpit *Simon Fabricius*, *Marcopibertanus Francus*. Denique veteres Wolfii editionum priorum praefationes.

*Francofurti*, 1604. [luculentis chartis typisque excusa, apud *her. Wechel.*] et, ut titulus quidam habent, *Colon. Allobrog.* [Geneuae, ait *Reiskius*, sordidis chartis expressa, et caret Wolfii adnotationibus.] 1607. fol. editio, quam modo recensui, repetita est, nisi quod [nonnullorum opusculorum sedes mutata est, et] optimo consilio *Vlpiani* commentarii singulis orationibus subiiciuntur, et accessit praeter imaginem *Demosthenis* ex veteri marmore, vita eiusdem, *Olympiadibus* ac praeturi *Atheniensium* distincta, ex parallelis *Andreas Schotti. Fabric.* [Accesserunt in fine *Lectiones in Demosthenem diuersae, tum e codice quodam vetusto italico, tum ex aldino, cui illas vir doctissimus* (*Pithoeum* fuisse, suspicatur *Reiskius*,) *manu propria adscripserat.* — Recusa est illa editio, secundum *Goetzius* l. c. pag. 259. *Francofurti* sumptibus *Wilhelmi Serlini*, 1642. fol. — Hier. Wolfius de sua opera in vertendo edendoque *Demosthene* et fatis crebro, nec raro acerbè, scripsit, suasque emendationes laudauit in commentario de vita sua, pag. 832. 835. 839. 843 sq. 847. 859. 867. 869. 871 sqq. 874. unde historia quaedam editionum litteraria confici poterit. pag. 840. lepida narrat fabulam de *Io. Strazelio*, professore regio *Parisiensi*, qui Wolfii interpretationes *Demosthen.* orationum pro suggestu plane canina rabie exagitabat τὸς ἀντιπάλους λόγους interpretans, neque tamen Wolfio de locis, quae fugillasset et notasset, placide collaturo, aditum unquam permisit, sed, quoties ille fores pullabat, toties domo aberat adde



adde *Matthaei Dresseri* orationem de Hieronymo Wolfio, Lipsiae, 1582. 8. vbi idem narratur.

Post longum temporis interuallum nouam Demosthenis atque Aeschinis editionem molitus est, sed morte absumptus non absoluit Taylorus:

*Δημοσθενες, Αισχινος, Δυναρχος καὶ Δημάδης τὰ σωζόμενα. graece et latine. tomus tertius. edidit Io. Taylorus, L. L. D. Coll. D. Ioann. Cant. Socius et Cancellarius Lincolnien- sis. Cantabrigiae, typis academicis. In calce: Excudebat Cantabrig. Ios. p. Bentham, men- se Ian. 1748. 4. hic tomus continet orationes, a Wolfio in classem tertiam relatas. — Tomus secundus. ibid. 1757. qui tenet orationes Demosthenis et Aeschinis aduersarias.*

Basis est editio Wolfii Francofurtana, hinc inde emendata. Totum vero opus, omnino splendidum, quinque tomis constare debuerat. Taylorus, in antiquitate et iure at- tico versatissimus, et subsidiis, quae in conspectu nominat, praestantissimis instructus, in notis multa quidem loca critice et feliciter tentauit et correxit, saepe tamen non satisfacit: sagacitate ingenii, artis criticae scientia et latine scribendi vertendique facultate mul- tum cedens Wolfio, quem etiam illi anteferendum censet Reiskius: at res verbaque ex an- tiquitate graeca et historia optime, interdum iusto vberius, exposuit, ac de tempore, quo orationes habitae aut memorabiles res actae sunt, docte sciteque differuit. Immiscuit suis animaduersionibus Wolfianas et Marklandianas. Aduersaria, in quae coniecerat, quae futuris tomis profutura essent, at hinc inde per plura exempla dispersa, beneficio Askew naclus est Reiskius, cuius iudicium mihi de hac editione Taylori leges in praefat. ad tom. I. Oratt. Demosth. sed admodum seuerum de eius ingenio arteque critica, in nota ad Aeschinis orat. contra Ctesiphontem pag. 620. et in praefat. ad Aeschinem §. 3. p. XXIX sqq. et de adparatu Tayloriano vide eundem Reiskium in Adparatu critico ad Demosth. vol. II. pag. 11 sqq. Reiskianae praefat. ad Demosthenica, et vol. VIII. orator. graec. pag. 691 sqq. vbi dedit Taylorianas reliquias. In meo exemplo etiam desunt paginae 63. et 64. tom. III. quae pro more editionis Francofurtanae impletae erant scholiis in orat. contra Lepti- nem graecis, et quas in Tayloriano exemplo, quod pertinuit ad Krebsium, fuisse animad- vertit Reiskius pag. 49. praefat. Et tamen series paginarum non interrupta est in meo aliisque exemplaribus.

Successit *Reiskius*, vir graece doctissimus et criticus subtilis, qui nouam omnium ora- torum graecorum, Isocrate excepto, recensionem voluminibus XII. curauit.

*Oratorum graecorum, quorum princeps est Demosthenes, quae supersunt, monumenta ingenii, e bonis libris a se emendata, materia critica, commentariis integris Hieronymi Wol- fii, Io. Taylori, Ierem. Marklandi, aliorum et suis indicibus denique instructa, edidit Io. Iac. Reisks. Volum. primum, partem priorem dimidiam Demosthenis tenens. (editoris sumtu.) Lipsiae, typis, (luculentis venustisque) W. G. Sommeri. 1770. m. 8. graece.*

— — *Vol. secundum, partem posteriorem dimidiam Demosthenis tenens, una cum scholiis graecis, e codice Bauarico nunc primum editis, aliisque ex Augustano fideliter redditis. Ibid. 1770. 8.*

Quibus



Quibus codicibus msstis, editionibus aliisque subsidiis vsus sit, in praefatione copiose recenset, et nos passim indicauimus. Ex libris igitur scriptis et editis, atque ex ingenio acri quidem atque sagaci, sed ad coniectandum nimis procliu, tot loca mutauit, vt nouum quasi daret Demosthenem, at in multorum quoque reprehensionem incurreret. Quod autem ad Demosthenem atque Aeschinem adinet, fundus est editio Parisina apud Morelium ac Benenatum. Duo priora volumina comprehendunt textum Demosthenis graecum: in vol. demum oratorum octauo reperiuntur Prolegomena Taylori ad Demosthenem, siue excerpta ex Taylori schedis postumis de Demosthenis et Aeschinis codd. msstis et editionibus (at neque plene, neque accurate indicatis, ita, vt nihil, vel parum utilitatis atque auxilii adferant,) de vita, fortunis, rebus gestis, antiquis Demosthenis criticis, orationibus; (de quibus fusius et curatius disseritur). Tum *Hieronymi Wolfii* commentarius de vitae suae ratione ac potius fortuna: in calce denique *Gregorii Cor.* commentar. graece scriptus ad Hermogen. *περί δεινότητος μεθόδου*, ex cod. Bauarico editus. Quatuor postremi tomi operis integri comprehendunt adparatum criticum ad Demosthenem et indices, atque in primo et dimidia secundi parte continentur Hier. Wolfii ac Taylori adnotationes atque praefationes ad Demosth. In altera dimidia parte et tom. III. insunt Reiskii adnotata ad opera Demosthenis, immixtis Taylorianarum notarum reliquiis, siue potius fragmentis, ab Askew acceptis. Reiske non solum diligenter congeffit varias lectiones et tam suas, quam aliorum coniecturas, sed etiam, quae loca siue ingenii facilitate et coniectandi facultate, siue e libris frequenter mutauit, aperte declarauit, (homo enim erat omnino probus, rectus, candidus et simplex, qui de aliis aperte iudicabat; et cuius infinita merita, singularem eruditionem, incredibilem antiquarum, praecipue graecae et arabicae, linguarum scientiam, atque ingenii acumen nulla aetas, nullaque aliorum inuidia criminaque obscurabunt:) et de sensu multorum difficultiorum locorum breuiter quidem, intelligenter tamen disseruit. Indices egregii, in quibus eminet index graecitatis Demosthenicae, vltimum grandeque volumen implent. — Tertium oratorum graecorum volumen et magnam partem quarti efficiunt *Aeschinis reliquiae*; sed de harum editione commodior erit locus ad paragrafum sequentem disserendi.

*Demosthenis et Aeschinis, quae supersunt, omnia, iuxta accuratissimam omnium, quotquot habent bibliothecae regia et Sangermanensis codd. msstorum et impressorum inspectionem<sup>yyy</sup>, iuxta auctoritatem librorum, quos adierunt Taylorus et Reiskius, graece et latine edidit cum versione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et breuioribus notis Athanas. Auger, Lascur. dioec. vicarius generalis, nec non reg. Inscript. Paris. et Rothom. socius. Tomus I. continens uniuersas, quae ad Philippum pertinent, conciones, et huius epistolam. Paris. typis graecis nouis Firmini Didot. sumtibus Petri Didot, natus maioris. 1790. mai. 4.*

In splendida hac et cara editione, (nam primus tomus constat XII. thal. et XVI. grossis faxon.) ordo orationum discedit a vulgato. Tomus primus, (plures enim praelo exiisse nondum comperi,) comprehendit Libanii vitam Demosthenis, oratt. tres Olynthiacas, or. de pace, Philippicam secundam, or. de Haloneso et Chersoneso, III et IVtam Philippicas, Philippi epistolam et orationem contra illam. Vfus est Auger XXXVIII. codicibus, de quibus  
supra

*yyy) Cur vero tantummodo inspectionem? Ergo libri illi non sunt, vt par erat, rite collati?*

*Vol. II.*

O o o o o



supra iam quaedam sunt adnotata, tum editt. Aldina, a. 1504. Feliciani, Moreliana, et ed. nonnullarum orationum Demosth. atque Aeschin. Paris. 1565. cum notis msstis, Aldina minorum rhetorum cum notis msstis Huetii, alioque eiusdem editionis exemplo eum notis msstis Ant. Contii, reliquisque edd. Wolfii (a. 1604. quam fecit basin et vocare solet vulgata,) Stephani, Taylorig et Reiskii. Interpretationes Augeri non sunt numerosae, neque tamen hae omnes necessariae iudicantur, atque lectores Taylorig commentario haud facile carebunt. Specimina et censuram videbis in nouis Lipsiensibus ephemer. litterar. a. 1791. pag. 31 sq. in Gottingensibus a. 1791. scid. 91. et Ienensibus Allgem. Literatur Zeitung. M. Febr. 1791. nr. 61. et Biblioth. der alten Litteratur und Kunst, part. VIII. Gottingae 1791. pag. 65 sqq. atque a splendore et nitore typorum chartaeque potius, quam a diligentia curaue editoris et interma vtilitate illa editio laudanda censetur.

Nonnullae orationes, praecipue Olynthiacae et Philippicae, vel iunctim, vel seorsum saepius typis excusae sunt: aliquot edd. sunt iam paullo ante notatae, quarum notitiam h. l. praetermittimus.

*Dem. Olynthiacae oratt. graece*, Louan. apud Theodor. Martinum, Aloftensem. (cum Homeri II. libro primo et secundo,) 1521. 4. Maitt. A. T. II. p. 615.

*Dem. Olynth. I. in lat. linguam versa a Phil. Melanthono*, in calce: *Hagenae MDXXIII. §. III. plagulae*. Primum locum occupat versio Melanthoniana; hanc excipit versio Ioach. Camerarii, denique sequitur textus ipse graecus. — Ibidem *Demosth. Olynth. I.* gr. sine a. in 8. una plag. cel. Strobel suspicatur, editorem fuisse Melaneth. et ap. Melch. Lotther excusam.

*Dem. tres Olynth. a Io. Chaeredamo*, gr. Paris. apud Petrum Vidoeum. 1528. 4. libellus rariss. Pinelli Catal. II. n. 3523. — *saedeni*, gr. apud Christ. Wechel. Paris. 1552. 4. — *Luciani Icaromenippus* — — *Demosthenis Olynthiacae* et alia: graece, cum *Francisci Vergarae praefat.* Compluti in aedibus Mich. Deguia. 1524. 4. (Maitt. A. T. ind. vol. V. part. II. pag. 30.) — *Demosthenis dicta sapientum*, gr. Paris. apud Bogard. 1540. 4. — *Olynth. III.* gr. Antwerp. 1579. 8.

*Δημοσθένης — Demosthenis Olynthiacae tres, graece et latine. — cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certissimo, ad scholarum usum. per Nicol. Gallotum Catalaunensem.* Basileae. in calce: *Basileae per Io. Oporinum.* 1560. 8.

In praefatione commendatur lectio harum orationum iis praecipue, qui vocabuntur ad causas agendas, siue in foro coram iudice, siue in legationibus apud principem, aut populum, aut optimates, ad auxilium contra Turcas etc. petendum: quod consilium hodie non commodum erit, saltem non necessarium. Versio latina habet *Nicolaum Gallotum* auctorem. Notae, textum consequentes, quas methodum etc. ille vocat, sunt haud spernendae, nec nugaces.

Artem illarum orationum rhetoricam et logicam, scholis quidem haud omnino inutilem, at nimis subtilem, contextu graeco in parua *τμήματα* dissecto, more illius aevi, iusto copiosius explicuit *Beumerus* in libello:

*Δημοσθένης — Demosthenis oratoris athen. Olynthiacae orationes tres, analysi dialectica, historica, ethica et politica a Martino Beumlero Tigurino, ita illustratae, ut vel mediocriter in lingua graeca eruditi, eas sine difficultate legere possint. Accessit in fine earundem orationum lati-*



*Latina interpretatio a D. Rodolpho Collino, qui multos annos magna cum laude graecas litteras publice docuit, ita elaborata, ut vice longi commentarii esse possit. Francofurdi (sic) apud Ioann. Wechelum, impensis Roberti Cambieri, 1585. 8. Epistola dedicatoria scripta est Heidelbergae 1585. ipsis Cal. Mart.*

*Dem. oratt. Olynthiacae tres et Philippicae duae, graece, in usum puerorum — separatim editae, apud Nicol. Brylingerum. Basil. 1538. 8. — Ol. III. cum quatuor Philipp. gr. Argent. 1539. 8. — Olynth. I. gr. et lat. cum scholiis Io. Olai, Witteberg. 1580. 8. — Olynth. tres gr. apud Io. Lertout. 1581. 4. — Olynth. et Philipp. gr. et lat. Ingolst. 1599. 8. — Olynthicae III. gr. Francof. 1629. 4. — Helmstad. 1643. 4. — Magdeburg. 1699. 4.*

*Martini Crusii commentariolum in primam Demosthenis Olynthiacam Sturmianum. Eiusdem scholia in eandem et epitome ex Diodoro Siculo de statu illorum temporum in Graecia. His addita est conuersio Io. Sturmii. Argentor. excud. Blasius Fabric. Chemniceus. 1554. 8.*

*In sunt Libanii argumentum in I. Olynth. gr. et cum versione latina Crusii: ipsa or. gr. cum Sturmii interpretatione et commentario: tum vita Dem. ex graecis scriptoribus, a Crusio collecta; scholia Crusii in I. Olynth. et epitome. Recentiores Olynth. et aliarum edit. vide paullo infra.*

*Dem. oratt. contra Philippum. — graece. Excudendum curabat Gerardus Morrius, Campensis. Lutetiae, apud collegium Sorbonae. Lutetiae 1531. 4. (Maitt. indic. vol. V. tom. I pag. 331.)*

*Dem. oratt. philippicae, gr. Paris. 1541. 4. exemplar cum vers. interlin. et marg. mss. est in biblioth. Bernensi, teste Catal. — Eadem gr. typis reg. Lutet. apud Guil. Morel. 1554. 4. — Eadem latine, Paulo Manutio interprete, Vener. apud Aldi filios 1549. 4. ibid. 1551. 4. (in Thottiam bibl. catal. IV. pag. 84. sed in Serie dell' edizioni Aldine h. a. non occurrit.) — Lutetiae, apud Guil. Morel. 1552. 4.*

*Demosth. Olynth. I. (et reliquae, item Philippicae, de Pace, de Corona) gr. Romae, 1541. 8. in bibl. Duc. Wimarienti.*

*— oratt. Olynth. tres, philippicae IV. et duae contra Aristogitonem, latinae factae per doctissimos viros, et argumentis illustratae. Francof. 1547. 8. — Olynth. III. et Philipp. IV. gr. et lat. Basil. 1549. 8. — graece Argentor. 1605. 8.*

*Dem. oratt. tres, n. contra Philippum secunda, de Haloneso et Cherroneso. graece. Excud. Seruatius Sassenus. Louan. 1553. 4. (Maitt. ibid.)*

*Dem. Philippica quarta cum Libanii argumento. graece. apud. Iac. Bogard. Paris. 1546. 4.*

*Dem. oratt. Olynth. et philippicae (IV) gr. et lat. cum argum. Libanii. Augustae Munsterianae, 1620. 12.*

*Dem. oratt. philipp. III. graece. Coloniae ap. M. Colinum. 1566. 8.*

*Dem. oratt. V. de distributione in classes, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, de percussis cum Alexandro foederibus. Graece. Paris. Wechel. 1532. 4.*

*Dem. I. oratt. de ordinatione ciuitatis et de classibus, cum Libanii argumentis, Louan. apud S. Zassenum 1546. 4.*



*Dem. or. pro Megalopolitis et de foederibus cum Alexandro initis oratt. duae, cum Libanii argumentis.* graece. Louan. apud Seruat. Zassen. 1546. 4.

*Dem. selectae orationes, gr. et lat. de republ. ordinanda, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, Olynth. III. Philipp. IV.* Londini. 1726. 8. (12.) nota mssta Fabricii.

*Περὶ συντάξεως,* gr. apud Christ. Wechel. Paris. 1558. 4. — *ibid.* graece apud Io. Libert. 1628. 4.

*Dem. or. contra Aristogitonem.* gr. ex edit. et cum praefat. Melanthonis. Witteb. 1526. 8. (Maitt. A. T. II. pag. 675.)

*Contra Aristogitonem oratt. duae, gr. et lat. a Philippo Melancthone iam primum latinitate donatae, item Plinianae praefationis paraphrasis etc.* Hagen. per Io. Secer. 1527. 8.

*Περὶ τῶν ἐν χερσὶν ἡσθ.* Paris. apud Michael Vascofanum. 1550. 4.

*Dem. or. de Rhodiorum libertate, cum Libanii argumento, gr.* Louanii, apud Seruat. Zassen. 1546. 4. — *it.* Paris. ap. Stephan. Prevost. 1589. 4.

*Dem. or. contra Dionysiodorum, et contra Cononem.* gr. Paris. 1539. 4. Num duo exemplaria eiusdem anni in catal. Bernensi I. p. 276. bis diuersa ratione memorata eiusdem sint editionis, equidem nescio.

*Dem. or. de pace,* gr. Paris. apud viduam Io. Libert. 1649. 4.

*Or. I. et II. contra Aphobum,* gr. Paris. apud Mart. Iuuen. 1552. 4.

— *de falsa legatione, contra Aeschinem,* gr. Argentor. apud Wendel. Rihel. 1550. 8.

— *contra Androtionem,* gr. Paris. apud Bene-natum. 1570. 4.

— *orat. in Aristocratem,* gr. Paris. 1571. 4. (cum multis, a Bongarsio additis, scholiis -msstis, in bibl. Bernensi publica, teste Catal. I. pag. 276.)

*Dem. orationes variae, graece.* Paris. 1570. et 1571. 4. (in Catal. bibl. Bernensis, I. c. quare nescio, quatenus illae, et num separatim singulae editae, an plures iunctim compactae sint.)

*Dem. oratt. quindecim selectae, Oxon.* gr. 1579. 4. (Fabric. Ap. Harwood. num ead. editio, a. autem 1597. ap. Barnes. signata, addito pretio V schill. an diuersa sit, ignoro. In Askew. Catal. pag. 49. occurrunt quoque *Dem. orr.* gr. apud Barnes. Oxon. 1597. 4. de anni igitur nota 1579. Fabric. dubito.)

*Dem. orat. aduersus Leptinem,* gr. Louan. apud Theodor. Martin. Alostensem. 1526. 4. — Paris. excud. Christian. Wechel. 1532. (cum not. msst. in bibl. Thottian. v. Cat. IV. p. 83 sq.) 1548. 4. — lat. ex verf. Petri Nannii, Louan. apud Barth. Grauium. 1542. — Num exstet edit. Argentor. 1539. 8. certo dicere nequeo.

*Demosthenis or. aduersus Leptinem cum scholiis veteribus et commentario perpetuo. Accedit Aelii Aristidis declamatio eiusdem causae, in Germania nunc primum edita. cura Frid. Aug. Wolfii.* Halis Sax. 1789. mai. 8. graece.

Prac-



Praestans est editio et noua textus graeci, praecipue scholiorum, quae comtiora et cultiora facta sunt, recensio. In prolegomenis multa ex historia iureque attico ad meliorem Demosthenis et reliquorum oratorum graecorum intelligentiam docte explicantur. In commentario et critice et grammaticae res verbaque erudite explanantur. Rem saepe habet cum Reiskio, cuius ἐκδοσιν haud probat.

*Dem. in Midiam.* gr. Louan. 1525. 4. et Londin. 1586. 4. apud Harwood et Askew.

*Dem. oratt. duae, una Demosth. contra Midiam, altera Lycurgi contra Leocratem,* gr. et lat. Recensuit, emendauit notasque addidit Io. Taylor. — Cantabrig. 1743. 8.

Editio nitida, critica et praestans.

*Aeschin. et Demosth. orationes contrariae,* gr. Haganoae, ex academia Anshelmiana, m. April. 1522. 4. (Maitt. A. T. vol. V. part. I. pag. 10.) edit. a Io. Reuchlino.

*Eadem.* graece excud. Christian. Wechel. Paris. 1531. 4. al. 8. 1543. 4. — Venetiis 1549. 8. — gr. Par. 1555. 4. ap. Perier.

Δημοσθένες καὶ Αἰσχίνης οἱ περὶ τῆς παρὰ πρεσβείας λόγοι ἀντιδικοί. Cum lat. Hier. Wolfii versione plurimis in locis emendata, nec non Budaei aliorumque notis. His accedunt in Demosthenis orationem Vlpiani scholia, aliaque anonymi cuiusdam in Aeschinis orationem nunc primum edita et indices praeter ea necessarii. Oxonii e theatro Sheldon. imp. Ant. Peisley. 1721. 8. curante Henr. Brooke. — Περὶ παρὰ πρεσβείας λόγος. Paris. apud Benenat. 1567. 4.

*Dem. or. de Corona,* gr. Paris. apud Christian. Wechelum. 1550. 4. — collat. cum veteri MS. a Feder. Morello, professore regio, apud Claud. Morel. Paris. 1618. — ibid. apud Jean Libert. 1630. 4.

*Aeschinis et Demosthenis oratt. duae contrariae, graece, cum commentariolo Ican. Sturmi, in usum academ. Altorfinae, cumque praefat. Edonis Hilderici. Altorfii,* ap. Gerlac. 1581. 8.

*Dem. or. de corona, gr. Witteberg. I. Crato.* 1579. 8. — *graece et latine, Dionysio Lambino interprete, e typographia Steph. Prevosteau.* Paris. 1587. 4. et apud Sebast. et Gabr. Cramoisy, ibid. 1648. 8.

*Oratt. in Ctesiphontem et de corona, seu pro Ctesiphonte. cum interpretat. Dionysii Lambini.* Ingolstadii. D. Sartor. 1595. 8.

*Aesch. in Ctesiphontem et Demosthenis de corona oratio. Interpretationem latinam et uocum difficiliorum explicationem adiecerunt P. Foulkes, I. Freund.* Oxon. e theatro 1696. 8.

Hanc edit. esse correctam, sequentes vero vitiosas, ait Harwood. — rec. ibid. 1715. 8. et, ni fallor, crebrius.

— *Or. de Corona,* gr. et lat. cum praefatione M. Io. Friedl. Stübels. Lips. 1733. 8.

Ego vero edidi *Demosth. orat. de corona e recensione Io. Taylors, cum eiusdem et Wolfii, Marklandi, Palmerii, I. lat. Reiskii, meisque animaduersionibus,* Altenburgi. 1769. 8.

Reiske tum suas mecum communicauerat notas msstas, ab iis, quas postea in opere maiore publicarit, interdum diuerfas.



Διοσχίης ὁ κατὰ Κτησιφῶντος καὶ Δημοσθένους ὁ περὶ στεφάνου λόγος. *Interpretationem rerudit et notas partim variorum, partim suas adiecit Ioseph. Stock. A. M. Trinitatis collegii Dublin. socius. Dublinii. 1769. 8. II. tom.*

Textum gr. Aeschini ex edit. Stephani, Demosthenis vero ex ed. Benenati ut plurimum expressit, adhibitis interdum Taylori emendationibus. Notae, haud omnino selectae, nec multae, maximam partem ex Taylori commentariis sunt desumptae. Primum in singulis tomis contextus gr. luculentis litteris est descriptus; illum excipit versio latina refecta cum subiectis animadversionibus. — latine, interprete Io. Perizonio. Latetiae. M. Vascosanus. 1554. 4.

*Demosthenis et Aeschini orationes de falsa legatione, itidem contra Ctesiphontem et de corona, cum notis varior. a Io. Taylor. Cantabrigiae, 1769. 8. tom. II.*

*Oratt. selectae graecae, Demosth. pro corona, Aeschini in Ctesiphontem, Lyfiae orat. funebri, ex recensione Reiskiana, in usus scholarum, gr. Gothae, 1778. 8.*

Krebsiana editio, diu promissa, non vidit lucem.

*Dem. or. de Corona, gr. et lat. Glasgae, 1782. 8.*

*Dem. oratt. (XII.) de republica ad populum habitae, latio donatae a Io. Vinc. Lucchesino, cum textu graeco et regione adposito, et notis criticis et historicis. Romae ex typogr. Anton. de Rubis. 1712. 4.*

v. Catal. Bünaui. tom. I. pag. 116. Mem. de Trevoux. a. 1712. p. 1472. a. 1717. p. 1449 sq. 1452. Giorn. d'Italia tom. XIV. pag. 1 sqq. tom. XI. pag. 420 sq. Harwood laudat illam editionem. Burs. in Bibl. instruct. B. L. tom. I. pag. 98. Ouvrage, ait, considéré des Savans, et assez recherché dans le commerce, quoique l'édition en soit fautive.

*Dem. oratt. de republica duodecim, ex editione et cum notis Io. Vincent. Lucchesini, a Guil. Allen, gr. lat. Londini 1755. tom. II. 8.*

v. Pinelli Catal. tom. II. pag. 174.

*Dem. Philipp. omnes, cui interpretationem denuo castigatam et notas aliquot adiecit Ios. Stock. Dublin. 1774. 8. II. Vol.*

Δημοσθένης — *Demosthenis selectae orationes ad codd. MSS. recensuit, textum, scholiastem et versiones plurimis in locis castigavit, notis insuper illustravit Ricardus Mounteney, coll. reg. apud Cantabrigienses haud ita pridem socius. Praefiguntur (Io. Chapman) Observationes in commentar. vulgo Vlpianae et tabula antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Londini. 1731. 8. — 1748. (al. 1747.) 8. — Etonae. 1755. — Londini et Etonae, 1764. — 1771. et 1778. mai. 8. [Editio septima emendatior prodit, Lond. A. 1785. 8.]*

Est docta et critica editio, e Morelliana ducta: Mounteney quoque usus codd. If. Vossii, nunc Leidensis, et duobus Bodleianis; altero Gul. Landi, altero Barocciano, ex quibus et ex codd. Morel. V. L. excerpserit, interdum sub examen eas vocavit et suam dixit sententiam: versio lat. est fere Wolfiana, notae vero ex Wolfiana ed. et Tourelliana versione sunt desumptae, quibus suas addidit. Infunt vero Philippica I. et tres Olynthiacae orationes.

*Dem. oratt. philippicae, gr. adiecta est in fine versio lat. Wolfii. Glasgae, exc. Rob. et And. Foulis. 1750. 8.*

Pla.



*Plutarchi libellus de superstitione et Demosthenis oratio funebris in laudem Atheniensium, qui fortiter pro patria pugnando caesi sunt ad Chaeroneam. Graeco et lat. cum integris notis Reiskii, Sallieri, Taylori, Wolfii et Xylandri. Denuo recensuit, varias lectiones trium codd. MSS. et suas animadversiones adiecit Chr. Frid. Matthaei. Mosquae, 1777. 12.*

*Demosthenis et Aeschini epistolae: graecae. Paris. apud Christian. Wechel. 1546. 1550. 1552. 4. — in collect. Epistol. graec. Aldina 1499. 4. in Operibus Dem. et Aesch. a Wolfio aliisque editis. adde Taylori prolegom. a Reiskio edita, pag. 727, vol. IIX. oratt. gr.*

τῆ ταρίχης, quod versum est in *salsamentis*. *Harpocrat.* in voc. Ναύκληρος citat Hy-  
peridem ἐν τῷ περὶ τῆ Ταρίχης.]

Πρὸς Τίμανδρον, *Suidas* in Παιδάριον.

Πρὸς Ὑγιαίνοντα, aduersus Hygiaenontem. *Harpocrat.*

Περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τριῶν. *Plutarch.* in Hyperide. *Harpocrat.* tum alibi, tum in Προ-  
βόλιον, vbi cum Menisio legendum ἐν τῷ περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τριῶν ἐπιτραπικῶ.  
Male enim editur τῶν Τυρῆνῶν τροπικῶν.

Κατὰ Φιλίππιδε. *Athen.* lib. XII.

Κατὰ Φιλοκράτες. *Demosthenes* orat. Περὶ παραπρεσβείας.

Ὑπὲρ Φορμησίε. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Φρύνης, pro Phryne, siue, vt vero nomine vocabatur, Mnesarete, meretrice The-  
spiaca, quam impietatis accusauerant Euthias et Aristogiton. Ipsa vero diducta tunica et  
nudato pectore iudicum pedibus se aduoluens conspectu corporis, quod speciosissimum  
habebat, ita, vt pictores ad illius pulchritudinem <sup>kkkk</sup> Veneris imagines solerent effin-  
gere, teste *Clemente Alex.* pag. 35. protreptici, iudices amplius permouit, quam Hy-  
perides actione, quanquam admirabili, vt narrant *Quintilianus* lib. II. cap. 15. *Sextus*  
II. aduersus Math. pag. 65. *Plutarchus* in Hyperide. *Athenaeus* lib. XIII. pag. 590.  
Meminere eiusdem orationis Harpocraton pluribus locis, *Quintilianus* X. 5. Vide et  
*Alciphronis* Epist. 30 sq. [et supra in: Κατ' Ἀθηνογένεος.]

Q q q q 3

Ῥωίε

kkkk) Sub meretricum imaginibus Deas adoratas  
notant *I. Frid. Gronouius* ad Statii Syluas pag. 41  
sq. *Ianus Bronkhuius* ad Propertium pag. 100 sq.

Cum quibus confer, quae de sanctarum imaginibus  
in Romana ecclesia obseruat *Petrus Baylius* in Di-  
ctionario Hist. Critic. vbi de Flora nota (C).



Ἵπὲρ Χαιρεφίλου περὶ τῆς ταρχῆς α', β'. Pollux, Harpocrat. Athenaeus lib. III. [Eadem fuisse videtur, quae supra Περὶ ταρχῆς citabatur.]

[Χαλκός, male. v. supra ad citatam orationem Δηλιακός.]

Πρὸς Χάρεττα. Pollux [VIII. sect. 142.] et Harpocrat. [P]

Ex XXV. orationibus dubiae fidei, Hyperidi tributis, has quinque Meursii industria observavit:

Ἵπὲρ Ἀρπάλης. Pollux. X. 36. sect. 159.

Κατὰ Δημέας, Ξενίας. Harpocrat.

Ἵπὲρ δημοποιητῆ. Harpocrat.

Ἵπὲρ Δωροθέας. Harpocrat. in Ἐπὶ κόρξης, vbi testatur, hanc orationem ab aliis adscriptam fuisse Philino.

Κατὰ Πατροκλέας. Athen. [XIII. pag. 587. A. et C.] Harpocrat. et Suidas in Νεμέας, vbi male editur Κατὰ Προκλέας, [in editione tamen Küsteri, sine vlla nota, recte editum est Κατὰ Πατροκλέας.] Tamquam genuina Hyperidis citatur ab eodem Suida in Ἀνταλία, Polluce IV. sect. 122. et scriptore magni Etymologici. Omitto orationem, quam sub Hyperidis nomine scripsit Himerius, de qua Photius cod. CLXV. et CCXLIII. vbi excerpta quaedam, et Adriani, sophistae, declamationem, a Philostrato memoratam pag. 588. edit. Lipsiensis.

XI. DINARCHVS, Socratis cuiusdam, siue Sostrati F. gente Corinthius, sed ab adolescentia Athenis versatus, natus est Olymp. CIV. 4. archonte Nicophemo. [coniiciente Dionysio Halic. in Dinarcho nr. 4. Floruit, secundum cl. Saxium in Onom. literar. I. pag. 88. circiter A. O. C. 3686. Olymp. CXV. 2. ante C. N. 317. V. C. 435. Harl.] Auditor fuit Theophrasti, et orationes scribere coepit anno aetatis XXV. vel XXVI. sed post Hyperidis et Demosthenis mortem potissimum claruit, quorum eloquentiam aemulatus Cassandri et Antipatri fuit partibus, infestus Harpalo. Anaxicrate archonte, Olymp. CXVIII. 2. pulsus in exilium, [v. Dionys. Hal. in Dinarcho cap. 2, 3. et 9. collato Corfino in fast. attic. tom. IV. pag. 66. et pag. 74.] cum Chalcide per quindecim annos commoratus esset, Athenas beneficio Theophrasti rediit, vbi post Antipatri mortem, quae accidit Olymp. CXXI. 3. insidiis Polysperchontis, inter cuius familiares fuerat, (vide Plutarch. in Phocione pag. 757.) periit, propior septuagenario. [Annos LXX. superasse videtur, si suspicio Dionysii Halic. de Dinarcho iudic. cap. IV. pag. 638. vol. V. ed. Reiskii talo nititur firmo, Dinarchum ab exilio rediisse septuagenarium, et, si verum est, orationem Κατὰ Προξένου βλάβης, esse habitam a Dinarcho octogenario, vid. Ruhken. ad Rutil. Lupum de fig. senten. cap. XVI. pag. 126.) ultimam aetatis metam adtigisse videtur. Harl.] Κεῖθνος, s. hordeaceus Demosthenes, velut rhetor ὑπόζυλος dictus est, teste Hermogene de form. orat. II. pag. 495. cuius adde scholiasten graecum, pag. 415. Sic Lucius Photius Gallus hordearius rhetor, Sueton. de rhet. cap. 2. propter hordei vilitatem, de qua Gerhard. Kempherus pag. 324 sq. ad Calpurnium. Theodorus, archiepiscopus Κεῖθνος apud Leonem grammaticum pag. 451. Hordeacea verba facere in Strosario Persico pag. 213. panis aerumnarum, Surenhus. tom. IV. Mischnae pag. 252. [Ruh-



[*Ruhnken*. ad Rutil. Lup. de figg. lib. II. 5. pag. 88. in Longini fragmento pro — *Τίμαρχος*, *Ἰσοκράτης*, *Δημοσθένης ὁ Κρείθινος*, *Ξενοφών* corrigat — *Δείναρχος*, *Δημοσθένης ὁ Κρείθινος*, *Ἰσοκράτης*, *Ἀντιφών*. Eundem Dinarchum vocatum esse *ἄγροικον Δημοσθένην* ex *Dionysio Halic.* in Dinarcho pag. 115. (cap. 8. pag. 647. ed. Reisk.) observat, et contra *Io. Taylorum* ad Aesch. contra Timarchum pag. 84. animaduertit, *Timarchum* oratorum numero esse excludendum, atque apud *Rutilium* II. 20, vbi vulgatur *Timarchi*, legendum *Dinarchi* etc. De varia Dinarchi ratione dicendi, et quos atque quomodo imitatus sit, denique de eius orationibus copiose egit *Dionysius Halicarn.* de Dinarcho capp. 5 sqq. pag. 638 sqq. *Hartl.*] Dinarchos praeterea tres commemorat *Demetrius III*) *Magnes* apud Dionysium Halicarnass. [cap. I. pag. 631. Opp. vol. V. edit. Reisk.] 1) *Dinarchum*, poetam, oratore antiquiorem, genere Delium, cuius meminit *Eusebius Chron.* ad num. DCCXX. respiciens scriptas ab eo *Διονυσίῳ πράξεις*. Confer *Cyrillum X.* contra Iulian. pag. 341. 2) *Dinarchum*, qui fabulas de rebus Cretenisium collegerat, *ὁ τὰς περὶ Κρήτην συναγέροχε μυθολογίας*. 3) *Dinarchum*, auctorem *λόγου περὶ Ὀμήρου*. Ab his omnibus fortasse diuersus est *Dinarchas*, quem Hermias in irrisione gentilium, et Nemesius de natura hominis cap. 4. testantur cum Aristoxeno statuisse, quod anima hominis nihil aliud sit, quam harmonia. Mentio et alterius Dinarchi apud Plutarchum in Timoleonte pag. 246. atque 248. [P]

Sub Dinarchi; rhetoris, nomine orationes plures quam CLX. olim ferebantur, teste eodem Demetrio Magnete apud Dionysium Halicarnasensem, libello de Dinarcho, [cap. I. pag. 632. ed. Reisk.]; verum Plutarchus in vita Dinarchi auctor est, genuinas ipsius non plures fuisse quam <sup>mmmm</sup>) LXIV. [*Dionys. Halic.* cap. 4 sqq. de Dinarcho ex internæ potissimum orationum caractere dicendique genere, et ex comparatione cum orationibus Lyſiae, Demosthenis atque Hyperidis ostendere conatur, quae, cum publicae, tum priuatae, sint genuinae Dinarchi orationes, quae spuriae: pag. 638 sq. vniuerſe contendit, Dinarchum coepisse orationes scribere a vicesimo quinto, vel sexto aetatis anno, Demosthene alias tunc etiam floreſcente, et orationes, quae Nicophemō archonte antiquiores ei adſcribuntur, non eſſe genuinas; ita et orationes, ſcriptas a tempore Anaxicratis uſque ad Philippi, inter ſpurias eſſe referendas. Cap. X. pag. 651. incipit recensere orationes et in claſſes deſcribere: primum, quae orationes *publicae* ſint genuinae; cap. XI. quae *publicae* oratt. ſint ſpuriae; cap. XII. quae *priuatae* oratt. germanae habeantur, et cap. XIII. quae *priuatae* falſo adſcribantur noſtro. Quas veras falſasue habuerit Dionyſius, vel vna ſyllaba adnotabo. Spurias vero non omnes ſuo ordine poſui, multo minis, vt parcerem chartae, cauſſas, cur Dionyſius Hal. ſingulas habuerit ſpurias, adtuli. Inter fictitias, Dinarcho perperam adſcriptas, retulit ille orationes *publicas* pag. 658. *Λιτωλικόν*, *Ἀττικόν*, pag. 659. *Διφίλω δημογορικόν*, *αἰτᾶντι δωρεᾶς* quam Demostheni malit adſcribere Dionyſius; — *Ἑρμῖα ἐμπορίας ἐπιμελητῇ περὶ τῶν καταγορηθέντων ἀπολογία*, pag. 660. *ὑπὲρ τῆς μὴ ἐκδέναι Ἀρπαλον Ἀλεξάνδρῳ*, tum *Δηλιακόν*. *Priuatas* vero pag. 665 ſqq. *Πρὸς Μελέσανδρον ὑπὲρ τῆς τριπραρχίας*. *Πρὸς Μαντίθεον*. *Πρὸς Ἀμυντικόν* duas orationes: *Πρὸς Μήκυδον, μεταλλικόν*. *Πρὸς Χαρίδημον*. *ὑπὲρ αὐτῆς* δόσε

III) *Δῆμος* excuſum ex compendio ſcripturae in libris MSS. uſitato. confer *Voff.* de Hiſt. gr. pag. 150.

mmmm) Suidas de Dinarcho: *γράφας κατὰ μὲν τινες λόγους τὰς πάντας ρῆ, κατὰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, μόνους ζ, λεγ. ζθ.*



δόσεως pro Megaclide: quarundam titulos inferui reliquis, Fabricio memoratis. *Harl.*] Ex hic titulos LX. amplius, ab antiquis scriptoribus seruatos, Meursius in Bibliotheca Attica notavit, quos, literarum ordine a me digestos et nonnihil auctos, infra ponam, in quibus tres observabis orationes, quae adhuc <sup>non</sup> exstant: 1) *Adversus Demosthenem*. 2) *Adversus Aristogitonem*. 3) *Adversus Philoclem*. Has cum aliis oratoribus *Alus Venet.* 1513. fol. et *H. Stephanus* anno 1575. fol. gr. vulgavit, dehinc graece et latine edidit et Io. Wowerio, senatori Antwerpiano, dedicavit *Ianus Gruterus*, primam cum *Hieron. Wolfii*, reliquas binas cum versione *M. Balduini Ischami*, Gandauensis. *Hanov.* 1615. 8. in quo volumine simul Lycurgi, Lesbonactis, Herodis et Demadis orationes graece et latine leguntur. [*Reiskius* in oratorum graecorum vol. IV. gr. cum suis et Hieronymi Wolfii adnotationibus: vol. autem VIII. pag. 407 sqq. dedit *Dionysii Halicarnassensis* iudicium de Dinarcho cum notis variorum suisque, et pag. 455 sqq. suas curas posteriores ad Dinarchi, Lycurgi et Andocidis orationes; pag. 612. indices; pag. 691 sq. *Io. Taylori* ad Dinarchum et Andocidem adnotatiunculas, denique pag. 723 sq. insignem veterum ac recentiorum, qui varia ratione de Dinarcho scripserunt, auctorum cumulum. *Harl.*] Sed tituli orationum Dinarchi, quos daturum me iam recipiebam, hi sunt:

Ἀγάθωνι συνηγορία siue Περὶ τῆς Ἀγάθωνος διαμαρτυρίας. *Dionys. Halicarnassensis* in indice orationum Dinarchi, [*Oper. Dionys. edit. Reiskii* pag. 664. genuina habetur.]

Κατὰ Ἀγασικλέες, siue, vt apud Suidam in Σκαφηφόροι, Ἀγησικλέες. Male apud *Dionysium Pισικλέες*. [sed correct. in edit. Reiskii pag. 652. genuina.] Vide *Harpocrat.* in Ἀγασικλῆς et alibi. [*Meursium* in bibl. att. voc. Δείναρχος.]

Συνηγορία ὑπὲρ Αἰσχίνε κατὰ Δεινίε. *Dionys.* [pag. 652. vbi vide notam. genuina.] *Harpocrat.* *Suidas* in Κλιμακίζεν, vbi male Ἰσηγορία. Vide *Meursii* Attic. Lect. V. 24. et Bibl. attic. voc. Δείναρχος.

Πρὸς Ἀμεινοκράτην διαδικασία περὶ καρπῶν χωρίε. *Dionys.* [pag. 663. genuina.]

Πρὸς Ἀντιφάνην περὶ τῶ ἔπνε α, β. *Dionys.* [pag. 664. genuina.] *Harpocrat.*

Κατὰ Ἀριστογέιτονος. Exstat. Latine vertit *M. B. Ischamus*. Prae ceteris probatam notat *Plutarchus* in Dinarchi vita.

Κατ' Ἀριστονίε περὶ τῶν Ἀρπαλίων. *Dionys.* [gen.]

Διαμαρτυρία ὡς ἔδεν εἶσιν ἐπίδικοι Ἀριστοφῶντος θυγατέρες. *Dionys.* [pag. 662. gen.] *Harpocrat.*

Πρὸς Ἀρχέστρατον. Confer *Meursii* Attic. Lect. III. 5. *Dionys.* [p. 662. genuina.] *Harpocrat.* *Suid.* in Ἀποψηφίζεσθαι.

Περὶ τῶ Ἀρχεφῶντος κλήρε. *Dionys.* [pag. 664. genuina.]

Πρὸς Βιώτην παραγραφή. *Dionys.* [pag. 664. gen. sed orationem Πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τῶ νόματος spuriam habet.]

Κατὰ

non) Exstat etiam inter Demosthenis orat. in *Theocrinus*, quam Dinarcho nonnulli tribuerunt.



Κατὰ Γνωδὶς περὶ τῶν Ἀρπαλίων. *Dionys.* [gen. Γνωσίς dedit Hudson. Κατ' Ἀγωνίδης; legendum videtur Reiskio in not. ad *Dionys.* iud. pag. 437. in edit. orator. graecor. pag. 437 sqq.] [P]

Κατὰ Δάε ὑπὲρ ἀνδραπόδων. *Dionys.* [p. 664. genuina.]

Κατὰ Δεινίς. Vide supra ὑπὲρ Διοσχίνης.

Κατὰ Δημοσθένους. *Harpocrat.* Dinarchi esse negavit Demetrius Magnes<sup>0000</sup>. Ceterum sub eius nomine hodieque exstat, et cum versione *Hieron. Wolfii* inter Demosthenicas legitur numero XVIII. Vertit etiam *Guil. Canterus*, ad calcem Aristidis. Basil. 1566. fol.

Κατὰ Διονυσίς τῇ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. *Dionys.* [gen.]

Πρὸς Διοσκριδὴν περὶ νεῶν. *Dionys.* [p. 663. gen.] *Harpocrat.* Dinarchi ὑπὲρ τῆς νεῶς laudatur etiam ab *Harpocrat.* in *Παρεσσία*.

[Διαδικασία εὐδανέμων, (si lectio est vera,) ὑπὲρ τῆ κανῶς εὐδαμῶς. *Dion. Hal.* pag. 658. spuria]

Συνηγορία καὶ Ἠγελόχε ὑπὲρ ἐπικλήρης. *Dionys.* [p. 662. gen.] *Harpocrat.*

Κατὰ Ἠδύλης (male κατὰ Ἠδύκης apud *Dionysium Halic.* [p. 662. gen.] vide *Meurf.* Attic. Lect. Lib. III. c. 11.)

Κατὰ Θεοδώρη (apud *Harpocrat.* in *Λατροφόρος* male κατὰ Θεοδότῃ.) *Dionys.* (pag. 654. spuria) <sup>pppp</sup>

Κατὰ Θεοκρίνης (a quibusdam tributa Demostheni, inter cuius orationes hodieque legitur, vbi dicta vide.) [*Dionys. Hal.* p. 652 inter genuinas illam recepit.]

Περὶ τῆς ἱερείας διαδικασίας. *Harpocr.* [apud *Dion. Hal.* p. 653. inter genuinas citatur διαδικασία — — ὑπὲρ ἱερωσύνης τῇ Πισειδῶνος, sed διαδικ. τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος, *Dion. Hal.* pag. 657. spuria est.]

Καὶ Ἰμερίς. *Dionys.* [gen.] *Harpocrat.* [Mauflac. ad *Harpocr.* voc. Ἀμμωνίς legit καὶ Ἰμερίαις.]

Ἐπικληρικὸς ὑπὲρ τῆς Ἰοφῶντος θυγατρὸς. *Dionys.* [gen.]

Ὑπὲρ τοῦ ἵππου. Vide supra, πρὸς Ἀντιφάνην.

Κατὰ Καλλαισχυρὰ περὶ τῶν τιμῶν. *Dionys.* [gen.] *Harpocrat.*

Κάλλιππος ὑπὲρ υἱοποιητῆ ἢ κατὰ Καλίππῃ (ap. *Suid.* in Ὑπονομήντες male κατὰ Καλλίση) *Dionys.* [p. 664. gen.] *Harpocrat.*

Κατὰ Καλλισθένης ἐνδειξίς. *Harpocrat.*

Κατὰ

0000) *Demetrius Magnes* apud *Dionysium Halicarnass.* [pag. 632. ed. Reisk.] καὶ νομίσαιεν ἂν τις εὐήθεις εἶναι πρὸς τὰς ὑπολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθένους εἶναι τῇ Δεινάρχει, πολὺ γὰρ ἀπέχει τῇ χαρακτῆρος. Ἄλλ' ὅμως τοσάτας σκοπὰς ἐπιπεπλόηκεν, ὥστε τὰς μὲν ἄλλας αὐτῇ λόγους σχεδὸν πε ὑπὲρ ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἀγνοεῖν συμβέβηκε, τὸν δὲ μὴ γραφέντα ἢ αὐτῇ, μόνον ἐκείνη νομίζεσθαι. *Fabric.*

Vol. II.

Duas autem Dinarchi orationes contra Demosthenem memorat, alteram περὶ τῶν Ἀρπαλίων, p. 654. genuinis adnumerat; alteram παρανόμων pag. 661. inter spurias refert, et tradit, illam in tabulis Pergamenia adscribi Callicrati. *Harl.*

pppp) Alia oratio priuata κατὰ Θεοδώρη, ψευδομαρτυριῶν, genuina habetur a *Dionysio Hal.* pag. 664. *Harl.*

R r r r r



Κατὰ Καλλισθένης εἰσαγγελία (male apud *Dionysium Halic.* κατὰ Κλεισθένης) *Harpocrat.* [gen. vide not. ad *Dionys.* Hal. pag. 653.]

[Κατὰ Κηρύκων. *Dionys.* p. 655. spuria.]

Κατὰ Κηφισοκλῆες καὶ τῶν οἰκείων. *Dionys.* [gen. pag. 661.] *Harpocrat.*

[Πρὸς τὴν Κηφισῶντος, aut Κηφισοφῶντα, ἀπογεγραφήν. *Dionys.* Hal. p. 653. gen.]

Κατὰ Κλεωμένοντες, αἰκίας, α. β'. *Dionys.* [p. 663. genuina.] *Ammonius* in μαρτυρία et ἐκ-  
μαρτυρία. *Harpocrat.* *Porphyrus* apud *Euseb.* Lib. X. praeeparat. c. 3. vbi notat, *Dinar-*  
*chum* in hac orat. multa ad verbum petiisse ex orat. *Demosthenis* aduersus *Cononem*.

Κροκωνιδῶν διαδικασία, *Harpocrat.*

Πρὸς τὴν Κτησιφῶντος ἀπογεγραφήν α. β'. *Dionys.*

Κατὰ Λεωχάρους. *Suid.* in Δεῦρο. [P]

Κατὰ Λυκέρους, εὐθύναι. *Dionys.* [gen.] *Harpocrat.* *Suidas* in καταλεύσιμον. *Etymolog.*  
in ἱεροποιοί.

Πρὸς τὸς Λυκέρους παῖδας. *Harpocrat.* in ἀπονομή.

Κατὰ Λυσικράτες ὑπὲρ Νικομάχου. *Dionys.* T. 2. pag. 114. [pag. 640. ed. Reisk.] *Harpocr.*  
in Κεῖσις.

Κατὰ Μεναιχμῆ. ap. *Suid.* in Πραγματεία, nisi leg. κατὰ Μενεσαίχμῆ, quae *Lycurgi* ora-  
tio erat: [et *Dionys.* p. 659. qui duas citat, abiudicat *Dinarcho*.]

[Κατὰ Μενεκλῆες. *Dionys.* p. 656. spur.]

Περὶ Μνησικλῆες siue ὑπὲρ τῶ Μνησικλῆος κλήρου. *Dionys.* [gen.]

Κατὰ Μοσχίωνος. *Harpocrat.* [ *Dionys.* p. 655. spuria.]

[Περὶ τῆς Μυρβίνης καὶ τῆς Μίλακος. *Dionys.* pag. 657. spuria.]

Ὑπὲρ νεῶς. Supra in πρὸς Διοσκυρείδην.

Ὑπὲρ Νικομάχου. Supra in κατὰ Λυσικράτες.

Πρὸς Νικοκράτην. *Dionys.* [p. 662. genuina.]

Πρὸς Ξενοφῶντα, ἀποσχάσις. *Laërtius* II. 52. [ *Dionys.* *Halic.* p. 664. inter priuatas genuina  
habetur.]

Συνηγορίῳ Παρμένοντι ὑπὲρ ἀνδραπέδου, βλάβης. *Dionys.* [p. 662. gen.]

Ἑρατικός μετὰ τῶν Πατρικλῆος παίδων. *Harpocrat.*

Κατὰ Πεδιέως. *Dionys.* [p. 663. gen. Sed πρὸς Πεδιέα παραγεγραφήν, p. 664. spuria censetur.]

Πιερηνικός. Vide infra Τυρβηνικός.

Κατὰ Πισικλῆες. Vide supra Ἀγασικλῆες.

Κατὰ Πισίς. *Dionys.* [gen.] *Harpocrat.* et *Plutarch.* ubi male Πασίς. Vide *Meurs.* III. 5.  
Attic. Lect.

Κατὰ Ποθέος. *Stephanus Byz.* in Ἀγιναι, sed legendum Πυθέος.

Κατὰ Πολυεύκτη, ἀπόφασις. *Harpocrat.* *Suid.* *Priscian.*

Κατὰ



Κατὰ Πολυεύκτη βασιλεύειν λαχόντος, δοκιμασία. *Dionys.* [p. 651. genuina] *Harpocr.*

Κατὰ Πολυεύκτη δωροδοκίας. *Harpocrat.*

Κατὰ Πολυεύκτη ἐκφυλλοφορηθέντος, ὑπὸ τῆς βαλῆς ἐνδείξεις. *Dionys.* [ibid. genuina] *Harpocrat.* et *Suid.*

Κατὰ Πολυεύκτη περὶ τῆς Γεωφανίης. male apud *Dionys.* Γεωφανίης. Vide *Meurfii* III. 11. Attic. Lectt. [et correctum in ed. Reiskii pag. 651. genuina.]

Κατὰ Ποσιδίππου. *Dionys.* [p. 662. genuina.] *Harpocrat.* in Οἴκημα.

Πρὸς τὰς Πατροκλέους παῖδας ἐρανικός. *Harpocrat.* et *Dionys.* [p. 663. genuina.] vbi male Προκλέους.

Κατὰ Προξένου, βλάβης. *Dionys.* T. 2. p. 113. [cap. III. pag. 635 sq. ed. Reisk. vol. V. Opp. *Dionysii*, p. 661. inter genuinas priuatas orationes.] *Plutarchus* in vita, qui ait, hanc orationem, qua Proxenum, hospitem et amicum, accusare non dubitavit Dinarchus, a sene et oculis capto dictam esse primam omnium in foro: antea enim aliis tantum orationes composuisse, accepta mercede. Meminit etiam *Harpocrat.* apud quem λαβῆς vitiose excusum in ἀργυρῆς θήκη. [alia genuina priuata or. κατὰ Προξένου, ὑβρεως. *Dionys.* Hal. pag. 663.] [P]

Κατὰ Πυθέου, ὑβρεως. *Dionys.*

Κατὰ Πυθέου, ξενίας. *Dionys.* [gen.] *Harpocr.* *Stephanus* in Αἰγίνα.

Κατὰ Πυθέου, περὶ τῶν κατὰ τὸ ἐμπόριον. *Dionys.* [gen.]

[Κατὰ Σπεδίου. *Dionys.* p. 657. spur.]

Κατὰ Στεφάνου. *Dionys.* [genuina.] *Harpocrat.*

Κατὰ Τιμοκράτους. *Dionys.* [genuin., alia contra eum p. 657. spuria.] *Harpocrat.*

Τυραννικός. apud *Harpocrat.* in Κέρκερος, Λιπάρα, Οἴκημα, Στρομφίδες, Νῆσοι.

Τυξέηνικός. *Harpocrat.* [vbi v. not. Vales. p. 48. col. 2.] et *Suid.* in Περίσσειν (male ap. *Dionys.* πειρηνικός.) [sed correct. in ed. Reiskii p. 652. et genuina habetur oratio.]

Διαδικασία Φαλερέων. *Dionys.* *Harpocrat.*

Πρὸς Φάνοκλέα. *Dionys.* [p. 662. genuina.]

Κατὰ Φιλίππου μεταλλικός. *Dionys.* [p. 664. gen.]

Κατὰ Φιλοκλέους, ὑπὲρ τῶν Ἀρπαλίων. Exstat, cum *Ischami* versione. [genuina. v. *Dionys.* p. 653. ibique not.]

Πρὸς Φιλωτάδην. *Dionys.* [p. 663. genuina.]

Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. *Dionys.* [pag. 652. vbi in contextu adhuc legitur κατὰ Φωρασεβείας, sed emendatio *Meurfii* K. Φορμισίου, ἀσεβείας adfertur; genuina.] *Harpocrat.* *Suidas* in Ἡλινδημένον. Confer *Meurfium* IV. 16. Attic. Lectt.

Ἀπολογία διαμαρτυρίας πρὸς τὴν Χάριτος εἰσαγγελίαν κατὰ Φειδιάδου γραμματείας. *Dionys.* [genuina habetur. pag. 653. alia priuata orat. de hereditate *Hetiæti* ad *Charetem*, genuina pag. 663.]



*Heronis*, rhetoris, ἐξηγήσιν Δεινάρχου memorat Suidas in Ἡρών.

Atque haec de decem celebribus Oratoribus Atticis dicta sufficiant. [Ceterorum quidem rhetorum et oratorum graecorum notitiam, literarum ordine digestam, seruauerat Fabricius libro quarto: ego tamen propter temporis ordinis rationem paucos adhuc e multis attingam et quantum sufficiat, strictim persequar. *Harl.*

DEMADES. De hoc et *Lesbonacte* quia *Fabricius* demum lib. IV. cap. XXX. §. 13 et 14. egerat, ego illas sectiones ad suas sedes suumque opportunum locum reducam, insertis supplementis. De *Demade* peculiarem conscripsit commentationem *Hauptmannus*, plurimis e Fabricio nostro haustis, immutato ordine, mutatisque verbis, cum accessione quadam: quam dissertationem *Reiskius* in vol. IV. oratorum graecorum pag. 243 sqq. recepit. Plura de eo veterum loca excitauit *Taylor*. in prolegom. ad Demosth. in orator. graec. vol. VIII. p. 724. Supplementa egregia dedit *Ruhnken*. in historia critica oratorum pag. LXXI. sqq. *Lambinus* quoque et *Staurer* in minore editione ad Cornelium Nepot. XIX. 2. 1. de eo quaedam docte adscripserunt: item, quod Demadi publico decreto statua aenea in foro atheniensi posita est, *Freytag*. in Decade oratorum et rhetor. graecor. quibus statuae honoris causa posita fuerunt, §. XIII. pag. 55—63. — Fabricius igitur haec adnotauit: •

*Demades*, Atheniensis, fuit e Laciadis, <sup>\*\*\*\*</sup>) populo Oeneidis tribus, patre obscuro, *Demade* <sup>\*\*\*\*</sup>), nec in scholis rhetorum enutritus, sed qui remigando <sup>\*\*\*\*</sup>) victum sibi comparasset; at naturae beneficio atque exercitationis. (quod potentissimum genus discendi Quinctilianus adpellat,) euasit orator eloquentissimus <sup>\*\*\*\*</sup>) ac valentissimus demagogus. [Hinc προσάτης τῶ δῆμος τῶν Ἀθηναίων dicitur ab *Aeliano* V. H. lib. XII. cap. 43. Demagogi autem, iam notante *Perizonio* ad cit. locum Aeliani, populares erant, causamque populi agebant in concionibus, et illustres saepe accusabant. adde *Hauptmann* p. 245. 247. 253 sq.] Vitae impurae ac dissolutae <sup>\*\*\*\*</sup>), atque si *Plutarcho* credimus <sup>\*\*\*\*</sup>), reip. Atheniensis naufragium, et, qui placeret

\*\*\*\*) *Suidas* in Δημάδ. (qui locus fugit praestantissimum *Meursium* lib. de populis Atticis,) ubi duos, [tres recenset], fingit Demades, certe de altero videtur affirmare, quae priori Demadi, vel Demaeae, Demadis filio, rectius tribuuntur. *Fabric.* adde *Küster*. ad Suidae locum, I. pag. 536. *Eudosis* quoque pag. 131. confudisse illos videtur. *Harl.*

\*\*\*\*) Demades ipse orat. de duodecemnali: γένους γάρ, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημάδα πατέρας, αἱ καὶ ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι γινώσκουσιν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἔτις ἔζων, ὡς ἰδυῖν μὲν, ἔτε ποιῇ τὸν δῆμον ἀδικοῦν, ἔτ' ἰδίᾳ λυπῶν ἀδίκων τῶν ἐν τῇ πόλει, πειρώμενος δ' αἰετὶ τοῖς ἰδίᾳ πόντοις τὴν ἀσθίνειαν τῷ βίῳ διορδύσασθαι. Parentem Demadis obscurum fuisse notat *Aelianus* XII. 43. var. hist. [vbi vide *Perizon.* Nutritus filius factus est opulentus.]

\*\*\*\*) *Sextus* II. adu. Math. p. 67. de Demade: Κοινηλάτης γὰρ ὢν, ἐμολογεῖται ἄριστος γεγενῆσθαι Πύθω. *Syrianus* in *Hermogen.* pag. 16. Τινὲς καὶ τὴν ἄλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βέλονται, ἀλλ' ἐμπειρίαν ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισμένων ἀκαιοδουσίας ἀρμημένοι, οἷον

Δημάδα τῷ ἀπὸ τῆς κόπης ἀνίσταται, τὸ τῷ λόγῳ, χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδῶντος, καὶ Ἠγήμονος καὶ Πυθίας καὶ Ἀρκεσίου. *Quintil.* II. Instit. cap. 17. adferunt, Demadem remigem et Aeschinem hypocritam oratores fuisse. Conf. *Suidam* in Δημάδης et *Apostolium* prouerbio ἀπὸ κόπης ἐπὶ βῆμα, IV. 17. *Fabr.* adde *Hauptmann*. pag. 247. qui laudat praeter ea *Stobaeum* serm. XXIX. pag. 204. ed. Basil. 1549. vbi Demades, interrogatus, quo doctiore profecerit? nominasse dicitur βῆμα, tribunal, indicando, quod in ipsis negotiis experientia quauis sophistarum institutione sit melior. *Harl.*

\*\*\*\*) *Plutarch.* in Demosthenis vita pag. 850. Πλὴν τὸν γε Δημάδην πάντες ὁμολογῶν τῇ φύσει χράμενοι ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτὸν σχεδιάζοντα τὰς τῷ Δημοσθένει συνέσεις καὶ παρασκευάς.

\*\*\*\*) *Pytheas* apud Athenaeum II. p. 44. F. de Demade: ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκάστην προγάσσω ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται. *Pythae* huius mentio apud *Plutarchum* Phocione pag. 751.



placeret sibi in magnis opibus, vel per nefas corrasis <sup>ωωωω</sup>). Idem tamen, teste *Seneca* VI. 38. de benefic. damnauit eum, qui necessaria funeribus venditabat, cum probasset magnum lucrum comparasse, quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Plurimum valuit Demades auctoritate apud populum Atheniensem per multum temporis, sed regum Macedonum potentiae cedendum ratus, cum a populo durius acta sua cenferi intelligeret, contempsit ipsius iudicium his verbis: ἔτε ἑαυτῶν ἐστὶ κύριος, ἔτε ἐμῶ. *Neque vestri iuris estis, neque in me ius habetis.* (Suid. in *Δημιάδ.*) Philippo itaque bellum reip. inferenti prae timore se tradidit (*Lucian.* tom. II. pag. 257.) censuitque vt pacem cum rege inirent, non exspectatis, quod Phocion prudenter suadebat, conditionibus. (Plutarch. in Phocione p. 748.) quum et epistolam ad Philippum scripsit et filium ad eum misit, et decretum fecit, τῷ Φιλίππῳ τὰς ἑλληνάς ὑπακένειν, *Graecos Philippo parere.* [quod tamen Hauptm. p. 248. vix ante pugnam Chaeroneam ponere vult.] In pugna ad Chaeroneam captus, sed liber paulo post dimissus legationem ad eundem regem pro reliquis captiuis 3090. [secundum fragm. Dem. 2000. secundum alios 3000.] et in his 1000. ciuib. obiit, eorumque libertatem impetrauit. (*Demades* ipse in orat. Suid. in *Δημιάδης.* *Sextus Empiricus* I. contra Grammaticos p. 59.) Alexandro adulatus eum Athenis pro concione ἐψηφίσατο Θεὸν τὸν τρισηκιδέκατον, decreuit *tertium decimum adscribendum inter XII. maiores coelites* siue Olympios Deos, quod non ferens populus ei indixit multam decem <sup>xxx</sup>), (ita *Athenaeus* VI. p. 251.) vel plane centum talentorum, (ita *Aeliani* Codices V. 12. Var.) quod merito incredibile visum viris doctissimis ad Ael. locum. Demades vero de hoc similibusque decretis suis ita se purgauit: (apud Demetrium §. 301. de elocut.) τῷτο τὸ ψήφισμα ἐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος Ἀλεξάνδρου δόξα-  
τι γράφω. *Hanc non ego scripsi legem, sed bellum, Alexandri spiculo.* [v. Hauptm. p. 254. sq.] Mortuo rege, Macedonum exercitum Cyclopi excoecato contulit; (id. §. 302.) quum vero incertus adhuc de illius obitu rumor increbuisse, ἔτέθνηκεν, inquit, Ἀλέξανδρος, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥσεν γὰρ ὃν ἡ οἰκισμένη τῶ νεκρῷ. *Non mortuus est Alexander, Athenienses, omnes enim terrae odore cadaueris perfusae essent,* (id. §. 300. et Plutarch. in Phocione p. 751.) Dehinc cum regnum Macedoniae peruenisset ad Antipatrum, non minus ad nutum huius reimp. Atheniensem administrauit <sup>yyy</sup>), ignoscendum sibi professus, quoniam sit πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως, quod *nausfragia ciuitatis sibi essent gubernanda.* (Plutarch. Phocione,

R r r r 3

pag. 741.

vvvv) Plutarchus in Phocione p. 741. *Δημιάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἦν ναυάγιον τῆς πόλεως, ἔπος ἀσελγῶς βίωσις καὶ πολιτευόμενος, ὥστε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι καθάπερ ἱερὰ διαπραγμαίνετα γλῶσσαι καὶ κοιλία μόνα ἀπολείπεται,* adde p. 751. a. et *Pausaniam* Achaicis, p. 547. [it. Plutarch. de diu. cupid. p. 525 sq. *Perizon.* ad Ael. V. H. XIII. 10.]

ωωωω) Plutarch. p. 755. de muneribus ab Antipatro acceptis, meminit et in *Apophthegm.* p. 188.

xxxx) Quam saepe incurrerit in reprehensionem ciuium suorum, inde cognosci potest, quod ter, vel, vt alii volunt, septies ab Atheniensibus legum violatarum damnatus et infamia notatus fuerit. v. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* lib. XVIII. cap. 18. Contra Demadem orationem habuit *Polyeuctus Sphet-*

tius, e qua fragmentum est apud *Aspinem* art. rhetor. p. 708. v. *Ruhnken.* in historia critica orator. graec. pag. LXXI. vbi de hoc, cuius orationes laudantur ab *Aristotele* Rhetor. III. p. 749. et *Diogene Laert.* VI. 23. alioque *Polyeucto*, oratore, vberius disputat. *Harl.*

yyyy) Atque Athenas a Demade Antipatro proditas esse, *Pausanias* lib. VII. 10. pag. 547. memorauit et *Cornel. Nep.* XIX. 2. retulit, Phocionem cum Demade consensisse de vrbe tradenda Antipatro; quamquam *Stauer.* in nota vix crediderit, cum isto homine Phocionem in vlla re consensisse, et ex *Diodoro Sic.* XVIII. 18. obseruat, populum ipsum, viribus imparem, coactum fuisse, urbem tradere Antipatro. *Harl.*



pag. 741. confer p. 753. et praecepta gerendae reip. p. 803.) Denique vna cum filio *Demea* <sup>xxxx</sup>, iudem oratore, interfectus est a Cassandro, cum apud eum reperta esset epistola, ad Perdiccam (*Plutarch.* p. 360. vit. Demosth.) vel Antigonum exarata, qua eum inuitauerat ad inuadendam Macedoniam, Graeciaeque regnum sibi asserendum, quod ἐκ παλαιῆ καὶ σαπερῆ τήμω- vos, ex vetere ac marcido flamine suspensum esset: ita enim vocabat Antipatrum, aetate confectum et cum morbo iam confluentem. (*Plutarch.* in Phocione p. 755.) Contigit hoc Olymp. CXIV. 4. <sup>aaaa</sup> Suidas non a Cassandro, sed Antipatro ipso interfectum et in lacu Amphipolitano demersum refert. Ita quod alii narrant de Demosthene, decem illum talenta a rege accepisse, ut taceret; C. Gracchus apud *Gellium* XI. 10. tribuit Demadi <sup>bbbb</sup>. Quod vero *Sidonius* VIII. 1. epist. Demadem ait fuisse Demosthenis derogatorem, eo fortasse inter alia respicit, quod Demostheni, pro Olynthiis dicenti, fortiter restitit Demades, Suida teste. Neque amico animo inuicem fuisse constat, tum ex aliis apud *Plutarchum* in vita Demosth. tum ex mutuo dicto, quo Demadi clamanti, scilicet *Demosthenes me vult corrigere, sus Minervam*, ab eo responsum fuit: *ista quidem Minerva nuper in adulterio est deprehensa*. *Plutarch.* praecept. gerendae Reip. p. 803. Etiam in oratione, quae sub Demadis fertur nomine, Demosthenes arguitur consilium splendidum verbis sed parum utile dedisse Atheniensibus, bellum suadendo: Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν, ἔ σωτήριον δὲ τοῖς ἔργοις συμβεβλῆαν εἰσεργασσάμενος τοῖς πολίταις. Idem *Plutarchus* in vita Demosth. p. 850. Demadis extemporalem in dicendo facultatem non dubitat praeferre Demosthenis studio atque adparatui, quem ad dicendum adtulit, et ibidem ex *Aristone* Chio refert dictum *Theophrasti*, qui, de Demosthene rogatus, ἄξιός, inquit, τῆς πόλεως, dignus est hac ciuitate orator: Demadem autem, ὑπὲρ τὴν πόλιν digniorem ciuitatis conditione adfirmavit. Demadem praeter ceteros Atticos facetum celebrat *Cicero* in Oratore c. XXVI. vnde et plura apophthegmata ipsius a *Plutarcho*, *Stobaeo* et aliis feruntur, in quibus et illud, quod dicebat, Draconem leges non atramento, sed sanguine scripsisse, ut praeter ceteros narrat *Tzetzes* *Chiliad.* V. vers. 542 seq. vbi Demades dicitur ἔγνων ὥραιος κάλλει, πολὺ δὲ ὥραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις. Alia ipsius collegit magnus *Erasmus* libro *Apophthegmatum* sexto. [Ad *Hauptm.* §. VI. et VII. pag. 253 sq.] Sed eodem *Cicerone* teste nihil scripsit Demades. Ita enim ille in *Bruto* c. IX. et is, cuius nulla exstant scripta, Demades. Similiter *Quintilianus* XII. 10. ait, in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisque mox literis reliquisse, ut *Periclem* et *Demadem*. Ex hoc ipso, quod de clarissimo oratore istud adfirmat *Fabius*, eumque *Pericli* adiungit, satis adparet, loqui ipsum *Tullium*que de *Demade* illo, veterum scriptis decantatissimo, non, ut erudito viro, *Ioanni Meurfio* in *Bibl. Attica* visum, de *Demade* altero, oratore, *Suidae* soli memorato, aliis omnibus incognito, quem prior adoptauerit. Exstat tamen

<sup>xxxx</sup> Suid. Meminit et *Demeae*, oratoris, praeter *Plutarchum* in Phocione p. 755. et *Athenaeum* XIII. p. 591. *Lucianus* in *Timone* T. I. pag. 149. [*Tzetzes* *Chil.* VI. 98—104.] Alius *Demeas*, gladiatoriae artis repertor ac magister primus apud *Matinaenses*. *Athen.* IV. p. 154. [*Demeas*, e *Collytto*, populo tribus Aegidis. *Xenoph.* M. S. II. 7, 6. vbi v. *Ernesti*.]

<sup>aaaa</sup> Si, Antipatro iam mortuo, cum legationis comite *Demea*, quoddam in gurgustulum ab-

ductus, postquam filium necari viderat, eius sanguine conspersus tollebat, inque lacum Amphipolitum cadauera coniciebantur, id, quod malit *Hauptmann.* pag. 252. factum fuerit Olymp. CXIV. 4. sed secundum *Diodorum Sic.* XVIII. pag. 293. interiit Demades Olymp. CXV. 2. *Harl.*

<sup>bbbb</sup> Demadem etiam adtigisse harpalicam pecuniam, *Ruhnken.* l. c. probat e *Dinarchi* or. contra Demosth. pag. 101. et contra *Aristogit.* pag. 106. *Harl.*



tamen prioris illius Demadis nomine velut post mortuum iam Alexandrum dicta oratio *ὡς τῆς δωδεκαετίας*, siue pro suis per duodecennium proximum gestis Apologia ad populum Atheniensem. Athenienses enim, (*ὁ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*) non *Olympiadem* adloquitur, ad quam a Demade scriptam esse hanc orationem Suidas auctor est, parum accuratus auctor <sup>cccc</sup>). Non ab re supposititia videtur Dionysio Petauio, quem vide lib. II. epist. 7. etsi in illa ex *nauticis fabulis*, in forum translatis a Demade, videri possit illud, quod ait *κρεῖττον ἐπερχόμενον ἐκκλῆναι τὸ νέφος, ἢ φερομένω συναπνευχθῆναι τῷ βέεματι*. Itaque et pro genuina Demadis habetur a *Nic. Caussino* lib. I. de eloquentia sacra et profana c. XXXIV. *Vossio* de natura Rhetoricae p. 82. aliisque quam plurimis. Graece primum edita fuit ab *Aldo* Venet. 1513. fol. deinde ab *H. Stephano* 1575. fol. cum aliis oratoribus; tum graece et latine a *Iano Grutero*, Haenou. 1619. 8. vna cum *Dinarchi*, *Lesbonactis*, *Lycurgi* et *Herodis* orationibus. [Denique ex *Aldino* contextu, cum correctione, et distinctione in minora membra notisque *Hauptmanni* in *Reiskii* orator. graecor. vol. III. pag. 243—274. Num *ἡ ἀντίτροφος τῇ κολακευτικῇ* apud anonymum in prolegom. rhetor. in *Fabr. B. Gr.* vol. IX. pag. 598. oratio Demadis cum *Hauptmanno* pag. 253. sit habenda, equidem subdubito. *Harl.*] Fragmentum tantum orationis, non orationem integram, ad nos peruenisse, putabat clariss. *Neocorus* eruditus notis ad *Suidam*, a quo praeterea Demadi eidem (praeter rem, ut existimo <sup>dddd</sup>) tribuitur *Ἱστορία Δήλα καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Ἀθηῶν παίδων*.

LESBONAX, cuius Orationes XVI. politicas legisse se testatur *Photius* Cod. LXXIV. antiquior fuisse videtur viris doctis *Lesbonacte*, philosopho, discipulo *Timocratis* *Mytilenaeo*, *Potamonis*, qui, *Tiberio* imperante, *Romae* sophistam egit, patre, de quo vide *Lucianum* de saltatione tom. I. p. 810. *Suidam* in *Λεσβ.* et *Ποταμ.* [*Eudoc.* p. 283.] et inscriptionem veterem graecam, quam edidit *Berkelius* ad *Stephanum* Byz. in *Ἐδρα. Lesbouactis*, rhetoris vix duae Orationes e sedecim illis, *Photio* lectis, exstant, una perbrevis *περὶ τῆς πόλεως Κορινθίων*, ut habet titulus, etsi per totam orationem ne verbulo quidem mentio *Corinthi* occurrit, sed *Athenienses* in illa inflammantur, ut de *Thebanorum* se vlciscantur iniuriis. *Ἀλτα προτρεπτικὸς λόγος* siue exhortatio insignis ad eosdem *Athenienses*, ut aduersus *Lacedaemonios* fortiter rem gerant. Nisi vero a iuniore sophista viderentur hae orationes scriptae esse, ad tempus belli *Peloponnesiaci* A. 413. ante *Christum* natum, qua ratione hic *Lesbonax* aequalis esset *Antiphontis* et antiquissimorum *Graeciae* oratorum. Sed *Herodis Attici* et aliorum exemplo constat, rhetores iuniores *Atticos*, (perinde ut de latinis res nota e *Seneca* et *Quintiliano*.) exercitii causa argumentum saepe ex antiqua historia repetisse. Igitur ne utquam necesse est, hunc *Lesbonactem* antiquiorem haberi illo *Mytilenaeo*, quem *πλεῖστα φιλοσοφῶν* scripsisse *Suidas* testatur, etsi eundem esse fateor nullis me posse certis argumentis demon-

cccc) *Olympiada*, *Alexandri* matrem, male intellexerunt, quoniam *Suidae* locus est vitiat, quem bene explicuit et ita sanauit *Ruhnken.* pag. LXXII. *Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημογωγὸς πανήργος καὶ εὐφυὴς (dicax, facetus) πρότερον ναύτης* (a *Proclo* *ἰχθυοπώλης* vocatur in prolegomenis ineditis in *Hesiodum*) ὧν ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ τῆς αὐτοῦ δωδεκαετίας, Ἱστορίαν περὶ Δήλα, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Ἀθηῶν παίδων. τελευτῇ δὲ παν' Ὀλυμπιάδα μὲ (e

*Diodoro Siculo*) ἐπὶ Ἀντικάρῳ, ὃς κατέλυσε τὰ διαστήματα καὶ τὰς ῥητορικὰς ἀγῶνας, καὶ μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσαν, Θήβας ἀνέστη. De ἀπολογισμῷ *Demadis* copiosus est *Hauptmann.* p. 256 sq. et §. IX. ac X. vberius peruestigat *ἀδελφίαν* orationis, et, quae quidem grauiora esse videntur, argumenta, quibus illam spuriam esse, ostendatur. *Harl.*

dddd) Comprobante *Ruhnkenio* l. c. *Harl.*



monstrare. [cl. Saxius in Onom. part. I. p. 236. suspicatur, Lesbonaclis aetatem forte col-  
locari posse circa tempora imperatoris Tiberii.] Primus illas duas Lesbonaclis orationes grae-  
ce vulgavit Aldus Venet. 1513. fol. Inde Henricus Stephanus A. 1575. fol. vterque cum ora-  
tionibus Aeschini, Lyfiae et aliorum. Protrepticum latine vertit Guil. Canterus et ad calcem  
Aristidis sui edidit Basil. 1566. fol. Vtramque graece et latine, priorem breuem cum sua vel  
Andreae Schotti, vt suspicor, alteram cum Canteri versione vulgavit Ianus Gruterus, Hanov.  
1619. 8. vna cum orationibus Dinarchi, Lycurgi, Herodis et Demadis. [E recensione et cum  
notis I. Iac. Reiskii, qui auctorem posteriore natum aetate et more scholasticorum argumenta  
stilo tractasse, e vetusta historia graeca repetita, censet, gr. in vol. VIII. orat. graecor.] At  
iunior, vt existimo, fuit Lesbomax, romanus grammaticus, cuius περί σχημάτων de figuris  
grammaticis, spiritibus et dictionibus exstat MS. in variis bibliothecis Galliae atque Italiae, et  
vna cum Tiberii, Herodianii, Apostolii et aliorum monumentis similis argumenti graece et  
latine A. 1643. vulgare voluit Leo Allatius: neque enim vulgavit, licet edita memoret Labbeus  
p. 383. Bibl. nouae MSS. qui tamen ipse vidisse ea se negat. [Libellum primus graece edidit,  
et notis eruditus illustravit Valkenaer ad Ammonium pag. 177 — 188. adde eius praefat. p. X.]

Multi alii oratores Isocratis, Demadis et Demosthenis aetate clari, exstiterunt. Quosdam  
Isocratis discipulos iam supra memorauimus. De reliquis illius aetatis oratoribus, a Cicerone  
praetermissis, docte copioseque differit Ruhnkenius in historia critica orator. graec. pag. LXXIV.  
sqq. quo duce per lancem quasi saturam illos, quorum plurimos Fabric. lib. IV. c. 32. in elencho  
oratorum rhetorumque celebriorum etc. omiserat, paucis tantum enumerabo: cetera, quae  
de singulis diligenter congeffit cel. Ruhnkenius, in libello obuio lectores ipsi quaerent. Me-  
morabiles igitur sunt:

CYDIAS, circa Olymp. CVII. 1. cuius oratio περί τῆς Σάμης κληρονομίας laudatur ab  
Aristotele rhetor. II. pag. 348.

AESION, Demosthenis condiscipulus, quem laudat Aristoteles rhetor. III. pag. 650.

PHILINVS, Nicostrati filius, si modo idem est, cuius mentionem facit Demosthenes  
adu. Midiam pag. 144. Tres eius orationes laudat Harpocration: 1) πρὸς Αἰσχύλῃ, Σοφο-  
κλέῃς, καὶ Εὐριπίδῃ εἰκόνας, v. Θεωρημα. 2) Κατὰ Δωροθέῃς, ab aliis Hyperidi tributam,  
voc. ἐπὶ Κορέῃς. 3) Κερικωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοικωνιδῆς. Harpocr. v. Κοικωνιδῶν, et Athen.  
X. p. 425. B. ibique Calaubon.

HEGEMON, qui, vt Demades, (v. Syrianus paullo ante not. ssss. a Fabricio ad Dema-  
dem citatus,) nullis litteris eruditus ad eloquentiam exercendam peruenisse et sycophantam  
egisse dicitur: Macedonum partibus fauit et cum amico suo, Phocione, periit.

MENESAECHMVS, acerbus aliorum, se meliorum, adulator.

HEGESIPPVS, in republica eodem, quo Demosthenes, sensu fuit. Critici veteres tri-  
buunt ei duas Demosth. orationes, alteram de Halonaso, alteram de foedere cum Alexandro.

MOEROCLES, Salaminus, nobilis inprimis demagogus. Quod in republica ge-  
renda meliorum erat partium, Antipater, vel Alexander postulauit, vt sibi cum aliis demago-  
gis dederetur. Laudatur ab Aristotele rhetor, III. pag. 649.

De POLYEUCTIS et PYTHEA iam quaedam notata sunt: de Pythea copiosus  
est Ruhnken. ad Rutilium Lupum II. pag. 40. De Stratocle v. eundem ad Rutil. Lup. lib. I.  
pag. 32 sqq.

ANA-



ANAXIMENES, Aristoclis filius, Lampfacenus, discipulus Zoili et Diogenis Cynici, notior tamen ut historicus et dicendi magister, quam ut orator.

AGNON, siue AGNONIDES; ingratus erga Phocionem, suum benefactorem, quem adiecit, (*Cornel. Nep.* XIX. 3.) ipse postea capitis damnatus est et necatus. (*Plutarch.* in Phoc. pag. 759. B.) Scripsit *Rhetorices adiectionem*.

CALLICRATI tributa est Dinarchi oratio contra Demosthenem; quod non de oratione, quae nunc superest, sed de alia, quae periit, est intelligendum.

Inclinata iam eloquentia, exstiterunt pauciores, quos *Ruhnkenius* pag. XCI sqq. persequitur.

DEMOCLES, Theophrasti discipulus.

CHARISIUS, *Cicero* in Bruto cap. 83. *Ruhnken.* ad Rutil. Lup. I. pag. 37.

HEGESIAS, Magnes, orator ex eorum numero, qui Asiani vocantur: primus asiaticum genus inuexit, et atticae eloquentiae integritatem corruptit atque ab antiquis censoribus valde vituperatur. Scripsit orationes et Alexandri M. historiam. v. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum, I. pag. 25 sqq.

CLEOCHARES, Myrleanus, orator asiaticus. v. *Ruhnken.* ad Rutil. I. pag. 5 sq. infra libr. III. cap. 8. de scriptoribus Alexandri M. atque in Elencho rhetorum graecor.

ISIDORUS, Pergamenus, postremus aetate oratorum Asianorum, quos Rutilius laudat, v. *Ruhnken.* ad illum lib. II. 16. pag. 128.

DAPHNIS, MYRON, SOICRATES, a Rutilio Lupo laudati, asiatici oratores fuisse videntur. In his substitit diligentia *Ruhnkenii*, V. C.

PHORMIO, CTESIPPVS, Chabriae, imperatoris, filius, et APHEPSIO in causa contra Leptinem clari fuerunt. *Hermog. Περὶ μεθ. δειν.* cap. 24. pag. 551. et alii, quos cl. *Frid. Aug. Wolf.* in prolegom. ad Demosth. orationem aduersus Leptinem citat pag. 48 sq. pag. 52 — 56. qui ipse de illis docte agit.

Coronidis loco, non tam argumenti similitudine inuitatus, quam temporis ordine motus adiungam tres nobiles poetas. Primus est

HERMESIANAX. Hic enim vixit Philippi et Alexandri M. temporibus. *Pausan.* Attic. cap. 9. Scripsit 1) tres libros Elegiarum, quos de amittae nomine Δεόντιον inscripsit. *Athen.* XIII. pag. 597. A. 2) Elegiam ad Eurytionem Centaurum. *Pausan.* Achaic. 18. 3) Persica. Ex tertio Leontii libro sumpta est elegiae pars, quam seruauit *Athenarus* XIII. pag. 597. et erudite correctam repetiit atque egregie illustrauit *Ruhnkenius* in adpendice ad Epist. II. criticam p. 283. cum Homeri Hymn. in Cererem editam, ubi in introitu paullo copiosius de Hermesianacte differuit. Spicilegium tamen haud spernendum reliquit ingenio et doctrinae *M. Caroli Davidis Ilgenii*, Rector. scholae Numburg. in progr. Animaduersiones criticae in fragmentum Hermesianactis ab Athenaeo lib. XIII. pag. 597. seruatum, Lipsiae 1790. 4. — In versum lat. eleg. translulit *van Santen*, et adiecit suae versionis Hymni Homerici in Cererem, inter sua carmina. — Emendare etiam quaedam Hermesi. et aliorum praecipue, quorum  
Vol. II. S s s s fragmen-



fragmenta conseruata sunt ab Athenaeo, loca sustinuit *Stephan. Weston*, S. T. B. Collegii Etonensis in acad. Oxoniensi socius et eccles. Mamhead in agro Deuonienſi rector, in libro inſcripto: *Hermesianax*, ſiue coniecturae in Athenaeum atque aliquot poetarum graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur, auctore *Steph. Weston*, Londini 1784. mai. 8. Neque tamen omnes Westoni coniecturae, in quibus loca poetarum luxata curare ſtudit, tulerunt plauſum eruditorum.

PHILETAS, Eous, eodem tempore floruit, poeta inſignis, in genere potiffimum elegiaco, et grammaticus criticusque [vid. Vol. I. huius Bibl. pag. 518.] magiſter Ptolemaei ſecundi (Suid. in Φιλ.) et Hermesianactis, (v. verſ. 77. elegiae ſuperſtitis, paullo ante laudatae, ibique Ruhnkenii notam.) Eius doctam poeſin imitatus eſt *Propertius*, qui nomen eius aliquoties celebravit, vide libr. II. eleg. 25, 31. ibique not. Burmann. II. lib. III. eleg. I. 1 ſq. vbi Burmann. plures, qui de hor. poeta egerunt, laudat recteque iudicat, eius fragmenta mereri, quae ex Stobaeo, Athenaeo, aliisque auctoribus veteribus et ſcholiaſtis ac grammaticis vetuſtis in vnum colligantur atque edantur: denique libr. III. eleg. 2, 52. Scripſit epigrammata, elegias, carmen Ναζικα, cuius tertium librum citat *Tzetzes* ad Lycophron. v. 633. ex emendatione Ruhnken. ad Hermesianactis fragm. v. 77. vbi quoque de confuſione eius nominis agit. *Stobaeus* loca ex eius Cerere, epigrammatibus, *Ἐμψ* et Paegniis, ſiue ludis et iocis excitat. v. infra, vol. VIII. lib. V. cap. 30. pag. 719. indicem ſcriptorum, a Stobaeo laudatorum. add. *Theocr.* VII. 41. cum ſchol. *Suidam* et *Eudoc.* pag. 424. qui eum inter Grammaticos recenſet, *Toup.* ind. ad addenda Theocriti, infra vol. VII. pag. 68. lib. V. cap. 7. in catalogo grammaticorum graecorum. Sententiae eius quoque reperiuntur in Collectione ſententiarum Frobeniana.

PHANOCLES, cultiſſimus poeta, qui poſt Demosthenem floruiſſe et elegos ſuos *Ἐγώτες ἡ καχο* inſcripſiſſe colligitur ex *Clemente Alex.* Strom. VI. p. 750. et *Protrept.* p. 32. Eius elegiam de Orpheo *Ruhnken.* ex *Stobaeo*, tit. 62. p. 399. recenſuit, epistolae ſuae II. criticae pag. 299 ſqq. adiecit, eleganter illuſtrauit, et alia de illo poeta protulit viroſque laudauit doctos. Fragmentum eius in elegos latinos tranſtulit *van Santen*, et ſubiunxit ſuae verſioni Hymn. Homerici in Cererem. adde *Valcken.* diatrib. Euripid. poſt Eurip. Hippolytum p. 199 ſq. infra, vol. VI. lib. V. cap. 6. de ſcriptor. eroticis deperditis. *Hari.*

FINIS LIBRI ET VOLUMINIS SECVNDI



























JAN 9 1975





